V*ſura crimen eſt eccleſiaſticum. nu. 38.* ibid.
V*ſura permiſſa eſt a iure ciuili permiſsione ſimplici non apponendo pœnam. nu. 12.* 178
V*ſura an poſsit aliquo iure permitti. nu. 40. & ſeq.* 180
V*ſura dupliciter poteſt capi, & vtrique competit definitio. num. 21.* 97
V*ſuræ ſpecies diuerſæ explicantur. nu. 22.* ibid.
V*ſuræ Centeſimæ, Semiſſes, Trientes, & Beſſes, quæ. ſub num. 22.* ibid.
V*ſura eſt mutuare pro operibus debitis ex charitate. ſub num 15.* 96
V*ſura eſt ex ſui natura malum. & ideo omnis ſuperabundantia vitioſa. nu. 24.* 97
*Caſus, in quibus permittitur vſura ſimilitudinaria ſunt multi, vt ratione intereſſe. nu. 25.* 98
*Item ratione feudi. nu. 26.* ibid.
*Item ratione poſſeſsionis violenter à laico occupatæ. numero 27.* ibid.
*Item ratione liberalis donationis. nu. 28.* ibid.
*Oblata vt poſsint ſine vſura accipi, multa concurrunt. ſub nu. 28.* ibid.
*Item in contractu locationis. nu. 29.* ibid.
*Mutuum multipliciter differt à locatione. nu. 30.* ibid.
*Fructus quòd maior præcipiatur ex denariis eſt ex induſtria hominis ſub num. 30.* ibid.
*Itom præcipitur vltra ſortem in venditione, & emptione. numero 31.* ibid.
*Item quando accipitur vſura ab inimicis fidei. numero 32.* ibid.
V*ſura quandoque accipitur pro immoderata exactione. quã poſſumus accipere ab hoſtibus fidei. ſub nu. 32.* ibid.
*Epilogus caſuum, in quibus licitum eſt recipere vltra ſortem. num. 33.* ibid.
*Vſurarius an teneatur reſtituere quod lucratus eſt ex pecunia vſuraria. nu. 43.* 99
V*ſurarius an indiſtincte vbique terrarum poſsit reſtituere pauperibus, aut Dioceſano tradere ad erogaudum. numero 44.* ibid.
V*ſurarius voluatate an teneatur ad reſtitutionem. ſub numero 17.* 97
V*ſura mentalis quæ obliget ad reſtitutionem. nu. 18.* ibid.
V*ſuras accipere à Sarracenis, vel Iudæis an ſit licitum. num. 51.* 94
V*ſurarius quid faciet, ſi non eſt ſoluendo. ſub nu. 45.* 99
V*ſurario in iudicio animæ ſufficit remiſsio facta à creditore. nu. 46.* 100
V*ſurarium non peccare, vel facta reſtitutione non teneri ad pœnitentiam agendam aſſerere an ſit hæreticum, numeru 39.* 99
V*ſuræ in quo foro poſsint repeti. nu. 40.* ibid.
V*ſurarij quibus epithetis nominentur. nu. 41.* ibid.
V*ſura, verb. Lucrum.* V*ſus. Mutuum. Commodatum, Formale. Debitum.* V*oluntas. Mutuatio. Peccatum non eſt caſus in quibus. Iudex ſæcularis. Communitas. Diœceſanus.* V*xor.* C*ontractus. Recipere. & in verb.* I*udex eccleſiaſticus.*
V*ulnerans an teneatur de homicidio ſi vulneratus mortuus eſt propter febrem ſuperuenientem. nu. 32.* 71
V*ulneratus ſi deceſſerit ex alia infirmitate, vulnerans non tenetur de homicidio nu. 33.* ibid.
V*xor, & familia vſurarij an debeant viuere de illicite acquiſitis. nu. 50.* 100
*Et quid de ſamilia ad obſequium. ſub nu. 50.* ibid.
V*xor an illicite æcquiſita poſsit erogare in eleemoſynam, ipſo viuente, & ignorante. nu. 51.* ibid.
V*xor profeſsi expreſſe profeſsioni conſentiens non poteſt nec in vita. nec poſt mortem contrahere. ſub nu. 63.* 30
V*xor adultero non eſt admittenda, ſed in multis caſibus reconcilianda. nu. 73.* 31
V*xor ſine conſenſu viuere non poteſt. nu. 27.* 56
V*xor in quibus caſibus poſsit facere eleemoſinam. ſub numero 18.* 88

*F I N I S.*

# DECISIONES AVREAE CASVVM CONSCIENTIÆ,

## *Pars Secunda.*

D. IACOBO DE GRAFFIIS A CAPVA,
Monacho Caſſinenſi, Monaſterij S. Seuerini
de Neapoli profeſſo, Autore.

## LIBER PRIMVS.

*SVMMARIVM.*

1 *Sacramenta plura, vel pauciora dicens quam ſeptem, eſt Anathema.*
2 *Inter myſterium, ſacrificium, & ſacramentum diſcrimen.*
3 *Sacramenti Etymologia.*
4 *Sacramenti definitiones plures, & magiſtralis vltima.*
5 *Sacramenti duplex diuiſio, quædam reiterabilia, & quædam irreiterabilia.*
6 *Et quædam neceſſaria, & alia voluntaria.*
7 *Sacramenta nouæ legis ſunt inſtituta à Chriſto Domino.*
8 *Sacramenta triplici de cauſa ſunt inſtituta.*
9 *Ad Sacramenti neceſſitatem duo ſunt neceſſaria.*
10 *Sacramēta nouæ legis ad duo ordinātur.*
11 *Sacramenta tria ſignificant.*
12 *Sacramentum vnum eſt dignius altero multis ex cauſis.*
13 *Sacramentum triplex in matrimonio deſignatur.*
14 *Sacramenta à ſuis presbyteris parochialibus ſunt recipienda.*
15 *Sacramenta in forma Eccleſiæ collata ab hæreticis, ſunt rata.*
16 *Sacramenta à quibus præſtanda.*
17 *Sacramenta interdicti tempore quæ permittantur. & 25. & 29.*
*Et an confirmatio, & Pœnitentia, atque Euchariſtia. nu. 19.*
18 *Confirmatio an conficiatur tempore interdicti.*
20 *Euchariſtia tempore interdicti ad infirmum qualiter deferatur.*
21 *Euchariſtia in quatuor anni feſtiuitatibus an ab omnibus ſumi poſsit. & ſeq.*
23 *Et quæ in dictis quatuor feſtiuitatibus permittantur.*
24 *Viaticum poſſe dari morientibus qualiter intelligatur.*
26 *Sacramenta quæ damnatis ad mortem concedenda.*
27 *Beneficia multa præſtantur inuitis.*
28 *Sepultura an deneganda dānato ad mortem, vel ad furcas ſuſpenſo.*
30 *Immunitate Eccleſiæ non gaudent delinquentes.*
31 *Locus tribuens immunitatem quis.*
32 *Immunitate gaudet confugiens ad corpus Chriſti.*
33 *Pœnitentiæ ſacramentum omnibus præſtandum. fallit in tribus caſibus.*

## De Sacramentis. Cap. I.

ACturus de Sacramentis in genere, prius enumeremus illa, quæ ſint. Secundo, quid ſit Sacramentum. Tertio, de illorum differentijs, & qualitatibus. Quarto, à quo fuerint inſtituta, & quare fuerint inſtituta. Quinto, ſit ne vnum ſacramentum altero dignius, & nobilius. Sexto, vbi, & per quos ſint miniſtranda. Deinde deueniemus ad Deciſiones.

1 Circa primum ſciendum eſt, quod † ſeptem ſunt ſacramenta videlicet Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Vnctio extrema, Ordo, & Matrimonium. Immo ſi quis dixerit, quòd ſunt plura, vel pauciora, quam ſeptem, aut etiam aliquod horum ſeptem non eſſe verè, & propriè ſacramentum, eſt anathema. can. 1. de ſacram. ſeſſ. 7. Conc. Trident.

Circa ſecundum ſciendum eſt, antequam deueniamus ad definitionem, quod habemus
2 myſterium, † ſacrificium, & ſacramentum. c. multi. 1. q. 1. Myſterium dicitur ſacrum, vel abſconditum, vel præfiguratio occulta, vel occultum ſecretum. Et dicitur à myſtis, vel a myſticè Græcè, quod Latinè eſt ſecretum. Vnde myſticum dicitur illud, quod in ſe occultam, & ſecretam habet intelligentiam, ſcilicet cum aliud dicitur, & aliud intelligitur. Et idem eſt myſterium, & ſacramentum. Sed ſacramentum propriè dicitur quod videtur: Myſterium id, per quod illud ſignificatur. Et generaliter omne ſacrum ſecretum dicitur myſterium, vt myſterium Incarnationis, natiuitatis Chriſti, & huiuſmodi. Quod etiam ſacramentum dicitur, vt ſacramentum Incarnationis, & Natiuitatis. Et ſacrificium dicitur quaſi ſatisfactum, quia prece myſtica conſecratur pro nobis in memoriam Dominicæ Paſſionis. Sacramenti vero
3 † etymologia dicitur ſacræ rei ſignum. Hoc eſt cum res geſta, ita geritur, & fit, vt aliquid ſignificatiuè. i. aliquid ſacrũ per illud ſignificari accipiamus, ſiue intelligamus. d. cap. multi. Quoniam ſacramentũ dicitur non cuiuſlibet rei ſignũ, ſed rei ſacræ ſignum. Et hoc eſt quod ibi dicitur, quod ſanctè eſt accipiendum. Sicut immolatio agni Paſchalis dicitur ſacramentũ immolationis Chriſti. Quod quidem ſacramentum Magiſt. ſententiarum in 4. in prin. ſic
4 diffinit. Sacramentum † eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, ita vt eius ſimilitudinem gerat, & cauſa exiſtat. De conſecr. diſt. 2. c. ſacrificium, vel ſecundum Aug. eſt quod ſub tegmẽto corporalium rerum diuina virtus eorundem ſacramentorum ſalutem operatur, Vnde redeundo ad primam, in omnibus ſacramentis forma eſt viſibilis, vt in ſacramento Euchariſtiæ forma panis, & vini eſt viſibilis, ſed gratia huiuſmodi ſacramenti eſt inuiſibilis ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſua gratia animã purgat, reficit, & lætificat. Idẽ dic in Baptiſmo. Vnde forma viſibilis eſt aqua, ſed gratia ſcilicet ablutio peccati eſt inuiſibilis. de conſec. diſt. 4. Quod renaſcitur homo ex aqua, ſcilicet viſibili ſacramento, & ſpiritu inuiſibili. Aliter tamen Hugo de ſancto Victore lib. 6. de ſacra. par. 9. c. 11. diffinit ſacramentum, Dicens, Sacramentum eſt corporale, vel materiale elementum foris ſenſibiliter propoſitum, ex ſimilitudine repræſentans, ex inſtitutione ſignificans, ex ſanctificatione continens aliquam inuiſibilem, & ſpiritualem gratiam. Hanc ponit Abb. antiq. in c. cum Marthæ. nu. 2. de celeb. miſſ. Et nota, quòd Elementum ſumitur pro quacunque re ſenſibili. Sicut oculus pro omni ſenſu. ex ſimilitudine repræſentans ſecundũ quandã proportionabilitatẽ, ſcilicet, vt ſicut ſe hẽt aqua ad ſordes corporis lauãdas, ſic gratia ad lauãdas ſpirituales iniqtates. Inter hæc verò ſeptẽ,
5 ſacramenta Eccleſiæ quædam ſunt † reiterabilia, & quædam irreiterabilia. Et ſic deuenio ad differẽtias inter ipſa ſacramenta. Reiterabilia ſunt Pœnitentia, Euchariſtia, Coniugium, & Extrema vnctio. Quæ ideo dicuntur reiterabilia, quia ſępius poſſunt accipi. Pœnitentia enim reiterari debet, quando reiteratur peccatum. vnde dicitur in c. illud. §. ecce. de pœn. diſt. 3. quòd Deus nunquam ſpernit pœnitentiam, etiam ſi ad ſummum malorum quis perueniat. Et ead. diſt. §. ad hæc & §. quòd autem. & cap. ſepties, dicitur, quòd peccatum ſæpius iteratum Deus non contemnit. Sic ſacramentum Euchariſtiæ etiam reiteratur, quia quilibet bonus, & deuotus Chriſtianus, tenetur ſi confeſſus fuerit ad minus ſemel in anno ſumere corpus Domini. c. omnis. de pœn. & remiſ. Olim tamen ſæpius ſumebatur. c. & ſi non frequentius. de conſe. diſt. 2. Vbi dicitur, quòd inter Catholicos habendi non ſunt, qui in Natali Domini, Paſcha, & Pentecoſte, non communicauerint. Coniugiũ ſimiliter reiteratur cum aliter coniugum e vita deceſſerit. Extrema vnctio pariter iteratur, vt patebit infra loco ſuo. Sed ſacramenta irreiterabilia ſunt, vt habetur. 1. q. 1. c. quod quidam. Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo. quia nullus debet bis baptizari, confirmari, vel ordinari, vnde ſi aliquo caſu contingeret quòd aliquis poſtpoſita Chriſtiana religione, in hæreſim incideret. & poſtea hæreſi poſtpoſita fidem priſtinã intraret, vel ſi moreretur & reſurgeret, non eſſet talis rebaptizandus, vel reordinandus.



nandus Et ratio eſt, quia per illa tria ſacramenta imprimitur ipſi animæ caracter indelebilis, hoc eſt ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile. vt inquit Conc. Trid. can. 9. ſeſſ. 7. Quare ſi reiterarentur, tunc haberet duos caracteres, vel primus deleretur, quod eſſet valde inconueniens: igitur talia ſacramenta iterari non debent. 1. q. 1. c. hanc regulam. & c. hi, qui. glo. no. in c. vir autem. de ſec. nupt. fieret etiam iniuria ipſis ſacramentis, quod fieri non debet. c. oſtenditur. de conſecr. diſt. 4. Eſt etiam alia differen-
6 tia † inter huiuſmodi ſacramenta: nam quædã ſunt generalia, ſiue neceſſaria, & alia ſpecialia, ſiue voluntaria. ita glo. not. in c. veniens. de tranſact. gl. in c. ſi iuſtus. & in cap. remiſſionẽ. §. ſed notandum. 1. q. 1. Neceſſaria dicuntur, quando ſine eis vix, aut nũquam ſalus eſſe poteſt. Et ſunt quinque, Baptiſmus. de conſecra. diſt. 4. cap. nulla pręter. Item Confirmatio ead. diſt. c. nullus miniſtrorum. Item Euchariſtia. de conſec. diſt. 2. cap. omnis. Item extrema vnctio. 26. q. 7. cap. 1. Item pœnitentia. c. non poteſt. de pœni. diſt. 1. Horum aliud eſt introeuntium, vt Baptiſmus, quare ianua dicitur omnium ſacramentorum. diſt. 32. c. præter. §. verũ. c. veniens. de presbyt. non baptiz. Aliud pugnãtium. de conſecr. diſt. 5. cap. Spiritus ſanctus. vnde datur ad robur. d. cap. c. vnic. de ſacr. vnct. Hinc dicitur, ꝙ per Confirmationem Spiritusſanctus datur ad augmentum. Aliud progredientium, vt eſt Euchariſtia, vnde & viaticum dicitur. 26. q. 6. cap. qui recedunt. & c. de his. q. a. in via nos reficiens ad patriam nos perducit. Aliud redeuntium, vt pœnitentia. 26. q. 6. c. is qui. de pœnit. diſt. 3. c. 2. Aliud exeuntium, vt extrema vnctio. 26. q. 7. c. ab infirmis. quæ tantum exeuntibus ex hac vita confertur. Verum qualiter dicantur neceſſaria, adnotandum eſt, quod neceſſarium tripliciter conſiderari poteſt quo ad ſacramenta. Primo modo dicitur neceſſarium illud, ſine quo nullo modo poſſumus eſſe, aut conſeruari in eſſe, vt eſt nutrimẽtum animali, & ſecundum quod hoc modo capitur, quantum ad vitam temporalem nullum ſacramentum eſt neceſſarium. Quantum verò ad vitam ſpiritualem, aliquod ſacramentum dicitur neceſſarium, vt Baptiſmus, & Pœnitẽtia. Baptiſmus omnino. Ioan. capit. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusſancto, non poteſt introire in regnum cœlorum. de conſecrat. diſt. 4. c. filius Dei. Et Pœnitentia, poſtquam homo lapſus eſt in peccatum, vt nos diximus in 1 par. lib. 1. cap. 8 nu. 11. & 12. Secundo modo dicitur neceſſarium, ſine quo poſſumus eſſe & viuere, ſed non bene. Et hęc neceſſitas vocatur cauſatiua, vnde medicinæ dicuntur neceſſariæ ad hoc, vt homo poſſit ſanè viuere, & equus dicitur neceſſarius ad proficiſcẽdum. Et hoc modo non ſolum baptiſmus, ſed etiam cætera omnia ſacramenta poſſunt dici neceſſaria. Tertiò modo dicitur neceſſarium violentum. v. g. quando ab homine compellor aliquid facere, & ſecundum hoc nullum ſacramentum eſt neceſſarium, quoniam licet ius ad vitam ſpiritualem, & animæ ſalutem requirat baptiſmum, & pœnitentiam, ſecundum quod diximus. & ad bene eſſe requirat alia ſacramẽta, tamen ius non compellit, nec vult compellere neceſſitate preciſa aliquem etiam ad baptiſmum, & ideo baptizatus inuitus non recipit characterem. c. maiores. extr. de baptiſmo. Sed ſpecialia ſacramenta ſunt, quæ non omnibus, ſed quibuſdam conueniunt, & dicuntur voluntaria, quia ad ea nullus compellitur, ea ratione: q a ſine eis fit ſaluus, & poteſt quis ſaluari. 22. q. 4. §. vlt. in fi. Et ſunt duo, ſcilicet Ordo, & Coniugium. Primum dicitur dignitatis, quia à dignioribus, ideſt Epiſcopis in Eccleſia confertur, & quia per illud homo adipiſcitur ſpiritualem poteſtatem, & collocatur in gradu ſublimi. Vel quia non niſi digni ad ordines aſſumendi ſunt. ita gl. in verb. neceſſitatis. in d. §. ſed notandum. vnde Ordo ſic diffinitur. Ve-
7 rum ſacramenta † nouæ legis pro ſalute noſtra fuerunt immediatè inſtituta, & nobis tradita à Chriſto Ieſu Domino. Ita fatentur, & probant Doctores duplici ratione. Et prima, ſacramentum, vt dictum eſt, ſignum eſt rei ſacræ. Sed ſignum ab homine poſitum eſt fallibile, ſacramenta autem debent eſſe firma, & infallibilia, ergo ſacramenta à ſolo Domino fuerunt inſtituta. Tum etiam, quia illius eſt ſacramenta alicuius legis inſtituere, cuius eſt legem dare, ſed Chriſtus fuit immediatè dator nouæ legis, vt legitur in Epiſtol. ad Galat. Et Iſa. 33. Dominus iuſtus noſter, Dominus rex noſter, Dominus legifer noſter. ipſe veniet, & ſaluabit nos. Ergo ad ipſum Chriſtum pertinuit ſolum ſacramenta nouæ legis inſtituere. Confirmatur tandem authoritate Conc. Trident. de ſacra. can. 1. ſeſſ. 7. Vbi dicit, ſi quis dixerit ſacramenta omnia nouæ legis, non fuiſſe à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, ana-
8 thema ſit. Et fuerunt inſtituta † tribus de cauſis. vt dicit glo. not. in cap. inſtitutio. de conſecrat. diſt. 2. Primo propter humilitatem. Vt dũ homo ex Dei præcepto ſe rebus ſenſibilibus, ſeu inferioribus reuerẽter ſubijcit, ex hac obediẽtia Deo magis mereatur. 2. q. 6. c. qui ſe ſcit. Secundo propter eruditionem, vt per id, quod videtur foris in ſpecie, ad inuiſibilem veritatem, quæ eſt intus agnoſcendam, mens erudiatur. de conſecrat. diſtinct. 2. cap. quia corpus. verſi. fide tertio propter exercitationem.

Quia cum homo ocioſus eſſe non debeat. fa-
cit tex. in cap. non mediocriter de conſec. diſt.
5. proponitur ei vtilis, & ſalubris exercitatio
in ſacramentis, vt vanam, & noxiam declinet
occupationem, iuxta illud ocioſitas & volu-
ptas arma ſunt hoſtis antiqui ad miſeras ani-
mas capiendas. c. niſi cum pridem. §. verum.
de renunc. Ad neceſſitatem verò ſacramenti
9 † duo ſunt neceſſaria, quæ ſi deſunt, non perfi
citur ſacramentum, ſcilicet debita materia, &
debita forma. iux. S. Tho. in 3 par. & per Car.
à Turrecr. in cap. ſi fuerit. nu. 7. 1. q. 1. Quæ qui-
dem debita forma debet adiungi materiæ;
hoc eſt verbum rei ſenſibili. Nā ad perfectio-
nem, & integritatem ſacramentorum hoc re-
quiritur, vt verba rebus ſenſibilibus adiungan
tur. vt affirmat ex D. Tho. Turrecr. in c. detra-
he. 1. q. 1. Rurſum iux. S. Tho. in 3 par. ſacramen
10 ta nouæ legis ad duo ordinantur, † ſcilicet in
remedium peccati, & ad cultum diuinum. In
remedium peccati, quia conferunt gratiam.
Vnde cum omne ſacramentum illam confe-
rat, fit vt cuilibet ſacramento commune ſit, vt
per illud exhibeatur aliquod remedium con-
tra peccatum: quia contra culpam originalē,
eſt baptiſmus. Contra peccatum mortale, eſt
pœnitentia. Contra veniale; extrema vnctio.
Contra defectum pœnæ, quæ eſt ignorantia,
Ordo, in quo traditur poteſtas diſcernendi;
Contra infirmitatem, Confirmatio; Contra
malitiam, Euchariſtia; Contra concupiſcen-
tiam, matrimonium. Sed quòd ordinentur ſa-
cramenta ad cultum diuinum, non omnibus
commune eſt, ſed tantum aliquibus. Vnde ſciē
dum eſt quòd pertineat aliquod ſacramētum
ad diuinum cultum tripliciter. Vno modo per
modum ipſius actionis, Alio modo per mo-
dum agentis, tertio modo per modum reci-
pientis. Per modum quidem ipſius actionis
pertinet ad diuinum cultum Euchariſtia, in
qua principaliter diuinus cultus conſiſtit, in-
quantum eſt diuinæ Eccleſiæ ſacrificiū, & per
hoc quidem ſacramentum nō imprimitur ho-
mini character, quia per hoc ſacramentū non
ordinatur homo ad aliquid aliud vlterius agē
dum, vel recipiendum in ſacramentis, cum po
tius ſit finis, & conſumatio omnium ſacramē
torum, vt Dionyſius dicit 4. cap. eccleſiaſticæ
hierarchiæ. Continet tamen in ſemetipſo ip-
ſum, in quo non eſt character, ſed tota ſacer-
dotij plenitudo. Sed ad agentes in ſacramen-
tis pertinet ſacramētum ordinis, quia per hoc
ſacramentum deputantur homines ad ſacra-
menta alijs tradenda. Sed ad recipientes per-
tinet ſacramentum baptiſmi, per quod homo
accipit poteſtatem recipiendi alia Eccleſiæ
ſacramēta. Vnde baptiſmus dicitur ianua om
nium ſacramentorum. Et ad idem ordinatur
etiam quodammodo confirmatio. Et ideo
per hæc tria ſacramenta character imprimit,
ſcilicet per Baptiſmum, Confirmationem, &
Ordinem. ita Card. in cap. quomodo. nu. 3. de
11 conſec. diſt. 2. Significant † vero ſacramenta
tria, ſcilicet cauſam primam ſanctificantem,
ſicut baptiſmus mortem Chriſti, & quantum
ad hoc ſunt ſigna rememoratiua. Item ſigni-
ficant effectum ſanctificationis, quem faciunt;
& hæc ſignificatio eſt eis principalis; & ſic sūt
ſigna eis demonſtratiua. Nec obſtat ſi aliquis
ſanctitatem non recipit, quia non eſt ex defe-
ctu ſacramenti, quod quantum in ſe eſt, natum
eſt gratiam conferre. Item ſignificant finem
ſanctificationis, ſcilicet æternam gloriam, &
quantū ad hoc ſunt ſigna prognoſtica. Et hoc
eſt, qđ diximus in feſto corporis Chriſti ſerm.
3. Quod tria ſunt, quæ in quolibet ſacramento
inueniuntur, videlicet origo, perfectio, finis.
Poſtremo ſciendum eſt, ꝙ vnum ſacramentū
12 † eſt alio dignius multipliciter. Vno modo,
quo ad eius effectū, & ſic quo ad efficaciam,
de pœn. diſt. 7. c. nullus. delet enim omnē cul-
pam, & aufert omnem pęnam. c. tres ſunt. de
pœn. diſt. 1. Item ratione ſanctitatis, Euchari-
ſtia eſt nobiliſſimum ſacramentum, in qua cō
tinetur Chriſtus Sanctus Sanctorum. 1. q. 1. c.
multi Rurſum, quantum ad gradū dignitatis,
in quo conſtituit, & ſic Ordo eſt digniſſimū
ſacramentum. Deinde, quantum ad miniſtrū.
Et ſic Confirmatio, & Ordo ſunt digniſſima;
quia non niſi per Epiſcopum miniſtrantur. c.
manus. de conſec. diſt. 5. Hinc ſacramentū Or-
dinis appellatur ſacramenta dignitatis: & di-
cuntur in plurali, & non in ſingulari, quia plu-
res ſunt Ordinis ſpecies. 21. diſt. cleros. & c. per
lectis diſt. 25. gl. in c. remiſſionem. §. ſed notan
dum. 1. q. 1. Præterea ratione ſignificationis
matrimonium. c. debitum. extr. de bigam. Nā
13 † in matrimonio triplex deſignatur ſacramē
tum Coniunctio animorum per verba de præ
ſenti, quæ deſignat coniunctionem fidelis ani
mæ ad Chriſtum. Sed commixtio carnis deſi-
gnat coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ. d. c.
debitum Item deſignatur ibi vnio deitatis cū
humanitate, vt de conſecr. diſt. 2. c. in Chriſto.
& illam deſignat coniunctio corporum. ita
glo. in c. acutius. diſtin. 26. Rurſum ſacramen-
tum dicitur dignius in quantum per ipſum of
fenſio diuinæ maieſtatis magis placatur, &
ſic pœnitentia eſt dignius; & nobilius ſacra-
mentum: quia infinita peccata mortalia de-
lentur per pœnitentiam, & non per aliud ſa-
cramentum. Sed modo ad Deciſiones deue-
niamus.
14 Prima. Licèt † Sacramenta à ſuis presby-
teris



teris parochialib. ſint recipienda. c. interdici-
mus 16. q. 1. tamē hæc regula fallit. primo, niſi
ſpeciali priuilegio ſint exempti à iuriſdictione
Epiſcoporum, ita vt poſſint talia accipere vn-
decunque velint. Turrecre. in d. cap interdici-
mus. in fi. Secundo fallit in confeſſarijs expoſi
tis ad audiendas confeſſiones ab Epiſcopis
duntaxat per examen, aut aliàs per parochia-
le beneficium: nam cum tales ſint proprij ſa-
cerdotes, fit vt omnium confeſſiones audire
valeant abſque licentia parochi, vt nos dixi-
mus in noſtris deciſ. lib. 1. c. 13. num. 45. fundati
per tex. in c. quamuis. ſeſſ. 23. Conc. Trident. et
nec obſtat dictum Ioan. à Medin. c. de con-
feſſ. q. 14 Vbi imponitur curatis neceſſitas tra-
dendi prælatis in matriculis ſuis eos, qui in
quadrageſimis cuiuſcunque anni, fuerint, aut
non fuerint confeſſi nam intelligitur, modo
pœnitentes non oſtenderint ſe alibi confeſſos
fuiſſe. Tertio fallit in mortis articulo, nam tūc
etiam religioſo abſque alia licentia ſui ſupe-
rioris poteſt confiteri, vt nos diximus lib. 1. c.
17. nu. 6. An vero religioſus pœnitentis confeſ
ſionem abſque autoritate ſui ſuperioris audi-
re poſſit, qui ex priuilegio habet vt poſſit quē
cunque eligere, vide quæ diximus lib. 1. cap. 17.
nu. 8. Et quid ſi religioſus fuerit approbatus ad
audiendas confeſſiones, an illas poſſit audire
inuito prælato. vide in lib. 1. c. 13 nu. 88.
Secunda. Sacramenta collata in forma
15 † Eccleſiæ ab hæreticis, ſchiſmaticis, ſimonia-
cis, depoſitis, interdictis, & excommunicatis,
rata ſunt quo ad characterem, ſed non quo ad
executionem 32. diſtin. cap. præter. § porro. 1.
q. 1. c. ſi qui à ſimoniacis. Verum an liceat talia
ſacramenta à malis miniſtris ſuſcipere. text.
in cap. neque. & cap. omnia. & capitu. multi. 1.
quæſt. 1. & cap. per Eſaiam. & 15. quæſtio. vlti.
c. vlt. dicunt quòd ſic: dummodo ab Eccléſia
tolerentur. Sed de hac quæſtione remitto le-
ctorem ad ea, quæ diximus lib. 1. c. 16. à num.
23. vſque 31.
Tertia. Sacramentum baptiſmi in neceſſi-
16 tate † à quocunque recipi poteſt, dummodo
in forma Eccleſiæ conferatur. extr. de ſum. Tri
nit. cap. 1. in fi. de conſecrat. diſtin. 4. c. conſtat.
c. mulier. cap. in neceſſitate. c. à quodam. Vnde
poteſt conferri à Pagano, & Iudæo. de con-
ſecratio. diſt. 4. cap. Romanus. à Schiſmatico,
Hæretico. 1. q. 1. cap. dictum eſt à Deo. §. quod
vero. cum duobus cap ſeq. Sed quo ad ſacra
mentum pœnitentiæ, licèt laico quis poſſit
confiteri in neceſſitate, vt per hoc appareat
Eccleſiæ de ſua contritione. cap. quem pœni-
tet. de pœnit. diſt. 1. c. ſanctum. de conſecr. diſt.
4. Non poteſt tamen laicus abſoluere, vel liga-
re, cum non habeat claues Eccleſiæ: Nam tm̄
Apoſtolis, & per conſequens ſacerdotibus il-
las Dominus conceſſit. c. noua. de pœn. & re-
miſ. Item Confirmatio non niſi ab Epiſcopo,
etiam tempore neceſſitatis confertur. Abb. in
c. quanto. de conſuet. Et nos lib. 3. c. 1. nu. 153.
in noſtris deciſ. vbi etiam diximus competere
Abbatibus ex diſpenſatione, vel commiſſio-
ne ſummi Pontificis. Sed Euchariſtiam Diaco
nus in neceſſitate miniſtrat 93. diſ. c. diaconos.
& cap. ſeq. non tamen conficit niſi presbyter.
c. 1. §. vna. de ſum. Trin. & fide catho. ſed extre-
ma vnctio. non niſi à presbytero miniſtratur.
c. vnico. § 1. de ſacr. vnct. ſecundum Hoſt. ibi.
Quarta. Baptiſmi ſacramentum tempore
17 interdicti generalis † à quocunque recipi po-
teſt, ſiue ſint paruuli c. non eſt. extr. de ſponſa.
glo. in cap. quod in te. de pœnit. & remiſ. ſiue
ſint adulti. c. quoniam. de ſent. excom lib. 6. Itē
Confirmatio. cap. reſponſo § 1. de ſent. excom
mu. quoniam baptiſmus, & confirmatio ita
ſunt coniuncta ſacramenta, quod vnum ſine
altero perfici non poteſt, & niſi morte præue
niente nullatenus poſſunt ab inuicem ſegrega
ri. de conſecra. diſt. 5. c. 3. in fi. Et ſine confirma
tione non eſt plenus Chriſtianus, & qui eam
non reciperet ex contemptu peccaret morta-
liter. vt ead diſt. c. omnes. & c. vt ieiuni. in fi. Et
18 nota, ꝙ † non ſolum confirmatio recipi pōt,
ſed etiam confici tempore interdicti, non ta-
men ſolenniter pulſatis campanis, neque alta
voce. vt dicit Arch. & Io. And. in d. cap. quo-
niam. & Franc. qui etiam ex d. c. quoniam. no-
tat, quòd permiſſo vſu rei tempore prohibito,
intelligitur etiam permiſſa. procreatio eiuſdē
rei, & ſic permiſſo conſequenti, videtur per-
miſſum antecedens, ſine quo ad illud perueni
ri non poteſt. l. illud. ff. de acq. hæred. Qualiter
autem Chriſmatis confectio permittatur tem
pore interdicti? Dic cum debita moderatione,
necnon pulſatis campanis. cap. alma mater. §.
adijcimus. de ſent. excommu. in 6. alias faciens
officium ſolenniter pro ipſo Chriſmate, eſſet
irregularis, vt ibi.
Quinta. Pœnitentia tempore interdicti eſt
19 permiſſa † non tantum morientibus. d capit.
non eſt, ſed etiam ſanis. d. capitu. alma mater.
Immo tali caſu non ſolum proprij ſacerdo-
tes, ſed etiam alieni negantes pœnitentiam
morientibus, ſunt animarum rei. Ita Archid. in
telligit tex. in c. ſi presbyter. 26. q. 2. quia tem-
pore neceſſitatis poteſt ſacerdos alienum pa
rochianū abſoluere: nam tunc populus com-
munis eſt, ſicut panis terreſtris. 47. diſt. c ſicut
hi. 86. diſt. c. paſce. 12. q. 2. c. aurum. Euchariſtia
etiam tali tempore debet dari decedentibus.
capit. quod in te. de pœn, & remiſ. adeò quod
etiam impœnitentibus ſi ſupereſt ſpes vitæ, &

ſpes correctionis,non eſt deneganda.de con-
ſecr.diſtin.2.cap. non prohibeat, aliàs ſecus.de
pœn.diſt.1.c nonnulli. ſecundum Archid ibi,
ſuper verb.Danda eſt. Sed de hoc vide quæ di
ximus in noſtris deciſ.lib.2.cap.38 num.30.An
vero debeat dari tempore interdicti Eucha-
riſtia ſanis. Dic quòd non. per text.in d.c.alma
mater. Vbi ſolummodo conceditur pœniten
tia ſanis .Ergo cætera ſacramenta ſunt exclu-
ſa.Archid.in d.c in verb pœnitentia ſalutaris.
Immo plus tenuit Io. Andr. in d.cap qood in
te. quòd tempore interdicti mulieribus præ-
gnantibus , & partui appropinquantibus non
poteſt dari ſacramentum Euchariſtiæ, niſi pe
riculum immineat,& idem Archid.in d.capit.
alma mater.Licet Do.Nicol.aſſerat, quòd de-
beat conſiderari qualitas mulieris, & an veri-
ſimiliter dubitetur de morte,vel non. Et eadē
ratione non poterit concedi corpus Chriſti
intrantibus mare, vel bellum campeſtre , vel
obſeſsis, ad hoc, quod not. in c paſtoralis.de
offi.ordin.Ita Franc.in d.c.alma.num.4. An ve
20 ro † corpus Chriſti,quod tempore interdicti
ad infirmum defertur, debeat deferri cum ſo
no campanellæ,& lumine præcedente,& alijs
conſuetis.iux.text.in c.ſane.de celebr miſſ.Dic
quòd ſic.quia conceſſo principali,debent om
nia concedi quæ pertinent ad reuerentiam,&
eſſe principalis . Non enim debita reuerentia,
quæ debetur tanto ſacramento,& quæ in ho-
norem ſacramenti eſt inducta , debet minui,
ſed augeri, & quia hoc non eſt prohibitum,
debet ſeruari d. c. ſane. & pulſari campanella,
vt populus audiens adoret, procidat,inclinet,
& reuereatur.ita Feder.de Sen.conſi.70.

Sexta.In quatuor anni feſtiuitatibus , vide-
21 licet Natalis Domini, † Paſchę,Pentecoſtes,
& Aſſumptionis Virginis glorioſiſsimæ , vbi
ianuis clauſis permittitur celebratio diuinorũ
alta voce , & ſolenniter excluſis excommuni-
catis.iux.tex in d.c. alma mater.quamuis mani
feſtum ſit presbyterum miſſam celebrantem
poſſe ſumere corpus Chriſti,cum debeat cele
brare ſeruata forma in d.c. alma mater.§. adij
cimus. alij tamen non poſſunt illud recipere.
vt concludit Archid.in d.c.& ita indubitanter
eſt tenendum.& ratio eſt:quia cum conceda-
tur tantum participatio diuinorum officio-
rum,& ſacramenta ſint diuerſa ab officijs.cap.
Epiſcoporum.verſi. excommunicatos. de pri-
uil.in 6.ergo.Hinc fit,quòd non poterit conce
di extrema vnctio, cum & illa intelligatur in-
terdicta.d.c.quod in te.fit etiam quòd cum tã
tum permittatur ipſis celebrantibus ſumptio
22 Euchariſtiæ,ergo alijs † clericis, vel religioſis
non celebrantibus in prædictis quatuor ſolen
nitatibus non eſt permiſſum ſumere corpus
Chriſti, cum tantum officia diuina permittan
tur. Franc.in d. § in feſtiuitatibus. Fit etiam
quod tempore interdicti nõ poſſunt religioſi
ſuis fratribus,& ſororibus,quorum curam ge-
runt tali tempore Euchariſtiam concedere, ſe
cundum Per de Anch.& Ioan Calder.in d.c.
alma mater . Fit rurſum , quòd in his quatuor
23 ſolennitatibus poſsit aqua † ſolenniter bene-
dici,Virgines,vel altaria conſecrari,vel bene-
dici,velum monialibus imponi,calices,& Ab
batiſſæ benedici : cum prædicta non ſint pro-
priè ſacramenta, ſed orationes, ſeu certa offi-
cia,quæ tali tempore ſunt permiſſa. vt per Frã
cum.in d.§.in feſtiuitatibus.nu.3.
24 Septima. Diximus,quòd tempore † interdi
cti poſsit dari viaticum morientib. intellige,
niſi eſſet interdictum latum nominatim in
perſonam: quia tali perſonæ ſunt eccleſiaſtica
ſacramenta interdicta,& pro hoc facit c.cum
& plantare.§.excommunicatos.de priuil.& rã
tio eſt:quia interdictum latum nominatim cõ
tra perſonam,habet naturam excommunica-
tionis quo ad derogationem ſacramẽtorum,
& relaxationem, expreſſe tenet Io. And. in c.
præſenti. vbi etiam Franc. de ſent.excom. lib.
6.vbi dicit,quòd ſpecialiter interdicto,omnia
ſacramenta denegantur ante abſolutionem,
ſicut & excommunicato.
25 Octaua.Matrimonium etiam tempore † in
terdicti,poteſt contrahi:cum teneat etiam cõ
tractum cum excommunicato maiori excom
municatione.cap. ſignificaſti. de eo qui du. in
matrim.quam poll.glo. in d. c. alma. Solennis
tamen benedictio tempore interdicti fieri nõ
poteſt:cum tale officium ſit deputatum certo
ordini.cap.2 & 3.de ſec.nup. Et hæc, quando
locus eſt interdictus, vel quando eſſent inter-
dicti contrahentes , vel vnus ex eis , quo caſu
etiam fieri non poteſt ſolennis benedictio:
quia non debet non interdictus cum interdi-
cto communicare.capitu.vt priuilegia. de pri
uileg. Franc.in d.capitu. alma mater. nume.3.
licèt Panormi. dubitatiuè dicat in c.non eſt,de
ſponſal.

Nona. Damnatis ad mortem non debet
26 pœnitentiæ ſacramentum † denegari , nec in
hoc ſeruari debet abuſus contrarius . text in
Clemen. 1. de pœniten. & remiſ. qui intelli-
gendus eſt, ſi petant.capitu.ſignificaſti. de eo,
qui dux. in matrimo. vbi dicitur in ſimili,
quòd excommunicato debet munus abſolu-
tionis impendi,ſi petat, quod intellige, vt ex-
communicatus non poſsit à peccato , vel cul-
pa , propter quam eſt excommunicatus inui-
tus abſolui : cum ſacramentum pœnitentiæ
debeat impendi petenti. Licet à vinculo excõ
municationis ſic;contra regulam iuris, inuito



27 non † datur beneficium : nam in multis caſi-
bus multa præſtantur inuitis. Vt abſolutio à
vinculo excommunicationis vt etiam nos di-
ximus,lib.4.c.16.nu.5. Item beneficium poteſt
dari inuito,& pro inuito poteſt debitum ſolui,
l. ſoluere, ff. de ſolut. Itẽ conſanguineum meũ
etiam inuitum poſſum à ſeruitute liberare . l.
1.& 2.ff. de lib.cauſ.Et non obſtat,regula iuris,
ꝙ beneficium non confertur in inuitum : quia
ibi beneficium accipitur pro priuilegio,quod
non datur inuito, quando eſt in præiudicium
aliorum. Sacramentum etiam Euchariſtiæ ſi
petatur,dandũ eſt,vt diximus, li.1.c.13.nu.82.
28 Sed an † cadauer damnati ad mortẽ tradi
debeat ſepulturæ eccleſiaſticæ. Dic quòd ſic
per text in c. quæſitum eſt. 13. quæſtio vltim.
Quid autem de ſuſpẽſo ad furcas. Dicit gloſ.
poſt Hoſt. in cap. ex parte. 2. de ſepult. quod
talis non debet deponi de furca ſine licentia
iudicis, ipſa autem petita, & obtenta , quam
de facili iudex debet concedere . l. 2. & 3. ff.
de cad. tollen. tunc ſi pœnitens fuerit, debet
tradi ſepulturæ. d. cap. quæſitum eſt. Quod
dictum Hoſt.intellige, ſi ſuſpenſus fuerit in pa
tibulo ſolito , & deputato , ſecus ſi alibi , quia
tunc ſine licentia poſſet tolli, quia hoc a iu-
re tunc intelligitur conceſſum. l. obnoxijs. C.
de relig.& ſumpt. fun.l.quæ ſub conditione.§.
fi. ff.de cond.inſtit.

Decima. Sacramentum extremæ vnctio-
29 nis † non debet dari damnatis ad mortem,ẽt
ſi petant: quia hoc non reperitur iure cautũ ,
arg.de tranſlat prælat.c.2. Item quia fit in pe-
dibus , cum quibus habet itinerari ad locum
iuſtitiæ . Item quia debet dari tantũ infirmis,
de ſac.vnct c. vnic. Ibi infirmatur quis ex vo-
bis. An vero poſſit dictum ſacramentum ite-
rari,& an deficiẽte oleo infirmorũ, Sacerdos
ſi vngat chriſmate,teneat vnctio,& de effectu
illius ſacramẽti,videbimus infra de extr.vnct.
30 Vndecima.Sacramenta † vt morientib.dene
gari nõ poſſunt, ſi petant, per text. in clẽ. 1.de
pęn.an idẽ procedat in delinquẽtibus,qui im-
munitate Eccleſiæ nolũt gaudere, de qua ali-
qua diximus li.2.c.48.nu 6.& ſeq. An inquã iſti
ſi ſpõte ſe iuſtitiæ offerãt, miniſtri iuſtitiæ illos
detinẽtes faciant violentiã Eccleſiæ. Dic, ꝙ nõ,
per reg.ſcienti, & conſentienti non fit iniuria.
31 Quis autem locus † tribuat immunitatem ta-
libus damnatis, vel criminoſis. Dic, quòd lo-
cus ad diuinum cultum de conſenſu Epiſcopi,
vel ſuperioris ædificatus , quamuis non con-
ſecratus , licet nondum ſint in eo diuina offi-
cia celebrata.Ita Guil.& Imo.in d. Cle. licèt
Innoc in c. pen de immun. Eccleſ. dicat, ꝙ
ſit neceſſe vt ſint diuina officia celebrata.
Quod puto verũ . Secus dicit Innoc. in ſim-
plicibus , & priuatis oratorijs , quamuis ſint
ibi celebrata officia diuina : quia illa nõ ha-
bent dictum priuilegium . De palatio autem
Epiſcopi, & ſtatua præfecti vrbis, an idem ſit
quod de Eccleſia , dic , quod in hoc attendi
debet conſuetudo, prout not. Innoc. in c.in-
ter alia. de immun. Eccleſ. Sed quid ſi quis
32 confugiat ad corpus † Chriſti , cum defertur
in via ad infirmum , an gaudeat immunitate ,
& per Eccleſiam ſit defendẽdus. Dic quod ſic:
cum nihil ſit maius hoc ſacrificio. c. nihil. de
conſecr. diſt.2. Tum etiam quia ſi ſtatua præ-
fecti ſaluat hominem , multo magis corpus
Chriſti, quod eſt maius , & dignius omnibus.
1.q.1.c.multi. Et hoc verum de currentibus ad
corpus Chriſti . Si vero homicidis,vel latro-
nibus in captiuitate exiſtentibus portatur cor
pus Chriſti,talibus non ſubuenitur, vt à carce
re liberentur, licet propter hoc ſit iuſtitiæ exe
cutio differenda,& ſic põt intelligi 13. q. 2. c.
quæſitum eſt.arg. de conſecr. diſt. 2. c. omnis
homo. & c.tribus : quia in primo caſu confu-
gientem ad ſe in libertate reperit , & ipſum
ſaluat:in ſecundo vero ſeruum , & captiuum.
Vnde,& talem dimittit,ne videantur omnino
damnare iuſtitiam,de hoc per Doct.in c ſanè.
de celebr. miſſ. Modern.in clemen 1.de pœn.
& remiſ. Hoſt in cap.ſane.de celebr. miſſ. qui
dicit, quòd opinio , quæ ſe habet, quod con-
fugiens ad corpus Chriſti . dum defertur in
via,ſit defendendus per Eccleſiã , & gaudeant
immunitate vſque ad ſanguinis effuſionem,
ita etiam tenet Archid.& Doct.Anto. in d. c.
ſane. de celebr. miſſ.
33 Duodecima.Licet ſacramentum † pœniten
tiæ nulli hominum ſit denegandum . 23.q. 4.
vbi nulli hominum claudenda eſt miſericor-
dia. Ad idem 42.diſt. c. quieſcamus. Hinc Ro-
mana Eccleſia dicitur liberalis.c.ſedes.in prin.
de reſcrip. Tamen quandoque non eſt dandũ
à grauibus peccatis ſubito reuertentibus, de
pœnit.diſt.1.c. in actione. Rurſum nec impę-
nitentibus danda ſunt ſacramẽta : Non enim
dandum eſt ſanctum canibus . de pœn. diſt.1.
c. nonnulli. Et venia non eſt concedenda niſi
ſe corrigentibus, vel corrigere volentibus , c.
legatur. 24. q. 2. text. in c. quod quidam. de
pœn. & remiſ. Vnde in errore perſiſtẽtib.prę-
ter denegationem ſacramentorum , eſt dene-
ganda ſepultura eccleſiaſtica . c. quibus 13.q.
2. Hinc negantibus malè ablata reſtituere vel
præſtare cautionem cum potuerint, ſacramẽ-
ta ſunt denegãda . c. ſuper de rapt. Nec etiã
ſunt dãda à grauibus peccatis ſubito reuertẽti
bus.de pęn.diſt 1.c.in actione.pariter non ſunt
danda contra interdictum prælatorum. diſtin.
32.c.præter.§.porro.

*SVMMARIVM.*

1 *Catechiſmus & Exorciſmus debẽt præcedere baptiſmũ. & catechiſmus quid.*
2 *Catechiſmus præcedere baptiſmum quare debeat.*
3 *Catechiſmus quid. & propter tria inuentus eſt.*
4 *Credo, quod profertur à baptizãdo, quid ſignificet.*
5 *Patrini an teneantur ad baptizati inſtitutionem.*
6 *Obligatio pueri quæ fit per patrinum, an ſit propriè votum.*
7 *Exorciſmus in baptiſmo nõ eſt prætermittendus, qui fit per presbyterum.*
8 *Baptiſmum quatuor præcedunt, & quid ſignificent.*
9 *Vnctio triplex eſt circa baptiſmum.*

## De Catechiſmo, & Exorciſmo. Cap. II.

Conſequenter conſiderandum eſt
de ſingulis ſacramentis in ſpecie,
& primo de baptiſmo. Verum
quia Catechiſmus, & Exorciſmus,
diſponunt hominem ad
1 baptiſmum, & ſunt eius quædam † præambula
vt probatur per tex. in c. ſiue paruuli, cum
decem ſeq. de conſecr. diſt 4. Ideo prius videamus
de ipſis. Sciendum eſt igitur, quòd nullus
abſque catechiſmo, & Exorciſmo baptizari
debet, vt fidei primũ catechumenus accipiat
rudimentũ c. ante. de conſecr. diſt. 4. Catechiſmus
enim Græce, Latine dicitur inſtructio Vnde
catechizare inſtruere eſt, vt de ſymbolo, &
rudimentis fidei. Vnde etiam catechumenus
dicitur audiẽs, ſiue inſtructus. Sed Exorciſmus
de græco in latinũ dicitur abiuratio. Vt Exi
ab eo immũde ſpiritus. Ita Archid. & Turrecr.
in d. c. ſiue. Sed modo ad deciſiones deueniamus,
quarum prima.

Catechiſmus, qui eſt inſtructio circa fidei
2 † rudimenta, & circa generalia fidei, quæ etiã
rudibus ſunt neceſſaria ad ſciendum, conuenienter
debet præcedere baptiſmũ, ſiue adultus
ſit qui baptizetur, ſiue puer. & ratio eſt q̃a
baptiſmus iuxta S. Tho. in 3. par. dicitur ſacramentum
fidei. Ideo merito requiruntur à baptizando
ea, quæ ſunt de neceſſitate fidei, &
hæc tria ſunt, ſcilicet. fidei ſuſceptio, fidei profeſſio,
& fidei obſeruatio. Et ideo propter hęc
tria catechiſmus inuentus eſt, in quo fit inſtitutio
de articulis communibus diſtincta ad fidei
ſuſceptionem, fit etiam reſponſio ad fidei
profeſſionem, & ad fidei obſeruationem. De
hac reſponſione habetur in c. prima. de conſecra.
3 ſecra. diſtin. 4. Quia vero † adultus peccatum
proprium habet, & per ſe credere poteſt, requiruntur
hæc ab eo de neceſſitate, & per ſe
ipſum reſpondet. ead. diſt. cap. cum pro paruulis.
At in paruulo, qui nec peccatum actuale
habet, nec per ſe accedere poteſt, requiruntur
ab eo de congruitate, & ideo etiam catechizandus
eſt ex ipſa generali conſuetudine vniuerſalis
Eccleſiæ. & fit inſtructio mediante alio,
hoc eſt Patrino, cui committitur puer inſtruendus,
& ipſe loco eius confeſſionẽ & profeſſionem
facit. Vnde Patrinus non rñdet in
perſona propria, ſed in perſona paruuli, c. quæris.
ead. diſt. ver. difficillimam. Et eſt ſenſus cum
4 dicit † Credo. i. Sacramentũ fidei præſtoſum
accipere, in perſona pueri loquens, vt Auguſt.
exponit. Vel ſecundum Dionyſ. Verbum Credo
poteſt referri ad id quod futurum eſt. Vt ſit
ſenſus, Credo. i. quando ad perfectam ætatem
veniam fidei conſentiam. vel alio modo, vt ſit
ſenſus. Credo. i. dabo operam ad hoc quod
credar. Et in hoc ipſ puer obligatur: quia non
eſt inconueniens, vt vnus alium obliget circa
illa ad quæ omnes tenentur, vt dicit Archi. in
c. ante catechizandi. nu. 3. & Turrecr. in c. ante
baptiſmum. de cõſecr. diſt. 4 An vero Patrinus
etiam obligetur, patebit in ſeq. deciſione.

5 Secunda Patrini, † qui ſuſcipiunt aliquos de
ſacro fonte baptiſmi, tenentur ad eorum inſtitutionem,
ſi neceſsitas immineat doctrinæ eorum,
probatur per tex. in cap. vos ante omnia.
de conſecr. diſt. 4. Nam dicuntur fideiuſſores,
cum pro pueris in catechiſmo, & baptiſmo reſpondeant,
& ſpondeant. Neceſsitas vero tunc
imminere dicitur, quando pueri cum infidelibus
conuerſarentur, prout erat in primitiua
Eccleſia. Vel ſi parentes pueri eſſent ſuſpecti
de infidelitate. Vel ſi puer inter infideles conuerſaturus
eſſet Et ita poteſt intelligi tex. in d.
cap. vos ante omnia. Secus ſi nutriretur inter
catholicos Chriſtianos, vel quia parentes pueri
Chriſtiani ſunt, quia tunc ſatis probabiliter
poſſet æſtimari quod eum in fide nutrirent, &
quod fidem addiſceret ab ijs, quibus. cũ uiuit.
Arch. in d c. ante catechizandi.

Tertia. Diximus ſupra in prima deciſ. nu 4.
ꝙ obligatur puer per Patrinum. Huiuſmodi tñ
6 obligatio † non eſt proprie votum, quia votũ
propriè eſt de eo, quod eſt ſupererogationis.
Extenſo tñ nomine eſt votum, quia eſt voluntaria

taria



taria obligatio. Vnde ſuper illud Pſal. Vouete,
& reddite. dicit glo quòd votum emittitur in
baptiſmo. Non tamen facit duplex peccatum
veniendo contra: quia non obligatur poſtea
magis, quam prius, de neceſſitate, ſed de bono,
& æquo. Aſten lib 4. tit. 2. q. 5.

Quarta Baptiſmum præuenire debet non
7 tantum catechiſmus, † ſed etiam exorciſmus.
de conſecr. diſtin. 4. cap. ſiue paruuli. vſque ad
c. illud quia per exorciſmum aſſiſtente ſibi
virtute diuina, poteſtas Diaboli expellitur à
baptizando. Quare non debet aliquo modo
prætermitti, niſi in neceſſitate, qua ceſſante,
debet ſuppleri, vt ſolennitas, & vniformitas
ſeruetur in Eccleſia. Ita D. Tho in 4. diſt. 6. q.
11. art. 3. q. 1. Debet etiam baptizandus cathechizari,
& exorcizari per presbyterum. c. ſacerdos.
de conſecra diſt. 4. Quid autem ſigni-
8 ficent † ea, quæ fiunt in Catechiſmo, & Exorciſmo.
Dic quòd exſufflatio ſignificat expulſionem
maligni ſpiritus, & boni introductionem.
cap ſiue. ead. diſt. Salis linitio ſignificat
gratiam, & ſapientiam. ead. diſt. c. ſal. & præſeruationem
à corruptione, & putredine futurorum
peccatorum cap. ex hinc. ead. diſtin.
Saliuæ contactus circa aures, & nares, ſignificat
ſenſuum ſpiritualium apertionem. cap. poſtea.
ead. diſt. Vnctio olei in pectore, & ſcapulis,
ſignificat legem Dei, amorem, & charitatem,
atque deuotam ſubiectionem. c. deinde,
& c. præſentia. ead. diſtin. Et hæc præcedunt
baptiſmum. Sed tria. quæ fiunt poſt baptiſmũ,
ſcilicet chriſmatio in vertice, ſignificat Chriſti
gratiam in mente, & conformitate. cap.
poſtquàm. cum duobus c. ſeq ead. diſt. Cerei
impoſitio ſignificat fidei, & morum claritatẽ.
Veſtis candida innocentiæ reſtitutionem. cap.
poſt baptiſmum. c. accepiſti. ea. diſt. Hęc Arch.
in c. ſiue. nu. 3. de conſecr. diſt. 3.

Quinta. Vnctio triplex fit circa baptiſmũ.
9 † vna ante, quæ dicitur ad catechumenos, fit
in ſignum pugnæ contra inimicos, ſicut athletæ
inunguntur Secunda fit poſt baptiſmum
de chriſmate in vertice, vt ſicut per ablutionem
aquæ ſignificatur emundatio à peccatis,
ita per chriſmatis inunctionem in vertice ſignificatur
gratia collata in mente ad bene
operandum, vt odor boni exempli ad alios
diffundatur. Tertia fit in cõfirmatione, de quà
poſtea dicetur loco ſuo.

*SVMMARIVM.*

1 *Baptiſmi ſpecies tres.*
2 *Baptiſmus ſanguinis, & flaminis an dicatur ſacramentum.*
3 *Baptiſmus fluminis, vel flaminis, aut ſanguinis, qualiter fiant.*
4 *Baptiſmi ſanguinis excellentia ponitur in ſeptem.*
5 *Baptiſmus fluminis dicitur ſacramentum fidei, & pœnitentiæ.*
6 *Baptiſmi definitio.*
7 *In baptiſmo tria conſiderantur.*
8 *Characteris plures definitiones aßignantur.*
9 *Sacramentorum eſſentialia.*
10 *Baptiſmi inſtitutio multiplex, & quando inſtitutus. nu. ſeq.*
12 *Baptiſmi licet ſint tres ſpecies, eſt tamen vnus baptiſmus.*
13 *Etiam non renatos poſſe introire in regnum cœlorum, qualiter intelligatur.*
14 *Aqua non eſt ſacramentum baptiſmi, ſed ablutio.*
15 *Baptiſmi propria materia, quæ, & numero 17.*
16 *Baptiſmus an in qualibet aqua poſsit fieri.*
18 *Verbum, & elementum ſimul iunctum ſunt neceſſaria ad baptiſmum.*
19 *Baptiſmi forma.*
20 *Expreſsio perſonarum eſt de neceſsitate baptiſmi.*
21 *Expreſsio actus, & perſonæ ſuſcipientis ſunt de neceſsitate ſacramenti, non tamen Ego. & Amen.*
22 *Mutatio formæ verborum ſex modis poteſt contingere in baptiſmo.*
23 *Mutatio vocum manente eodem ſignificatu verborum non vitiat baptiſmũ.*
24 *Additio quando vitiet baptiſmum. Et quid de ſubtractione. nu. 25.*
26 *Corruptio quæ in baptiſmo multipliciter contingere poteſt, quando vitiet ſacramentum.*
27 *Et quid de tranſpoſitione.*
28 *Intentio baptizantis neceßaria eſt ad baptiſmum, & quæ, an actualis, vel virtualis. nu. 29.*
30 *Ebrius non baptizat, ſed ſic ebrioſus.*

31 Inten-

31 *Intentio miniſtri dupliciter poteſt peruerti.*

32 *Intentio baptizantis ſi ſciri non poteſt, quid faciendum.*

33 *Ad baptiſmi ſolemnitatem pertinent, quæ in ritu baptizandi ſeruantur.*

## De baptiſmo, eiuſque ſpeciebus. Cap. III.

POſtea conſiderandum eſt de ip-
ſo baptiſmo, & de quo baptiſ-
mo eſt hic intentio, deinde de
eius inſtitutione, atque defini-
tione. Circa primum ſciendum
1 eſt, † quòd tres ſunt ſpecies baptiſmi, ſcilicet
fluminis, flaminis, & ſanguinis. de conſecr. diſt.
4. c. 1. in glo. tex. in cap. baptiſmi vicem. & c. ca-
techuminum. glo. in c. firmiſſime. 15. q. 1. & in
c. veniens. de presbyt. non bapt. De primo, Io.
3. Et poſt hoc venit Ieſus in terram Iudęam,
& baptizabat. De ſecuneo, Ioan. 12. baptiſ-
mo hoc habeo baptizari. De tertio. Act. 1.
Vos autem baptizabimini Spiritu ſancto. Pri-
mus dicitur propriè baptiſmus, alij duo meta-
phoricè, quia vterque inſtar baptiſmi aquæ pu
rificat, & per conſequens vicem eius ſupplet,
ſic baptiſmus fluminis dicitur propriè ſacra-
2 mentum, ſed baptiſmus † ſanguinis dicitur
ſacramētum impropriè. & ita intelligitur tex.
in cap. catechuminum. de conſecr. diſt. 4. quia
ſacramentum baptiſmi celebratur tantum in
aqua, & non in alio liquore, ead. diſt. c. neceſſa
rium. Quod ſecus eſt in baptiſmo ſanguinis;
& flaminis. Pręterea de integritate ſacramen-
ti baptiſmatis ſunt, neceſſaria repræſentatio
ex ſimilitudine, ſignificatio ex inſtitutione,
ſanctificatio ex verborum prolatione, quę de-
ficiunt baptiſmo ſanguinis, & flaminis. Baptiſ-
3 mus fluminis † fit, cum aqua fontis ex gratia
Spiritus ſancti, vt cū in noīe Patris, & Filij, &
Spiritus ſancti in aqua quis baptizatur. De quo
Io. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiri-
tu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.
Sed baptiſmus flaminis fit per Spiritum ſan-
ctum, & potiſſimè in articulo mortis, quando
quis non poteſt habere copiam aquę, & ſacer-
dotis: nam ſi tunc per talem habetur vera con
tritio, dubio procul ſaluabitur. Tali baptiſmo
aſſerunt Doctores Iudæum illum baptizatum
eſſe; de quo per tex. in c. debitum. extr. de ba-
ptiſ. quem dicunt alio nomine, baptiſmum de-
uotionis, ſeu contritionis, & non conuenit iſte
baptiſmus niſi adultis habentibus vſum ratio-
nis. cap. baptiſmi vicem. de conſecr. diſtin. 4.
Sed baptiſmus ſanguinis fit in ſanguine pro-
prio alicuius occiſi, vt cum quis vellet recipe-
re baptiſmum aquæ, ſed impeditur tyrannica
perſecutione, & in confeſſione fidei martyri-
zatus, proprio ſanguine baptizatur. Hoc ba-
ptiſmo baptizati fuerunt martyres interfecti
pro nomine Chriſti, bene facit cap. catechu-
minum. de conſecr. diſt. 4. ex quo tex. colligi-
tur, ꝙ potiſſimum eſt baptiſmus ſanguinis.
vbi dicit Auguſt. Baptizatus confitetur fidem
ſuam coram ſacerdote, Martyr coram per-
ſecutoe, ille poſt profeſſionem ſuam aſpergi-
tur aqua, hic ſanguine. & ſic ponit Auguſt. ex-
cellentiam baptiſmi ſanguinis in duobus. Pri-
mo in maioritate fidei: quia baptizandus con-
fitetur coram ſacerdote, iſte coram perſecuto
re. Secundo in materia baptiſmi: quia ille poſt
confeſſionem, aſpergitur aqna, iſte ſanguine.
Tertio adde, q̃a aqua baptiſmi ſola ſacramen-
tali ſignificatione vr̃ repræſentare paſsionem
Chriſti. Sãguis verò reali ſignificatione. Quar
to in pleniori receptione Spiritusſancti: q̃a il-
le accipit Spiritum ſanctum, ſed iſte efficitur
habitaculum eius, in quo plenior receptio de-
ſignatur. Quinto in ampliori communica-
tione Chriſti, quia ille Euchariſtiæ communi-
cat in commemoratione mortis, quia Lucæ
22. Hæc quotieſcunq; feceritis in meam com-
memorationem facietis, iſte ipſi Chriſto com
moritur, ideſt ſimul moritur: quia ſicut Chri-
ſtus pro eo mortuus eſt, ita iſte pro Chriſto.
Sexto in maiori reuerentia humanæ vitæ, quia
ille cõfitetur ſe mundi actibus renunciare. iſte
ipſis illecebris, ideſt paſsionibus renunciat, &
vitæ Septimo efficaciori virtute, quia illi om-
nia peccata remittuntur, ſed non extinguun-
tur. d. c. catechuminum. Sed martyrio omnia
extinguuntur, ita vt nec veſtigium maneat,
nec fomes. Vnde Damaſce. Valde venerãdum
eſt baptiſma, quod ſecundis non coinquina-
tur ſordibus, vnde etiam ſtatim introducit in
gloriã. Præſens autem intentio noſtra eſt age-
re de baptiſmo aquæ, qui dicitur ſacramentũ
5 † fidei, quia in eo fides confertur, per quam
Chriſtum induimus. Gal. 3. Quicunque bapti-
zati eſtis, Chriſtum induiſtis. Dicitur etiam
ſacramentum pœnitentiæ, quia quãuis in ba-
ptiſmo nõ ſit neceſſaria pœnitentia luctuoſa
ſecundũ Aug. eſt tñ neceſſaria in adultis, pęni-
tentia, ſcilicet diſplicentia præteritæ vitæ, ſ.
quo ad maiores, & adultos qui vſum rationis,
& diſcretionis habent. c. tres ſunt. de pœnit.
diſt. 1. gl. in c. ſine pęnitentia, de conſec. diſt. 4.
non autem quo ad paruulos, qui vſum ratio-
nis non habent. arg. gl. in d. c. ſiue. Turrecre. in
c. firmiſsime. 15. q. 1. Dicitur autem baptiſmus
ab eo, quod eſt baptizare, quod Græcè idem
eſt



eſt, quod lauare Latinè. Secundum autem q̃d
baptiſmus eſt nomen ſacramenti, omiſſis alijs
definitionibus, ſic definitur à magiſtro Sent.
lib. 4. diſt. 3. & à glo. in cap. neceſſarium. de con
ſecra. diſtin. 4. quòd eſt ablutio corporis exte-
6 rior † facta ſub forma verborum præſcripta.
Huic ſimilis eſt alia definitio Augu. quæ hu-
iuſmodi eſt, Baptiſmus eſt intinctio in aqua
verbo vitæ ſanctificata. Vbi notandum, quòd
ſicut in ſacramento altaris ſunt tria, ſcilicet ſa-
cramentum tantum, res, & non ſacramentum,
& res atque ſacramentum. cap. cum Marthæ.
§. diſtinguendum. de celebr. miſſ. Ita in baptiſ-
7 mo † vnum, quod eſt tantum ſacramentum,
quod eſt applicatio aquæ ad hominem, quæ
eſt ablutio: aliud, quod eſt res tantum, ſcilicet
gratiæ infuſio, & peccatornm remiſſio, & hoc
notatu., dum dicitur. Baptiſmus eſt ablutio:
nam ſacramentum eſt aliquid viſibile exterius
exiſtens, quod ſcilicet eſt ſignum interioris
effectus, & ita ablutio corporis exterior quod
eſt ſacramentum, ſignificat ablutionem in-
teriorem, ſcilicet peccatorum remiſſionem,
& gratiæ infuſionem: ſacramentum vero &
rei eſt character. Ita Abb. antiq. in cap. maio-
res. de baptiſ. Turrecre. in cap. neceſſarium. de
8 conſec diſt. 4. Character † verò diuerſimodè
definitur. Alij enim dicunt, quòd character
eſt quædam paſſibilis qualitas illuminans ani-
mam ad videndum facilius quid ſit creden-
dum, & quid faciendum. Vel melius, chara-
cter eſt qualitas diſponens. & habilitans ani-
mam ad ſuſcipiendam gratiam. Io. verò Da-
maſc. dicit, quòd character eſt mentis cuſto-
dia, eo quòd inſepaeabiliter mentem cuſto-
dit, & quia eam præparat, & habilitat ad gra-
tiam, per quam ipſa anima cuſtodirur. Vel
character eſt quædam impreſsio, qua organi-
zatur, & diſtringitur ad animam recipien-
dam. Hæc Abb. antiq. Et nota, quòd de ſub-
9 ſtantia ſacramenti nouæ legis † ſunt duo ne-
ceſſaria, materia debita elemẽti. ſcilicet aqua
ſimplex elementaris, & debita forma. Vnde
Aug. Accedit verbum ad elementum, & fit ſa-
cramentum. 1. q. 1. c. detrahe. Sic in Sacramen-
to Euchariſtiæ: nam ad conſecrationem cor-
poris Domini noſtri Ieſu Chriſti requiruntur
plura eſſentialia, & inter alia, materia, & for-
ma debita, quorum altero deficiente, non eſt
corpus Chriſti conſecratum. per ea, quæ legũ-
tur, & notantur. 7. quæſt. 1. c. illud. & cap. cum
Marthæ. & cap. literas. vbi Henric de celebra.
miſſ. Item in ſacramento pęnitentiæ peccata
delentis inter alia requiruntur duo eſſentialia,
oris confeſsio, & cordis contritio, quorum al-
tero deficiente, deficit ſacramentum, ſaltem
quantum ad Eccleſiam militantem. 24. q. 2.
cap. legatur. Sic in ſacramento matrimoniali
ſunt neceſſaria verba, & conſenſus amborum
contrahentium, quorum altero deficiente de-
ficit. 27. q. 2. cap. ſufficiat. 29. q. 2. cap. ſi quis li-
ber. de ſponſ. cap. tuæ. cap. 1. de coniu. ſer. Item
in ſacramento Ordinis rȩquiritur factum, ſci-
licet olei ſacri effuſio, & manus impoſitio, &
verba. Item in ſacramento Confirmationis,
in fronte requiruntur cum ſacro chriſmate
delinitio, & verba, quorum altero deficien-
te, deficit ſacramẽtum. prout not. de ſacr. vnct.
c. vnic. §. hoc vnguento. Item in ſacramento
extremæ vnctionis, vt legitur, & not. de ſacr.
vnct. c. vnic. §. de prima. Sic in ſacramento ba-
ptiſmi requiruntur materia elementi, forma
verbi, & rurſum intentio miniſtri copulantis
formam materiæ. iuxta illud Ambr. Affectus
tuus operi tuo nomen imponit, & intentio
dirigit opus. Ad hoc. 1. q. 1. §. ecce. de conſecr.
diſt. 4. c. retulerunt. vbi ab eccleſia ratum eſt
habitum baptiſma propter intentionem. Sic
dicimus etiam in matrimonio, de ſponſ. c. tuæ.
& in conficiente Euchariſtiam. Hugo. c 2. de
conſecr. diſt. 2. Hinc fit, quòd baptiſma, quod
iocosè vel minutè traditur, vel confortetur
verum baptiſma eſt, ſi adſit intentio dandi, ſi
autem non adſit, non eſt baptiſma: vt plenè
not. Inn. in c. 1. de bapt. Arch. in c. ſolet. de con-
ſecr. diſt. 4. At circa baptiſmi inſtitutionẽ ſciẽ-
10 dum eſt, quòd multiplex fuit inſtitutio: nam
quo ad materiam, fuit inſtitutus quando Do-
minus fuit baptizatus à Ioanne: quia tũc Chri-
ſtus tactu ſuæ mundæ carnis vim regenerati-
uam contulit aquis. c. per aquam. c. propriè, de
conſecr diſt. 4. glo Lucæ 3. ibi baptizato Ieſu,
vbi dicit: baptizabatur Dominus nõ mundari
indigens, ſed tactu mundæ carnis aquas mun-
dans, vt vim abluendi habeant. Sed quo ad for
mam fuit inſtitutus, cum diſcipulis ſuis dixit.
Ite baptizate omnes gẽtes, in nomine Patris,
& Filij, & Spiritusſancti. d. c. propriè. Itẽ quan-
tum ad finem cum dixit Nicodemo. Niſi quis
renatus fuerit, &c. c. non vt apponeres. ext. de
baptiſ. finis enim baptiſmi eſt introductio, ſiue
ingreſſus in paradiſum. Sed quantum ad effe-
ctum, cum dixit: Mar. vlt. Qui crediderit, &
baptizatus fuerit. Baptiſmus enim ſaluat, &
a pœna, & à culpa. cap. tres ſunt. de pęn. diſt. 1.
c. non ex quo de conſecr. diſt. 4. Item quantum
ad efficaciam, & ſignificationem, quando de
latere Chriſti exiuit ſanguis, & aqua, quia ex
fluxu illo baptiſmus habet efficaciam, ſeu vir-
tutem. Vnde Ezech. 17. Vidi aquam egredien-
tem de templo à latere dextro, &c. Sed quan-
tum ad ſignificationem, quando de latere eius
exiuit ſanguis, & aqua, quæ erant ſigna baptiſ-
mi, & Euchariſtiæ. Ex officio verò q̃n miſit
diſci-

diſcipulos ſuos binos,& binos ad prædicandũ
& baptizandum Habetis ergo ex his multipli
ces, & diuerſas baptiſmi inſtitutiones. Item
11 qualiter baptiſmus † fuit inſtitutus ante paſ-
ſionem,& poſt,ſed ante, inſtitutione priuata,
poſt,inſtitutione publica,cum omnibus publi
catum, & impoſitum eſt euangelium. Prima
inſtitutio erat quaſi in conſilio, ſecunda ex
præcepto, cuius vnuſquiſque debitor eſſe cœ-
pit ex quo ad eum inſtitutio peruenit, ſecun-
dum Bon.4.diſt.3.par.2.c.1.art. 1.q. 1. in fine.
Rich. 4 diſt.3.quæſt 5.art.2.Aſtenſ lib. 4.titu.
3.de baptiſ.art.3. Sed modo colligamus deci-
ſiones: & prima eſt Licet tres dixerimus
eſſe ſpecies baptiſmi, non tamen contradici-
12 mus † Apoſtolo dicenti ad Epheſ. c. 3. quòd
vnus eſt baptiſmus, vna fides, & vnus Deus.
Nam baptiſmus propriè qui requirit duo, ſci-
licet verbum, & elementum, ſolum vnus eſt,
& de tali intelligitur dictum Apoſtoli. Sed
alij,ſcilicet flaminis,& ſanguinis,dicuntur im-
propriè: quia ſupplent vicem baptiſmi. c. ba-
ptiſmi vicem de conſecr. diſt.4.

Secunda. Quamuis Ioannes cap. 3. dicat.
13 Niſi quis renatus † fuerit ex aqua, & Spiritu
ſancto,non poteſt introire in regnum cęlorũ.
vt habetur in cap. maiores. & cap. non vt ap-
poneres.de baptiſ.tamen aſſeueramus etiam
non renatos ex aqua, & Spirituſancto poſſe
introire in regnum cęlorum. modo ſint bapti
zati baptiſmo flaminis, vel ſanguinis. De pri-
mo eſt tex.in c.debitum,de baptiſ.Tali baptiſ-
mo fuit baptizatus latro.cap. nullus. de pęnit.
diſt.7 cap. baptiſmi vicem de conſecr. diſt.7.
De ſecundo loquitur tex in c.catechumenum,
ead. diſtin. Igitur auctoritas Ioannis intelli-
genda eſt, quando baptiſmus fluminis poſſet
haberi: nam tunc alij non ſufficiunt,ſed ſi ille
haberi non poteſt,tunc alij ſufficiunt ad vitam
æternam. d. cap. baptiſmi vicem, & cap. de-
bitum.

14 Tertia. Licet Gandulphus † dixerit, quòd
aqua ſit ſacramentum. arg. de conſecr. diſtin.
2. cap. ſacrificium, quod etiam ſonare vi-
dentur verba Hugon. de S.Victore; nam ipſe
in definitione baptiſmi dicit, quòd eſt aqua.
Vnde ſi aſinus bibat aquam illam, bibit ſacra-
mentum, vt refert glo.in cap.detrahe. 1. q. 1.
Tamen hoc non eſt verum: quia cum ſacra-
menta nouæ legis ſanctificationem quan-
dam operantur, ibi perficitur ſacramentum,
vbi perficitur ſanctificatio, in aqua autem
non perficitur ſanctificatio, ſed in applica-
tione aquæ ad hominem, & ideo non ipſa
aqua,ſed vſus eius,qui eſt ablutio,eſt ſacramẽ-
tum. Concordat magiſter Sent. & Alexan. de
Hales,ita Turrecr.in c,detrahe.nu.3.

15 Quarta. Baptiſmi propria † materia eſt
aqua ſimplex elementaris, ex inſtitutione di-
uina. Io.3 Niſi quis renatus fuerit, & cæt. Hu-
ius quidem inſtitutionis conuenientia poteſt
colligi ex multis,& primo:quia ſacramentum
maximæ neceſſitatis, vt eſt baptiſmus, ſine
quo nullus poteſt ſaluari debet habere mate-
riam maximè communem, ne propter defe-
ctum materiæ, aliquis impediretur à talis ſa-
cramenti ſuſceptione:ſed aqua eſt huiuſmodi,
vbique enim inueniri poteſt, ergo. Secundo,
propter aquæ proprietates,quæ ſua humidita-
te lauat ſordes,ſua frigiditate temperat ſuper-
fluitatem calorum, & eſt lucida oculis intuen-
tium. Sic baptiſmus mundat ſordes animæ,re-
frigerat æſtum carnalis concupiſcentiæ, & il-
luminat oculos mentis reſpectu diuinæ noti-
tiæ Tertio, Ex ipſa ratione baptiſmi, quæ eſt
regeneratio in ſpiritualem vitam, quòd maxi-
mè conuenit aquæ. Vnde & ſemina,quibus ge-
nerantur omnia viuentia, ſcilicet plantæ, &
animalia,humida ſunt,& ad aquam pertinent.
Hæc Turrecrem.in c.1.nu.4.de conſecr.diſt.4.
Aſtenſ.lib.4.tit 3.art.4

16 Quinta in qualibet aqua † qualitercunque
tranſmutata, dummodo non ſoluatur ſpecies
aquæ, poteſt fieri baptiſmus. Si autem ſolua-
tur ſpecies aquæ, non poteſt fieri baptiſmus,
iuxta S.Tho 3.par.Turrecre.in cap. 1. de con-
ſecr.diſt.4. & ex hoc correlariè ſequuntur ali-
qua. Primo, quòd cum tranſmutatio,quæ fit in
aqua maris & in alijs aquis,non ſit tanta, quæ
ſoluat ſpeciem aquæ,quod in huiuſmodi aquis
poteſt fieri baptiſmus. Secundo ex eadem ra-
tione ſequitur, quòd in lixiuio, & in aquis ſul-
phureis & in alijs aquis, quæ ex terra, per quã
tranſeunt immutantur, poteſt fieri baptiſmus.
Tertio, ꝙ cum aqua roſacea ſit liquor à roſa
reſolutus,in ea non poteſt fieri baptiſmus, &
eadem ratione, nec in aquis alchimicis, ſicut
nec in vino,vel in aqua, cum vino, vel aliquo
liquore mixta, quod intelligerem etiam ſi ſa-
tis maior pars eſſet de aqua, modo ſolueretur
ſpecies aquæ Prout tenet Hoſt.in ſum. eod.tit.
§. Quæ ſit eius forma.ver.Quid ſi alius liquor.
& in cap.non vt apponeres.eod. tit. Quarto,
quòd ſi aqua paludis eſſet in tantum degroſ-
ſata,quòd recederet à vera raritate aquæ, non
eſſet baptiſmus,ſicut ſi eſſet lutum, alias eſſet
baptiſmus, quia adhuc manet ſpecies aquæ.
Quinto, quòd in aqua, ſicut eſt ius, ſiue bro-
dium pinguium,vel huiuſmodi.quę infrigida-
ta congelantur,& conſtant,& ceruiſia, & vri-
na,& lixiuium,quod multam habet commix-
tionem acutorum corporum,non poteſt fieri
baptiſmus: ita Henric. & Panorm. in d c. non
17 vt apponeres. Conclude ergo † ex omnibus
prædi-



ctis,ꝙ debita materia baptiſmi eſt aqua ſim-
plex naturalis potens abluere. Aqua dicitur,
quia in nullo alio liquore poteſt fieri baptiſ-
mus. Pura:quia non in brodio, vel aqua mixta
pinguedine, vel butyro; quando ſcilicet per-
mixtum ſoluit ſpeciem aquæ. Naturalis,nõ ar-
tificialis,vnde excluditur aqua roſacea. & al-
chimica. Item nec aqua ſupernatans liquori,
quæ dicitur flegma. Potens abluere: quia aqua
in linteo madido,vel lana non eſt apta lauare,
niſi exprimatur extra.

18 Sexta. Nec ſolum elemẽtum, † nec ſola ver-
ba ſufficiunt ad baptiſmum. Sed vtrunque ne-
ceſſarium eſt.c.detrahe.1.q.1.Hinc fit quòd ſi
aliquis immergat aliquem & non proferat
verba,non baptizat: quia alterum eſſentialiũ
deficit, hoc eſt verbum. c. non vt apponeres,
de baptiſ. cap. propriè. de conſecra. diſtin. 4.
19 Forma autem eſt illa, Ego † baptizo te, in
nomine Patris,& Filij,& Spirituſſancti,amen:
Quam formam Dominus tradidit diſcipulis
ſuis,cum dixit. Ite,baptizate omnes gentes in
nomine Patris,& Filii,& Spirituſſan. cap.pro-
priè.de conſecr.diſtin.4.& glo.eod. tit. cap. 1.
Sed notandum, quòd in prædicta forma ſunt
quatuor: Primum expreſſa nominatio perſo-
narum in Trinitate. Secundum, expreſſio
actus baptizandi,& perſonæ ſuſcipientis, cum
dicitur baptizo te. Tertium eſt expreſſio ba-
ptizantis: Ego. Quartum eſt, quod pertinet
ad confirmationem totius. Amen. Et ſecun-
dum hoc ponendæ videntur quatuor Deciſio-
20 nes. Prima eſt, † quòd expreſſio perſonarum
eſt de neceſſitate baptiſmi. Quod expreſsè pa-
tet ex determinatione ſanctæ Eccleſiæ, quæ
habetur in cap.in Synodo. de conſecr. diſt. 4.
Vbi dicitur ſic. In prædicta Synodo ſacerdo-
tes voluerunt, vt qui vnam de Trinitate per-
ſonam in baptiſmo non nominaret, illud ve-
rum baptiſma non eſſet,nec eſſe poſſet Quod
ſecus erat in primitiua Eccleſia vbi verus erat
baptiſmus collatus in nòmine Chriſti tãtum:
quod factum eſt ex ſpeciali reuelatione Spi-
rituſſancti, vt nomẽ Chriſti amabilius redde-
retur, quod valde odioſum erat incredulis 1.
Corin.1. Nos prædicamus, & cæt. Rurſum in-
fertur, ꝙ non ſufficit formam mente concipe-
re,& non voce proferre.d c.in ſynodo. & ibi
Archid. vbi extendit ad alia ſacramenta, di-
cens, quòd mutus baptizare non poteſt: vt
etiam notatur in cap.paruuli.ead diſt. An ve-
ro ſit baptizatus ille qui baptizatur in nomine
Genitoris,& nati, & ſancti flaminis. gl. in cap.
multi, dicit, quòd ſic. quia non refert vtrum ex
æquipollentibus quid fiat.arg.ff.de verb.oblig.
l.quæ extrinſecus.& l.ſi ſub vna. Henr. vero in
c. non vt apponeres.videtur reſidere cum alia
opinione dicentium, quòd non ſit baptiſmus.
21 Secunda eſt,quòd † expreſſio actus,& perſo-
næ ſuſcipientis ſunt de neceſſitate ſacramenti,
patet ex determinatione Eccleſiæ, quæ habe-
tur in cap.1.eod.tit vbi ſic dicitur. ſi quis pue-
rum ter in aqua immerſerit in nomine Patris,
& Filij,& Spirituſſancti, & non dixerit, Ego
baptizo te,non eſt baptizatus. Hoc etiam te-
net glo.in d.c multi.in fi. Tertia. Expreſſio per-
ſonæ baptizantis non eſt de neceſſitate Sacra
menti. Hinc ſi omittitur pronomen Ego,& di
ceret quis baptizo te,&c bene baptizat: quia
ſubintelligitur pronomen arg.C de Fideicom.
l.verbum volo. maximè, quoniam nec Chri-
ſtus appoſuit pronomen cum dixit. Ite bapti-
zate. Hinc fit,quòd baptiſmus, qui confertur à
Græcis eſt verus baptiſmus, qui ſic baptizant.
Baptizetur ſeruus Chriſti Nicolaus in nomine
Patris, & Filij, & Spirituſſancti. Amen. Quia
reuertentes ex eis ad obedientiam Eccleſiæ
non rebaptizantur. vt dicit Turrecrem. in c. ſi
non.nu 6.de conſecr.diſt 4.glo. in d. c multi.
Quarta, quòd nec Amen eſt de ſubſtantia, vt
ibi per Turrecre.

Septima. Mutatio in forma verborum
22 † poteſt contingere multipliciter, videlicet
vocum variatione, additione, ſubtractione,
corruptione.tranſpoſitione, & interruptione.
Quantum ad primum ſit talis deciſio. Muta-
tio qualitercunque fiat circa voces manente
eadem ſignificatione, & modo ſignificandi,
Non obeſt ſacramento baptiſmi. Nã ſi aliud
eſſet,ſequeretur huiuſmodi abſurdum, ꝙ non
poſſent ſacramenta conferri,niſi in lingua He
braica, in qua forma Sacramentorum fuit in-
ſtituta. Nunc autem poteſt cõferri baptiſmus
in quacunque lingua,Hebraica, Græca, & La-
tina,& in omni alia materna. ergo ſecundum
Petr.cum quo concordat Hoſt in ſum. eo. tit.
§. quæ ſit eius forma, ad finem. ſub § quid ſi
Latinus.ergo. Et ratio eſt:quia forma realis po
tius attendenda eſt,quam verbalis.de conſecr.
diſt.4.c.retulerunt.

23 Octaua. Si mutatio † vocum non eſt tan-
ta, quin maneat eadem ſignificatio ſecun-
dum accommodationem vſus, licet non ſe-
cundum regularem formam primæ inſtitu-
tionis, & tunc eſt baptiſmus, ſi fiat ex ſim-
plicitate,& non ex peruerſitate, ſiue mutatio
fiat ex parte ante, ſiue poſt Dicit tamen D.
Thom. quòd hoc præcipuè accidit, quando
ſenſus locutionis remanet, quando corruptio
eſt à parte finis:ſecus ſi à parte principij,maxi-
mè quando mutatio eſſet magna. Vnde Papa
reputat baptizatũ eum,qui à quodam ſacerdo
te ignaro Latini eloquij baptizatus eſt in no-
mine Patria,& Filia,& Spiritua ſãcta,de cõſec.
diſt.4.

diſt.4.c.retulerũt. At ſi erraret ex peruerſitate,
talis error impediret, quia aliud intẽderet fa-
cere, quam dicant, vel faciãt catholici. Arch.
in d.c. retulerunt. Rurſum. Si dicatur Nos, vbi
Ego, & Baptizamus, vbi baptizo, & vos, vbi
te, & tunc eſt cõcluſio Petri de Palude, quod
eſt verus baptiſmus, licèt incurratur peccatũ:
quia remanet ſenſus verborum ex accommo-
datione vſus. Sed ſi dicatur: In nominibus,
vbi dicitur, In nomine, vitiatur: quia de for-
ma eſt vnitas eſſentialis perſonarum, quam re-
præſentat numerus ſingularis, ſicut & Trini-
tas perſonalis in diſcretione perſonarum. Ita
Turrecrem. in d. c. ſi non. nu. 10.

Nona, Circa additionem. Secundum Ca-
24 noniſtas ſit talis deciſio. Additio † ſiue præ-
mittatur ſiue ſequatur, ſiue interponatur, ſem-
per vitiat baptiſmum, quia formæ nihil addẽ-
dum eſt, ſiue detrahendum. c. firmiſſimè, & c.
ſi non ſanctificatur. & c. de Arrianis. de con-
ſecr. diſt.4. Et in hoc Hoſt. in ſum. concordat,
dicens, quòd ſi quis dicat Ego te baptizo in
nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti, &
omnium ſanctorum, non eſt baptizatus: quia
nihil debet iungi formæ. & in hoc hodie om-
nes conueniunt. Ita etiam tenet Archid. in d.
c. ſi non ſanctificatur.

Decima. Circa ſubtractionem. D. Th. &
25 quaſi comm. Doct. aſſerunt, † quòd ſi ſubtra-
hatur aliquid, quod eſt de ſubſtantia formæ,
ſiue inuocatio Trinitatis, ſiue actus exercitus
cum perſona baptizanda, tollitur ſacramen-
tum, & ille, qui baptizat, grauiter peccat. Si ve-
rò tollitur id, quod non eſt de eſſentia formę,
vt ſi à forma baptiſmi tollatur; Ego, vel Amẽ,
vel à forma conſecrationis, enim, & tunc, nõ
tollitur ſacramentum, ſed graue peccatum eſt.
Turrecrem. in d. c. ſi non. verſ. tertio modo.

Decima. Circa corruptionem. Hæc deci-
ſio ponitur iux. D. Thom. & Pet. de Palude.
26 Corruptio, † verborum, quę fit ex induſtria,
& malitioſè, impedit baptiſmum: quia nõ vi-
detur intendere quod Eccleſia intendit. Sed
illa, quæ fit ex ignorantia, vel defectu linguę,
ſi tanta eſt corruptio, quæ aufert ſenſum locu-
tionis, quod maximè fit, quando contigeret in
principio dictionis, vt ab iſta dictione, patris,
ſubtrahatur prima littera, vel ſyllaba, & loco
eius apponeretur matris, non eſſet baptiſmus:
quia ſenſus omninò mutatur. Si autem ſenſus
locutionis maneat, quod præcipuè accidit,
quando corruptio eſſet in fine. Exemplum in
d. c. retulerunt, & tunc èſſet baptiſmus. Si ve-
rò corruptio fieret ex neceſſitate, vt ſi puer
moreretur, antequam ſacerdos perficeret ver-
ba formæ: & tunc piè creditur, quod Summus
ſacerdos ſuppleat. Vnde talis ſi moriatur, in
cemiterio ſepeliendus eſt. Si verò ſuperuixe-
rit, ratione dubij, credo, quòd ſub conditione
rebaptizandus eſt, iux. c. 2. eod. tit. Henric. in d.
cap. non vt apponeres.

Vndecima. Circa tranſpoſitionem, dic, q̃
27 ſi tranſpoſitio † fit ex certa malitia, non eſt
baptiſmus: quia nõ intendit ſeruare formam
Eccleſiæ. Si verò fit ex ſimplicitate, & talis
tranſpoſitio mutaret intellectum verborum,
vt ſi diceretur, baptizo in nomine te Patris, &
Filij, &c. vel ſi tranponerentur ſyllabæ, vt in
nomine triſpa, & huiuſmodi, tunc nõ eſt bap-
tiſmus. Si verò per tranſpoſitionem maneret
ſententia, eſt verus baptiſmus, vt ſi diceretur,
Ego te baptizo in Patris, & Flij, & Spiritusſ-
ſancti nomine. Ita Pet. de baptiſ. tract. 1. for-
ma baptiſmi qualis eſſe debeat. Sic interpoſi-
tio ſi eſt modica, ita quòd ſecũdum vſum cõ-
munem non videtur actum diſcontinuare,
vt interueniat ſilentium, aut tuſſis, aut reſpi-
ratio, aut aliquid huiuſmodi, tunc erit baptiſ-
mus. Sed ſi diſcontinuatio eſſet magna, ita
quòd actum euidenter diſcontinuet, tunc no-
cet ita: Turrecrem. vbi ſup. & Henric. in d.
cap. non vt apponeres. num. 12.

28 Duodecima. Cum † non ſolum ſit neceſſa-
rium verbum, & elementum ad perficiendũ
baptiſmum, ſed etiam requiratur intentio,
ideò apponamus has deciſiones, quarum pri-
ma eſt. Intentio baptizantis exigitur ad perfi-
ciendum ſacramentum baptiſmi, vt nos ſupra
affirmauimus num. 9. gloſ. in cap. dedit, quęſt.
1. Et nõ obſtat quòd baptiſmus ſit opus Dei,
& non hominis. cap. a quodam. cap. ſi inter.
de conſecr. diſt.4. ergo in ipſo conferendo nõ
exigitur hominis intentio, arg. 1. quæſt. 1. c. de-
dit. in fine ibi, Ebrius. Hinc. Gan. & eius ſequa-
ces dicebant non eſſe neceſſariam intentionẽ
baptizantis in hoc ſacramento, nec in alijs ſa-
cramentis neceſſitatis: Nam in contrarium eſt
veritas, ſecundũ Hug. & Pet. Lumb. & alios;
quia ſicut in hoc ſacram. & in alijs ſacramen-
tis forma eſt ſeruanda, ita intentio ad illud, vel
illa celebranda eſt attendenda, aliàs quomodo
affinitates ſpirituales contraherentur, niſi in-
tentio baptizantis intercederet? Et quod dici-
tur quod hoc ſacramẽtum eſt opus ſolus Dei:
debet intelligi, quod ſolus Deus per illud pec-
cata dimittit Ita Archid. in c. ſolet, de conſec.
diſt.4. Nec etiã obſtat d. c. Dedit. de conſecr. d.
4. c. baptiſmus. in fi. vbi dicitur, quòd Ebrius,
vel Ebrioſus, poteſt conferre baptiſmum, qui
non poſſunt habere intentionem baptizandi:
quia reſpondetur, quòd ibi loquitur non
de Ebrio, qui eſt inſcius, & obliuioſus, ſcili-
cet cum iacet ſepultus vino: ſed nomine Ebrij
ibi intelligitur peccator, ſcilicet qui laborat
vitio



vitio tali, quod ſæpe inebrietur, ſecundum
Hug. & Archid. in d. c. dedit.

Tertiadecima. Licet intentio miniſtri ſit ne-
29 ceſſaria † ad baptiſmum, tamen ſecundum D.
Thom. & Pet. de Palude, non eſt neceſſaria
actualis præciſe. ſed virtualis, Virtualis autem
dicitur, quando quis habuit actualem intẽtio-
nem nudam miniſtrandi Sacramentum, & ex
illa motus eſt ad miniſtrandum, poſito, quòd
actualiter non cogitet, cum miniſtrat, virtuali-
ter tamen manet intentio præuia: & hæc ſuf-
ficit. Exemplum: In me eſt actualis intentio
eundi ad Eccleſiam, impero pedem moueri,
& licet in medio motus ceſſet intentio actua-
lis, manet tamen motio pedis.

Quartadecima. Defectus intentionis in ſe-
xu, ſeu conditione perſonæ baptizandæ, im-
pedit quandoque baptiſmum, puta, quando
intendebat tantum maſculum baptizare, &
non fœminam, & illa eſſet fęmina. arg. ff. de
contr. empt l. alioquin, 29. q. 1. c. 1. verum ſi in-
tendebat baptizare perſonam cuiuſcunque ſe-
xus eſſet, eſt baptizata: quia quantum ad Dei
cultum non eſt maſculus, neque fœmina, ne-
que liber, neque ſeruus, omnes enim in Chri-
ſto eandem mercedem accipiemus, in Auth.
de monach. §. hinc autem nobis. collat. 1. Et
licet homo erret in ſexu, non tamen errat in
perſona, quam tenet, & baptizare intẽdit. arg.
ff. de pign act. § 1 in fi l. in venditione. §, planè.
de contr. empt. Si vero de hoc non cogitabat,
ſed ſimpliciter baptizabat, videtur baptizatus.
per d. §. planè & alia iura ſup. alleg. Aſtenſ. lib.
4. tit. 5. art. 3. quamuis Hoſt. in ſum. eod. tit. di-
cat, quòd debeat ſi adhuc viuit, baptizari ſine
errore. per c. 2. eod. tit. Prima tamen opinio vi-
detur mihi verior.

Quintadecima. Ebrius qui habet ligatam
30 rationem, & neſcit † quid agat, non poteſt
baptizare: cum non poſſit habere intentionẽ
baptizandi. Et talis dicitur ebrius actu, ita fra-
ter Io. in ſum. confeſ. in rubr. de baptiſ. q. 35. ſed
ebrioſus, qui dicitur ille, qui conſuetus eſt ine-
briari, licet aliquando poſſit eſſe ſobrius in
actu, baptizat, ſi eo tempore ſciat quid faciat,
etiam ſi lingua aliquo modo balbutiat: quia
illud non eſt ſemper ſufficiens ſignum ligami-
nis rationis. Vnde ſi formet verba intelligibi-
liter, licet non omnino perfectè, baptizat. Si
autem ita corruptè, q̃ communiter intelligi
non poſſet, eſſet poſtea rebaptizandus, & ita
intelligitur d. c. dedit. & c. baptiſmus. Bonau. 4.
diſt. 5 du. circa literam. q 11.

Pariter Si quis aliquem iocoſe baptizaret,
modo adſit intentio baptizandi, eſt vere ba-
ptizatus, quod expreſſum eſt 7. q. 1. c. Spiritusſ-
ſanctus, & §. ecce.

31 Sextadecima Intentio miniſtri † an requi-
ratur recta ad baptiſmum. reſpon. D. Thom. 6.
quæſt. 1. art. 2. q 2. quòd dupliciter poteſt per-
uerti miniſtri intentio. Vno modo reſpectu ip-
ſius Sacramenti, puta, cum quis non intendit
Sacramentum conferre, ſed deluſorie aliquid
agere, & talis peruerſitas tollit veritatem ſa-
cramenti, præcipuè quando ſuam intentionẽ
manifeſtat exterius. Exemplum in Pagano,
qui nec Chriſtianus eſt, nec Iudæus, nec bapti-
zatus, nec circunciſus, qui deluſoriè hoc face-
ret non obſeruando formam, & intentionem
Eccleſiæ iux. tex. cum glo. in cap. quos à Paga-
nis. de conſec. diſtin. 4 Alio modo poteſt per-
uerti intentio miniſtri, quantum ad illud, q̃
ſequitur Sacramentum, puta, ſi presbyter in-
tendat fęminam baptizare, vt abutatur ea, &
talis miniſter quamuis grauiter peccet, tamen
conficit ſacramentum.

32 Septimadecima. Quid ſi ſciri † non poteſt
certitudinaliter intentio baptizantis. verbi gra-
tia, Eſt quis baptizatus à pagano. qui ſi bapti-
zat in forma Eccleſiæ, eſt baptizatus. c. Roma-
nus. de conſec. diſt. 4. aliàs ſecus. d. c. quos à Pa-
ganis. Reſpon. Aug. in c. ſolet de conſecr. diſt. 4.
quòd implorandum eſt ſuper hoc diuinũ con-
ſilium: quod ſi non reuelet Deus, ſub condi-
tione ſic ablutus, eſt baptizandus. c. 2. eo. tit. vel
fortè poſſet dici, quòd poſſet colligi intentio
miniſtri, quando morem Eccleſiæ Paganus
ſeruaret in baptizando.

Octauadecima. Præter materiam debitam,
& formam, atque intentionem, quæ ſunt de
neceſſitate in ſacramento baptiſmi, ſunt, &
33 alia, † quæ in ritu baptizandi ſeruantur, quæ
pertinent ad ſolennitatem. Adhibetur autem
huiuſmodi, tum ad excitandam deuotionem,
& reuerẽtiam ſacramenti, tum ad inſtructio-
nem fidelium, tum ad cohibitionem dæmo-
num, ne ſacramentalem impediant effectum.
Ordo verò pertinentium ad ſolemnitatem
baptiſmi, ſecundum morem Eccleſiæ vſitatũ,
eſt iſte: Primo enim inſufflatur, vt virtus dia-
boli exterior expellatur, & exterius expellen-
da ſignificetur. c. poſtquam de conſecr. diſt. 4.
& c. ſeq. Secundo ſignum crucis fit in pecto-
re, & in fronte, vt dęmon ſe cognoſcat expel-
lendum tam in occulto cordis, quàm in pu-
blico confeſſionis. c. poſtea, ead. diſtin. Tertiò
ſal in ore ponitur, vt ſignificetur quod per ba-
ptiſmum ſapor ſapientiæ præparatur. cap. ex
hinc. ead. diſtin. Quarto fit aurium, & narium
cum ſputo linitio, vt ſignificetur gratia ad di-
ſcernendum, & obediendum. c. poſtea tangun-
tur. ea. diſt Quinto fit linitio olei ſancti, quod
dicitur oleum catechuminorum, in pectore,
& ſcapulis, vt ſignificetur apertio mentis ad
Deum

Deum amandum, & eius onera portandum. c.deinde ead. diſt. Sexto fit poſt baptiſmum inunctio chriſmatis in vertice, vt ſignificetur apertio mentis imputribilis ad contemplandum. Chriſma enim confectum eſt de oleo lucente, & balſamo conſeruante. Et debet hæc fieri inunctio de Chriſmate noua, non veteri. de conſecr. diſtin.4.c. ſi quis. Septimo datur ei veſtis candida, ad deſignandum nouitatem vitæ. c.poſt baptiſmum. de conſecra. diſt. 4. D. Thom.3.p.q.71.art.3.c.4. Bonau 4.diſt.6. in fine articulorum, qui ponit pertinentia ad ſolennitatem.

*SVMMARIVM.*

1 *Baptiſmus poteſt ſuſcipi ſine alijs ſacramentis. Sed alia non.*
2 *Baptiſmus poteſt dari à quocunque, ſed alia non.*
3 *Baptiſmus fundamentum eſt, & ianua omnium ſacramentorum.*
4 *Baptiſmus an tollat irregularitatem, & quando eam inducat.*
5 *Et an tollat infamiam.*
6 *Baptiſmus eſt efficacior pœnitentia. Et in duobus æquiparantur.*
7 *Baptiſmus à Circunciſione quid differat.*
8 *Baptiſmi effectus, an ſit æqualis in omnibus.*
9 *Pœna originalis peccati eſt quadruplex.*
10 *Baptiſmus à quocunque collatus, non reiteratur.*
11 *Baptiſmus propter quinque rationes nõ reiteratur, & nu.13.*
12 *Baptiſmum iterans grauiſsimè peccat, magis quàm fictè accedens.*
13 *Et tales grauiſsimè puniendi ſunt.*
14 *Baptiſmus fieri debet in Eccleſiis, vbi deputati ſunt fontes.*
15 *Per Baptizandi actum quis non dicitur habere curam animarum.*
16 *Baptizare ſeipſum nullus poteſt.*
17 *Beneficium ſibiipſi nullus conferre poteſt, vel patronus ſeipſum præſentare.*
18 *Viuus non baptizatus, non poteſt poſt mortem baptizari.*
19 *Puer qui totaliter non eſt natus, an poſſit baptizari.*
20 *Puer non debet extrahi à matre adhuc viuente vt baptizetur.*
21 *Monſtrum qualiter baptizari debeat.*
22 *Baptizandus an ter vnda perfundatur.*
23 *Baptizatus an quis ſit vbi fuerit in dubio, an debeat baptizari.*
24 *Ad baptiſmum tenetur quæcunque creatura rationabilis.*
25 *Baptiſmus ſimulatoriè acceptus an reiterandus.*
26 *Monachis circa baptiſmum quę ſint prohibita.*
27 *Baptiſmus an omni tempore ſit conferendus.*
28 *Baptiſmi characterem an amens, vel dormiens ſuſcipiat.*
29 *In baptiſmo an ſufficiat vna perſona tantum.*

## De prærogatiua, & efficacia baptiſmi. Cap. IIII.

DEinde conſiderãdum eſt de prærogatiuis, quæ habet ſacramentum baptiſmi. Vnde ſciendum eſt quòd baptiſmus habet mul-
1 tas prærogatiuas, † videlicet quia poteſt ſuſcipi ſine alijs ſacramentis, ſed alia non ſine ipſo. c. ſi quis per ignorantiam.1.q.1. Hinc dicitur magis neceſſarius. c.præter hoc. diſt.32. Quare ſi contingat aliquem ordinari ante baptiſmum, nihil recipit. 1.q.1.c. ſi qui confugerint. Item ſine eo nõ poteſt aliquis contrahere cum Chriſtiana, vel aliqua cum Chriſtiano. 28.q.1.c.caue. Item ſine eo non poteſt haberi ſalus, ſed ſine alijs poteſt. de conſecr. diſt.4.c. firmiſsimè. Et non obſtat tex. in c.baptiſmi vicem, & c. catechuminum. ead. diſt. quia intelligitur quod ſine baptiſmo fluminis non poteſt haberi ſalus, quando poteſt haberi. Sed ſi haberi non poteſt, tunc alia baptiſmata ſufficiunt ad ſalutem. Itẽ ſine inuocatione Trinitatis non eſt baptiſmus. de conſecr diſtin.4.c. ſi re vera, & c. in ſy-
2 nodo. Item poteſt dari † à quocunque, ſed non alia. diſtin.32.cap præter hoc. per totum, nam non corpus Chriſti 24. q.1. c. vlt. & quæ ſit ratio, notatur in glo. in d.c. vlt. verſ. in baptiſmo. Quod intellige, quando timetur de periculo, puta, quia mors videtur propinqua, tunc enim talis puer poteſt à quocunque baptizari, etiam à laico, vel muliere, ſiue ſint Catholici, & Fideles, ſiue Iudæi, Pagani, vel Infideles, & etiam excommunicati, ſuſpenſi, Hæretici, & Sciſmatici, dummodo ſeruent formã debitam, quam ſeruat Eccleſia. Dicens: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti. Amen. & intendant illud facere qđ intendit, ſeu facit Eccleſia: verum quando baptiſmus in prædicto caſu neceſſitatis alicui confertur, hæc conſideratio eſt adhibenda, vt ſi non adeſt presbyter, cuius proprium eſt munus baptizare. c.conſtat. de conſecr. diſt.4. fiat a digniori perſona. (verbi gratia) Præſentibus presbytero, & clerico, clericus non baptizabit, ſed presbyter. Similiter laico, & muliere præſentibus, ſolius laici erit baptizare. Et ſi clericus, & laicus ſunt pſentes, imminente tali neceſsitate clericus baptizabit, & nõ laicus. In tali ēt neceſſitate fidelis pfertur infideli, aliter contrafaciens peccaret: & ratio iſtorũ eſt: quia ille, qui baptizat, repræſentat perſonam Chriſti, quæ perfectius repræſentatur per fidelem, quam infidelem, per virum, quàm mulierem, per promotum, quam non promotum, per tonſuratum, quàm non tonſuratum. Quod autem quælibet creatura rationalis in neceſſitate poſſit baptizare, patet per tex. in c. in neceſſitate. c.Romanus. c.ſanctum. c. a quodam. cum ſimilibus de conſecr. diſtin. 4 c. ad limina. 30. q. 1. cap ſuper quibus. 30 quæſt.3. Imò etiam monachus poteſt baptizare. 16. quæſt 1.c.doctos. licet non poſsit eſſe compater. 18.q.2.c peruenit. & ibi gl. Si vero nullum fuerit periculum, vt quia puer natus eſt viuax, & bene diſpoſitus, & tunc ad ſolum presbyterum ex officio ſpectat baptiſmus: quia per baptiſmum recipitur baptizatus in collegiũ Eccleſiæ militantis: talis autem receptio pertinet ad habentem auctoritatem in collegio, vide Panorm. & Doct. in cap. 1. de baptiſ. Item alia prærogatiua eſt, quia eſt fundamentum,
3 & ianua omnium † Sacramentorum. de conſecr. diſtin. 4 c cum itaque. in ſi. c. veniens. de cler. non bapt. 1 q.1.c. ſi quis confugerit. Item per ipſum originale, mortale, & veniale remittitur, non ſic per alia. c.regenerante. c. ſine pœnitentia. c.ex quo. de conſecr. diſtin.4. cap. maiores. de baptiſ. & ratio eſt diuina liberalitas, quæ tantam huic Sacramento contulit efficaciam, quod quidem conueniens fuit: quia baptiſmus eſt ad regenerandum inſtitutus, vnde ibi tranſit homo de poteſtate tenebrarum in adoptionem filiorum Dei, & hoc eſt quod dicitur Thim. 2. per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritusſancti, quem effudit in nos abunde, &c. Item per baptiſmum extinguitur concupiſcentia, non, vt non ſit, niſi forte hoc fiat miraculo, vel dono Dei ſpeciali, ſed vt non obſit, quia ibi gratia infunditur qua illa ſuperari poſsit, vt habetur per tex. in c. 2. de conſecr. diſtin. 4. vnde concupiſcentia in quantum habet rationem culpæ, extinguitur per baptiſmum: in quantum habet rationem pœnæ: manet. Item per ba-
4 ptiſmum tollitur irregularitas † proueniens ex delicto, qualitercunque prouenerit. Vnde ſi quis ante baptiſmum homines occidiſſet voluntariè, poſt baptiſmum promoueri poſſet, non autem illa bigamiæ, vnde bigamus ante baptiſmum non poteſt poſt baptiſmum promoueri, vel in Epiſcopum conſecrari. Nec fœmina etiam corrupta qualitercunque poſt baptiſmum velari, & inter virgines conſecrari. vide glo. ſing in cap. deinde. diſtin.26. Et ratio eſt: quia virgo velata ſignificat Eccleſiam in cuſtodia amoris, & conformitate iunctam, & illius eſt nullum præter eundem amatorem admittere, vel amiſiſſe, quia aliter non dicitur inter Virgines. Quia vero in fœmina corrupta deficit ſignum coniunctionis in caſto amore cum ſponſo ſecundum Albertum magnum, ideo non poteſt inter virgines conſecrari. Si autem irregularitas proueniat ex delicto tollitur per baptiſmum, ſiue ſit homicidium, ſiue aliud. Et ratio eſt: quia homicida non eſt ad ordines inhabilis, niſi propter horrorem ſanguinis, qui quidem tollitur in baptiſmo. quia ſupponitur quòd ſit factus agnus de lupo. Sed de hoc vide. c.27. de irregul. num.72. in noſtris deciſ. In caſu tamen baptiſmus non ſolum non tollit irregularitatem, ſed etiam illam inducit, vt in rebaptizato. de conſecr. diſt.4.c. qui bis. extra de apoſt. cap. 2. inducit etiam baptiſmus irregularitatem in alio caſu, quando adultus rationis compos, qui dum eſſet ſanus diſtulit baptiſmum, quia ſi in ægritudine timore mortis baptizatur, non debet nec presbyter ordinari, nec ad minores ordines promoueri, niſi in duobus caſibus c.1. diſtin.57. Sed Archid. ibi dicit, quòd illa non eſt irregularitas, ſed impedimentum: nã quia contempſit baptiſmum, ideo baptiſmus cõtemnit eũ, vt puniatur in eo, quod deliquit. arg. 12.q. 2. c. qui & humanis. cum ſimilib. Igitur contemptus baptiſmi illam irregularitatem, & defectum inducit. Item baptiſ-
5 mus tollit † oēm infamiam prouenientem ex peccato: quia dona baptiſmi ſunt ſine oĩ pęnitentia, & ſatisfactione. c.ſine pęnitentia. de conſecr. diſt.4. Vnde ſi aliquis occidiſſet mille homines ante baptiſmum, omnis infamia,

& irregularitas tollitur, vt diſtin. 33. cap. ſi quis
poſt acceptum. Hoc etiam patet in Paulo, qui
ante baptiſmum fuit homicida, & tamen po-
ſtea factus eſt Apoſtolus, vt 50. diſt. §. econtra.
Item eſt glo. notab. in d cap. Deinde. verb. in-
6 ter peccata. Item, quia baptiſmus eſt † effica-
cior quàm pęnitentia, quia per ipſum omnia
peccata dimittuntur mortalia, & venialia: ita
plenè, ac perfectè ꝙ ſi quis ſtatim decederet,
nullam pœnam ſentiret, de pœnit. diſt. 7. cap.
nullus, quod non ſic eſt in pœnitentia: quia in
pœnitentia & ſi dimittatur peccatũ per cor-
dis contritionem, remanet tamen tẽporalis ſa-
tisfactio. Sed in baptiſmo non: nã tanta eſt vis
ſacramenti ꝙ nulla opera ſatisfactoria iniun-
genda ſunt peccatoribus baptizatis, nec vlla
pœnitentia exterior. i. confeſſio, quæ fit ſacer-
doti neceſſaria eſt, licet pęnitentia interior,
quæ fit Deo, vt adultus recogitet peccata ſua,
& de eis doleat, neceſſaria eſt: & ita intelligi-
tur tex. in c. fine de conſecr. diſt. 4. quia nõ pôt
quis inchoare nouam vitam, ſecundum Au-
guſt. niſi eum pœniteat veteris vitæ. Aequipa-
rantur tamen baptiſmus, & pœnitentia, quia
poſſunt miniſtrari tempore interdicti gene-
ralis. Item, quia illud facit pœnitentia qđ ba-
ptiſmus quo ad vitam æternam. ita glo. in c. ne
forte. de pęnit. diſt. 1. Item verus eſt baptiſmus,
licet verba ſubſtantialia per imperitiam cor-
rupte proferantur. de conſecr. diſt. 4. c. retule-
runt. Item quia in baptiſmo ſpiritualiter rena-
ſcitur homo, & membrum Chriſti efficitur.
de conſecr. diſt. 9 c. quia paſſus. circa fin. & de
conſecr. diſtin. 4 c. ad hoc. Item nullus poteſt
ſaluari ſi contempſit baptiſmum. 15. q. 1. c. fir-
miſſimè. Item quia recedente fictione, baptiſ-
mus ſuum effectum conſequitur. iſta eſt com-
munis ſententia. in c. tunc valet. de conſecra.
diſt. 7. & ſic ratihabitio retrotrahitur. vt dicit
7 glo. in d. c. tunc valere. Item baptiſmus † com-
petit cuicunque ſine diſtinctione ſexus, vel
ætatis, & ſic Sacramẽtum eſt vniuerſale, quod
quidẽ non erat Circuncīſio q̃ erat Sacramen-
tum particulare, quod dabatur tantum viris,
& non mulieribus. c. maiores. extra de baptiſ.
Circuncīſio erat Sacramentum laborioſum,
quia inferebat dolorem, ſed baptiſmus infer-
tur ſine dolore. Præterea baptiſmus imprimit
characterem incorporantem hominem Deo,
ſiue Chriſto, quod non facit Circuncīſio. Item
per Circunciſionem tollebatur peccatum, &
euitabatur damnationis periculum. Sed per
illam non poterant peruenire ad regnum cę-
leſte, ſed baptiſmus inducit remiſſionem pec-
catorum, tollit damnationis periculum, &
aperit regnũ cęleſte, ita vt ſi infidelis adultus
hodie baptizaretur, & illicò decederet, non
ſentiret pęnam purgatorij. vt eſt tex. Aug. no-
tab. in cap. nullus. de pœnit. diſtin. 7. ita no. in
d. c. maiores. Rurſum, effectus baptiſmi ſcilicet
8 regeneratio † hominis in vitam æternam eſt
æquè in omnibus, qui ſe habent æqualiter ad
baptiſmum, vt in paruulis. Adulti verò quia
quidam cum maiori deuotione ad baptiſmũ
accedunt, ideo quidam plus, quidam minus
de gratia nouitatis accipiunt. Sed effectus ba-
ptiſmi de extinctione concupiſcentiæ carnis,
qui eſt per accidens, non ſuſcipitur æqualiter
à baptizatis, etiam ſi cum æquali deuotione
accedant: ſed diſpenſatur huiuſmodi effectus,
ſecundum ordinem diuinæ prouidentiæ: non
enim hoc pręſtatur in baptiſmo: niſi fortè hoc
miraculo ineffabili Creatoris. vt dicit tex. in
c. 2. de conſecr. diſt. 4. & ibi glo. in verbo mi-
raculo. Vnde etiam glo. ibi, in verbo, Eua-
9 cuatur † dicit, quòd quadruplex eſt pœna ori-
ginalis peccati. Præcludit ianuam cęleſtẽ, per-
petuo damnat, cauſa eſt mortis temporalis,
& impotentia reſiſtendi vitijs. Baptiſmus tol-
lit prima duo, & vltimum, quia adiuuante
Deo poteſt quis reſiſtere. Quod ideo factum
eſt, vt talis colluctatio non ſolum non obſit,
ſed ẽt proſit: quia vbi maior pugna, ibi maior
corona. de pęnit. diſt. 3. c. ille rex. non autem
baptiſmus tollit tertium. Item baptiſmus
10 † à quocunque collatus, ſiue per bonum, ſiue
per malum, non reiteratur. facit tex. in cap ſi
inter. cap. baptiſmus. c. non eſt aqua. de con-
ſecr. diſt. 4. Baptiſmus. n. non eſt miniſtri confe-
rentis, ſed Chriſti. d. c. baptiſmus. Et hoc eſt ve-
rum ſi ipſe intendit facere hoc, qđ facere in-
tendit Eccleſia: & ſi profert debitam formam
verborum, & immergat puerum tempore
neceſſitatis. Quare autem baptiſmus non
11 reiteretur, aſſignantur multæ rationes à Do-
ctoribus: quarum prima eſt, ratione morbi,
quem curat baptiſmus, ſcilicet peccati ori-
ginalis, quod quemadmodum non reitera-
tur, ſic neque baptiſmus. Vnde dicitur ad
Roma. 6. Sicut per vnius delictum in omnes
homines per condemnationem, ſic per vnius
iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationẽ
vitæ. Secunda: quia character qui ibi imprimi-
tur, indelebilis eſt, ſicut in Confirmatione,
& ordine, & cum quodam Conſecratione
datur, & ideò ſicut aliæ conſecrationes non
reiterantur in Eccleſia, ſic nec baptiſmus.
Tertia: quia per baptiſmum fit vniuerſalis
purgatio peccatorum, quę ſi iterari poſſet, da-
retur hominibus incentiuum peccandi. Quar-
ta, quia talis eſt inſtitutio diuina, vt perfectam
vnicam haberet efficaciam baptiſmus, & ſe-
mel tantum fieret. Si ergo fit ſecundo, nihil
fit in anima, & ita caſſatur Sacramentum





ſcienter, & ideo dicit Bonau. quòd iterans
12 † baptiſmum nihil facit omnino, & magis
peccat, quam ille, qui fictè accedit: quia facit
contra ordinationem diuinam, facit contu-
meliam Sacramento, facit etiam contumeliã
Chriſto, quia quantum eſt de ſe, filium Dei
crucifigit. Et ideo patres grauem impoſuerunt
pęnam rebaptizantibus, & rebaptizatis ſcien-
ter, propter grauitatem culpæ: quia rebabti-
zatio, aut ſapit hæreſim, aut ſi non ſapit, gra-
uiſsimum contemptum Dei, & ſacramenti in-
13 ducit. Vnde ſecundum leges † rebaptizantes,
& ipſi rebaptizati puniuntur capite, ſeu vlti-
mo ſupplicio, quod importat mortem, quali-
tercunque inferatur. l. vltimum. ff. de pęn. niſi
ætas ipſos rebaptizatos excuſaret. l. 2. C. ne
ſan. bapt. iteret. Sed ſecundum Canones re-
baptizans clericus deponitur, & laicus excom
municatione maiori excommunicatur. & re-
baptizatus ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, ſi po-
ſtea ſciens ratum habuerit, non poteſt pro-
moueri ad ordines. c. confirmandum. diſt. 50.
At ſi ignoranter fuerit rebaptizatus, vt infans,
vel per coactionem abſolutam. iux. cap. maio-
res. de baptiſ. licet ſecundum aliquos, de iure
poſſit promoueri, tamen ſecundum alios re-
quiritur diſpenſatio. de conſecr. diſt. 4 c. qui
bis Quinta, quia baptiſmus morti Chriſti aſſi-
milatur, nam in morte Chriſti baptizamur,
per quam morimur peccato, & reſurgemus
in nouiſſimo vitæ, ſeu nouitate. Chriſtus autẽ
ſemel tantum mortuus eſt & ideo nec baptiſ-
mus debet reiterari. Ita D. Thom. vlt. par. ſuæ
ſum q. 4. art. 9. Turrecre. in c. hanc 1. q. 1. & in
c. Eccleſijs. de conſecr. diſt. 1. Henr. Boich. in c.
2. de baptiſ. Sed modo ad deciſiones deuenia-
mus, quarum prima eſt
14 In Eccleſijs vbi non ſunt † deputati fontes,
non licet baptizare. Clem. præſenti. de bapt. &
eius effectu, vbi Pau. & Imol. ad hoc in c. his
quæ de maior. & obed. & c. 1. de cap. monach.
in plurimis autem eccleſijs conſueuerunt eſſe
fontes. 13. q. 1. c. 1. §. 1. Et tales Eccleſiæ, vt dicit
glo. in d. Clem. dicuntur baptiſmales. cap. 1. de
nou. ope. nunc. in prin. Dicuntur etiam matri-
ces, quia per baptiſmum renaſcimur. cap. ex
tranſmiſſa. de deci. facit c. 2. de tranſlat. prælat.
quia ſicut mater carnalis nos generat ſic Ec-
cleſia per baptiſmum nos regenerat in Chri-
ſto. c. debitum. de baptiſ. 17. q. 2. cap. pridem. de
cogn ſpir. c. ſi vir. & cap. Martinus. In caſu ta-
men neceſſitatis ſicut hoc ſacramentum po-
teſt conferri à quocunque, mare, & fœmina
de conſecr. diſt. 4. c. à quodam. & cap. ſanctum.
de ſum trin. & fide cath. c. 1. §. ſacramentum,
ita etiam poteſt celebrari in omni Eccleſia, &
presbyteri nolentes, quod in neceſſitatis arti-
culo in capellis baptizetur, grauiter peccant.
c. omnis. de conſecr. diſtin. 4. vbi Turrecre. Sic
etiam nobilitas cauſa eſt, quòd pueri poſſint
baptizari in cameris, vel aulis, vel priuatis do-
mibus, & locis profanis. d. Clem. & ita Nobili-
tas, & neceſſitas aliquando comparantur. Nã
quemadmodum filij nobilium poſſunt bapti-
zari in priuatis domibus, ſic filij ignobiliũ da-
ta neceſsitate. Aliquando etiam nobilitas, &
ſcientia æquiparantur. c de multa. de præb.
15 Secunda. Licet † per actum baptizandi, quis
videatur habere curam, cum baptizans adul-
tum, debeat ipſum inſtruere in articulis fidei.
c. ante omnia. de conſecr. diſt. 4. 30. q. 1. c. pla-
cuit Quod quidem pertinet ad presbyterum
curatum. c. vt vnuſquiſque, de vita, & honeſt.
cleric. tamen in contrarium eſt veritas, cum
iſte actus ſi fiat in forma debita, cum inten-
tione baptizandi, poſsit exerceri etiam per
laicum 30. q. 1. c. ad limina, & ſic non eſt de cu
ra pœnitentiali, vel iuditiali, cuius laicus, ſicut
& mulier eſt incapax. de pęnit. & remiſſ. c. no-
ua. c. omnis. de maior & obed.
Tertia. Data quacunq; neceſsitate nullus po
16 teſt ſeipſum † baptizare. c. debitum. extr. de ba
ptiſ. quia iſte, qui ſeipſum baptizat, non poteſt
ſeruare debitam formam, quia neceſſario re-
quiritur diuerſitas perſonarum, ſic quòd ſint
plures perſonæ, quarum prima, intelligitur in
illo pronomine, Ego, & ſecunda in illlo
pronomine te. arg. 22. diſtin. cap. quorundam.
Abb antiq. in d. c. debitum. Tum etiam, quia
ars imitatur naturam, inquantum poteſt. inſt.
de adop. §. minorem. Sed nemo poteſt natu-
raliter ſeipſum generare, & ſibi natiuitatem
naturalem dare, vt notum eſt, ergo nec ſpiri-
tualem: per generationem n. naſcimur, & per
baptiſmum renaſcimur, ideſt iterum naſcimur
de conſecr. diſt. 2. c. quia paſſus. circa fi. & diſt.
4. c. ad hoc. Nemo enim oriri debet a ſemetipſo.
ſo. 24. q. 1. c. didicimus. Tum etiam, quia inter
dantem, & accipientem, debet eſſe diſtinctio
perſonalis, perſona enim dans debet eſſe alia
à perſona accipiente. d. c. debitum. concor. c. fi.
de inſtit. c. per noſtras. de iure patron.
Hinc Abbas, vel Epiſcopus; q vellet ſibiipſi
17 † conferre beneficium quod eſt in ſua po-
teſtate, non poteſt. caſus eſt formalis in cap.
fina. de inſtitu. Item patronus quiſpiam, vel
clericus, vel laicus, qui vult præſentare ſeip-
ſum ad beneficium, quod eſt in ſua poteſta-
te præſentandi non poteſt cap. per noſtras.
de iure patron. licet poſsit ſuum filium, de
hoc eſt gloſ. not. & perpetuò memoriæ co-
mendanda. in cap. quia clerici. de iure patro.
licet pater, & filius cenſeantur eſſe vna ea-
demque perſona. l. fina. C. de impub. & alijs

ſubſtit. Inde eſt, quòd punito corpore filij præſente patre, pater magis quam filius periclitatur. Inſt. de noxal. act. §. ſi cum ſimil.

18 Quarta. Qui viuus fortè in extremis † conſtitutus perijt ſe baptizari, nō poteſt poſt mortem baptizari, quamuis poſsit ab excommunicatione abſolui. Et ratio diuerſitatis eſt: q̃a baptiſmus imprimit characterem animæ, quæ poſt mortem eſt ſeparata a corpore, quæ habuit baptiſmum flaminis. c. debitum. extr. de baptiſ. ſed in abſolutione ab excommunicatione nullus character animæ infigitur, ita Innoc. in c. à nobis. de ſent. excom.

19 Quinta. Quamuis † puer totaliter non naſcatur, tamen baptizari poteſt, ſi illa pars, quæ apparet extra, eſſet caput: quia tunc debet aſpergi aqua, dicendo: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti. & eſt verè baptizatus: & ratio eſt: quia caput eſt principalior pars corporis, & in eo vigent omnes ſenſus ipſius corporis, totaq; virtus in ipſo capite viget, & per capitis imaginem cognoſcimur. Inde eſt, ꝙ locus, in quo caput humanum ſepelitur, religioſus efficitur. l. cum in diuerſis. ff. de relig. & ſumpt. fun. Et hoc tenet Io. Andr. & Innoc. in c. debitum. de baptiſ. Quare non eſt amplius rebaptizandus, ſed tantum ſupplendum, quod de ſacramentalibus exigitur. Turrecr. in c. qui in maternis. nu. 5. de conſecr. diſt. 4. vide Henric. in c. maiori. de bapt. Si autem illa pars quæ apparet eſt alia, quam caput vt manus, vel pes, tunc dicunt aliqui Doc. ꝙ illa pars debet aſpergi aqua, & baptizari, & tunc eſt verè baptizatus, quare ſi naſcatur, nō eſt amplius baptizandus. Et ratio eſt: quia baptiſmus fit propter animam, & non propter corpus, anima autem quantum ad ſuam eſſentiam eſt tota in toto, & tota in qualibet parte corporis, & ideo vna parte corporis baptizata, tãtum eſt baptizatum. Et ſi naſcatur poſtea, amplius baptizari non debet. Sed alij dicunt ꝙ ſi puer naſcatur poſtea, debet baptizari ſub iſta forma. Si tu es baptizatus, ego non baptizo te, ſed ſi non es baptizatus, Ego baptizo te in nomine Patris, & cæt. Et iſtud vltimum tanquam tutius eſt tenēdum. An verò ſufficiat, ſi tantum vna gutta aquæ cadat ſuper eo, q̃ baptizatur. vide gl. in verbo, trium. in c. præcipuē. de conſecr. diſt. 4. quæ dicit, ꝙ ſic. Tutius tamē eſt ſecundum. Inn. in d. c. debitum quod aqua fundatur ſuper maiorem partem corporis.

20 Sexta. † Paruulus exiſtens in vtero, non eſt ſuſceptibilis ſacramenti baptiſmi. c. ſi ad matris. cum duobus ſeqq. de conſecr. diſtin. 4. Nec etiam debet extrahi è matre adhuc viuente, ſed agonizante, vel moriente: quia nō ſunt facienda mala, vt inde veniant bona. 1. q. 1. cap. non eſt putanda. Si tamen mortua eſt, debet aperiri, donec puer ex ea extrahatur, ſi colligatur illum viuere: qui vt poſſit viuere, talis cautela datur ab obſtetricibus, ſ. quod matre mortua immediatè aperiatur ei os, quia ex quo puer viuit, indiget aſpiratione, & reſpiratione. vide Henric. in c. maiores. nu. 4 de bapt.

21 Septima. Monſtrum, † quod habet duo corpora coniuncta, quandoque debet baptizari, vt vna perſona, quandoque vt duæ. Vt vna, ſi ſolum eſſet vna anima: vt duæ, ſi eſſent duæ animæ. Qualiter verò dignoſcatur an ſint duæ perſonæ, vel vna. Dic, quòd ſi ſunt duo corpora, & duo capita, ſupponendum eſt eſſe duas animas, ſi autem vnum eſſet caput, vna eſſet anima, licet ſint duo pectora, vel alia membra multiplicata. Ita decidit Guido de monte Rocherij, vt dicit Petr. de Palude. de baptiſmo.

22 Octaua. † Licet ob multas rationes fuerit inſtitutum, vt baptizandus ter vnda perfundatur & demergatur, atque ter ab aquis educatur, vt patet per tex. in c. poſtquam vos, & in c. de trina. de conſecr. diſt. 4. tamen conclude, ꝙ talis immerſio puerorum non eſt neceſſaria, cum ſine illa poſſit puer perfectè baptizari, & non immergi. Et de facto hodie talis cōſuetudo immergendi non ſeruatur, ſed tantūmodo pueri aſpergūtur trina aſperſione, proſequendo formam baptiſmalem. vide Doct. in c. 1. de baptiſ. ne ſacramentum ſalutis fiat ſacramentum periclitationis.

23 Nona. † Quando dubium eſt probabile, an ſit aliquis baptizatus, puta quia natus in captiuitate Sarracenorū, vel quia puer exponitur, nec aliqua ſigna baptiſmi inueniūtur in eo, vel dubitatur vtrum forma ſit ſeruata, vel non. & tunc debet baptizari ſub conditione, ſic ſi baptizatus es, non te baptizo, ſed ſi nondum baptizatus es, ego baptizo te, in nomine Patris, iux. conſilium Aug. Tene certum, & dimitte incertum. de pœnit. diſt. 7. cap. ſi quis autem. §. item. in fi. Et eodē modo faciendum eſt, quando dubitatur probabiliter de collatione aliorum Sacramentorum, puta quando dubitatur, quando quis ſit confirmatus, vel ordinatus. 68. diſt. c. presbyteri, quos. & §. ſequen. quia non intelligitur iteratum, quod neſcitur eſſe factum. de presbyt. non bapt. c. veniens. c. ſolennitates. de conſecr. diſtin. 1. & diſtin. 4. cap. ſi nulla.

24 Decima. † Quæcunque creatura rationalis tenetur ad baptiſmū, etiam ſi fuerit in vtero matris ſanctificata, vt patet per Io. qui dixit ſe à Chriſto debere baptizari, & hoc quidem non propter indigentiam remedij, ſed propter impreſſionem characteris, & propter bo-





num obedientiæ quia Deus hoc præcepit, & propter humilitatem, quia debet ſe repræſentare peccatorem, & indigere Chriſti redemptione, & propter conformitatem, vt ab alijs Chriſtianis non diſcordet. facit 41. diſt c. 1. Tamen cum baptizari ſit prçeptū affirmatiuum, fit, vt non obliget niſi pro loco, & tempore. Et ideo ſi ante adultam ætatem, ſeu opportunitatem habitam moritur, ſaluatur: quia nō habebat opus baptizari propter remedium, quod dic vt not. Aſtenſ. lib. 8. tit. de baptizan. in prin. Vbi etiam dicit, quòd Apoſtoli fuerunt baptizati per illa verba. Ioan 13. Qui locus eſt. & de conſecr diſt. 4. c. quando. & c. ſi eos. Henric. in c. 2. de bapt. nu. 5. Turrecr. in c. quando. de conſecra. diſt. 4.

25 Vndecima. † Baptiſmus ſimulatoriè, vel pro ſanitate temporali acceptus, verus eſt, nec reiteratur de conſecr diſt. 4. cap. ſolet etiam. cum duobus ſeq. Bene verum eſt, quòd qui ſimulatoriè baptizatur, ſi poſtea pçnitudo non ſequitur, nullum iuuamen ſentit. Hinc Simoni mago, qui ſimulatoriè baptizatus fuit, & non pçnituit, baptiſmus non profuit 27. diſtin. cap. quod interrogaſti: fictione tamen ceſſante, talis baptiſmus prodeſt ad ſalutem. de conſecr. diſt. 4. cap. tunc valere.

26 Duodecima. Monachis † prohibitum eſt in ſuis monaſteriis baptiſteria habere. 18. q 2 c. pridem. Item baptizare, vel pueros de baptiſmo ſuſcipere. 16 q. 1. c. placuit communi, & c. ex auctoritate. Item de baptiſmate alios ſuſcipere, vel cōmmatres habere. de conſec. diſt. 4. c. non licet & c. ſeq.

27 Tertiadecima. Baptiſmus nō ſolennis, † omni tempore poteſt conferri, ſed ſolennis non debet celebrari niſi in Paſcha, & Pentecoſte. de conſecr. diſt. 4. c. venerabilis, & c. ſeq. Si tamen articulus mortis vrgeret, non expectaretur dies feſtiuus, ſed quolibet die licitè baptizaretur. ead. diſt. c hi qui.

28 Quartadecima. Amēs, † vel dormiens baptizatus non recipit characterem baptiſmi, ſi priuſquam amentiam incurreret aut dormiret, nollet baptizari: quia in eo intelligitur cōtradictionis propoſitū perdurare vt in c. maiores de bapt. quia nullum bonum dici poteſt, niſi quod vltroneum dicitur: cui conuenit. c. quicquid de conſec. diſt. 5. Quod adeò verum eſt, quòd ſi talis dormiens excitatus à ſomno ratum habeat quòd actum eſt, non prodeſt, quia cum nihil receptum ſit, non inuenitur quid ratificetur, & ideo iterum baptizandus eſt. Si vero prius haberet propoſitum baptizandi, tunc reciperet characterem ſacramenti d c. maiores vero. ſecus autem. Si vero dubium eſt, & conſtat per certa ſigna vel alias qualitercunque de propoſito baptizandi, ꝙ velit baptizari, & tunc ſi baptizetur, recipit characterem Sacramenti. arg de ſent. excom. c. à nobis. el 2. Quod ſi non conſtat, & tunc idem, quia tunc characterem imprimit ſacramentalis operatio. d. c maiores.

Quintadecima. Secundum iura canonica
29 ſufficit † in baptiſmo vna perſona tantum, ſcilicet vir vnus, vel vna mulier, quod idē prorſus ſeruatur in confirmatione. Hoc expreſſe habetur in c. non plures. de conſecra. diſtin. 4. & in c. ſi. de cogn ſpir. lib. 6. vbi etiam habetur, q̃d per baptiſmum contrahitur, cognatio ſpiritualis, vt per Fran. in c. 1. §. ex confirmatione. eo. tit. Et hæc de baptiſmo ſufficiant, qui eſt fundamentum omnium ſacramentorum.

## *SVMMARIVM.*

1 *Confirmatio quid. & quę ſint de eius ſubſtantia.*

2 *Chriſma vnde, quæ alio nomine dicitur confirmatio.*

3 *Confirmatio eſt ſacramentum diſtinctum à Baptiſmo.*

4 *Confirmatio à Chriſto Domino inſtituta eſt.*

5 *Confirmatio an ſit neceſſaria ad ſalutem.*

6 *Confirmationis ſacramentum quibus ſit exhibendum.*

7 *Confirmatio quare fiat in fronte, & an ſit de ſubſtantia.*

8 *Confirmandus vt accedat ieiunus, & cōfeſſus an ſit de neceſſitate.*

9 *confirmationis miniſter propriè Epiſcopus.*

10 *Confirmationis materia & forma explicatur. num ſeq.*

12 *Sacramenta, quæ cum vnctione chriſmatis conferuntur, Signaculo crucis perficiuntur.*

13 *Vnctio chriſmatis triplex eſt.*

14 *Manus impoſitio triplex in ſacramentis.*

15 *Confirmationis effectus character, & augmentum gratiæ.*

16 *Confirmationis Sacramentum non debet reiterari.*

17 *Character confirmationis de neceſſitate præſupponit characterem baptiſmi.*

18 *Confirmati maiorem gloriam habebunt, quam non confirmati.*
19 *Confirmatio non eſt danda peccatoribus.*
20 *Confirmationis ſacramentum in qua ætate ſit conferendum.*
21 *Confirmatus quare percutiatur in facie.*
22 *Ordinarius miniſter eſt ſolus Epiſcopus.*
23 *Papa, qui poteſt ſimplici ſacerdoti committere, vt conferat confirmationem. An poſſit laico.*
24 *Epiſcopus degradatus non confirmat, licet poſſit baptizare, & conficere corpus Chriſti. Et quid de ſuſpenſo. nu. 25.*
26 *Epiſcopus in confectione chriſmatis quæ debeat obſeruare.*
27 *Epiſcopus iurando confirmationem mortaliter peccat.*
28 *Non tamen eſt irregularis, ſicut rebaptizan.*
29 *In Confirmationis forma exprimuntur omnia ad illam neceſſaria.*
30 *Cognatio ſpiritualis ex baptiſmo, & confirmatione oritur.*
31 *Nec nõ inter confeſſarium, & pœnitentẽ,*
32 *Cognatio ſpiritualis, quid.*

## De Sacramento Confirmationis. Cap. V.

DEinde conſiderandum eſt de ſacramento Confirmationis, poſt expletum tractatũ de ſacramento baptiſmi, & hoc quidẽ conuenienter: tum, quia ſicut baptiſmus eſt ianua intrantium, ita Confirmatio eſt Sacramentum primum progredientium. Diuidemus igitur hunc tractatum in nouem partes. In prima, agetur de eius definitione. In ſecunda, de eius inſtitutione. In tertia de eius neceſſitate. In quarta, quibus ſit exhibendum. In quinta, à quibus conferendum. In ſexta, de eius materia, & forma. In ſeptima, de eius efficacia. In octaua, an ſit iterabile. In nona, de ritu & celebratione huius Sacramenti. Circa
1 primum † dic, ꝙ Confirmatio eſt conſignatio facta cum Chriſmate in fronte baptizati ab Epiſcopo, cum certa forma verborum, ad audacter confitendum nomen Chriſti. Vbi notandum, quòd in hac definitione apponuntur quatuor, quæ ſunt de ſubſtantia huius Sacramenti, ſcilicet duo ex parte ſacramenti in ſe. ſ. materia chriſmatis, quod eſt oleum cum balſamo ab Epiſcopo ſanctificatum & conſecratum. c. presbyteris. & c. ſeq. de conſecra. diſt. 4. Secundum eſt forma verborum. Alia duo sũt ex parte miniſtri, ſcilicet dignitatis Epiſcopalis. c. de his. & c. manus. de conſecr. diſt. 5. Dum dicit ab Epiſcopo, & intentio debita, quæ dẽt eſſe in quolibet Sacramento. gl. in c. dedit. 1. q. 1. Et nota, qđ hæc definitio competit Confirmationi, prout eſt Sacramentum: nam Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, ita vt eius ſimilitudinem gerat, & cauſa exiſtat. c. ſignum. de conſecr. diſt. 2. Sed hæc definitio competit confirmationi: habet enim ſignificationem gratiæ in ipſa linitione ſenſibilis olei: quia vnctio viſibilis, & exterior ſignum eſt interioris, & inuiſibilis vnctionis. c. 1. de ſacr. vnct. & habet efficaciam in collatione gratiæ ad plenitudinem ſanctitatis. c. 1. ver. auget. & §. per frontis. de ſacr. vnct. Et nota,
2 † quòd Chriſma dicitur à Chriſto, non ſecundum nominis formam, ſed ſecundum fidei rationem. A Chriſto verò Chriſtiani dicuntur, tanquam vncti deriuentur ab vncto, vt omnes concurrant in odorem illius vnguenti, cuius nomen oleum eſt effuſum. Et talis chriſmatio alio nomine dicitur Confirmatio, quia per eam Spirituſſanctus ad augmentum datur, & robur. dict. cap. 1. §. quia vero. in fi. & §. ſeq. Ex quibus verbis colligitur, ꝙ Confirmatio ſit
3 † ſacramentum diſtinctum à baptiſmo: nam, quemadmodum in vita corporali præter generationem, per quam vita acquiritur, requiritur actio, per quam homo perducatur ad augmentum: ſic in vita ſpirituali præter generationem ſpiritualem, quæ fit per baptiſmum, per quem vita acquiritur, requiritur etiã actio ſpiritualis, per quam vita ſpiritualis ad perfectam virtutem deducitur, quod quidem fit per Confirmationem, per quam datur Spirituſſanctus ad robur. c. 1. de conſecr. diſt. 3. De inſti-
4 tutione verò huius † Sacramenti multiplex eſt opinio. iux. D. Thom. in 3. par. q. 82. art. 1. c. 1. Sed dic, quòd fuit inſtitutũ à Chriſto, quando pueris ſibi præſentatis manus imponebat, vt patet Matth. 29. & Apoſtolis prohibentibus, dixit: Sinite paruulos venire ad me. Vnde quemadmodum alia ſacramenta Chriſtus per ſeipſum primo exercuit, ſicut patet de Euchariſtia, quia ipſe corpus ſuum primo conſecrauit & formam conſecrandi Apoſtolis tradidit, ſic & ſacramentum confirmationis per manus impoſitionem exhibuit per ſeipſum, vt dicit Turrecr. in c. quando. de conſecr. diſt. 4. Et non obſtat, quòd in euangelio, vel in Act. Apoſtolorum non fit mentio de materia, & forma



forma huius ſacramenti: tum, quia multa fecit Chriſtus quæ non ſunt ſcripta, vt dicitur Ioã. c. vlt. tum quia formæ ſacramentales & alia, quæ in ſacramentis exiguntur, occultanda erãt in primitiua Eccleſia propter irriſiones gentilium, vt Dionyſius dicit: Secus autem eſt de baptiſmo, qui eſt ſacramentum neceſſitatis, ita Turrecrem. in c. de his. de conſec. diſt 5. Aſten. lib 4. tit. 7. art. 1. Petr. de Palud. de ſacr. confirmat. vel dic fuiſſe inſtitutum in cœna, quando confecit chriſma: ita habetur in cap. literis. de conſecra diſtin. 3. Circa tertium, an hoc ſacra
5 mentum † ſit neceſſarium ad ſalutem; dico breuiter, quod duplex eſt neceſſitas ſalutis, vna, ſine qua non poteſt haberi finis, vt homo non poteſt viuere ſine nutrimento, & alia, ſine qua non habetur finis ita conuenienter, ſicut equus dicitur neceſſarius proficiſci volenti, & medicina, ad hoc quòd aliquis bene viuat. Et quidem ſecundo modo confirmatio eſt neceſſaria, non primo. Nam & ſine ea poteſt homo ſaluari. Eſt autem neceſſaria propter ſpiritualem pugnam, & ſic neceſſitate conditionata, ſic enim vocat Diuus Bonau. in 4. ſcilicet pugnanti. nam cum homo militet quotidie inter hoſtes inuiſibiles, per hoc ſacramentum confirmationis confirmatur, & corroboratur, & miles efficitur contra agones, & inſidias diabolicas, vnde fortior eſt ad reſiſtendum inſidijs diabolicis, qui eſt baptizatus, & confirmatus, quam baptizatus duntaxat. vt tangit Panorm. in c. quanto. de conſuet. Vnde dicit cap. vt ieiuni. de conſecr. diſt. 5. vnũ ſingulare verbum perpetuò menti tenendum, quòd nunquam erit Chriſtianus niſi in confirmatione epiſcopali fuerit confirmatus. Et glo. in c. reſponſo. de ſent. excommunic. dicit, quòd contemnens chriſmari, non eſt perfectus Chriſtianus, & glo. in cap. veniens de tranſ. & in cap. 1 & 2. de conſecra. diſt. n. 5. dicit, quòd confirmatio eſt neceſſaria ad ſalutẽ, ſi ex contẽptu omittitur. Vt igitur pleni Chriſtiani inueniantur, omnes fideles per manus impoſitionem Epiſcoporum, Spiritumſanctũ poſt baptiſmum accipere debent. Pleni inquã plenitudine in abundantia, ſiue in robore. nã plenitudine ſufficientiæ pleni ſunt Chriſtiani in baptiſmo. Et ſic plenitudo Chriſtianæ gratiæ eſt duplex. Sufficientiæ, & illa datur in baptiſmo, & abundantiæ ſiue in robore. & illa datur in confirmatione. Ex his igitur conclude, ꝙ gratia confirmationis eſt neceſſaria neceſſitate conditionata, Itẽ ex ordinatione eccleſiæ, vnde ſi quis cum habet locum, tempus, & opportunitatem, negligendo contemnit, peccat mortaliter. Et hoc de adulto, nam puero ſufficit baptiſmus. de conſecr. diſt. 4. c. quæris. ita go. in c. 1. de conſecr. diſt. 5. Rurſum ſacramentum confirmationis videtur neceſſarium in caſu, vbi imminet periculum perſecutoris, coram quo fides eſt confitenda, & habetur copia miniſtri valentis, & volẽtis conferre. Quare qui in tali caſu renueret ſacramentum confirmationis accipere, peccaret mortaliter. Vnde Act. . dictum eſt Apoſtolis. Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Quamuis enim Apoſtoli haberent gratiam baptiſmalem, tamen eis Chriſtus prohibuit, ne ſe exponerent periculo publicæ confeſſionis, quouſq; eſſent confirmati. Multo autem minus alij hoc debent. Vnde propter hoc dicit Melchiades Papa, quamuis continuo tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia, victuris tamẽ neceſſaria ſunt confirmationis auxilia. c. 2. de conſecr. diſtin. 5. Et ratio eſt ſecundum Dur. quia, quando effectus eſt neceſſarius, & cauſa eſt neceſſaria, ſed effectus confeſſionis fidei, ſcilicet confiteri fidem tempore perſecutionis eſt neceſſarius ad ſalutem cuilibet fideli. Rom. 10. Corde creditur, &c. ergo & ſacramentum confirmationis eſt neceſſarium in tali caſu, ſi habeatur copia conferentis. Turrecre. in c. 1.
6 de conſecr. diſt. 5. Sed circa ſuſcipiẽtes † confirmationem, ſciendum eſt, quod omnibus hoc ſacramentum debet conferri: quia character eius eſt ſignum diſtinctiuum in militia ſpirituali, quæ imminet omnibus. Quare debet conferri pueris, quia licet non armentur pro ſtatu illius ætatis, vt tunc pugnent, tamen conuenit pro ſtatu futuro. Item ſenibus, & mulieribus, quibus cum viris communis eſt militia ſpiritualis. Item mutis, qui licet non verbo, tamen ſigno poſſunt confiteri. Item morientibus, quia quamuis ſubtrahantur eis prælia, tamen pergunt ad præmium militantium, ideo cõmuniter accipiunt militiæ Chriſtianæ ſignum. Vel competit eis propter obedientiæ meritum, & gratiæ augmentum. Ideo dicit Hugo ꝙ omnino periculoſum eſſet ſi ab hac vita ſine confirmatione migrare contingeret, non quia damnaretur aliquis, niſi fortè propter contemptum, ſed quia detrimentum perfectionis pateretur. Hæc Archid. in c. 2. de conſecr. diſt. 5. Turrecr. in c. 1. num. 3. ea. diſtin. Aſten. & Petr. de Palude. & quia competit tã viris, quam mulieribus ſpiritualiter pugnare,
7 ideo confirmatio † fit in fronte, & quidem cõuenienter, vt in manifeſto demõſtret ſe eſſe Chriſtianum, ſicut & Apoſtoli poſt Spiritum ſanctum ſe manifeſtauerunt, qui prius in cænaculo iacebant. Tum etiam ideo ſignatur in fronte chriſmate, vt neque propter timorem, neque propter erubeſcentiam nomen Chriſti confiteri prætermittat. Tum etiam

vt eiuſdem Spirituſſancti ſeptiformis gratia
cum omni plenitudine ſanctitatis,& ſcientiæ,
& virtutis venire in hominem declaretur . vt
in c. nouiſſimè. de conſecr. diſt. 3. qui quidem
locus in ſuſcipiente, ſcilicet frons , eſt de ſub-
ſtantia ſacramenti confirmationis,vt dicit Ar
chid.in c.nouiſſimè.ita ſi vnctio fiat alibi, quā
in fronte , nullum eſt ſacramentum , & debet
frons chriſmati ligari panno,donec exſiccetur
ne frons inuncta contrahat aliquas ſordes.
Rurſum confirmati non debent lauare caput
vſque ad ſeptē dies, propter ſeptem dona Spi-
rituſſancti: Eccleſia enim ſeptem diebus cele-
brat aduentum Spirituſſancti.Gulielmus verò
Pariſienſ.in ſuo tractatu Sacramentorum, di-
cit , quòd debet confirmatus tenere faſciam,
ſeu ligaturam per triduum , propter chriſma-
tis vnctionem , & triduanæ dominicæ ſepul-
turæ ſignificationem.Et in tertia die ad ſacer-
dotem accedere debet, & ſacerdos cum ſale,
& aqua frontem confirmati abluet,& in loco
ſacro ligaturam comburet, & cineres in terra
cemiterij operiet . Debet etiam confirman-
8 dus † non de neceſsitate Sacramenti , ſed de
conuenientia venire ad confirmationem ie-
iunus , facta prius ſuorum peccatorum con-
feſsione , vt dicit tex.in cap vt ieiuni. de con-
ſec. diſtin. 5. vnde manifeſtè colligitur , quòd
tex.ille loquitur de adultis : quia paruuli ad
nullum tenentur ieiunium , nec ad confeſsio-
nem faciendam . Hoc autem vt ieiunus acce-
dat,refertur ad reuerentiam , vt ſuſcipiens ſa-
cramentum melius ſit diſpoſitus ad recipien-
dum rem ſacramenti ideſt gratiam: quod etiā
extende ad conferentem . Et hoc quidem in-
telligendum eſt de omni ſacramento . Vnde
de ſuſceptione , & conſecratione Euchariſtiæ
habetur.7.q.1.c.nihil.de conſecr.diſt.2.c.liqui-
do.Idem de baptiſm.c.vt Epiſcopi. de conſec.
diſt 3.Idem de ordinibus. c. quod a patribus.
diſt.75.Sic etiam confeſſio niſi ſubſit magna,
& iuſta cauſa,audienda eſt,& facienda à ieiu-
no, maximè de mortalibus, vt dicit Magiſter
Petr.de Palude Eſt autem iuſta cauſa,ſi homo
timeat obliuiſci peccatum,ſi differat vſque ad
alterum diem , vel ſe non habiturum tempus
opportunum.Ab hoc tamen ſtatuto , vt con-
firmandus accedat ieiunus excipiuntur infir-
mi,& de morte periclitantes. d.cap. vt ieiuni.
Hodie verò propter multitudinem fidelium,
& propter pericula imminentia , ſuſtinetur vt
hoc ſacramentum , quòd non niſi ab Epiſco-
pis dari poteſt accipiatur,& detur à non ieiu-
nis quia vnus Epiſcopus maximè in vna ma-
gna dioceſi, non ſufficeret ad eos homines
confirmandos , ſi ei tempus arctaretur . Vnde
multi Epiſcopi de facto hoc non ſeruant. Vbi
tamen hoc congruè ſeruari poteſt, conueniē-
tius eſt , vt à ieiunis detur , & accipiatur.Hæc
D.Thom.3.q.72.art.12.c.2.Aſtenſ.art.7.Dein-
de conſiderandum venit de miniſtro,quis mi-
niſter confirmationis ſit . Vnde dic , ꝙ ſacra-
9 mentum † confirmationis conferre poteſt ſo
lum ex ordinaria poteſtate Epiſcopus . Vnde
dicit tex.in c.manus.de conſecr. diſt.5. Manus
quoque impoſitionis ſacramentum magna
veneratione tenendum eſt , quod ab alijs per-
fici non poteſt , niſi à ſummis ſacerdotibus,
qui ſunt Epiſcopi.cap 1. §. per frontis.de ſacr.
vnct.c.vt Epiſcopi, de conſecr. diſtin. 5. Con-
cil. Trid. ſeſſ. 7. c. 3. qui ſummi dicuntur, quia
vltra eos nullus Ordo ſuperior habetur . ita
Turrecre.in d.c.manus.& ibi Archid. qui alle-
gat tex. in cap.accuſatio.2.q.7.Imo dicit Tur-
recre.in loco præfato . quòd quilibet Epiſco-
pus hac ratione poteſt dici ſummus Pontifex,
quia omnis Epiſcopus eſt par Apoſtolico,quo
ad ordinem,& rationem conſecrationis.24.q.
1.c.loquitur.in prin licet ſit minor in admini-
ſtratione.2.q.7.c.putó glo.in c.in nouo. diſtin.
21.Hodie tamen ſolus Papa vocatur ſummus
Pontifex.Rurſum circa materiam ſacramenti
confirmationis ſciendum eſt , quod chriſma
10 eſt † conueniens materia huius ſacramenti,
in quo chriſmate , ſunt duo . Scilicet oleum
oliuarum , & balſamum , quod quidem con-
uenienter,fuit inſtitutum, cōuenit enim chriſ-
ma ſignificationi effectus huius ſacramenti,
qui eſt duplex . quorum primus eſt nitor fidei
in vera credulitate cordis , ſecundus eſt odor
famæ in cōfeſſione oris.Primus ſignificatur in
oleo oliuarum , quod eſt nutrimentum ſplen-
doris , & ideo ponitur in lampade , vt lumen
poſſit ibi durare. Secundus in balſamo , quod
ratione ſuæ fragrantię deſignat odorem bonę
famæ , & opinionis , quæ debet eſſe in confir-
mato c.1.de ſacr.vnct Vnde Eccleſ.cap.24.Si-
cut cinamomum , & balſamum aromatizans
odorem dedi . Quod quidem chriſma , quod
eſt huius ſacramenti materia,oportet vt prius
ſit ab Epiſcopo conſecratum , cuius ratio eſt
ſecundum S.Thom. in vlt. part. ſuæ ſum. quia
in illis ſacramentis , in quibus requiritur mini-
ſter ſpecialiter conſecratus , requiritur ꝙ ma-
teria ſacramenti conformiter ſe habeat ad mi
niſtrum ſacramenti : ſed in ſacramento cōfir-
mationis requiritur miniſter ſpecialiter cōſe-
cratus , ſcilicet Epiſcopus , quare in materia
conſecrationis requiritur materia ſpecialiter
11 conſecrata . Pariter ſacramenti † cōfirmatio-
nis forma hæc eſt.Signo te ſigno crucis,& cō
firmo te chriſmate ſalutis. In nomine Patris,
& Filij , & Spirituſſancti. Amen. Definita eſt
expreſsè in Conc.Flor.D.Tho.art.3.Bonau.ar.
1.q.1.



1.q.1.Rich.q.2.artic.4. vbi notandum,quod in
hac forma continentur tria,quæ in hoc ſacra-
mento ſunt neceſſaria, quorum primum eſt
cauſa conferens plenitudinem roboris ſpiri-
tualis, quæ eſt ſancta Trinitas quæ exprimitur,
cum dicitur In nomine Patris &c. ſecundum
eſt ipſum robur ſpirituale, quod homini con-
fertur per ſacramentum materiæ viſibilis ad
ſalutem,quod tangitur cum dicitur confirmo
te chriſmate ſalutis.Tertium eſt ſignum, quod
pugnaturo datur, ſicut etiam in pugna corpo
rali milites ſignis ducum inſigniuntur,& quan
tum ad hoc dicitur . Conſigno te ſigno Cru-
cis, in quo ſcilicet rex noſter triumphauit , vt
12 dicitur Colloſs. 2. Notandum etiam † quòd
vſus,& conſuetudo generalis eſt, vt in Eccle-
ſia in celebrandis ſacramētis, quæ cum vnctio-
ne chriſmatis conferuntur , ſignaculo crucis
perficiuntur, & hoc, tum vt mors Chriſti præ
ſentetur , in cuius fide ſacramenta ipſa confe-
runtur,& ex qua habent efficaciam. de conſe-
cratio.diſtinct.quarta.cap propriè.tum etiam
ad deſignandum quòd Crucifixus , & autor
eſt Sacramentorum, & eorum effectuum ope
rator principalis. Non tamen vt dicit Turre-
crem.in cap.nunquid.de conſecr. diſtin 5.cre-
dēdum eſt, quòd ſignaculum crucis ſit de ſub-
ſtantia ipſorum Sacramētorum: ſine eo enim
ſacramenta perfici poſſunt : bene verum eſt,
quòd grauiter peccat , qui non formaret cru-
cem tanquam mendax. Exemplum in Confir
matione.Si miniſter proferendo verba dice-
ret,ſigno te ſigno crucis,& non formet crucē,
mentitur.Debet etiam miniſter dum dicit ver
ba , vngere Confirmandum in fronte, ita vt ſi
alibi fiat , nullum eſt Sacramentum . Et nota,
13 quòd † vnctio chriſmatis triplex fit in tribus
ſacramentis,quorum diuerſitas ex fine accipi-
tur:quia in baptiſmo fit in vertice , ad ſignifi-
candum fidei ſuſceptionem,quia vertex eſt lo
cus cellulæ rationalis . At per modum crucis,
vt per crucem redemptoris ſiue crucifixum
bona accepta in baptiſmate obtinere cogno-
ſcamus . In Confirmatione fit in fronte,ad ſi-
gnificandum audaciam confeſsionis,cuius im
pedimentum ſcilicet timor,& verecundia ma
gis manifeſtatur in pallore, & rubore frontis,
ex propinquitate cellulæ imaginatiuæ . Et fit
in modum Crucis, vt in crucifixo , & per cru-
cifixum ſit tota ſpes,& fiducia confirmato, vt
in tentationibus ſuis recogitet eum , qui talē
ſuſtinuit contradictionem. ad Hebr. cap.11 in
Ordine verò fit in manibus,ad ſignificandum
poteſtatem conſecrandi dominicum corpus.
Hæc Petr.4.diſt.7.q. 3 art.3. Et ita ponit quòd
manus presbyteri inunguntur chriſmate.Hoc
idem ſcripſit Goſ.in ſum.Sed hoc non eſt ve-
rum ,ſecundum Hoſt. ſed inunguntur oleo be-
nedicto . Et hæc probantur in ordinario . ita
Aſtenſ.lib.4. de ſacr. Confir. art. 8. Imponitur
14 etiam † manus in Confirmatione,vt robore-
tur in confeſſione fidei contra preſſuras mun
di. Et ſic nota triplicem manus impoſitionē,
vnam ante baptiſmum in Catechiſmo,vt ho-
mo in fide roboretur in ſeipſo . Aliam in Exor
ciſmo,vt roboretur in pugna aduerſus diabo-
lum. & tertiam in Confirmatione. Qui verò
15 ſint effectus huius ſacramenti Dic,† quòd per
Confirmationem imprimitur character. ita
D. Thom. Do. Bonauen. & Rich. Et ratio eſt:
quia quemadmodum in baptiſmo imprimi-
tur character fidei,conformans nos diuinæ ſa
pientiæ,& in Ordine character poteſtatis,con
formans nos diuinæ potentiæ , ita in Confir-
matione imprimitur character plenitudinis
Spirituſſancti conformans nos diuinæ boni-
tati. Datur etiam per confirmationem pleni-
tudo copiæ gratiæ ad fortiter reſiſtendū con
tra preſſuras mundi Vndè dicit tex.in cap.Spi
rituſſanctus.& in cap.nouiſſimè. de conſecra.
diſt.5.quòd in hoc ſacramento Spirituſſancti
augmentatur gratia , vt confirmemur ad pu-
gnandum . Quod quidem ſacramentum non
16 debet † reiterari.cap.dictum.cap.ſeq.de con-
ſecra.diſt.5, Et ratio eſt:quia in hoc ſacramen
to character imprimitur, character autem eſt
ſignum indelebile,& perpetuum, vnde ſacra-
mentum in quo character imprimitur eſt irre
iterabile , alioquin enim fieret iniuria ſacra-
mento. Ita Turrecrem.in d.c. dictum. num.4.
vbi affert alias rationes , quas breuitatis cauſa
omitto . Vltimò circa ritum multa diximus
ſup.num 7.& 8.& ideo more noſtro ſolito de
ueniemus ad Deciſiones. Quarum iſta ſit.

Prima . Character Confirmationis de ne-
17 ceſſitate † præſupponit characterem baptiſ-
malem, ita ſcilicet, quòd ſi quis non baptiza-
tus confirmaretur,nihil reciperet:cum baptiſ-
mus ſit fundamentum omnium ſacramento-
rum.extra.de presbyt bapt.c.1.& cap.veniens.
Et ratio eſt ſecundum D. Thom.in 3.par.quia
Confirmatio ſic ſe habet ad baptiſmum, quē-
admodum augmētum ad generationem . Sed
nullus poteſt peruenire ad ætatem perfectam,
niſi prius fuerit natus , ergo ſimiliter , niſi ali-
quis fuerit baptizatus, non poteſt ſacramentū
Confirmationis accipere . Character tamen
Confirmationis non præexigitur de neceſſita-
te,quin ſine illo recipiat quis characterem or-
dinis, tamen de congruo præexigitur. ita Pet.
de Palu.in tract.de Confir.

18 Secunda. Pueri confirmati † maiorem glo-
riam conſequuntur , quam pueri non confir-
mati,ſicut in præſenti maiorem obtinent gra-
tiam

etiam cum in Confirmatione detur augmentū
gratiæ.cap.2.de conſecr.diſt.5. ita glo.in cap.
vt ieiuni.ead.diſt. Aſtenſ.arti.7.de Confirmat.
Et non obſtat illud Melchiadis Papæ, dicen-
tis,& habetur in d.c.2. Licèt continuò tranſi-
turis ſufficiant regenerationis beneficia,victu
ris tamen Confirmationis beneficia ſunt ne-
ceſſaria: quia illud intelligitur quantū ad hoc,
quòd morituris non eſt neceſſarium Sacramē
tum hoc propter pugnæ præſentis periculum.

Tertia. Vt hoc ſacramentum non eſt dan-
dum nō baptizatis: ita nec peccatoribus adul
19 tis,† niſi per pœnitentiam præparatis. Hinc
dicitur in d.c. vt ieiuni. quòd moneantur con-
feſſionem facere,vt mundi donum Spirituſſan
cti valeant accipere:nam cum hoc ſacramen-
tum detur ad confirmandam gratiam, quam
prius inuenit,ideò non debet dari niſi his, qui
habent gratiam. Si quis tamen adultus exiſtēs
in peccato, cuius conſcientiam non habet,vel
ſi etiam non perfectè contritus accedet ad Sa
cramētum,dummodo non fictus accedat,per
gratiam collatam in hoc ſacramento, conſe-
quitur remiſſionem peccatorum. Hæc D.Tho.
3.par.q.72.ar.8.c 4.

20 Quarta.† Licèt glo in c. vt ieiuni.de con-
ſecr.diſtin.5.dicat,quòd quis debeat accedere
ad ſacramentum Cōfirmationis in anno duo
decimo. Si tamen ante vſum rationis miniſtra
tur,verum erit ſacramentum cum omnia con
currant neceſſaria ad veritatem ſacramenti,
nempe materia, forma, & miniſtri intentio.
Immò ſecundum Bonauen.conuenientius pūe
ris ante vſum rationis miniſtratur, quia adue-
niente ætate adulta,habebit ſuam efficaciam,
quemadmodum fides,quæ in baptiſmo infun-
ditur. Licet Palu & Sotus, atque Sylu.in verb.
Confirmatio.§.4.dicant, non expedire vt par
uulis detur.

Quinta Confirmandus,aut potius Confir-
21 matus,† in faciem ab Epiſcopo percutitur, tri
plici ex cauſa,ſecundum Dom.Petr. Quarum
prima eſt,vt illud ſacramētum eo melius me
moriæ imprimatur, iuxta illud:Vexatio dat in
tellectum. Vnde dicit Epiſcopus: Recordare.
Secunda vt non erubeſcat,ſeu erubeſcentiam
non habeat percuſſus nomen Chriſti confite-
ri,& nominare. Tertia, vt ob hoc facilius po-
teſtas diabolica expellatur.

22 Sexta. Ordinarius† miniſter huius ſacramē
ti citra diſpenſationem eſt ſolus Epiſcopus, vt
habetur in cap.1.§.per frontis.de ſacra.vnct.c.
de his,cum quatuor ſeqq.de conſecra.diſt.5.&
nouiſſimè habetur in Conc. Triden. ſeſſ. 7.de
Confirm Can.3.Vbi dicitur,ſi quis dixerit ſan
ctæ Confirmationis ordinarium miniſtrum,
non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemuis ſim-
plicem ſacerdotē Anathema ſit. Quod adeò
verum eſt, vt ſi per ſimplicem ſacerdotem mi
niſtretur,nulla ſit confirmatio.d.cap de his,&
cap.manus.

Septima. Epiſcopi licèt non poſsint ſolis
presbyteris delegare ſacramentum confirma
tionis, vt nos diximus lib.3.noſtrarum Deciſ.
23 num.6 tamen † reſpectu ſummi Pontificis po
teſt ſimplex ſacerdos ex commiſſione Papæ
baptizatis confirmationem dare,ita gloſſa in
c.quanto. de conſuet. Laico verò communior
opinio videtur contra glo. in cap. manus. de
conſecra.diſtin.5. quod laico hoc demandare
non poſsit.vt dicit Panorm.in d.c.quanto.ma
ximè quia ex hoc denigraretur ſtatus Eccle-
ſiæ,quod Papa facere non poteſt.1.q.7. in can.
& ſi illa.

Octaua. Epiſcopus degradatus ſecundum
24 aliquos vt refert Aſten.ar.6.Cōfirmare † non
poteſt, nec de iure,nec de facto. Licèt poſsit
baptizare,& conficere corpus Chriſti;& ratio
eſt: quia Vicario Chriſti conceſſa fuit à Chri-
ſto poteſtatis plenitudo ordinandi de corpo-
re Chriſti myſtico, quod eſt eccleſia, & eius
membris, ſecundum quod exigit ratio recta.
Super autem ſuum verum corpus nullam ſibi
conceſsit poteſtatem, nec etiam ſuper illos,
qui ſacramentum baptiſmi non receperunt,
quod eſt ianua,qua intratur in Eccleſiam mi-
litantem, conceſsit aliquam poteſtatem dire-
ctè. Vnde Apoſt. 1.Corin.5. Quid mihi de his,
qui foris ſunt iudicare. Et quia poteſtas Epi-
ſcopalis directè reſpicit corpus Chriſti my-
ſticum,& eius membra poteſtas autem ſacra-
mēti Euchariſtiæ directè reſpicit corpus Chri
ſti verum, & poteſtas baptizandi non tantum
reſpicit illum ſolum,qui eſt Eccleſiæ membrū,
ſed etiam illum, qui nec eſt nec fuit Eccleſiæ
militantis membrum,ideò Vicarius poteſt ab
illo auferre dignitatem Epiſcopalem, non ta-
men ab homine poteſtatem baptizandi,nec à
ſacerdote poteſtatem conficiendi. Secus au-
25 tem eſt † de ſuſpenſis, quia per priuationem,
ſeu degradationem tollitur poteſtas, ſed per
ſuſpenſionem prohibetur poteſtatis vſus. Et
ideo ſi Epiſcopus ſuſpenſus confirmat, verè
confirmatus remanet, ſed confirmando mor-
taliter peccat,quia vtitur poteſtate, cuius vſus
eſt ſibi prohibitus.hæc Rich.4. diſt.7.q.2.art.2.
& Aſten.vbi ſupra.

Nona. Epiſcopus, quando vult chriſma
26 † conficere, debet miſſam celebrare, & hoc
in Eccleſia cathedrali, niſi ex iuſta cauſa im-
pediatur.ext.de celebr. miſſ. cap. te referente.
Singulis autem annis debet in cœna Domini
nouum chriſma confici, & vetus in Eccleſia
cremari,de conſecra.diſtin.4.capi.literis. Non

debet



debet etiam chriſma accipi niſi à proprijs Epi
ſcopis. de conſecra.diſtin.4.cap.presbyteri. Et
quilibet presbyter debet illud accipere quo-
libet anno,vel per ſe,vel per diaconum, diſtin.
95.cap.presbyteri. Vnde Abbates peccant qui
accipiunt illud ab alijs, niſi ſint priuilegiati,
quòd poſſint accipere à quibus velint,vt dicit
ibi gloſſa.

27 Decima. Confirmationis† ſacramentum
non eſt iterandum, quando confirmandus eſ-
ſet oleo pro chriſmate vnctus,licet Epiſcopus
mortale crimen committat, & ſit cautè ſup-
plendum, quod eſſet omiſſum, vt habetur
in capitu. paſtoralis. de ſacra.non iter.vbi ha-
betur, non eſſe iterandum confirmationem
in eo, qui per errorem fuit non chriſmate,ſed
oleo illinitus. Quod ſi quis obijciat,chriſma
ex oleo & balſamo eſſe materiam confirma-
tionis, & per conſequens eſſe de neceſſitate
confirmationis. Reſpond. quòd intelligitur
chriſma eſſe de ratione præcepti,& ſignifica-
tionis, non autem de neceſſitate, & eſſentia
confirmationis.

28 Vndecima. Epiſcopus, qui bis † eundem
confirmaret ſcienter,non eſt irregularis, ſicut
neque reconfirmatus ignoranter. Quod ſe-
cus eſt de rebaptizāte ſcienter, & de rebapti-
zato ignoranter. Nam de rebaptizante, vel
miniſterium præbēte, habetur extra de apoſt.
capitu.2 de rebaptizato. de conſecra.diſtinct.
4.capitu. qui bis, & ratio eſt. quia nulla pœna
irregularitatis iterantibus cōfirmationem im-
ponitur capitu.dictum cap ſeq. de conſecrat.
diſtin. 5. ergo ſequitur quod non ſit irregula-
ris, cum irregularitas tantum contrahatur in
caſibus à iure expreſſis, cap. is, qui. de ſentent.
excom. in ſexto,ita Turrecrem, in d.c.dictum.
num.6.

Duodecima. Confirmationis forma con-
29 ueniens eſt † illa. Conſigno te ſigno cru-
cis,& confirmo te chriſmate ſalutis,in nomi-
ne Patris, &c. Et ratio eſt: quia illa forma eſt
conueniens forma Sacramenti, per quam, &
in qua exprimuntur ea,quæ ſunt neceſſaria ad
ſacramentum confirmationis. Sed in iſta for-
ma exprimuntur ea, quæ ſunt neceſſaria ad
ipſam confirmationem ergo; in confirmatio-
ne enim eſt neceſſaria perſona miniſtri con-
ferentis ſacramentum, & iſtud exprimitur,
cum dicitur: Conſigno, & confirmo. Eſt in-
ſuper ibi neceſſaria perſona ſuſcipiens ſacra-
mentum,quæ exprimitur, cum dicitur, te. Eſt
ibi etiam neceſſaria materia ſacramentalis,
quæ exprimitur,cum dicitur:Chriſmate. Eſt in
ſuper neceſſaria virtus Dei conferentis effica-
ciam ſacramēti,quæ exprimitur, cum dicitur:
In nomine Patris, &c.

30 Tertiadecima. Cognatio † ſpiritualis cau-
ſatur, & procedit ex adminiſtratione baptiſ-
mi,& confirmationis, & quia tales cognatio-
nes ſpirituales matrimonia impediunt. Hinc
iuxta ſacrorum Canonum inſtituta non plu-
res ad ſuſcipiendum infantem in baptiſmo,
quam vnus accedere debet, ſiue vir, ſiue mu-
lier, Quod idipſum in confirmatione fiat,ca-
pitu.non plures.de conſecr.diſtin.4.cap. quam
uis.de cognat.ſpir.lib.6. Definitum eſt in Con
cil.Trident.ſeſſ.24.de refor. cap.2. Non autem
debent teneri ab illo, qui non eſt confirma-
tus, ſicut nec in baptiſmo debent teneri ab il-
lo,qui non eſt baptizatus. de conſecr. diſtin.4.
cap.in baptiſmate. Et non debent teneri à mo
nacho niſi ſit neceſſitas, vnde de conſecr.diſt.
4. nō licet Abbati, vel monacho de baptiſmo
ſuſcipere filios, nec commatres habere.per ſa
cramentum tamen confirmationis ſpiritualis
cognatio contrahitur.3.q.4.cap.ſi quis vnus. Et
ligat decem perſonas, vt habetur per text. &
ibi Francus in cap. 1. §. ex confirmatione de
cogn.ſpir.in 6. Sicut etiam in decem alijs per-
ſonis oritur cognatio ſpiritualis in baptiſmo.
d. cap. ex confirmatione. Hodie verò cogna-
tio, quæ ex confirmatione contrahitur, con-
firmantem, & confirmatum, illiuſque patrem
& matrem, ac tenentem, non egreditur, om-
nibus inter alias perſonas ſpiritualis cogna-
tionis impedimentis omnino ſublatis, vt habe
tur in d.Conc.Trid. vbi ſup.cap.2.in fi. Cogna-
31 tio verò ſpiritualis † eſt quædam proximitas,
perſonarum proueniens ex ſacramenti datio-
ne,vel ad id detentione,ita gloſſa,ſuper verb.
cognationem ſpiritualem. de cogn. ſpirit. lib.
6. Et de hac habetur 30.quæſt.1.cap.omnes. Vn
de ſi talis cognatio præcedit matrimonium,
non ſolum impedit, ſed dirimit etiam poſt cō
tractum. 30.quæſtio.1. cap.1.& extr. de cogn.
ſpirit capit.veniens, Si verò ſequitur,non diri-
mit, ſed impedit quo ad exactionem debiti
carnalis, ſi ſine neceſſitate contrahitur. vt 30.
quæſt.1 cap.ad limina Et ſcienter, non per er-
rorem.cap.ſi vir.de cogn.ſpirit. aliàs non; vide
plenius per Panor.ibi.in d.capitu.ſi vir. Oritur
32 etiam † cognatio ſpiritualis inter confeſſa-
rium,& illos quos audiuit in confeſſione:nam
omnes quos in pœnitentiam accipimus ita fi-
lij noſtri ſunt, vt in baptiſmate ſuſcepti. 30. q.
1. c. omnes. Et presbyter fornicans cum filia
ſua ſpirituali,ab omni officio deponitur.cap.ſi
quis ſacerdos.30.q.1. Et ſi eſt Epiſcopus 15.an
nis pœnitere debet. cap. non debet 30. quæſt.
1. Talis autem cognatio eſt ſolum inter con-
feſſorem,& confeſſum. Vide gl.in d.c. omnes.
Et hæc de confirmation.

De

## De ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento. Cap. VI.

DE hoc ſacramento agitur per totã diſtinctionem ſecundam de conſecratione. & ext. de celebra miſſ. & ſeſſ. 13. in Conc. Trid. vbi de eius inſtitutione habetur. cap. 1. De que ratione inſtitutionis. c. 2. De Excellentia. capi. 3. & per nos in ſer. 4 De excellẽtia ſanctiſſimæ Euchariſtię. De cultu, & veneratione. in Concil. Trident. capit. 5. De præparatione quæ adhibenda eſt, vt dignè quis ſacram Euchariſtiam percipiat. cap. 7 & nos diffuſius per duos ſermones De vſu admirabilis huius ſacramenti. Et quot modis ſumatur. in Concil. Trident. cap. 8. & nos latè ſer. 7. De pœna indignè ſumentium corpus Chriſti. De efficacia & fructibus euchariſtiæ, eſt noſter ſermo particularis ſextus. Qualiter dicatur ſacrificium, habetur per nos ſerm. 4. Quibus nominibus vocetur. habetur in ſerm. 6. De pœnis 12. ſumentium euchariſtiam. Et quod ſumentes in peccato mortali aſſimilentur ingratis Iudæis, Iudæ, & Chriſti crucifixoribus, per totum ſer. 7. Tandem qui vult legere varias deciſiones ad hanc materiam attinentes videat c. 38 in noſtris Deciſ lib. 2. de ſacra Communione, vſque ad caput 48.

## De pœnitentiæ Sacramento. Cap. VII.

SVbſequenter poſt confirmationẽ, & euchariſtiam, quæ ſunt ſacramenta progredientium, ordinata ad perfectionem in bono, eſſet videndum de pœnitentia, quæ eſt ſacramentum progredientium, ordinatum ad amotionem mali & expulſionem peccati, ſed quia de hoc ſacramento ſatis abundè diximus in noſtris Deciſionibus per totum librũ primum, ideo poſt illam videamus de alio ſacramento, quod eſt extremæ vnctionis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vnctio exterior ſeptuplex.*
2 *Vnctio extrema eſt ſacramẽtum, & vnũ.*
3 *Vnctio extrema quare adinuenta. & in veteri teſtamento præfigurata.*
4 *Inſtituta quando fuerit.*
5 *Materia huius ſacramẽti remota, & propinqua.*
6 *Forma huius ſacramenti quæ. & eius explicatio.*
7 *Quare exprimatur per modum orationis.*
8 *Vnctionis extremæ efficacia quæ.*
9 *In hoc ſacramento tria, ſicut in cæteris neceſſaria.*
10 *Sacerdos ſolus hanc vnctionem facit.*
11 *Intentio in ſacramentis duplex.*
12 *Membra quæ inungenda.*
13 *Admonitio ſacerdotis quæ facienda ad infirmum.*
14 *Si presbyter vngẽs deficiat, an alius ſuccedat.*
15 *Extrema vnctio à proprio miniſtranda Sacerdote.*
16 *Quibus danda, vel non danda. nume. 17. & 18.*
19 *Vnctio facta chriſmate, vel oleo non benedicto, an valeat.*
20 *Vnctio extrema duplici ex cauſa fuit inſtituta.*
21 *Vnctio extrema in tribus caſibus iteranda.*

## De Sacramento extremæ Vnctionis. Cap. VIII.

COnſequenter conſiderandum eſt
de ſacramento extremę vnctionis. Et primò, de multiplici vnctione. Secundò, de ratione adinuentionis. Tertiò, de eius inſtitutione. Quartò, de materia. Quintò, de forma. Sextò, an ſit neceſſarium. Septimò de efficacia, & effectu huius ſacramenti. Octauò, quæ ſint neceſſaria in hoc ſacramento. Nonò, de membris vngendis. Decimò de monitione presbyteri ad infirmum. Deinde deueniẽdum ad Deciſiones. Vnde circa primum ſciendum
1 eſt, quod multiplex eſt † vnctio exterior, quædam baptiſmalis, quæ fit in pectore, & in ſcapulis. 11. diſtin. c. eccleſiaſticæ. de conſecr. diſt. 4. c. deinde a ſacerdote. Item quædam, quæ fit per ſacerdotem cum chriſmate in ſummitate capitis c. poſtquam. cap. aſcendit. de conſecre. diſt. 4. Rurſum eſt vnctio confirmationis quæ fit in fronte, miniſterio tantum Epiſcopi. 95. diſtin. cap. presbyteros. Item eſt vnctio extremæ vnctionis, quam poteſt Epiſcopus; & Sacerdos cuilibet conferre per oleum infirmorum, ibidem. & c. illud. Deinde eſt vnctio regalis,



quæ fit in brachio. 2 q. 7. cap. plerunque. §. item in libro. Item eſt vnctio ſacerdotalis cuius manus tantum oleo cum chriſmate inunguntur. 23. diſtin. c. præterea. 16. q. 1. c. generaliter. §. ecce. Item eſt vnctio pontificalis ſuper manus, & caput, 23. diſtin. Epiſcopus. Sed modo agetur de vnctione extrema. Vnde ſciendo
2 dum eſt, quòd vnctio extrema eſt † ſacramẽtum, prout definitum eſt per Concil. Triden. de ſacramen. ſeſſ. 7. Cano. 1. & ratio eſt: quia in ſpiritualibus medicinis quædam ſunt tanquam principalia, quæ ſcilicet per ſe ordinantur ad curationem alicuius morbi, & hæc dicuntur ſacramenta. Quædam verò ſunt acceſſoria, quæ ordinantur per aliud medium, vt Catechiſmus, & Exorciſmus per baptiſmum, & hęc dicuntur ſacramentalia. Extrema verò unctio per ſe ordinatur ad aliquem effectum: ſpiritualis conſecrationis; & non per aliud, vnde ſacramentum eſt, & non ſacramentale. Et unum eſt ſacramentum, & non plura, licet plures fiant vnctiones, quia ſicut ſe habet immerſio ad baptiſmum, ita ſe habet vnctio ad ſacramẽtum, ſed plures immerſiones ſunt vnum ſacramentum baptiſmi, ergo plures vnctiones ſunt hic vnum ſacramentum non vnitate indiuiſibilitatis, ſicut punctus, nec vnitate continuitatis, ſicut linea, ſed vnitate perfectionis, licet plures vnctiones, & formas habeat in quantũ plura, quæ ſunt in hoc ſacramento adunantur ad vnum aliquid perficiendum, ſicut à ſimili conſtat de ſanctiſſimo Sacramento Euchariſtiæ, quod vnũ eſt, quamuis duas formas, duaſque materias partiales habeat, vt dicit Turrecrem. in c. presbyteros. diſt. 95. num. 2. Qua-
3 re autem inuentum fuerit † hoc ſacramentum vt dicit Lapus in Clem. 1. de priuil. quòd Mediator Dei, & hominum non ſolum vocatur Ieſus, in quantum habet ſalutare, ſed etiã Chriſtus, in quantum habet vnctionis gratiam in alios effundere. d. c. quoniam. 13. diſt. c. cum ad verum. Hoc etiam ſacramentum fuit figuratum in veteri teſtamento. Vbi patet, quòd Dauid fuit tribus vicibus inunctus. Primò, in domo patris ſui, in ſignum regni futuri, & hoc ſignat vnctionẽ in baptiſmo. Secundo, in Ebron ſuper Iudam, & poſtea multa bella habuit, & hoc ſignificat vnctionem in confirmatione. Tertio, iterum in Ebron ſuper filios Iſrael, & poſt hanc in pace regnauit, & hoc ſignificat
4 ſacramentum extremæ vnctionis. † Cæterum in inſtitutione huius ſacramenti adnotandum eſt, quod inſtitutum fuit à Chriſto, quando videlicet diſcipulos ad curandum infirmos miſit, qui oleo ægrotantes vngebant, vt habetur Iacob. 5. Infirmatur quis in vobis, inducat preſbiteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, &c. fuit autem à Spiritu ſancto inſpiratum, à cętu Apoſtolorum inſinuatum, & à D. Iacobo promulgatum. Petr. de Palu. & Aſtenſ. lib. 5. titu. 41. artic. 2. Sequitur modo videre de materia huius Sacramenti. Eſt
5 autem † materia duplex. Remota & propinqua. Materia remota huius ſacramenti eſt oleũ oliuarum. Definita eſt in Canone vni. de ſacr. vnct. & in Concil. Florent. ſub Eugenio IIII. per c. S. Iacobi, vt probatur oleum eſſe materiam huius ſacramenti: ſed oleum propriè non dicitur niſi oliuæ: ſicut de vino in Euchariſtia intelligitur de vite. Vnde vt dicit Petr. de Palu. ſi admiſceatur balſamum, vel oleum nucum, vel quicunque alius liquor ſcienter, eſt tranſgreſſio præcepti, & ſi mutaretur ſpecies, eſt irregularitas ſacramenti, vt in baptiſmo, & in alijs: tum etiam, quia illa eſt apta materia ſacramenti, quæ habet maiorem conueniẽtiam cum eius effectu: ſed tale eſt oleum oliuarum reſpectu effectus ſacramenti extremæ vnctionis, ergo; nam effectus huius ſacramenti eſt hilaritas mentis, per quam mens alleuiatur à grauedine, quam communiter homines tunc patiuntur; quod propriè eſt olei, quod lucidum eſt, & lenitiuum, iux. S. Thom. ergo. Tum etiam, quia oleum principaliter nominatur oliuæ, cum alij liquores ex ſimilitudine ad ipſum olei nomẽ accipiant, & ideo oleũ oliuæ debet eſſe quod aſſumitur in materiam huius ſacramenti. Sed materia propinqua debet eſſe oleum benedictum, ſiue conſecratum, definita eſt in Concil. Trid. vbi ſup. c 1. Quod quidem oleum debet eſſe per Epiſcopum conſecratum, vt per dictum Conc. aut à Sacerdote per Papæ facultatem. Nam dicit ibi Conc. materiam eſſe oleum ab Epiſcopo benedictũ, quæ quidem benedictio facta ab Epiſcopo, cũ non ſit de iure diuino, ſed de poſitiuo tãtum, poterit per ſolum Rom. Pontificem presbyte-
6 ro committi. Eſt † etiam neceſſaria forma, quæ eſt deprecatiua, & eſt iſta. Per iſtam ſanctam vnctionem, & piiſſimam ſuam miſericordiã indulgeat tibi Dominus quicquid peccaſti per viſum, &c. Et dicitur per viſum, quando tanguntur oculi. Per aures, quando aures, & ita de cæteris partibus vngibilibus. Et tanguntur ibi tria, primo ſacramentum iſtud, cum dicitur. Per iſtam ſanctam vnctionem. Et illud, quod operatur in hoc ſacramento, ſcilicet Dei miſericordia, & effectus principalis, ſcilicet remiſſio peccatorum. Et hæc forma habetur in omnibus Eccleſiis, & eſt de neceſſitate huius ſacramenti, quod patet ex Romanæ Eccleſiæ uſu, quæ tantum uerbis deprecatiuis

tiuis vtitur in collatione huius ſacramenti.
7 Sed quare † forma huius ſacramenti exprimi
tur potius per modum orationis; quàm formę
aliorum ſacramentorum; Reſpondeo: princi-
palis ratio poteſt dici fuiſſe congruitas ex par
te modi curandi, quæ eſt per deuotionem, &
eleuationem animę ad ſpiritualia; ad quā prę-
cipuè per orationem excitatur. Aſtenſ. artic. 4.
De neceſſitate autem huius ſacramenti dicit
8 S. Bonauentura in 4. diſtinct. 23. quod † nō eſt
de neceſſitate, ſi tamen omittatur ex contem-
ptu, eſt damnabile, vt etiam dicit Henricus in
c. 1. de ſacr. iter. num. 5. Secus ſi ex negligentia.
Verum circa efficaciā huius ſacramenti. ſcien
dum eſt, ꝙ licet remiſſio venialium ſit effectus
huius ſacramenti, Dicit enim B. Iacobus, & ſi
in peccatis fuerit, dimittentur ei, & habetur
in Concil. Trid. can. 2 & 3. tamen non eſt hu-
ius ſacramenti peculiaris effectus: ratio eſt,
quia remiſſio venialium eſt effectus commu-
nis omnium ſacramentorum: quia ſi per ſacra
mentalia fit talis remiſſio. glo. in verb. Benedi-
ctionem. in procem. ſexti, multo magis per
ſacramenta fiet. Nec etiam peculiaris effectus
eſt reliquiarum peccati diminutio; ſcilicet
corporis ad bonum, & pronitatis ad malum
tunc enim deberet etiam ſanis, ſicut infirmis
adminiſtrari cum hæc peccatorum veſtigia
patiantur Vnde peculiaris effectus gratię, quæ
per hoc ſacramentum confertur, eſt auxilium
contra tentationes, quas homo tempore mor
tis patitur. Definita eſt in Concil. Trid. vbi ſu-
pra c. 2. Quare huius ſacramenti res eſt gra-
tia Spiritus Sancti cuius vnctio delicta, ſi qua
ſint adhuc expiāda, ac peccati reliquas abſter
git, & ægroti animam alleuiat, & confirmat,
magnam in eo diuinæ miſericordiæ fiduciam
excitando, qua infirmus ſubleuatus, & morbi
incommoda, ac labores leuius fert, & tenta-
tionibus dæmonis calcaneo inſidiantis faci-
lius reſiſtit: numquam enim homo magis eo
auxilio, quam in inſtanti mortis indiget. Sed
9 circa octauū tria ſunt † in hoc ſacramento; ſi-
cut & in cæteris: nam eſt ſacramentum tan-
tum, ſcilicet vnctio extrema. Item res tantum
hoc eſt gratia, item ſacramentum, & res, ſcili
cet quædam vnctio interior ſpiritualis, ideſt
mētis iucunditas, vel ſolamen. ita Imola. in d.
Clemen. 1. At quæ ſint neceſſaria in hoc ſa-
10 cramento? Dic, quòd quinque. † Primo quòd
hanc vnctionem faciens ſit ſacerdos. nam ſo-
lis presbyteris conuenit conferre hoc ſacra-
mentum, vnde dicitur Iacobi 5. Inducat pre-
sbyteros, & orent ſuper eum, & habetur in c.
presbyteros. diſt. 50. Ratio huius eſt: quia cum
huius ſacramenti materia ſit oleum conſecra-
tum, non debet adminiſtrari, nec contingi ni-
ſi ab eo, qui manus habet conſecratas, & talis
eſt presbiter. Et ideo non extendit ſe ad om-
nes, nec etiam ad ſolos Epiſcopos, quia cum
hoc ſit ſacràmentum periclitantium, qui non
poſſunt adire prælatos ſed magis econuerſo,
oporteret multos decedere ſine hoc ſacramē
to, ſi à ſolis Epiſcopis dari deberet, ideo diſpo
ſuit Spirituſſanctus quòd daretur à presbyte-
ris etiam inferioribus. poteſt etiam infirmus
inungi à presbytero præſente vno clerico, vel
etiam à presbytero ſolo, ext. de verbo. ſignifi.
c. quæſiuit. Quod intelligit Ber. ibidem in ne-
ceſſitate Secundum ꝙ adſit intentio. intentio
11 verò in ſacramētis eſt duplex, † vna, quæ ordi
natur ad perfectionem ſacramenti, & eſt ea,
quæ eſt eſſentialis ipſi ſacramento: Vnde ea
prætermiſſa non eſt ſacramentum. Alia, quæ
ordinatur ad finem ſacramenti, vnde ea poſi-
ta, vel remota nihilominus perficitur ſacramē
tum, Sicut ſi aliquis intendit baptizare aliquē,
vt lucrum temporale conſequatur, ſacramen-
tum baptiſmi verum eſt, quia ſecundum pri-
mam intentionem cōformatur intentioni Ec
cleſiæ, quamuis non quantum ad ſecundam.
Et ſimiliter ſi ſacerdos intenderet conſecrare
non ad ſumendum, ſed vt beneficiis vteretur,
verum corpus eſſet. Tertium, quod requiritur,
eſt materia, ſcilicet oleum ab Epiſcopo con-
ſecratum: Quartum, forma verborum. Quin-
tum, eſt conſiderandus locus inungendus, quia
12 fit † ad oculos propter viſum, ad aures pro-
pter auditum, ad nares propter odoratum, ad
os ratione linguæ propter guſtum, & etiā pro-
pter loquelam, ad manus propter tactum. qui
maximè viget in pulpis digitorum, propter ap
petitiuam verò inungūtur renes, ſeu lumbi pro
pter generatiuam, pedes vero propter motiuā
quæ ſunt eius principalius inſtrumentum. Ita
Aſtenſ. articu. 7. Poſtremo debet ſacerdos ver
borum conſolatione vti, quando ægrotanti
13 vnctionis extremæ † ſacramentum miniſtrat,
Hortando vt peccata omnia, quæ commiſerit
fateatur. Item oſtendere quàm immenſa ſit
ipſius omnipotentis in miſeros peccatores cle
mentia, cum in mundum venerit, vt crudeliſſi-
ma morte hominum animas à principe tene-
brarum erueret. Poſtmodum gaudia, quæ pœ-
nitentibus promiſerit exponere debet. ſed ob-
duratos, & pertinaces relinquere, & in ignem
mittere ſolet clamans Ite maledicti, &c. fide-
les autem ſuos, ac verè pœnitentes vocaturus
dicet. Venite mecum in regnum Patris. Com-
moneat inſuper ſacerdos, ne quid alienum ſe-
cum ſeruet, ſed reſtituere faciat: quia non di-
mittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum. c.
cum tu extr. de vſur. Hæc & alia refert Pet. de
Palude. de extrema vnc. c. 2. Sed modo ad De-
ciſio-



ciſiones deueniamus, quarum.
14 Prima. † Si presbyter inungēs deficiat poſt
primam vnctionem, tunc alius ſacerdos debet
ei ſuccedere qui debet vnctiones, quæ reſtant
continuare, & non reincipere, nec tamen mi-
niſtrorum pluralitas tollit vnitatem ſacramen
ti huius, quia inſtrumentaliter tantum operan
tur ſicut nec mutatio malleorum tollit vni-
tatem operationis fabri. Aſtenſ. lib. 5. titu. 41.
verſ quid fiet. Quod idem fit in ſacramento
Euchariſtiæ, vt deficiente ſacerdote, ab alio
perficiatur. c. nihil. 7. q. 1.
15 Secunda. Sacramentum † Extremæ vnctio-
nis debet à proprio ſacerdote miniſtrari, & ſi
ab alieno miniſtretur, erit verum ſacramen-
tum, peccabit tamen mortaliter, ſi vero à Re-
ligioſo ſine licentia curati, erit excommunica
tus. Ita definitur in Clem. dudum. de ſepult. In
caſu tamen extremæ neceſſitatis poterit quili-
bet ſacerdos etiam Religioſus per ratihabi-
tionem in abſentia proprij curati illud admi-
niſtrare, cum tunc actum charitatis exerceat,
& neceſſitas non ſubiaceat legi.
16 Tertia. † Sacramentum extremæ vnctionis
non eſt indiſtinctè dādum omnibus ſed adul-
tis, qui peccata venialia videntur habere, con
tra quæ inſtitutum eſt hoc ſacramentum. Hinc
pueri, qui nondum habent vſum rationis, non
debent illam recipere; quia non indigent re-
medio contra peccata, cum nondum peccaue
rint, neque contra tentationes, quas tempore
mortis non patiuntur. Bene tamen adminiſtrā
da erit pueris, qui annos diſcretionis attige-
runt, quamuis non ſint Euchariſtiæ capaces.
17 Quarta Sacramentum † hoc non debet da
ri ſanis, ſed infirmis, Iacob. 5. Infirmatur quis
in vobis, &c. & nō quibuſcunque infirmis, ſed
infirmis in periculo mortis exiſtentibus; & ra-
tio eſt: quia hoc ſacramentum eſt vltimum re
medium, quòd Eccleſia poteſt conferre imme
diate diſponens ad gloriam, ergo illis tantum
infirmantibus debet exhiberi, qui ſunt in ſtatu
exeuntium propter hoc, quòd ægritudo nata
eſt mortem inducere, & de periculo timetur.
Hinc infertur quòd ſacramentum hoc non eſt
dandum damnatis ad vltimum ſupplicium, ēt
ſi petant: quia hoc non reperitur iure cautum.
arg. de translat. prælat. cap. 2. Item, quia fit in
pedibus, cum quibus habent itinerari ad locū
iuſtitiæ. Item quia debet dari tantum infirmis.
18 Quinta. Hoc † ſacramentum non debet da-
ri niſi petentibus, patet ex vſu Eccleſiæ, & con
firmatur à ſimili de alijs ſacramentis. Clem. 1.
de pœnit. & remiſſ. dempto baptiſmo reſpectu
paruulorum. Nec etiam debet dari perpetuo
amentibus, qui nunquam ratione vſi fuerunt,
& ratio eſt: quia ad effectum conſequendi hu-
iuſmodi ſacramentum, plurimum valet deuo-
tio ſuſcipientis, & perſonale meritum conferē
tis, & generale totius Eccleſiæ, quod patet ex
hoc: quia per modum deprecationis forma hu
ius ſacramenti confertur. Ideo illis, qui non
poſſunt recognoſcere, & cum deuotione re-
cipere hoc ſacramentum, dari non oportet, &
præcipue perpetuò furioſis, & amentibus, qa
furioſis, & amentibus habentibus lucida inter
ualla poſſet adminiſtrari, ſi illud in ſanitate pe
terent, & hoc ſacramentum recognoſcerent,
ita Turrecrem. in cap. presbyteros nu. 7 diſtin.
50. Ex quibus omnibus habetur, ꝙ hoc ſacra-
mentum eſt dandum adultis, immo etiam pue
ris, qui annos diſcretionis attigerint, infirmis
in periculo mortis conſtitutis ex ipſa infirmita
te, vel etiam his, qui præ ſēnio deficiunt etiam
ſine actuali infirmitate. Non datur vero eun-
tibus ad bellum, aut nauigantibus, aut his, qui
mox occidendi ſunt, ſimiliter nec pueris, qui
diſpoſitionem deuotionis habere nō poſſunt.
Nec perpetuò phreneticis & amentibus.
19 Sexta. † Sacerdos habens inungere, non ha
bet oleum infirmorum, ſed inungit chriſmate.
Io. diſt. 95. §. ſed illud, tenet, quòd non valet vn
ctio. Idem tenet, quòd non valet ſi vngatur
oleo non conſecrato. Et nota, quòd quando
vngitur infirmus ad oculos, vel aures, &c. de-
bet geminare vnctiones: ſi verò infirmus habe
ret pedes mutilatos, tunc debent inungi loca
magis propinqua & quando infirmus videtur
agonizare, tunc presbyter debet accelerare
vnctionem, dimittendo ſeptem Pſalmos pœ-
nitentiales, ne forte moriatur agonizans ſine
ſacramento vnctionis. ita Pet. de Palu. ſiue cō-
mentator.
20 Septima. † Cum hoc ſacramentum fuerit
inſtitutum duplici ex cauſa, ad remiſſionem
venialium, & ad corporalis infirmitatis alle-
uiationem. Hinc cōſtat eum, qui hanc vnctio-
nem ex deuotione percepit, & in corpore, &
in animia alleuiari, ſi tamen expedit vt in vtro
que alleuietur. Quod ſi corporis valetudinem
habere illi non expedit, illam, quæ eſt animæ
ſanitatem in hoc ſacramento acquirit. Quod
ſi in toto iuſtus eſt, ſaltem conſequetur augmē
tum virtutum, & maiorem conſtantiam. arg.
de conſecr. diſt. 5. c. 1. & 2. & de ſacr. vnct. c. 1.
21 Octaua. † Extrema vnctio quandoque po-
teſt iterari, cum imprimat effectum non per-
petuum, ſed delebilem in his caſibus. Et pri-
mus, ſi vltra annum duret morbus poſt acce-
ptam vnctionem; & ratio eſt: quia non iudica
tur idem morbus inuncto. ita Imola. in Clem.
1. de priuil. Aſtenſ. lib. 5. art. vlt. Secundus, ſi re-
cidiuum infirmitatis patiatur, & erit alia infir-
mitas: quia poterit fieri alia vnctio. Tertius in
ægri-

ægritudinib.diuturnis,vt hydropiſis, & huiuſ-
modi:quia tunc infirmus eſt vngendus, quan-
do eſt in periculo mortis. Quod ſi illud peri-
culum euadat eadem infirmitate durante, &
iterum ad ſimilem ſtatum per illam infirmita
tem reducatur, poteſt iterum vngi: quia iam
eſt alius ſtatus infirmitatis, quamuis non ſit
alia infirmitas ſimpliciter.Ita D. Tho. F.Ioan.
in ſum.Confeſſ.tit.de ſacr.vnct.q.vlt. Sequitur
Henric.de ſacram.iter.cap.1.nu.4.

## De Sacramento Ordinis. Cap. IX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Ordo multipliciter accipitur.*
2 *Ordo quid dicatur.*
3 *Eſt verè,& propriè ſacramentum.*
4 *Inſtitutum à Chriſto Domino.*
5 *Ordines omnes ſeptenario numero continentur.*
6 *Officium vniuſcuiuſque explicatur.*
7 *Diaconi munus conſiſtit in nouem.*
8 *Presbyteri officium quale, & quando à Domino inſtitutum.*
9 *Ordines ſeptem ſecundum Theologos, ſed ſecundum Iuriſtas nouem.*
10 *Epiſcopatus, Pſalmiſtatus, & tonſura non ſunt ordines.nu.9.*
11 *Tonſuræ effectus octo.*
12 *Ordines ſeptem conuenienter ſunt in Eccleſia Dei.*
13 *Cuilibet ſeptem ordinum cõuenit aliquod myſterium ordinatum ad Euchariſtiæ ſacramentum.*
14 *Ordines alij maiores,qui & ſacri dicuntur,alij minores, & non ſacri. Et ordo ſacer dupliciter dicitur.*
15 *Character imprimitur in ſingulis ordinibus.Et in quo actu.nu.ſeq.*
17 *Character in Diacono imprimitur in datione libri Euangeliorum.*
18 *Subdiaconus habet duos actus.Et in quo actu imprimatur character.*
19 *Character vnius ordinis an præſupponat characterem alterius.*
20 *Ordines omnes an vnum,vel plura ſint ſacramenta.*
21 *Præeminentia inter ordines quæ.*
22 *Ordinis ſacramẽti quæ ſit virtus, quique effectus.*

EXpeditis his, quæ pertinent ad ſa-
cramentum vnctionis extremæ,
conſequenter conſiderãdum eſt
de ſacramẽto Ordinis: & primò
quot modis accipiatur ordo. Se-
cundò, quid ſit. Tertiò, an ſit ſacramentum.
Quartò,de eius ĩſtitutione. Quintò,quot ſint.
Sextò,quibus ex cauſis in plures diuidatur.Se-
ptimò,quare ſint plures. Octauò, an ordines
ſint vnum,vel plura ſacramenta.Nonò,an om
nes ordines ſint ſacri. Decimò excellentia, at-
que efficacia ordinum. Vndecimò, de mini-
ſtro huius ſacramenti. Duodecimò, de ſuſci-
pientibus hoc ſacramentum.
1 Circa primum ſciendum eſt, † quòd Ordo
accipitur multipliciter:vno modo pro relatio
ne,vel habitudine ordinatorum. Et ſic loqui-
tur B. Aug.de eõ.lib.de ciuitate Dei.Cum ait.
Ordo eſt parium, diſparium q; rerum ſua loca
cuique tribuens diſpoſitio. & Archid. in c.de-
creuimus.1.q.1 dicit, Ordo eſt,cum diuerſarũ
rerum vnaquæque propria tenet loca,& ita in
telligitur glo in c.fi.diſt.89. Hoc autem modo
non loquimur hic de Ordine. Secũdò modo,
Ordo eſt nomen dignitatis, vt cum Epiſcopa
tus per Canoniſtas dicitur ordo. glo. in verb.
Epiſcopus,in proœ.ſexti.glo.in c.quia pericu-
loſum.verb.de Epiſcopis.de ſent.excom. lib.6.
gl.in c.de his.de conſecra. diſt.5.Abb. in cap.
ſicut pro certo.de ſimon. Gemin. in proœm.
in 6.Archid.in cap.Diaconus.diſtin.93.Tertiò
modo,Ordo eſt nomen officij,vt cum Pſalmi
ſtatus dicitur Ordo.c.cleros.cap.cum contin-
gat.& ibi Dom.Ant.& Canon.de æta.& qual.
Quartò modo accipitur Ordo pro eo quod
exterius ſenſibiliter geritur circa aliquem, vt
in aliquo gradu ſuper alios conſtituatur, ſicut
alicui traditur calix cum pane & vino ſub præ
ſcripta verborum forma, vt conſtituatur in
gradu ſacerdotali ſuper populum. Et de hoc
ordine quarto modo accepto,qui propriè, &
ſtrictè dicitur (Ordo) intendimus loqui.An ve
rò Epiſcopatus,& Pſalmiſtatus ſit Ordo, infe-
rius videbimus. Igitur Magiſter ſententiarum
in 4.diſt.24.diffiniens illum,ſic dicit. Ordo eſt
ſignaculum quoddam in quo ſpiritualis pote-
2 ſtas † traditur ordinato. Et nota, quòd dicit
ſignaculum, ideſt ſignum: nam per aliquod
ſenſibile ſignum traditur poteſtas alicui; po-
teſtas enim eccleſiæ, per quam quidam ha-
bent alijs miniſtrare diuina, debet eſſe nota
eccleſiæ, ſed non eſſet nota, niſi tradatur ſub
aliquo ſigno ſenſibili, verbo, vel facto, vel
vtroque ſimul, cum omnis noſtra cognitio
ortum



ortum habeat à ſenſibilibus, ergo talis tradi-
tio dicitur eſſe Ordo,iuxta definitionem Ma-
giſtri.Ordo eſt ſignaculum, ideſt ſignũ quod-
dam.ita Turrecre.iuxta Durandum. in d.c.cle
ros.nu.4.vel ſecundum Do, Pet.de Palu. tract.
6. ſignaculum ſtat pro ſignaculo in animam
diuinitus impreſſo,ſecundum S.Bonauen.in 4.
diſt.14.Nam in collatione ordinum confertur
gratia gratum faciens,quod intellige, ſi dignè
ſuſcipiatur,vel augetur prius habita. arg. extr.
de ſacr.vnct.§.ſcire.in fin. Qui quidem Ordo,
eſt ſacramẽtum, cum ab omnibus numeretur
inter ſeptem ſacramenta. Tum etiam, quia ſa-
cramentum eſt quædam ſanctificatio homi-
num exhibita in aliquo ſigno ſenſibili.c.multi.
1.q.1.ſed in ſuſceptione Ordinis, quædam con
ſecratio exhibetur per ſigna ſenſibilia,ergo ſe
quitur, quòd Ordo ſit ſacramentum. Tum ẽt,
quia propter quod vnumquodque tale, & il-
lud magis. Auth.multo magis C.de ſacroſan.
eccl.ſed propter Ordinem homo efficitur di-
ſpenſator ſacramentorum, ergo Ordo maxi-
mè habet rationem ſacramenti. Tandem ſi
quis dixerit ordinem ſiue ſacram ordinationẽ
non eſſe verè, & propriè ſacramentum. Ana-
thema eſſet,ita habetur in Concil.Triden ſeſſ.
23.cap.3.& ſeſſ.7. cano 1. Et ſi quæratur à quo
4 † fuerit hoc ſacramentum inſtitutum. Dic, quod
à Chriſto Domino, vt habetur per Concil.
Trid.ſeſſ.23.can 3.nam tempore cœnæ fuit in-
ſtitutum, & poſt reſurrectionem confirmatũ.
Et ratio eſt:quia huius ſacramẽti Ordinis per-
fectio conſtat poteſtate conficiendi corpus
Chriſti verum, & remittendi peccata. Prima
fuit tradita poſt cœnam, quando dixit Apo-
ſtolis. Hoc facite in meam commemoratio-
nem.Secunda verò,poſt reſurrectionem, quã-
do dixit: Accipite Spiritumſanctum, quorum
remiſeritis peccata &c.Hoc autem intelligen-
dum eſt de ſeptem omnibus ordinibus: quia
Chriſtus dedit poteſtatem Eccleſiæ admini-
ſtrandi,& ordinandi miniſtros neceſſarios ad
Euchariſtiæ ſacramentum, vt conſtat auto-
ritate B Ambroſij ſuper locum ad Epheſ. cap.
4. ipſe dedit quoſdam Apoſtolos &c. Hoſce
verò omnes Ordines aliter Iuriſtæ,ſiue Cano-
niſtæ,& aliter Theologi diuerſo numero con
tineri aſſeuerant. Nam Canoniſtæ nouenario
numero contineri docent.vt eſt glo.in proœ.
ſexti.in verbo,Epiſcopus.glo.& Dom.Anto.in
c.quotiens.de purg.canon.Imola.& Cardin.in
c.in pleriſque.de electio.Felin in cap.ſicut pro
certo. de ſimon. Et ita addunt Epiſcopatum,
& Pſalmiſtatum 21.diſt. cap. cleros. ad exem-
plar cœleſtis Hierarchiæ. cap. principium. §.
omnis lapis.de pœnit.diſt.2.Theologi verò ſe
5 ptem † eſſe ſpiritualium officiorũ gradus, ſiue
ordines docent, ſicut ex ſanctorum Patrum
dictis apertè tradit, & capitis noſtri Ieſu Chri
ſti exemplo monſtratur, qui omnium officia
in ſemetipſo exhibuit,& corpori ſuo,quod eſt
Eccleſia, eoſdem ordines obſeruandos præ-
cepit.ita Magiſt. ſentent.in prin.24. diſtinctio.
6 Quorum nomina hæc ſunt:Oſtiarius, ſeu † ia-
nitor, ad quem pertinent claues Eccleſiæ, vt
claudat, & aperiat templum Dei, & omnia,
quæ ſunt intus,extraque cuſtodiat, fideles re-
cipiat,excommunicatos, & infideles expellat.
Quo quidem officio vſus eſt Dominus in pro
pria perſona, quando eiecit ementes & ven-
dentes de templo flagello de funiculis facto.
Secundus eſt Lector,qui dicitur à legendo, cu
ius officium eſt lectiones legere, eas verè, &
rectè pronunciare, populo quoque ea, quæ
prophetæ dixerunt pronunciare. Hinc illi li-
ber traditur: Hoc quippe officio vſus eſt Do-
minus in medio ſeniorum librum Iſaiæ ape-
riens,& legens ibi: Spiritus Domini ſuper me,
&c. Tertius eſt Exorciſtarum Ordo,ad quem
pertinet Exorciſmos memoriter retinere, ma
nuſque ſuper energumenos, & catechume-
nos in exorcizando imponere, adiurando
eos per Dominum, vt exeat ab eis Sathanas.
Hoc etiam officio vſus eſt Dominus, quando
multos dæmoniacos liberauit. Quarto eſt
Accolitus, qui alio nomine ceroferarius dici-
tur, à ferendo cereo, quando ſcilicet legitur
Euangelium diebus feſtis.d.cap.cleros. Ad ip-
ſum pertinet præparatio luminariorum: ipſe
cereũ portat, ipſe ſuggeſta pro Euchariſtia,&
calices Subdiaconis præparat. Hoc ẽt vſus eſt
dñs cum diceret ego ſum lux mundi. Quintus
eſt Subdiaconus, qui ideò ſic appellatur. quia
ſubiacet præceptis,& officijs Leuitarum,cuius
munus eſt calicẽ & patenam ad altare Chriſti
deferre,& Diaconis tradere, eiſq; miniſtrare,
vrceolũ quoque & aquam,manile,& manuter
gium tenere,Epiſcopoque & Leuitis pro lauã
dis ante altare manibus aquam præbere.Hoc
pariter officio vſus eſt Dñs, quando linteo ſe
præcinxit ad lauandos pedes diſcipulorum.
7 Sextus eſt † Ordo Diaconi, cuius munus
conſiſtit in nouem, dicto capitulo, perle-
ctis. Videlicet, aſſiſtere ſacerdotibus mini-
ſtrando in ſacramentis, ſecundo oblationes
fidelium offerre, & diſponere in altari. Ter-
tio componere menſam Quartò, crucem
ferre. Quintò prædicare Euangelium, & cæ-
teras ſcripturas. Sextò, officium nunciare
finitum. Septimò, recitatio catechumeno-
rum. Octauò, præmonere, aures habere ad
Deum. & Nono quòd pacem donat,& annun
ciat Sed ſummus, & principalis Diaconi a-
ctus eſt, miniſtrare ſacerdoti in conſecratio-

 ne

ne corporis Chriſti immediatè ſuper altare, nam ad hunc actum omnes alij referuntur, vt corporale componere, & ſuper ipſum conſecrandas ponere: Sic quod populum præmonet, dicendo, flectamus genua, leuate, & huiuſmodi. Et quòd dat patenam, immediatè ſumens eam à ſacerdote, quod prædicat, & cætera. Hoc totum ordinatur ad hoc, quod populus dignè communicet de manu Euchariſtiã diſpenſantis. Hoc etiam officio vſus eſt Dominus quando poſt cœnam ſacramentum ſanguinis, & carnis miniſtrabat diſcipulis, ac quãdo prædicauit. Septimus Ordo eſt presbyteri, qui Græce ſenior interpretatur. d.c. cleros, propter honorem, & dignitatem, quam accipit. cuius denique officium eſt ſacramentum corporis, & ſanguinis Domini in altare Dei conficere. Vnde ait Dominus ſacerdotibus Hoc facite in meam commemorationem. Luc. 22. Tunc enim Dominus Apoſtolos ſacerdotes ordinauit, quibus dedit poteſtatem, vt quemadmodum ipſe ex pane corpus ſuum conſecrauit, accipiens panem, ac dicens: Hoc eſt corpus meum. Et ſimiliter accipiens calicem, ait: Hic eſt calix, &c Sic habentes ordinem ſacerdotalem in virtute verbi Chriſti poſſint panẽ in corpus, & vinum in ſanguinem conuertere. Rurſum ad ſacerdotem pertinet, orationes dicere d.c. perlectis. Scilicet, vt in miſſa orationes pro ſe, & populo fundat, & populum ad orandum inducat. Vnde ſacerdos ſępe dicit in miſſã: Oremus. Et Mach. 1. orationes faciebãt ſacerdotes. Itẽ debent benedicere dona Dei. d.c. perlectis. i. oblationes, & panem dandum populo benedictum. Hoc officium ſacerdotũ Chriſtus exercuit, quando poſt cœnam panẽ, & vinum in corpus, & ſanguinem ſuum diuina virtute conuertit, dicens Apoſtolis: Accipite, & comedite. Excellẽtius quoque vſus eſt hoc officio, quando pro peccatis humani generis ſeipſum in ara crucis obtulit patri, idem ſacerdos, & hoſtia. Et adhuc glorioſius implet, dũ ſedens ad dexteram patris interpellat pro nobis. Et ex his collige quod ſecundum Theologos, & communem ſententiam Doctorum. Septem tantum reperiuntur Ordines, nec enim
9 Epiſcopatus † eſt Ordo, ſed eſt dignitas, ſiue excellentia in Ordine: tum quia non imprimit caracterem, tum etiam, quia omnis Ordo ordinatur ad ſacramentum Euchariſtiæ, ſed Epiſcopus non habet poteſtatem ſuperiorẽ quantum ad ſacramentum Euchariſtiæ, quantum habet ſacerdos ſimplex, ergo Epiſcopatus nõ eſt Ordo, quantum eſt ſacramentum, quia capiendo ordinem prout dicit officium, ſiue gradum poteſtatis, reſpectu quarumcunque ſacrarum actionum, Epiſcopatus eſt Ordo, tum authoritate Iſidori in d. cap. cleros, tum etiam ratione: quia Epiſcopus ex ſua ordinatione, vel conſecratione habet ampliorem poteſtatem in collatione ſacramẽtorum, & executione ſacrarum actionum, quàm ſimplex ſacerdos. Poteſt enim conferre omnes ordines, conſecrare alium in Epiſcopum, confirmare. c. de his. de conſecra. diſtin. 5. Moniales benedicere, & multa alia, quæ non conueniunt ſimplici ſacerdoti. Et ita per hanc diſtinctionem poteſt ad concordiam duci opinio Iuriſtarum & opinio Thologorum. Vnde Canoniſtæ accipientes largius nomen ordinis, & minus propriè dicũt Epiſcopatum ordinem eſſe. Et ita intelligantur iura, & quæ nos aliàs diximus, quòd Epiſcopus non poteſt ea, quæ ſunt Epiſcopalis ordinis, ideſt poteſtatis, committere, niſi alteri Epiſcopo. Theologi verò, qui magis reſolutè, & propriè loquuntur, dicunt, ꝙ non ſit Ordo. Addunt etiam Canoniſtæ
10 † quòd Pſalmiſtatus ſit ordo, ſed nõ eſt verũ: non enim eſt ordo, ſed officium ordini annexum: quia enim pſalmi cum cantu pronunciãtur, ideo dicitur Pſalmiſta, & Cantor, hoc autem non eſt nomen ordinis ſpecialis. tũ quia cantare pertinet ad totum chorum: tum, quia non habet aliquam ſpecialem relationem ad Euchariſtiam. Sic corona non eſt ordo, loquẽdo propriè de ordine Sacerdotali, ſed eſt diſpoſitio ad ordines, non neceſſaria, ſed tantũ congrua. Eſt ergo diſpoſitio congruitatis, non autem neceſsitatis reſpectu ordinis. & ratio eſt: quia in omni tranſitu de ſtatu ad ſtatum, cõuenienter ponitur aliqua media diſpoſitio: hoc autem eſt tonſura clericalis, per quam, illi, qui tonſurantur, à ſtatu laicorum ſeparãtur, deponũt capillos, & tonduntur in ſignũ depoſitionis ſuperfluæ curæ temporaliũ. Quia verò præparantur ad miniſterium Dei, cui ſeruire regnare eſt, ideo raduntur in modum coronæ: quæ eſt ſignum regale. c. duo ſunt genera. 12. q. 1. Turrecre. in c. clerici. nume. 4. diſt. 23. Qui etiam nume. 12. ponit octo effectus tonſuræ.
11 Primum, † quia gaudet priuilegio fori, vt non conueniatur niſi ſub Iudice eccleſiaſtico. Secundum, quia gaudet priuilegio Canonus, ſi quis ſuadente. quia excommunicatur qui inijcit in eum manus violẽtas. c. 1. de cler. coniug. Tertium, quòd liberatur à taleis, & collectis. c. fin. de vita & honeſt. cler. l. 2. C. de Epiſc. & cler. Quartum, quòd de altari debet viuere, q altari ſeruit Quintũ, quia debet portare habitum clericalem. Sextum, quia debet portare coronam, & poteſt compelli. c. clerici. diſtin. 23. Septimum, quia non debet mercari, nec ſe negotijs ſæcularibus implicare, aliàs ter monitus, ſi non deſiſtat, perdit priuilegium cleri-



clericale. c. fin. de vita, & honeſt. cleric. Octauum, quod non tonſuratus per Epiſcopum ſiue monachus, ſiue laicus, in miſſa publicè legere non debeat. diſtinct. 41. c. clericus. de conſecr. diſt. 5. c. in omnib. Ex his igitur concludendũ eſt ſecundum communem ſententiam Doctorum, eſſe tantum ſeptem ordines: & rectè qui-
12 dem † in Eccleſia poſita eſt varietas hæc, & multiplicitas ad exemplũ Eccleſiæ triũphãtis, ſecundũ illud Exo. 25. Vide, & fac omnia ſecũdum exemplar, quod tibi monſtratũ eſt. Sed Eccleſia triumphans multiplici varietate adornata eſt. c. principiũ. §. omnis lapis, de pœnit. diſt. 2. ergo & militans. Vnde propheta in eius laudem. Pſal. 44. inquit. Aſtitit Regina. i. Eccleſia ſecundum glo. ibi, in veſtitu deaurato, à dexteris tuis, circundata varietate. Tum etiã, quia corpus miſticum comparatur corpori naturali hominis. Rom. c. 12. Cor. c. 12. Sed ſicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra nõ eundem actum habẽt. Ita in Eccleſiæ corpore, ſecundum veridicam Apoſt. ſententiam, in vno, eodemque ſpirituali corpore conferendum eſt hoc officium vni, alii committendum eſt aliud. Nec etiam quantumlibet exercitatæ vni perſonæ vno tempore duarum rerum officia committenda ſunt, quia ſi totum corpus oculus, vbi auditus? Tum etiam, quia Eccleſiæ corpus conſtituitur ex duplici pariete, vt dicit Hug. de S. Vict. de ſacramentis, Scilicet Laicali & Clericali. Sed in pariete laicali eſt ordo. Scilicet imperator, Rex, Dux, Comes, Tribunus, Decurio, Centurio, quæ omnia ordinem dicunt, ergo pariter in pariete ſpirituali debet eſſe ordo ſpiritualis. Tum etiam quia ſi apud Regiam menſam decet varios eſſe, & multiplices miniſtros, vt de menſa Salomonis conſtat, quanto magis conueniet hæc varietas menſæ Regis glorię. Et
13 notandum, † quod cuilibet ſeptem ordinum prædictorum conuenit aliquod miſterium ordinatum ad ſacramentum Euchariſtiæ. Nam primus gradus, & ſupremus diſponit ad conſecrationem Euchariſtiæ, & eſt ſacerdos. Secundus ad diſpenſationem eius, ſaltem ſanguinis, & eſt Diaconatus. Tertius diſponit ad oblationem materiæ Euchariſtiæ conſecrandæ, & eſt Subdiaconatus. Offert enim materiam Subdiaconus Diacono, & Diaconus ſacerdoti. Vnde quartus, & alij diſponunt ad aliquos actus remote, ſe habentes ad Euchariſtiam, & hoc vel ad accẽdendum deuotionem in affectu, quod facit Acolitus cereos illuminando, & portando. dict. capit. cleros. vel ad inſtruendum intellectum ad cognitionem, ad quod ordinatur Lector, vel ad repellendum homines indignos, quod facit Oſtiarius, vel ad arcendum dæmones, ne approximent ad nocendum, & hoc pertinet ad officium Exorciſtæ. Hæc Pet. de Palud. tract. 6. de ſacram. Ex
14 his autem ſeptem ordinibus † alij maiores, qui etiam ſacri dicuntur, alij minores ſunt: ordo autem ſacer dicitur dupliciter vno modo ſecundum ſe, & ſic quilibet Ordo eſt ſacer, cum ſit quoddam Sacramentum, 6 quæſtio. 1. cap. infames. 28. quæſt. 1. capit. nullus. Alio modo ratione materiæ, circa quam habet actum, & ſic dicitur ordo ſacer, qui habet aliquem actum circa aliquam rem conſecratam, & ſic ſunt tres Ordines ſacri, ſcilicet Presbyter, & Diaconus, qui habet actum circa corpus Chriſti, vel ſanguinem conſecratum. Et ſubdiaconus, qui habet actum circa vaſa conſecrata, & ideò eis etiam indicitur continentia. 27 diſt. c. Diaconus, & 28. diſt. cap. nullum., & c. decernimus. & c. de his. Ita hós tres ordines appellat ſacros. c. erubeſcant. diſt. 32. Ita etiam tenet Turrecrem. in d. cap. erubeſcant. & in c. 1. nu. 14. diſtin. 21. Aſtenſ. arti. 3. lib. 6. de ſacr. ordin. De Subdiaconatu etiam loquitur tex. in c. à multis de ætat. & qual. Licet primitiua Eccleſia illum Ordinem non computabat inter ſacros, tempore ſcilicet Apoſtolorum. c. fin. diſt. 60. An verò in quolibet Ordine imprimatur character, Dic quòd licet S. Thom. & etiam Bonau. dicant circa hoc diuerſas eſſe opiniones, tamen ſecundum communiorem, & veriorem
15 † atque probabiliorem, opinionem dicendũ eſt. quòd in omnibus Ordinibus imprimatur character. Eſt enim character ſignaculum diſtinctiuum, & perpetuum, & hoc eſt in omnibus ordinibus reperire, ergo. Tum etiam quia omne Sacramentum, in quo non imprimitur character, eſt iterabile, ſed nullus Ordo eſt iterabilis, ergo in quolibet Ordine imprimitur character. Ita etiam habetur in Concil. Trident. ſeſ. 7. de ſacram. can. 9. ſeſſ. 23. cap. 4. Nam cum dicat concil. Trid. quod in ſacramento Ordinis character imprimitur, & omnes Ordines ſint vnum ſacramentum, vt infrà dicetur, ergo ſequitur ꝙ in omnibus ordinib.
16 imprimatur character. In quo verò † actu imprimatur. Dic iuxta Dominum Duran. in 4. diſtin. 24. quòd aliquorum Ordinum eſt tantum vnus actus, aliquorum autem plures, quorum tamen vnus eſt actus principalior: in Ordinibus autem, quorum eſt vnus actus, character imprimitur in traditione illius inſtrumenti pertinentis ad actum illum, Oſtiario imprimitur character in traditione clauium. In ordinibus autem, quorum plures ſunt actus imprimitur character in traditione inſtrumẽti pertinentis ad principaliorem actum. Ille autem eſt principalior, quo ordinatus, ordinat

 imme-

immediatè ad Euchariſtiæ ſacramentum. Exẽplum, in Sacerdote principalior actus eſt conſecrare Corpus Chriſti, & ſanguinem, ergo in datione calicis, & patenæ imprimitur character ſacerdoti, non autem in actu ſecundario, quando accipit poteſtatem abſoluendi, & ligandi. Turrecre. in cap. presbyter. diſt. 23. fallit
17 tamen in Diacono: † quia licèt ſummus, & principalis Diaconi actus ſit, miniſtrare ſacerdoti in conſecratione corporis Chriſti immediatè ſuper altare, tamen ſecundum D. Thom. Rich. & Dominum Duran. vt refert Turrecre. in cap. Diaconus. num. 23. imprimitur character in datione libri euangeliorum: & hoc, quia deputatio eius ad ſuum principalẽ actũ non potuit exprimi per traditionem alicuius rei corporalis: Cum enim Diaconus habet poteſtatem ſupra corpus, & ſanguinem contenta in vaſis, non potuit hæc poteſtas exprimi per dationem vaſorum tãtum, nec per dationem materiæ conſecratæ, quia non habet eam immediatè tangere, nec etiam decens eſſet vt ſibi darentur vaſa cum corpore, & ſanguine Chriſti, cum ſacerdoti, qui ſuperior eſt, non tradatur corpus, & ſanguis, ſed vinum, & hoſtia, & ideò oportuit, quòd imprimeretur per traditionem inſtrumenti pertinẽtis ad actum ſecundarium, hoc eſt per traditionem libri Euangeliorum. Subdiacono verò imprimitur in traditione calicis, & patenæ vacuis. capitu. Subdiaconus. diſt. 23. & ratio eſt: quia Subdia-
18 conus † habet duos actus, legere epiſtolam, & ordinare materiam Euchariſtiæ, & ponere in vaſis ſacris ſecundus actus eſt principalior, quia ſacramento Euchariſtiæ immediatior, ergo ad illum tanquam excellentiorem imprimitur character. Ita Turrecrem. in capit. ſubdiaconus diſtin. 23. Sic cum principalior actus Acoliti ſit in quo miniſtrat in vrceolo, quam portare cereum, ideò character imprimitur in traditione vrceoli, quamuis ab illo actu denominetur, qui magis apparens eſt, & frequentior: ita D. Thom. quem ſequitur Richard. & Turrecrem. in cap. Acolitus. diſt. 23. Sic Exorciſtæ imprimitur character iuxta communẽ omnium ſententiam in datione libri Exorciſmorum, in quo datur poteſtas ſpiritualis ad impediendum poteſtatem dæmonis. Pariter Lectori in traditione libri, in quo lecturus eſt ſub forma præſcripta verborum. Turrecrem. in cap. exorciſta, & cap. Lector. diſtin. 23. An
19 †, verò character vnius ordinis præſupponat de neceſſitate characterem alterius. Dic, quòd non. Hinc in primitiua Eccleſia aliqui ordinabantur in presbyteros, qui prius ordines minores non ſuſceperant. ſed bene, de congruitate. Eſt enim de congruo, quia actus poteſtatis, & ordinis inferioris aliqualiter præordinatur, & præexigitur ad actum ſuperioris. Et inde eſt, quòd qui per ſaltum ordinatur, ſecundum canones non reordinatur, ſed illud quod omiſſum eſt de præcedentibus ordinibus, ei confertur. diſt. 52. cap. ſollicitudo. de cler. per ſalt. prom. cap. tuæ. Præſupponit tamen de neceſſitate characterem baptiſmi, cum baptiſmus ſit fundamentum omnium ſacramentorum, & ianua, & ideò fundamento non exiſtente, nihil poteſt ſuperædificari c. veniens. de presby. non baptiſ. Characterem verò Confirmationis præſupponit de congruo: quia non poteſt quis idoneè ordinem ſuſcipere, nec eius actus peragere, niſi ſit confirmatus. Aſtenſ. lib. 6. de ſacra. ordin. artic. 4. quæſtio. 3. 4. & 6. Forma verò cuiuslibet Ordinis habetur per Cathechiſm. Rom. de ſacram. ordin. Tactura verò materiæ ſecundum veriorem, & tutiorem opinionem, neceſſaria eſt, & eſt de eſſentia huius ſacramenti, licèt Caietan. & alij, teneant, quòd non. & ratio eſt: quia quemadmodum non acquiritur dominium, niſi per poſſeſſionẽ, quæ fit per contactum, ita non acquirit aliquis poteſtatem celebrandi, quin materiam tangat.
20 Sed ſi quæratur † an omnes Ordines ſint plura ſacramenta, quod videtur propter diuerſos characteres, ſicut baptiſmus, & Confirmatio ſunt plura ſacramenta, an vnum. Dic, quòd omnes ordines ſunt vnum ſacramẽtum. Eſt tamen hoc pro intelligentia adnotandũ, quòd Vnum, dicitur ſex modis. Eſt enim Vnũ indiuiſibilitatis, vt Punctus. Vnum vnitate continuitatis, vt linea, vnum congregationis, vt numerus. Vnum vnitate perfectionis integralis, vt corpus animatum, Vnum vnitate coordinationis ad vnum actum, vel finem, ſicut dicit Apoſt. Qui plantat, & qui rigat, vnum ſunt: & ſic dicitur vnus exercitus. Et hoc vltimo modo dicitur Ordo vnum ſacramentum ex diuerſis ſpecialibus ordinibus quaſi conſtitutum, qui omnes ordinantur ad vnum actum vltimum, ſcilicet ad Euchariſtiæ conſecrationem. Ita Turrecrem. in d. capitu. cleros, num. 9. Vel ſecundum Archid ibi. num. 18. ſunt vnum ſacramentum, quia ad vnum ordinantur, ſcilicet ad collationem gratiæ in altero, ſed ſecundum propinquius, & remotius, quia ſacerdotium propinquius, & alij remotius, ſecundum quòd maius, & minus, proprius, vel poſterius ordinantur ad gratiam in altero. Quare non obſtat quod diximus de baptiſmo, & confirmatione: nam ideò ſunt diuerſa ſacramenta, quia ordinantur ad diuerſa: ſed omnes ordines ad vnum, ſcilicet collationem gratiæ in altero, & ſic ſunt ſacramenta, & vnum ſacramentum, hæc Archi. ibi. num.



num. 18. Poſtremo ſi vis ſcire præeminentiam
21 † inter ſacros ordines. Dic, q̀ eſt ſacerdotiũ: nam Ordo ordinatur ad corpus Chriſti verũ conficiendum, & diſpenſandum ad vtilitatem corporis Chriſti miſtici. Vnde in Sacerdotio eſt ſtatus, in quo eſt perfectio poteſtatis, vnde in eo concurrit vtraque poteſtas, ſcilicet conficiendi corpus Chriſti verum, & abſoluendi miſticum, quod ſunt fideles, Hic autem ordo nobiliſſimus debet habere ordines ſubminiſtrantes ſibi ſecundum exigẽtiam duplicis poteſtatis vnde quidam miniſtrant ſibi quantum ad corpus Chriſti verum, & hi ordines ſunt ſibi propinquiores, ſcilicet Subdiaconatus, qui ſumit materiam ſacramẽti à populo, & offert Diacono. Diaconus verò offert presbytero, & presbyter Deo. Inde eſt, quòd Diaconus dicitur miniſter, & Subdiaconus ſubminiſter. Alij autem ordines inferiores deſeruiunt diſponẽdo corpus Chriſti miſticum ad dignè ſumendum corpus Chriſti verum. Et hoc vel impedimentum remouendo, vel auxilium conferẽdo. Impedit autem quantum eſt in ſe malus homo, ad quem excludẽdum ordinatur Oſtiarius. Et etiam Diabolus, ad quem expellendum ordinatur Exorciſta. Confert verò auxilium illuminatio intellectus, & inflammatio affectus: ad primum, ordinatur Lector, ad ſecundum, Acolitus cereum ad excitationem deuotionis deportãs. Præeminet autem vnus Ordo alteri Ordini, ſecundum quod magis de proximo ordinatur ad ſacramentum Euchariſtiæ Vnde omnibus alijs præeminet Ordo presbyteratus, deinde diaconatus. Poſtea ſubdiaconatus. Inter minores verò præeminet Acolitatus, qui habet miniſterium ſuper vaſa in quibus materia ſacramenti continetur quantum ad vinum, deinde Exorciſta, qui cooperatur ſacerdoti, quantum ad actum eius ſecundarium, qui eſt ligare, & ſoluere, per quẽ homo totaliter à ſeruitute diaboli liberatur. Deinde Lector, qui cooperatur Diacono quo ad actum eius ſecundariũ, ſcilicet legere Euangelium. Eſt enim Lectoris legere Vetus Teſtamentum. Vltimò eſt Oſtiarius, cuius eſt admittere, vel non admittere in templum. Et ſic patet præeminentia, & ordo ipſorum. De effe-
22 ctu, verò, ac † virtute ſacramenti Ordinis, ſciẽdum eſt, quòd ad ſuſceptionem Ordinis præexigitur gratia gratum faciens in ipſo ſuſcipiẽte, de congruitate, ad hoc, vt dignè ſuſcipiatur. Vnde dicitur diſt. 23. tales ad miniſteria eligantur, qui dignè poſſint dominica ſacramenta pertractare: hoc autem non poteſt eſſe ſine gratia gratum faciente, non tamen præexigitur de neceſſitate: q̃a ſine ea ſuſcipi poteſt, licèt non dignè. Confertur etiam in collatione ordinis gratia gratum faciens, ſi dignè ſuſcipiatur, vt habetur per Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 6. & 7. Rurſum imprimitur character. ead. ſeſſ. can. 9. vbi dicitur, Si quis dixerit in tribus ſacramentis, ſcilicet Baptiſmo, Confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc eſt ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile, vnde ea iterari non poſſint, Anathema ſit. Hinc fit, quòd quantumcunque homo ad laicatum ſe transferat, ſemper tamen manet in eo character, quod patet ex eo, quia ſi ad clericatum reuertatur, non iterum ordinẽ, quem habuerat, ſuſcipit. Et hæc de ſacramento Ordinis in genere.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus ſolus ordines maiores, ſed minores Abbas confert.*

2 *Abbas quibus diebus & an inuitatus in alio monaſterio minores conferat.*

3 *Epiſcopus hæreticus an, & quando ordines conferre poſſit.*

4 *Epiſcopus excõmunicatus licèt ordines de facto conferre poſſit ordinis tamen executionem conferre non poteſt.*

5 *Sed quid de ſuſpenſo, & degradato, ſchiſmatico, depoſito, interdicto, & ſimoniaco in ordine.*

6 *Poteſtas quadruplex dicitur.*

## De miniſtro ſacramenti Ordinis. Cap. X.

DE miniſtro huius ſacramenti multa diximus in tractatu de prælatis, & perſonis eccleſiaſticis cap. videlicet, quis conferat ordines ſacros: & quot modis dicitur ꝓprius Sacerdos. & in quibus temporibus Ordines maiores, vel minores conferantur. & de pœna conferentium illos extra tempora. Et in quo loco conferri debeant. Modo ſupereſt vt deueniamus ad quaſdam deciſiones, quarũ prima.

1 Licèt definitum ſit † in Concil. Trid. ſeſſ 23. & cano. 4. ſolum Epiſcopum. Sacros Oſdines conferre poſſe. Vnde etiam Iſidor. 7. Etymol. c. 13. dicit, quòd ipſe Pontifex efficit presbyteros, & Leuitas, ipſe omnes eccleſiaſticos ordines diſponit. Et hoc quidem conuenienter ſecundum Bonauen. 4. diſtinct. 25. q 1. artic. 1. &

Rich. 4. diſt. 25.q.1. art.1. quia ſicut ad ſolum Principem pertinet non tantum ordinare in exercitu viros bellatores,ſed etiã ducem exercitus,ſic & ad Epiſcopos ſolos,qui ſunt in Eccleſia principes, non tantum pertinet ordinare homines ad certandum contra fidei perſecutores audacter confitẽdo fidem Chriſti, quod fit p ſacramentum Confirmationis , ſed etiam conſtituere duces exercitus eccleſiaſtici,quod faciunt conferendo ſacramentum Ordinis,tamen minores ordines a ſacerdote , non Epiſcopo conferri poſſunt , vel ex commiſſione Papæ , vel ex lege , aut conſuetudine , ita habetur in capit.cum contingat.de ætate,& qualit.Vbi Abbas . Si eſt presbyter , & benedictus poteſt conferre ordinem clericalem : & iſtud poteſt monachis ſui monaſterij, & his,in quos habet Epiſcopalem iuriſdictionem , vel quaſi, aliis autem non poteſt , niſi hoc habeat ex priuilegio. gloſ. in capitu. Abbates , ad finem,de priuileg.in 6.Imo glo. in d.capit.Abbates, ( & eſt cõmunis opinio ) tenet , quòd Abbas poſſit conferre non ſolum vnum ordinem minorem , ſed etiam omnes . Et non obſtat text. in d. capitu.cum contingat,in verb.ſolummodo, quia illud,debet intelligi, ſcilicet quòd ſolummodo in proprio monaſterio Ordines minores conferat; vide quæ diximus in noſtris Deciſio.lib.3.c.5.nu.156.

2 Secunda . † Abbas, qui eſt inuitatus ab alio Abbate , vt conferat Ordines ſuis monachis, illos conferre poteſt,quia ſicut Epiſcopus illos conferre poteſt inuitatus ab alio Epiſcopo,ita & Abbas . Quo autem tempore liceat Abbatibus conferre hos ordines,dicit Hoſt. in d.ca. cum contingat, quòd in quatuor temporibus, & in diebus dominicis.

3 Tertia. † Epiſcopus hæreticus ſiue ſit ab hæreticis , ſiue a Catholicis ordinatus , Ordines conferre non poteſt,ſi non eſt ordinatus,& cõſecratus in forma eccleſiæ.Facit text.cum glo. in capi.quos à paganis.de conſecr.diſt.4.& ratio eſt:quia verus Epiſcopus non eſt,& per cõſequens non poteſt ordines conferre, cum nemo poſſit dare quod non habet. cap. Daibertum.1.q.7.l.nemo.ff.de regu iur. At ſi eſt ordinatus in forma eccleſiæ , verus eſt Epiſcopus , ſed non habet executionẽ officij ſui, quia omnes hæretici ſunt ipſo iure maiori excommunicatione excommunicati, & per conſequens ab omnibus actibus legitimis ſuſpenſi , vt nos latè diximus,lib.4. in noſtris Deciſio. capi. 14. num.14. Et ideo Epiſcopus hæreticus licet ordinem conferre poſſit de facto , ſi cum intentione debitam formam ſeruet.diſt. 19.c ſecundum , tamen conferrendo peccat , & ordinis executionem conferre non poteſt : quia eam non habet.glo.in 6.de ordin.ab Epiſcopo, qui renunc. & ideo ſuſcipiens ſcienter à tali ordinem,præter peccatum mortale, irregularis efficitur. 1.q.1.c.quod quidam.Hęc probantur in c.quod quidam.1.q.1.c ſicut ſemel.diſt.68. retinet tamen characterem indelebilem.

4 Quarta . † Epiſcopus excommunicatus licet Ordines de facto conferre poſſit, Ordinis tamen executionem conferre non poteſt:quia eam non habet.1.quæſtio.1.cap.gratia, & cap. ſtatuimus.& 1.q.7.cap.Daibertum.Qui tamen ab eo ignoranter ordines ſuſcipit, poteſt cum eo per ſuum Epiſcopum diſpenſari,quod de iure exequi poſſit.extr.de Epiſcopo qui ren. c.2. Et hoc tam in ſuſcipiendis , quàm in ſuſceptis ordinibus:quia dicta Decretalis nõ diſtinguit. Si verò ſcienter, ſic Papa diſpenſat.

5 Quinta. † Suſpenſus & degradatus poſſunt de facto ordines conferre , ſed non de iure, non autem ordinum executionem : quia degradatio non eſt dignitatis abraſio , ſed perpetua ſuſpenſio illius dignitatis , extr.de conſecr. eccl. in gloſ. Ibi enim dicitur, quod viſibilis vnctio exterior, ſignum eſt interioris vnctionis in corde , quæ perpetua eſt , & non poteſt amitti , licèt quandoque executio ſuſpendatur , & ita intelligitur.glo. in cap. quod quidam.§.opponitur. ſcilicet quòd Epiſcopus degradatus confert Ordinem , ſed non Ordinis executionem , ſcilicet ut licitè poſſit recipiens in ſuſcepto ordine miniſtrare . Sic etiam Schiſmatici , Depoſiti, Suſpenſi , Interdicti, & Simoniaci in Ordine , verum Chriſti corpus conficiunt , & verum Ordinem , & alia vera ſacramenta conferunt , ſi veram formam Eccleſiæ gerunt.diſt. 19. capitu. ſecundum . & 1.quæſtio.1 capit.Dominus declarauit . de cõſecr.diſt.4.capi.oſtenditur.& c.quando . Vnde talium ordinationes ſic factæ,ratæ ſunt quoad characterem , ſed irritæ quo ad executionem. 1. q. 1. c. ſi qui à ſimoniacis. Sed quando non gerunt formam eccleſiæ, nihil agunt.quia contra eccleſiam, ideſt extra formam eccleſiæ nõ eſt locus veri ſacrificij.1.q.1.c. extra catholicã, vnde talium ordinationes ſic factæ,irritæ dicũtur,extr.de ſchiſmat.c.1.

6 Sexta . † Quadruplex poteſtas reperitur. Quædam fundatur ſuper ordinem,vt poteſtas conficiendi. Quædam fundatur ſuper ordinis eminentiam , vt poteſtas ordinandi.Quædam ſuper iuriſdictionem , ut poteſtas iudicandi, & excommunicandi . Quædam ſuper ordinem , & iuriſdictionem ſimul , vt poteſtas abſoluendi in foro pœnitentiali. Prima non poteſt auferri , ſicut nec ordo.capit.quod quidam. 1.quæſtio. prima . Nec ſecunda , quia omnis poteſtas,quę datur cum conſecratione, non



non poteſt auferri,vnde etiam inanimata conſecrata non reconſecrantur . Tertia verò , & quarta poteſt auferri , quia excommunicatus amittit poteſtatem iudicandi.cap.cum dilecti. de arbit.Sic excommunicatus ſecundum Cõſtitut. Conſtan. poteſtate caret iuriſdictionis ad præſtandam ſacramentalem abſolutionem . An verò excommunicatus ſcienter, abſoluens in foro pœnitentiæ,incurrat irregularitatem. Diximus, quòd non,in noſtris Deciſ. lib.4.cap.14.nu.2.

*SVMMARIVM.*

1 *Ordinari nullus debet ſine examine.*

2 *Ordinis ſuſceptionem impedit ſexus fœmineus.*

*Fœmina maſculo deterior in 18. caſibus.*

3 *Presbyter ſi deprehenderit, vel dubitauerit ſe non eſſe baptizatum. quid faciet.*

4 *Indignus promoueri ad ſacros ordines dicitur multipliciter.*

5 *Aetas, an neceſſaria in ſacris ordinibus.*

6 *Annus debet eſſe completus, quando ius requirit certam ætatem.*

7 *Annus incœptus habetur pro completo in multis caſibus.*

8 *De ætate ordinandi ſi dubitetur, qualiter probabitur.*

9 *Diſpenſatio vt in xx. anno quis ſit ſacerdos , non extenditur vt poßit obtinere Eccleſiam curatam.*

10 *Aetatis defectus non impedit vt character imprimatur.*

11 *Aetas quæ neceſſaria ad ſuſceptionẽ primæ tonſure, & ordinum minorum.*

12 *Coactus ad ordinis ſuſceptionem, an, & quando ſuſcipiat characterem.*

13 *Illiteratus an ad ordines promoueri poſſit. & nu. 15.*

14 *De ordinis ſacramento quædam ſunt de neceſſitate, quædam de præcepto.*

16 *Diſpenſatio an cadat ſuper ignorantiam ſacerdotis.*

17 *Recipiens ordinem ſciens ſe eße ignarũ, an peccet.*

18 *Illiterati promoti in Epiſcopum pœna eſt depoſitionis.*

19 *Scientia quæ neceſſaria in promouendis ad ordines.*

20 *Monachus, qui promouetur ad ſacerdotium quam ſcientiam debeat habere.*

21 *Pœna illiterati ordinati quę ſit.*

22 *Ordinandi circa morum qualitates quales eſſe debeant.*

23 *Ordinandus monogamus, & nõ bigamus eſſe debet. & quis is dicatur.*

24 *Bigamus ordinatus characterem recipit.*

25 *Ordinandus debet eße ſobrius, & ſobrietas duplex.*

26 *Sobrietas quibus perſonis ſpecialiter cõueniat.*

27 *Sobrietas quare Eccleſiæ miniſtris indicatur.*

28 *Prudentia in ordinando quæ neceßaria, & quotuplex.*

*Artes liberales ſeptem , & omnes miniſtris Eccleſiæ vtiles.*

29 *Clerici leges, & philoſophiam an poſsint audire.*

30 *Ordinandus pudicus , & moribus ornatus eſſe debet.*

31 *Ordinandus debet eſſe hoſpitalis: quæ triplex eſt.*

32 *Ordinandus debet habere gratiam in docendo, & in quo verſetur.*

33 *Ordinandus non ſit percuſſor, qui dupliciter dicitur.*

34 *Ordinandus non ſit litigioſus , & quare.*

35 *Non ſit cupidus, & cupiditas triplex.*

36 *Non ſit Neophitus, & quis Neophitus.*

37 *Neophitus tamen quandoque ordinari poteſt.*

38 *Clericus ſæcularis non profeſſus in Abbatem eligi non poteſt.*

## De ſuſcipientibus ſacramentum Ordinis. Cap. XI.

1 LIcèt nullus † ordinari debeat, niſi prius examinatus fuerit, vt habetur per tex. in c.nullus ordinetur. diſt.23.& per Concil. Trid.c.nullus.ſeſſ.23 & c Epiſcopi. ead.diſt. non tamen ita rigidè examinatio faciẽda eſt, ſed

ſed cum quodam temperamento, vt dicit glo. in c. quando. diſt. 24. Tria autem potiſſimè requirenda ſunt, ætas legitima, literatura ſufficiens, & morum honeſtas. vt ext. de elect. cap. cum in cunctis. & c. ad minores. ſeſſ. 23. in Concil. Trident. Ideò de his, & alijs quæ debet eſſe in ordinandis, more noſtro ſolito aliquas Deciſiones ſtatuamus, quarum prima.

2 Sexus fœmineus † impedit Ordinis ſuſceptionem, ita vt nulla fœmina characterem recipere poſſit alicuius Ordinis clericalis, nec etiam actum alicuius ordinis exercere. vt 23. diſt. c. ſacratas. & c. fi. notat Archid. & Dom. in c. presbyter. diſt 32. Abb in c. noua. de pœn. & remiſ. vbi dicit, quòd ſi mulier de facto ordinetur, non recipit characterem ſecundum cõmunem opinionem. Eſt etiam fœmina maſculo deterior in 18. caſibus, qui notant per Hoſt. in c. dilecti de arbit. Non poteſt etiam prædicare ſiue publicè docere. 23. diſt c. mulier. 33. q 5. c mulierem. Nec poteſt iudicare ſuper cauſis ſpiritualibus, licèt ſuper temporalibus, vbi eſt conſuetudo, ſuſtineatur. d. c. dilecti. Nec debet vaſa, & pallas, aut veſtes ſacras contingere, quantumlibet ſint ſanctæ, nec incenſum circa altare deferre. d. c. ſacratas. de conſecr. diſt. 2. c. veſtimenta Nec debet admitti ad teſtimonium in cauſa criminali. 33. q. 5. cap. mulierem, niſi cum de crimine ciuiliter agitur, tũc enim admittitur etiam contra clericos, de teſti. cap. quoniam. & cap. tam literis In ciuilibus autẽ bene admittitur. 15. q. 3. cap. ex eo. In teſtamentis autem, non admittitur. Inſtitu. de teſtam. §. teſtis. Nec etiam poteſt excommunicare, & abſoluere. c. nouo. extr. de pœnit. & remiſ. vbi vide Panorm.

3 Secunda. † Presbyter ſi quis ordinatus deprehenderit ſe non eſſe baptizatum, debet baptizari, & iterum ordinari. c. 1. de presbyt. non baptiſ. & ratio eſt: quia defectus ſacramenti baptiſmi impedit impreſſionem characteris aliorum ſacramentorum: quia vbi non eſt baptiſmus, ibi non eſt validum aliquod ſacramentũ, in quo imprimatur character: & hoc, quia baptiſmus eſt ianua omnium Sacramentorum. diſt. 32. c. præter. §. verum. c. veniens. de presby. non baptiſ. glo. in cap. ſi quis confugerit. 3. q. 1. Sed qualiter poterit quis deprehendere ſe nõ eſſe baptizatum? Dic, quia fortè fuerat expoſitus ante valuas alicuius, & credebatur baptizatus, nunc autem conſtat per exponentes q̃d non fuerat baptizatus. At ſi dubitetur vtrum fuerit baptizatus, & tunc tam reſpectu baptiſmi, quam reſpectu ordinis poterit ſeruari illud, quod habetur in cap. 2. de bapt. vt baptizetur ſub conditione, ſi non es baptizatus & cet. quæ quidem non eſt propriè conditio, cum ſit de præterito. Et nota, quòd dicitur iteratum baptiſma, quod ambigitur eſſe factum. cap. fi. de presbyt. non bapt. concordat tex. in capitu. ſolennitates. de conſecrat. diſtin. 1. Ex quo infertur, quòd vbi actus de neceſſitate debet explicari, ſi ambigitur vtrum fuerit geſtus, debet iterari, ideſt iterum agi. & ita ſi quis non recordatur vtrum dixerit aliquam horam diei, puta Tertiam, vel Sextam, tenetur iterare, pariter ſi non apparet quòd Eccleſia fuerit conſecrata, debet conſecrari. Ita Abbas in d. c. fin. de presbyt. non bapt. nu. 2.

4 Tertia. † Indignus quis dicitur ad ſacros Ordines promoueri multipliciter: vel ratione ætatis, & tunc ordinatus deponitur. diſtin. 77. cap. Subdiaconus. Item ratione temporis, vt qui extra tempora, & tunc ille ordinatus deponitur, & Epiſcopus ordinandi poteſtate priuatur. d. c. Subdiaconus. Item ratione carentiæ beneficij. 70. diſtin. cap. neminem. Item ratione conditionis, vt cum ſeruus alterius ordinetur. diſtin. 14. cap. ſi ſeruus. Item ratione bigamiæ, vel alterius irregularitatis. diſtin. 50. cap. ex pœnitentibus. Item ratione publici criminis. diſt. 51. capitu. aliquantos. Item ratione inſcientiæ. capitu. qui eccleſiaſticis. diſtin 36. Et tandem de multis generibus hominum non ordinandorum habes 34. diſtin. cap. præcipimus, cum quatuor ſequen. diſtinct. 51. capit. ex pœnitentibus 51. diſtin. per totum. vbi inquit text. in d. capitu. præcipimus, ne vnquam illicitas ordinationes facias, nec Bigamum, aut qui virginem non eſt ſortitus vxorem, aut ignorantem litteras, vel in qualibet parte corporis vitiatum, vel pœnitentiæ, vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium ad ſacros ordines permittas accedere, ſed ſi quos huiuſmodi repereris, non audeas promouere. De quibus ſigillatim eſt dicendum.

5 Quarta. † Nullus in poſterum ad ſubdiaconatus Ordinem ante vigeſimum ſecundum annum, ad Diaconatus ante vigeſimum tertium, ad presbyteratus, ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum promoueatur, ita definitum eſt in Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 12. & ſunt verba dicti Concilij; ex quibus verbis multa inferuntur, & primum, quòd nec Regulares in minori ætate ordinari poſſunt priuilegijs quibuſcunque quo ad hoc penitus excluſis, vt ibi habetur. Secundum quòd ſufficit annus incœptus, ideſt quòd quis attigerit annum vigeſimum ſecundum, vt poſſit promoueri ad Ordinem presbyteratus. & ratio eſt: quia quando annus profertur cum dictione ante, in accuſatiuo, tunc ſufficit annus inceptus, vt eſt caſus rectè intelligendo in l. qui filium. §. 1. ff. ad Trebel. l. ad rem publicam. ff. de



ff. de muner. & honor: Hanc theoricam ponit tex. in l. auunculus. ſecundum vnam lecturam. ff. de verborum ſignifica. An vero requiratur annus ceptus, vel completus, quando ius requirit certam ætatem. vide in ſequen. Deciſione.

6 Sexta. † Regulariter annus debet eſſe completus, quando ius requirit certam ætatem. l. non putabam ff de condit. & demonſtr. l. 3. §. minorem. ff. de minor Ita Archid. in cap. ſi annum. de iudic. ſequitur Abb. in c. cum in cunctis nu. 6. de elect. quæ quidem regula, vt magis clara reddatur, procedit in multis caſibus, quorum primus eſt. Quando ſic conſtaret de mente legiſlatoris. Exemplum habetur per Conc. Triden. ſeſſ. 25. cap. 15. vbi præcipit, vt profeſsio non fiat ante 16. annum expletum, vel ſi apponeretur verbum peregeris. ita tex. in cap. cum vigeſimum, extra de offic. delega. Vel compleueris. c. literas. de deſp. impub. ſecundus, quando profertur annus in genitiuo. l. ſi cui. ff. de legatis primo. Tertius quando profertur in ablatiuo ſine propoſitione. ita eſt tex. in Clem. 1. in verbo, triennio de ſequeſtr. poſſ. Quartus, quando profertur in accuſatiuo, cum aliquo verbo ſignificante rem perfectam, vt cum dictione per. l. putabam. ff. de condit. & demonſtr. d. l. ſi cui. Vel ſi profertur in accuſatiuo abſque alia dictione, vt, habeat 18. annos. Abb. in d. c. cum in cunctis. Quintus quo ad excuſationem ciuilium munerum. l. maiores. ff. de iure immun. Sextus in temporalibus actionibus oportet vt vltimus dies ſit completus. l. in omnibus temporalibus. ff. de act. & oblig. Septimus quantum ad beneficium reſtitutionis, fit computatio de momento ad momentum. l. 3. §. minorem. ff. de minor. gl. in c. ſubdiaconus. diſt. 77. Octauus in vnica ſolutione, quæ annuatim eſt facienda, quia tunc expectatur finis anni, & nõ principium, vt dies ſic addita ſit dies demonſtrationis. l. liber homo. §. decem. ff. de verb. oblig.

7 Sed in multis alijs caſibus annus inceptus † habetur pro completo: & primus, in honoribus, cauſa fauoris annus ceptus pro completo habetur. ff. de mun. & hon. l. Rempublicam. not. Arch. in c. placuit. diſt. 77. Secundus quando annus profertur in ablatiuo, cum propoſitione in. (v. g.) ſi diceretur, q in 18. anno poſſet quis promoueri, nam tunc ſufficit q attigerit vnum diem 18. anni, quia verum eſt dicere, iſtum eſſe in 18. anno. glo. in d. c. cum in cunctis vbi Panor. gl. in Clem. generalem. de æta. & qual. Tertius, quando profertur in accuſatiuo, cum dictione ante. vt eſt tex. in c. nullus. in Concil. Triden. ſeſſ. 23. Quartus, in vſucapionibus, nam ſufficit attigiſſe vltimum diem. l. in vſucapione. ff. de diuerſ. & tempor. præſcr. Quintus, quantum ad factionem teſtamenti, nam ſufficit attigiſſe vltimum diem 14. anni. l. qua ætate. ff. de teſtam glo. in d. cap. Subdiaconus.

8 Septima. † Si dubitatur de ætate ordinandi, Reſpondit Hugo, quod probabitur per aſpectum perſonæ, per communem, & publicam formam, & per teſtes. Credo tamen ſimplicem aſſertionem eorum ſufficere, ſi ſint bonæ opinionis, qui inde ferunt teſtimonium, præſertim ſi eorum teſtimonium concurrat cum motu iudicis ex aſpectu perſonæ. ita Turrecrem. in cap. ſi triginta. diſtin. 78. Cui tamen incumbat probatio, ſi dubitetur de ætate. dicit glo. in cap. presbyter. eadem diſtinct. quòd ille qui fundat intentionem ſuam ſuper ætate, quia ille debet probare, ſiue ſit Actor, ſiue Reus: quia ſi dicit Reus, tu non habes ætatem, ille poteſt dicere, proba. Et ſi dico, quòd habeo ætatem legitimam, poteſt mihi aduerſarius dicere, proba. Ita etiam dicit Ioan. de Anan. in cap. cum in cunctis. de elect. An verò credatur de ætate filij libro patris, vel eius aſſertioni. notat gloſſ. in l etiam. ff. de probat. Bald. in l. neque natales. C. eod. titu.

9 Octaua. † Cum circa ætatem quo ad ordines non diſpenſet Epiſcopus, ſed Papa. glo. in d. Clem. generalem. de ætate, & qual. & ibi Imo. vide glo. in cap. cum dilecti. de elect. Pone, quòd Papa diſpenſet, quòd Titius exiſtens in vigeſimo anno tantum, poſſit promoueri ad Sacerdotium, an intelligatur ſecum diſpenſatum, vt poſſit habere eccleſiam curatam. Dic, quòd non: quia diſpenſatio eſt ſtricti iuris. cap. 1. & 2. de fil. presbyt. Et habilitatus ad vnum, non eſt habilitatus ad aliud, vt not. Doct. in c. cum nuncius. de teſtib. Archid. in c. 2. de fil. presbyt. lib 6. Et non obſtat, quòd beneficium eſt ſequela officij. c. fin. de reſcrip. in 6. quia habebit non curatum. Et hoc verũ, quando diſpenſatio eſſet facta ad petitionem partis, vel quando eſſet facta ad vtilitatem priuatam, ſecus ſi ad vtilitatem publicam, ſiue motu proprio.

10 Nona † Defectus ætatis huius ſacramenti veritatem non impedit, vt character non imprimatur: ſed talis ſic ordinatus debet ſuſpendi ab executione illius ordinis, vſque ad ætatem legitimam, & hoc per ſententiam. c. vel non eſt. de tempor. ordin. & ita tenet Archid. propter verbum illud, ſuſpendimus: & non dicit ſuſpenſum denunciamus: hodie verò, qui ſcienter facit ſe promoueri ante ætatem, eſt irregularis, vt nos diximus in noſtris Deciſio. lib. 4. cap. 27. num. 23. Deinde multa alia accu-

accumulauimus à nume.20.vſque 26.

11 Decima.† Ad ſuſceptionem ordinum pri-
mæ tonſuræ quæ eſt quædam præparatio ad
Ordines ſuſcipiendos, requiritur ætas ſeptem
annorum de tempor.ordin.cap.fi.in 6. Oſtia-
rius verò Lector,& Exorciſta, poteſt quis ef-
fici à ſeptem annis vſque ad xii. & a xii. ſupra
Accolitus 77.diſt.in ſumma. Vnde dicit Paul.
ꝙ Accolitus poteſt quis eſſe in xiij. anno.ead.
diſt.Subdiaconus.1.q.1.pueri.Imol.in d. clem.
generalem. An vero ad ſuſceptionem maiorũ
Ordinum requiratur vſus rationis de neceſſi-
tate Sacramenti. Dic quòd non. Patet ex cap.
vnic.de cleric.per ſalt.promot. Vbi cleric.in-
fra annos diſcretionis promotus, non reordi-
natur, ſed bene de neceſſitate præcepti: tum
quia ſuſceptioni talium ordinum eſt annexum
votum continentiæ, quod requirit vſum ra-
tionis,& deliberationem voluntatis:tum quia
eſt contra præceptum Eccleſiæ, vbi ſunt de-
terminata tempora: tum etiam quia eis ſacra
committuntur,quæ dari non debent, niſi eis,
qui deuotè,& reuerenter ſuſcipiunt. Turrecre.
in cap. Subdiaconus. diſtin.77. Hinc infertur,
quòd paruulus in ſacris ordinatus, non tene-
tur ſecundum communem opinio. continen-
tiam ſacris ordinibus annexam ſeruare: quia
continentia ſacris ordinibus annexa, actum
voluntatis præſupponit. Et hoc contra glo. in
12 d.cap.vnico,quæ dicit ꝙ obligatur. Sic† coa-
ctus coactione conditionali,vt ſi fiat commi-
natio mortis,vel cruciatus, niſi patiatur ſe or-
dinari,recipit characterem. argum. diſt. 74. c.
vbi didiciſti.& diſtin.45.cap.de Iudæis,& 1.q.
1. cap. quod quidam: quia in tali caſu eſt vo-
luntas ſaltem indirecta,de qua dicit Aug. Vo-
luit facere,quia voluit viuere. 15.q.1.cap. me-
rito non tamen tenetur continentiam ſerua-
re,ſi metus ſit talis, qui potuit cadere in con-
ſtantem virum. cap. per latum. de his, quæ vi.
cap.ad aures.de ætate,& qualit.& ratio eſt il-
la,de qua ſupra. quia non habuit actum volun
tatis. At ſi coactio abſoluta, puta,ſi omnino
inuitus teneretur ſub manibus ordinantis, tũc
non recipit ordinem, ſicut nec in tali caſu re-
cipit baptiſmum.extr. de bapt.c.maiores.cap.
presbyteros.diſt. 50.

Vndecima. Circa ſcientiam literarum, quæ
in ordinandis neceſſaria eſt, dupliciter poſſu-
mus loqui. Vel de illiteratis omninò, vel de il-
literatis parum ſcientibus. Rurſum, vel de or-
dinibus maioribus, vel minoribus. Circa pri-
13 mum ſit talis Deciſio. † Illiteratus penitus,
qui omnino neſcit litteras,non eſt ordinãdns,
quia carens litteris ſacris, non eſt aptus offi-
cijs.cap.illiteratos.diſt.36. Si tamen ſpes eſſet,
quòd poſſit proficere, poſſet promoueri ad
ordines minores,non autem maiores. Archid.
in d. cap. & habetur per Concil. Trid. ſeſſ.23.
cap.11. Si tamen ordinatur ſiue ad maiores,ſi-
ue minores,characterem recipit Inno.& Ioã.
Andr in cap.cum in cunctis.de elect. Pro quo
14 notandum, quòd quædam † ſunt de neceſſi-
tate Sacramenti, cuius eſt ſexus virilis,quia ſe-
xus fœmineus à ſuſceptione ordinis excipitur.
Quædam ſunt non de neceſſitate Sacramen-
ti,ſed bene præcepti,vt bonitas vitæ,& litera-
rum peritia, vnde ſi ſine talibus quis ordine-
tur,vt aliquis in peccato exiſtens,aut etiam il-
literatus, in forma eccleſiæ recipit quidem
characterem,quia ad hoc neceſſario non re-
quiritur bonitas vitæ, nec literarum peritia:
peccant tamen,quia agunt contra præceptum
eccleſiæ. Ita Card.Turrecr. in c. illiteratos. nu.
5.diſtin.36.

15 Duodecima. † Illiteratus parum ſciens, de
quo non eſt ſpes, quòd poſſit proficere, non
eſt promouendus ad minores ordines, niſi ſit
talis eccleſia,quæ nunquam egere deberet au-
xilio, vel conſilio eorum, niſi forte in tali
eccleſia,quæ nunquam indiget eorum promo
tione ad maiores ordines: Niſi ſint Monachi,
vel Eremitæ, qui magis indigent contempla-
tione,quàm ſcieutia,ad hoc.16.q.1.c.legi. Inn.
in d.c.cum in cunctis. Archid.in d.cap.illitera-
tos.nume.3.

16 Decimatertia. † ſuper omnimoda ignoran-
tia in ſacerdote, aut prælato nulla poteſt ca-
dere diſpenſatio: quia de iure diuino eſt, vt
promouendus ad Sacerdotium, vel ad præla-
tionem, habeat ſcientiam: quia Angelus Do-
mini eſt.& Oſeæ 4.dicitur: Scientiam repuli-
ſti,& ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris
mihi.c.niſi cum pridem. §. pro defectu.de re-
nunc. Et ita loquitur tex.in c.ſi in laicis.diſtin.
38. Ex cauſa tamen poteſt diſpenſari in Epi-
ſcopo, vel ſacerdote, ſi non habet tam ſuffi-
cientem ſcientiam:quia imperfectum ſcientiæ
poteſt ſupplere perfectio charitatis. d. §. pro
defectu. Idem habetur in c.cum nobis olim.
de elect. vbi dicit Innocen. III. de quodam
electo in Epiſcopum,ꝙ licet ille non eminen-
tis ſcientiæ,quia tamen fuit conuenientis,non
debet ab electione excludi. Innoc. in d. c.cum
in cunctis.

17 Decimaquarta. † Qui non habet ſcientiam,
ſaltem competentem vel ſufficientem ad il-
lud officium, quod habet, peccat recipiendo
illum ordinem: ita probatur. 1. q. 1.c.non eſt
putanda.in fi. Facit quod legitur. & not.ead.q.
c.ſi quis neque.& 8.q.1.cap illud.in fi. Archid.
in d. capitu. ſi laicis. extr. de ætat.& qualit.
capitu.vlti.

18 Decimaquinta. † Nullus illiteratus dẽt pro-
moueri



moueri in Epiſcopum, & ſi per aliquam ſubre
ptionem fuerit ordinatus,debet deponi.argu.
diſt.38.cap.ſi in laicis. & diſt. 23. cap. qui Epi-
ſcopum.& 83.diſt.c.Florentinum. Vnde con-
tra Prælatum non habentem ſcientiam ſcri-
pturarum,inuehitur illud Eſaię 56. Canes mu-
ti non valentes latrare. c. ſit rector. diſtin. 43.
Nam ſcientia literarum multum vtilis eſt ad
reſiſtendum contradicentibus, ſcilicet hære-
ticis,& falſis Chriſtianis malè viuentibus. Eſt
enim quidam gladius,quo reſiſtimus inimicis,
& quaſi quidam arcus de quo ſagittæ emittun
tur acutæ,& quaſi quidam clypeus,in quo te-
la ignea nequiſſimi diaboli excipimus, ideſt
tentamenta eius, ne nobis noceant: propter
quod reperimus,quòd ſacra ſcriptura æquipa-
ratur gladio, arcui,& clypeo. De primo dici-
tur Epheſ. c. 6. Gladius ſpiritus, quod eſt ver-
bum Dei. De ſecundo dicitur in Pſal. Sagittæ
potentis, ideſt prædicatoris, & prælati acutæ.
De tertio,in Canticis. Mille Clypei, ideſt mil-
le ſententiæ pendent ex ea, omnis armatura
fortium.

19 Decimaſexta.† Sciẽtia talis neceſſaria eſt in
eo,qui ad ordines promoueri debet,qualis ne-
ceſſaria eſt executioni ordinis cuiuſcunque,
ſicut ſacerdos, in quantum eſt deputatus ad
officium diuinum, tenetur ſcire tantum de
Grammatica, quod ſciat verba congruè pro-
ferre,& accentuare, & quòd intelligat ſaltem
literaliter quæ legit. In quantum vero eſt mi-
niſter ſacramentorum, tenetur ſcire, quæ ſit
debita materia;& quæ ſit debita forma cuiuſli
bet ſacramenti, & modum diſpenſandi ipſa
ſacramenta. In quantum verò eſt Iudex ani-
marum, & ſacerdos, curatus, debet ſcire Ca-
nones pœnitentiales: & ita intelligitur tex. in
c.quæ ipſis.diſt.88. Item ſcire quæ ſacramenta
debeat conferre, & quæ non poteſt.nam de-
bet miniſtrare ſacramentum baptiſmi, pœni-
tentiam,& extremam vnctionem, non autem
ſacramentum confirmationis,& conferre or-
dines:quia hoc ſpectat ad epiſcopum. Ideo de-
bet ſcire librum ſacramẽtorum continentem
tractatum de ſacramentis, & ſacramentali-
bus,& alijs eccleſiæ officijs. Item lectionariũ,
vt ſciat quid legi debeat in eccleſia. Item An-
tiphonarium continens Antiphonas, & Re-
ſponſoria cantanda. Item baptiſterium, & ea,
quæ pertinent ad officium baptizandi. Com-
putum quo ad dies, & menſes, & feſta mobi-
lia,& immobilia inuenienda, Canones pęni-
tentiales, vt diximus, & Homelias, ideſt ſcire
exponere euangelium, quæ per anni circulum
leguntur. Hec habentur in d.c.quæ ipſis. Si ve-
rò ſacerdos eſt Doctor, tenetur ſcire ſaltem
rudimenta fidei ambulantis per dilectionem:

20 Ex quibus patet, ꝙ † qui ordinatur niſi pro
deuotione, vt miſſas celebret, ſicut mona-
chus ſiue alij religioſi, non tenetur ſcire, niſi
primum illorum, quod diximus. Ita Turrecre.
21 in c.ignorantia.diſt.38. Pęna † autem illitera-
ti,qui ad ſacros ordines fuerit promotus,cum
in iure non ſit ſtatuta expreſſè, arbitrio iudi-
cis relinquitur:quæ videtur eſſe conueniens,vt
ab ordinibus ſuſpendatur,donec ſufficientiam
tali ordini requiſitam habuerit. Si verò omni-
no illiteratio vltra prædictos ordines benefi-
cium fuerit collatum,eo dignè priuari poteſt:
quia collatio beneficij facta tali,non tenet, vt
no Franc.in cap.fin.de temp.ordin.in 6. Inno.
& Ioan.Andr.in cap.cum noſtris. de conceſſ.
præb. ęquiparat enim Inno.ibi illiteratum mu-
lieri,ac infanti.

22 Decimaſexta. † Circa morum grauitatem,
ſcilicet quales debeant eſſe ordinandi, docet
Apoſt.1.Timo.3. Oportet Epiſcopum eſſe ir-
repræhẽſibilem, vnius vxoris virum, ſobrium,
prudentem, pudicum, ornatum, hoſpitalem,
doctorem,non vinolẽtum, non percuſſorem,
ſed modeſtum,non litigioſum, non cupidum,
domui bene præpoſitum, non neophitum. Et
licet Apoſtolus iſtam regulam de epiſcopo
poſuerit, eſt etiam extendenda ad alios ordi-
nandos.diſtin. 81. cap. Apoſtolus.& diſtin.34.
c.cognoſcamus. Igitur de vno quoque capi-
tulo huius regulæ ſigillatim, ſummarièq; ali-
qua dicamus,& quæramus.cum tit. de irregu-
laritate lib. 4. multa ad hanc materiam atti-
nentia me dixiſſe recolam.

23 Decimaſeptima. Circa Bigamiam, præter
ea, quæ diximus libr.4.cap.27.num. 38. Scien-
dum eſt, quòd ordinandus debet eſſe mo-
nogamus, ideſt vir vnius vxoris, à Monos,
quod eſt vnum, vel ſolum,& gamos, ideſt con-
iugium. Non autem bigamus,qui dicitur à bis,
& gamos, ideſt bis iteratus in mulierem, ſi-
cut & trigamus, in mulierem, ideſt ter itera-
tus. Quare autem bigamus arceatur ab ordi-
ne. Turrecre, in c.vnius.num.4.diſt.26.aſſignat
plures rationes. Vide etiam glo. 26. diſtin. in
ſumma. Quarum prima eſt,propter defectum
ſacramenti,quia non eſt ibi ſacramentum vni-
tatis,cum diuiſerit carnem ſuam in plures. di-
ſtin.26.c.acutius. Secunda propter prærogati-
uam ordinum. ead diſt.cap.vna. Item propter
ſignum incontinentiæ,ex eo, quod de vna trã-
ſiuit ad aliam, dicente Amb. Quomodo erit
hortator caſtitatis, qui coniugia frequenta-
uerit. d.c.vna.

Decimaoctaua. Bigamus licet ad ordines
promoueri non debeat,& ſi promotus fuerit,
ad maiores diſpenſandus eſt à Papa. Si verò
24 ad minores,per Epiſcopum:tamen † promo-
tus

tus characterem accipit.arg diſt.50.c.quicun-
que pœnitens. Nam bigamiæ non eſt annexa
irregularitas de iure naturali, ſed de iure poſi-
tiuo: Nec iterum eſt de eſſentialibus ordinis
quòd non ſit bigamus. Non tamen habebit or
dinis executionem. ſi ſciat ſe eſſe bigamum,
vel veritatem poſtea reperiat.cap.veniens. de
presb.non baptiſ.
25 Decimanona. † Ordinandum iuxta Apoſt.
ſententiam oportet eſſe ſobrium, vt habetur
in diſt. 35. Quæ quidem ſobrietas licet com-
muniter ſumendo poſſit habere locũ in qua-
cunque materia. Tamen ſpecialiter ſobrietas
attenditur circa potum, non quemcunque, ſed
eum, qui ſua fumoſitate aptus eſt caput per-
turbare, ſicut eſt vinũ, & omne quod inebria-
re poteſt.
26 Vigeſima. † Licet ſobrietas omnibus con-
ueniat, ſpecialiter tamen quibuſdam perſo-
nis. Et primo iuuenibus, quia in illis viget con-
cupiſcentia delectationis propter feruorem
ætatis. Item mulieribus, quia in illis non eſt
ſufficiens robur mentis ad hoc quòd concu-
piſcentijs reſiſtant. Vnde vt recitat Valerius.
lib. 2. c. 3. Mulieres apud Romanos antiquitus
non bibebant vinum. Tertiò, magis neceſſaria
eſt in maioribus, & excellentioribus perſonis:
quia apud tales perſonas, cum ſint aliorum
duces, & rectores, maximè vigere debet iudi-
cium rationis. vinum autem immoderatè ſum
ptum præcipuè impedit vſum rationis. Hinc
ſenes, in quibus ratio debet vigere ad aliorum
eruditionem, Apoſtolus dicit ad ſobrietatem
exhortandos, ſecundum illud Tit.cap.3. ſenes,
vt ſobrij ſint. Hinc etiam Regibus qui per ſa-
pientiam debent populum gubernare ſpecia-
liter ſobrietas indicitur. Prouer.21 Nolite Re
27 gibus dare vinum. Hinc etiam † epiſcopis, &
quibuſlibet eccleſiæ miniſtris, qui mente de-
uota debent ſpiritualibus officijs inſiſtere, ſo-
brietas indicitur.d.diſtin.35. à quibus, tum q̃a
miniſtros Dei decet munditiam ſeruare diſt.
28. vſque 32. & Pſ. 100. Ambulans in via imma
culata hic mihi miniſtrabat. Vinolentia autẽ
parit immunditiam: vnde Hieron.in d.35. di-
cit. Venter mero æſtuans, facile in libidines
deſpumat: tum etiam, quoniam miniſtros
eccleſiæ decet lux. Apoſt ornatos eſſe bonis
moribus, quibus maximè obſtat vinolentia,
quæ omnium vitiorum fomes eſt. ead. diſtin.
cap.ſi. Hinc Hoſt. dicit, quòd epiſcopus, presby
ter, aut diaconus deſeruiens ebrietati, ſi non
deſinat, deponitur, ſubdiaconus verò, vel in-
ferior, communione priuatur. allegat tex. in
cap. 1. eadem diſtin. Tandem tex. in cap. à cra-
pula. de vita & honeſt.cleric. dicit, ab officio,
& beneficio ſuſpendendum.
28 Vigeſimaprima. Oportet † etiam ordinan-
dum eſſe prudentem non ſolum litterarum pe
ritia. verum etiam ſæcularium negotiorum
diſpoſitione. ita habetur in Sum.diſtin. 36. Et
nota, quòd licet prudentia propriè verſetur
circa agibilium negotia, cum ſit virtus intel-
lectiua, tamen hic largè accipitur pro notitia
ſacrarum litterarum, quam debent habere ſa-
cerdotes, & hoc ad ſubditorum animas infor-
mandas. d.diſt.cap.2.§.ecce. & §.ſi quis vult.
Ideò ordinandus debet habere ſcientiam cõ-
petentem ad ſuum officium exequendum, de
elect. cap. cum nobis olim. Item ſcientiam
ſæcularium ſcripturarum, diſtin.37.§.cur er-
go, & c.turbat. Ideo ſtatum eſt, vt in qualibet
eccleſia cathedrali habeatur magiſter libera-
lium artium.cap.1.& c. quia nonnullis, de ma
giſtr. Quod autem ſint artes liberales, vide
Turrecrem.in cap. Epiſcopus. diſtin.37. vbi di-
cit, quòd ſunt ſeptem, ſcilicet Grammatica.
Diſciplina diſputationis, ideſt Logica ad om-
nia genera quæſtionum, quæ in literis ſunt pe-
netranda, & diſſoluenda tria autem ſunt in di
ſputatione cauenda: ſcilicet libido rixandi, in-
tentio decipiendi, & præeminentia ſuperandi
aduerſarium. Item Rhetorica quæ propter ve-
nuſtatem multum vtilis eſt. Ruſum Arime-
thica. Deinde Muſica. Item Aſtrologia, at-
que Geometria. & concludit quòd ſtudium
harum liberalium artium ſit vtile ad Theolo
29 giam addiſcendam. Leges verò † & philoſo-
phiam clerici poſſunt audire, dummodo non
cauſa voluptatis, vel cupiditatis.arg diſt. 37. c.
1. & c.legimus. & c.vno. Niſi ſint monachi, vel
regulares, vel ſacerdotes, vel habentes perſo-
natus, ideſt dignitates, vt Decanatum. Archi-
diaconatũ, vel niſi ſint habentes plebanaum;
qui ſi audierint, niſi infra ſpacium duorum
menſium ab audiendo deſtiterint, ipſo iure
ſunt excommunicati. extra de cler. vel mona.
cap. ſuper ſpecula. Debet etiam ordinandus
habere notitiam ſæcularium negotiorum,
quia non tantum ſpiritualia, ſed etiam tempo
ralia ſubditis, & neceſſitatem patientibus de-
bet miniſtrare. diſt.29 per totum. & diſtin. 76.
c.fratrem.
Debet etiam ordinandus eſſe pudicus, ſci-
30 licet à vt moribus, & verbis pudorem ſuum
indeſinenter oſtendat. Item ornatus & inte-
rius virtutibus, & exterius bonis operibus, vt
ſit & in cibis, & potu temporatus, in conuer-
ſatione honeſtus. in inceſſu maturus, compo-
ſitio enim corporis compoſitionem indicat
mentis. diſt 42. cap. 1. & vlt in oratione, & le-
ctione aſſiduus, in habitu regulatus, ſcilicet ſe-
cundum ea, quæ habentur in c. clerici officia,
de vit. & honeſt. cler. Item in veſtibus, & ci-
bis



bis cum aliijs conformis. d. cap. 1.
31 Vigeſimaſecunda. † Ordinandum etiam
oportet eſſe hoſpitalem. diſt. 42. Hoſpitalem,
quia vt dicit Hiero. Domus clericorum debẽt
eſſe communes. 16. q. 1. c. quantum. Et hoſpita-
litatem hortari non poterit, qui domum ſuam
pauperibus claudit. 41. diſtin. §. 1. Non tamen
tenetur ad hoſpitalitatem violentam: imo ab
illa eſt immunis. l. 1. C. de epiſc. & cler. in ſi. c. 1.
de immu. eccl. ſed tantum ad charitatiuam, vt
hoſpitari Prædicatores, & Prælatos, ſi tamen
ſint noti, & cogniti. Item ad hoſpitalitatem,
quæ ſit pro corporis ſuſtentatione, quæ om-
nibus facienda eſt, ſi ſic fieri poteſt; quæ quidẽ
hoſpitalitas quantum ſit laudabilis, demon-
ſtratur per Turrecre. in c. 1. diſt. 42. vide etiam
diſt. 86. c. non ſatis.
32 Vigeſimatertia. † Debet etiam ordinandus
gratiam docendi habere diſt. 43. Quæ quidẽ
conſiſtit in corripiendo, & prædicando. Qua-
lis autem ſe habere quis debeat in corrigen-
do, diximus in noſtris Deciſ. libr. 3. num. 127.
Circa verò prædicationem, debet eſſe prædi-
cator interius charitate ardens, & exterius vi-
ta lucens, ſcientia ſufficiens, & habere actum
prædicandi. Vbi conſideranda eſt primo in
actu prædicandi temporis opportunitas. Se-
cundo loci honeſtas, vt prædicetur in locis pu-
blicis, & honeſtis, non priuatis, ne ſuſpicio na-
ſcatur, & ex hoc hæreſis. diſt. 30. c. ſi quis. Ter-
tio auditorum, & dicendorum qualitas, vt ſa-
pientibus alta, ſimplicibus plana dicantur. 18.
q. 3. c. inter cætera.
33 Vigeſimaquarta. Oportet † etiam ordinan-
dum non percuſſorem eſſe, ſed modeſtum. di-
ſtin. 45. & c. ſi. percuſſor vero dicitur dupli-
citer, & primo ille qui nullo iure ſibi ſubditum
verberat, etiam leuiter, & etiam ſubditos, ſed
crudeliter. Item ille, qui ſermone inutili con-
ſcientiam percutit infirmorum. c. ſi. diſt. 45. qui
percuſſor alibi dicitur homicida. de penit. diſt.
1. c. noli. Et dicitur ſermo inutilis, ſuaſio mala,
& praua, vel bona ſuaſio ſed indiſcreta, & in-
ordinata. c. 1. diſt. 43.
34 Vigeſimaquinta. Oportet † præterea, ordi-
nandum non eſſe litigioſum, quia cum talis,
alios ad diſcordiam prouocet, diſcordes ad
concordiam trahere non poſſet, quod tamen
ex officio facere debet. 90. diſt. c. 1. per totum.
Ideo autem litigioſus prohibetur litigare, q̃a
litigioſus eſſe ſolet adulator, proditor, detra-
ctor, infamator, maledicens, inuidens, ſcurri-
lis, ad iniuriam propriam vlciſcendam facilis,
vt probatur per totam diſtinct. 46 Quibus ve-
rò ex cauſis litigium proueniat. vide Turrecr.
35 diſt. 46. nu. 3. Item oportet † eũ nõ eſſe cupidũ:
quia radix omnium malorum cupiditas eſt.
2. ad Timo. 6. & diſt. 47. cap. bonorum. Cupi-
ditas autem triplex eſt: nam alia eſt honoris,
& dignitatis, alia eſt temporalis gloriæ, alia
eſt pecuniæ, ſiue temporalis ſubſtantiæ. Siue
conſiſtat in pertinacia retinendi, ſiue in ſo-
licitudine acquirendi, vltra quam debeat
etiam illicitè. Hæc autem cupiditas quando-
que certis argumentis deprehẽditur, quando-
que ſolum præſumptionibus innoteſcit. Signa
certa, quod quis eſt cupidus, ſunt, cum quis vſu-
ris, furtis, rapinis, lucris temporalibus inhiat,
atque inuigilat. Et in his vel in aliquo eorum
deprehenſus, & ordinandus repellitur, & or-
dinatus deijcitur. diſt. 47. c. 1. & 2. Præſumptio-
nes vero, q̃ quis cupidus eſt, ſunt, ſi quem vi-
deris debilem in ſpiritualibus, fortem in tem-
poralibus, & pro his ſcilicet ſpiritualibus nec
modicum laborem ſuſtinere, ſed pro tempo-
ralibus acquirendis, vel retinendis aſſiduè vl-
tra modum fatigari. Si quem etiam videris ſu-
perflua retinere opera, miſericordiæ non fre-
quentare præſumitur, quòd ſit cupidus, &
pro his repellitur ordinandus. vt diſtinctio.
75. Arch.
36 Vigeſimaſexta. Ordinandus † non debet
eſſe Neophitus, ideſt nouellus in fide, a neos,
quod eſt nouum, & pitos, quod eſt fides. Vn-
de Neophitus nouus, ſiue nouellus in fide, vel
nuper renatus. Arch. in diſt. 48. Et nouitas iſta
intelligenda eſt de propinqua nouitate tem-
poris, vnde dicitur in tex. 48. diſtin. Qui heri
erat, ideſt paruo tempore ante Catechumi-
nus hodie nõ ſit Epiſcopus. Et qui heri erat in
theatro, hodie non ſedeat in eccleſia, ſcilicet
tanquam prælatus. Et qui veſpere erat in cir-
co, ideſt in loco, vbi fiebant ludi Circenſes,
vt 2. q. 2. c. cum apud, hodie non fiat miniſter
altaris. Et hoc vt Neophiti regulariter nõ pro-
moueantur, duplici ex cauſa fuit inſtitutum.
Prima eſt: quam aſſignat Apoſt. 1. ad Tim. 3.
elatus in ſuperbiam, putans quod religio Chri
ſtiana plurimum eo egeret, incidat in ruinam
diaboli. diſtin. 46. c. quoniam. Secunda eſt: quia
nondum ſunt experti ſtatum eccleſiæ, vel reli-
gionis, & ideo neſcirent eſſe graues, & ſe con-
temperare pro diuerſitate perſonarum ſibi
37 ſubditarum. diſt. 48. ſicut olim. Eſt † tamen
adnotandum, quòd licet generaliter tales or-
dinari prohibeantur, tamen ſi quis Neophitus
talis fuerit, vt merito ſuæ perfectionis clerica-
lem vitam tranſcẽdat, tunc à ſacris ordinibus,
& epiſcopatu non prohibetur, ſicut patet in
illis ſanctis viris Ambroſio, Seuero, & Nico-
lao, qui electi fuerunt ad dignitatem epiſcopa
lem ex diuina electione. Nam Ambroſius ex
laico effectus eſt Epiſcopus. B. Seuerus ex lani-
ficio aſſumptus eſt in Archiepiſcopũ, & inſe-
dit.

dit columba ſuper caput. Sic de Nicolao reuelatum fuit cuidam epiſcopo, vt patet ex legenda. & diſt. 61. c. ſtatuimus. §. 1.

38 Decimaſeptima †Pariter clericus ſæcularis quantumcunque ſit humilis, & in fructus in regula monachali, vel alia, non poteſt eligi in Abbatem, vel Rectorem eccleſiæ regularis, niſi ſit profeſſus, & expertus aſperitatem regulæ: ext. de elect. cap. cum cauſam, & 19. quæſt. 3. cap. monaſterijs. Imo ſi qui regularem ordinem profeſſi non ſunt, in Abbatem aſſumpti debent ſublato appellationis obſtaculo remoueri. extra de elect. c. cum cauſam, cap. ſicut olim. Multa alia eſſent à nobis dicenda, quæ habentur in noſtris Deciſ. lib. 4. c. 37. ſcilicet de ordinatis, qui carent executione, vt ibi fere per totum.

*SVMMARIVM.*

1 *Matrimonium duplex, ſpirituale, & corporale, & primum qualiter contrahatur.*
2 *Similitudo, & diſsimilitudo inter vtrumque.*
3 *Eccleſias duas in quibus caſibus quis licitè poſsit habere.*
4 *Matrimonij definitio, & ſex, quæ ex ea colliguntur.*
5 *Matrimonium pluribus nominibus appellatur.*
6 *Matrimonij variæ ethimologiæ.*
7 *Matrimonij inſtitutio duplex.*
8 *Matrimonium triplex.*
9 *Ad matrimonium quæ neceſſaria, & præcipuè conſenſus. nu. ſeq.*
11 *Matrimonium inter mutos eſſe poteſt, & quæ in eo conſideranda.*
12 *Matrimonij cauſæ, quæ.*
13 *Matrimonium multas habet prærogatiuas, & multa ſpecialia. nu. ſeq.*
15 *Ad matrimonij validitatem tria requiruntur.*
16 *In matrimonio ſacramẽtum principalius eſt, quam fides, vel proles.*
17 *Matrimonium non eſt ſine ſacramento.*
18 *Qui poſt contractum matrimonium mutauit animum ſeruandi bona matrimonij, an illud teneat.*
19 *Matrimonij multæ cauſæ inductiuæ eſſe poſſunt.*
20 *Matrimonium inter infideles ſoluitur ſi vnus ex eis conuertitur, quod ſecus eſt de hæreticis. nu. ſeq.*
22 *Catholicus ex præcepto debet recedere ab hæretico notorio perſeuerante.*
23 *Matrimonium in gradibus prohibitis per infideles contractum ſoluitur ſi conuertatur ad fidem.*
24 *Matrimonium inter fidelem, & infidelẽ eſſe non poteſt.*
25 *Conſenſu deficiente interiore non tenet matrimonium quo ad Deum.*
26 *Conſenſus multiplex.*
27 *Conſenſus non omnis facit matrimoniũ, ſed tantum illius qui habet vſum rationis.*
28 *Conſenſus mutuus requiritur ad matrimonium contrahendum.*
29 *Matrimonium contrahi poteſt per procuratorem.*
30 *Qui ſuper hoc debet habere ſpeciale mandatum.*
31 *Conſenſus in matrimonio debet eſſe liber.*
32 *Matrimonium metu contractum in duobus caſibus ratificatur per copulam inde ſequentem. Et copula quos effectus pariat. nu. 45.*
33 *Proteſtatio, quòd omnia quæ faciet, non facit animo contrahendi matrimonium, an matrimonium excludat, ſi verba proferat ad illud contrahendum.*
34 *Matrimonium, vt filius contrahat, pater cogere non poteſt.*
35 *Matrimonia, vel ſponſalia à parentibus pro filijs contracta an filios obligent ad contrahendum. nu. ſeq.*
37 *Matrimonium contractum parte cogente quando valeat.*
38 *Matrimonium ſi filia abſque licentia patris contrahat, an pater dotabit.*
39 *Nuptiæ ſecundæ an debeant benedici.*

Nuptiæ



40 *Nuptiæ non benedicuntur propriè, ſed ipſæ perſonæ.*
41 *Matrimonium non debet contrahi ante tempus diſcretionis.*
42 *Copula inducit matrimonium ſi fiat cum conditione, ſi virginem inuenero, licet non ſit virgo.*
43 *Sponſalia contrahens cum aliqua, ſi ſe carnaliter cognoſci permittat, ſecuta copula præſumitur pro matrimonio.*
44 *Copula ſequens an tranſeat in matrimonium; & quid ſi proteſtatio interceſſerit. num. 46.*
47 *Sponſus non eſt cogendus ducere ſponſam in futurum in quinque caſibus.*
48 *Sponſaliorum duæ ſunt ſpecies.*
49 *Annulus in fœmina quid ſignificet, & quare detur, & in quarto digito.*
50 *Sponſalia de futuro quinque modis contrahuntur, & 12. diſſoluuntur. numero 52. & ſponſalia vnde dicantur. numero 51.*
53 *Matrimonium contrahi poteſt ſolo vno voto continentiæ.*
54 *Mulier habet ius petendi debitum, & econtra. fallit in caſibus.*
55 *Maritus, & vxor ad paria iudicantur.*
56 *Actus coniugalis poteſt ad multa ordinari.*
57 *Cõiugum alter an vouere poſsit quòd debitum non petat.*
58 *Matrimonij vinculum duplex.*
59 *Matrimonium conſumatum an diſſoluatur ſi ſponſa ſit mantellata, vel per vitam heremiticam, aut per ordinem ſacrum cum duobus ſeq.*
62 *Sententiam diuortij ſi conſtat non eſſe legitimè latam, an illa reſtituat virum vxori repetenti, ſi ille ſit factus ſacerdos.*
63 *Coniugum vno ad religionem tranſeunte, vel ad ordinem ſacrum, alter in multis caſibus poteſt reuocare.*
64 *Coniugatus poſt copulam in multis caſibus promoueri ad ſacros ordines non poteſt.*
65 *Profeſsio facta à coniuge altero inſcio in duobus caſibus tenet, & in multis minimè. nu. ſeq.*
67 *Matrimonium an ſit conſummatum, ſi nõ ſit facta ſeminum commixtio.*
68 *Matrimoniũ à religioſo, & in ſacris contractum an ſit nullum, & ſit excommunicatus. Sed quid ſi contraxit, & non conſumauit. nu. 69.*
70 *Matrimonium per mulierem cõtractum quæ machinata eſt mortem mariti cũ occiſore mariti, an ſit nullum.*
71 *Ratihabitio in delictis vt retrotrahatur, tria neceſſaria ſunt.*
72 *Adulterium cauſa eſt vt maritus dimittat vxorem quo ad thorum, niſi in caſibus. & nu. ſeq. & 75.*
74 *Iniuriam facilius Deus dimittit quam homo.*
76 *Adultera poteſt accuſari à marito, niſi in caſibus.*
77 *Fornicarius videns ſuum conſanguineũ velle nubere cum qua peccauit, an teneatur illi reuelare.*

## De Matrimonij Sacramento. Cap. XII.

VT rem ipſam altius repetamus, hæc ſunt à nobis breuiter exploranda. Primum quotuplex eſt matrimonium. Secundum, quidnam ſit, curque matrimonium potius, quàm patrimonium appelletur. Tertium, de eius inſtitutione. Quartum, quotuplex matrimonium carnale. Quintum, quæ matrimonio ſint neceſſaria, quæ attendenda. Quis finis eſſe debeat, & cauſę multiplicès ipſius matrimonij. Quotuplex ſit bonum. Eius impedimenta. Poſtremò quas prærogatiuas habeat matrimonij ſacramentum, & ſpecialia. Circa primum ſciendum eſt, quòd duplex

1 eſt matrimonium: † videlicet ſpirituale, & carnale. 27. q. 2. c. cum ſocietas. Spirituale contrahitur inter Prælatum Eccleſiæ, & eius eccleſiam. 7. q. 1. c. ſicut vir. Item inter Chriſtum, & animam. 27. q. 1. cap. quæ Chriſto. & cap. nuptiarum. An verò æquiparetur matrimoniũ

ſpiri-

2 † ſpirituale,& corporale ? Dic,quòd in multis
conuenit,& in multis differt. Conuenit enim
in hoc : nam ſicut vir non debet dimittere
vxorem, ſic nec Epiſcopus vxorem. d. cap.
ſicut. Et ſicut vir docet, & regit vxorem, ſic
Epiſcopus debet docere, & regere eccleſiam.
Item in hoc: quia ſicut vir diligit vxorem,
ita Epiſcopus debet amare, & diligere eccle-
ſiam. Item, quia ſicut vxor non debet di-
mittere virum, vel illo viuente alij copulari,
& ſi eum dimiſerit, debet ei reconciliari, vel
manere innupta.: ſic & eccleſia non debet di-
mittere Epiſcopum, vel illo viuo alteri copu-
lari, & ſi eum dimittat, debet ei reconciliari,
vel manere innupta. Item ſicut vxor, debet
ſubeſſe,& obedire viro,& eum diligere,ſic &
eccleſia debet facere Epiſcopo. Eſt autem diſ-
ſimilitudo in hoc : quia de iure communi po-
teſt quis habere duas eccleſias intitulatas,quã-
do eccleſiæ eſſent ita tenues, vt neutra per ſe
ſufficeret ad ſuſtentationem. 10. quæſtio. 3. cap.
vnico. de æta. & qual. cap. eam te. extra de re-
lig. domib. cap. quia. Quod non eſt in matri-
monio carnali. extr. de diuor. cap. gaudemus.
3 Pariter poteſt † quis habere duas eccleſias,
quando vna pendet ex altera. d. cap. eam te.
Item propter raritatem clericorum. 21. quæſt.
1. cap. clericus. in fin. vel ſi haberet vnam inti-
tulatam, & alteram commendatam. 21. quæ-
ſtio. 1. capitu. qui plures. Turrecrem. in capitu.
ſanctorum. nume. 33. diſtinctio. 70. Eſt etiam
diſſimilitudo, quia eccleſia Epiſcopo remoto
propter crimen, licitè cum alio contrahit. di-
ſtin. 50. cap. poſtquam. quod non eſt in matri-
monio carnali. d. cap. ſicut vir. Item licet ec-
cleſia viuente Epiſcopo, & non remoto, non
poſſit accipere alium Epiſcopum. d. cap. ſicut
vir. Poteſt tamen accipere coadiutorem
ſuo Epiſcopo. Sed nunquam ille coadiutor
conſecrabitur in Epiſcopum illo viuente, &
non remoto, vel non renunciante. argum.
text. in d. cap. ſicut & capitu. quamuis. & cap.
petiſti. 7. quæſtio. 1. Turrecrem. in d cap. ſicut.
Circa ſecundum ſciendum eſt ſecundum In-
nocen. in cap. ad audientiam. extra de ſponſ.
4 Matrimonium eſt † viri, & mulieris coniun-
iunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem reti-
nens. 27. quæſtio. 2. §. 1. Inſtitut. de patr. poteſt
§. nuptiæ. Magiſt. ſentent. diſt. 27. lib. 4. Ex qua
diffinitione plura colliguntur: & primũ, quòd
in hac diffinitione tangitur eſſentia matrimo-
nij, quæ eſt coniunctio. Determinatur ſubie-
ctum, viri, & vxoris : quia coniunctio debet
fieri ſecundum Canones inter perſonas legi-
timas : ponit etiam virtutem huius cõiunctio-
nis id eſt indiſſolubilitatem, in hoc, quod di-
cit, indiuiduam vitæ. &c. ſecundum quòd nec
vnus vir plures vxores, nec vna vxor plures vi-
ros eodem tempore poteſt habere: Nam ab
origine mundi vnica mulier vnico viro legi-
tur Inſtituta, Geneſ. 1 cap. 2. & cap. gaudemus,
de diuort. Tertium, dum dicitur coniunctio.
Colligitur, quòd coniunctio animorum, &
non coniunctio corporum facit matrimoniũ:
Vnde nuptias non concubitus, ſed conſenſus
facit. Hinc eſt, quòd ſi aliqui coniungantur,
non erit coniugium. Non enim defloratio vir
ginitatis facit coniugium,ſed pactio coniuga-
lis, ideſt conſenſus de præſenti. cap. cum initia
tur. 27. q. 2. Quartum, quia non poteſt eſſe ma
trimonium niſi in diſpari ſexu. Coniunctio
enim maſculi cum maſculo, vel fœminæ cum
fœmina, non eſt matrimonium. Ideò di-
citur viri, & mulieris. Ita gloſ. in d. §. 1. verſ.
viri, & mulieris. Quintum, colligitur quòd cõ-
iunctio fornicaria, vel inceſtuoſa non eſt ma-
trimonium, ſed debet eſſe ſecundum iura vi-
ri, & mulieris legitimè. Sextum, ex verbo in-
diuiduam colligitur, quòd neuter poteſt abſ-
que conſenſu alterius continentiam profiteri,
vel orationi vacare, nec ſe alteri copulare, ſed
ſibi inuicem mutuam fidem ſeruare, & debiti
reditionem petere debet. Et hoc intellige de
matrimonio conſumato per copulam carna-
lem: quia ante conſumationem bene poteſt
alter altero inuito, & in ſæculo remanente, re
ligionem intrare, & continentiam profiteri. c.
verum. cap. ex publico. de conuerſ. coniug. cap.
commiſſum. de ſponſ. Quod verum, eſt, etiam
ſi matrimonium ſit contractum per verba de
præſenti, modo non ſit conſumatum per co-
pulam carnalem vt in præallegatis iuribus. Si
verò ſit matrimonium conſumatum, debent
inſeparabiliter viuere quouſque legitimum in
teruenіat diuortium, vel iudicio eccleſiæ, vel
propria voluntate, ſcilicet cum pari conſenſu
vouerint caſtitatẽ, & à mutua ſeruitute ſe ab-
ſoluunt. 33. q. 5. cap. quod Deo. Denominatur
5 quidem matrimonium † pluribus nominibus.
Et quidem conuenienter. Nam in matrimo-
nio tria quidem ſunt conſideranda. Primum
quidem, eſſentia, & ſic vocatur coniugium,
quaſi commune iugum : nã mutuum eſt vin-
culum, & mutua poteſtas ſecundum Iſidor.
Secundo in matrimonio eſt cõſideranda cau-
ſa, quæ eſt diſpenſatio, & ſecundum hoc vo-
cantur nuptiæ, quia in ipſa ſolennitate diſpen-
ſationis, qua matrimonium perficitur, capita
nubentium velantur. Tertio eſt conſideran-
dus effectus, & fructus matrimonij, qui eſt
proles, & ita vocatur matrimonionium : quia
mulier non debet ad aliud nubere, niſi vt ſit
6 mater. Vbi nota, quòd matrimonium † habet
plures ethimologias ſecundum nomen ma-
tris,



tris, vt dicit S. Thom. Nam vno modo dicitur
matrimonium quaſi matris munium, ideſt of-
ficium, quia fœminis maximè incumbit offi-
cium educandæ prolis. Eſt enim matri filius
ante partum oneroſus, in partu doloroſus, &
poſt partum laborioſus, cum etiam poſt partũ
vſque ad triennium conſumatum infans ma-
gis indigeat materno ſolatio, quam paterno.
iux. not. in cap. ex litteris. de conuerſ. infid. l.
nec filiæ. C. de patr. pote. optima glo. in cap. cũ
haberet. de eo, qui duxit in matri. niſi mater
eſſet infidelis. d. cap. ex litteris. Secundo dicitur
matrimonium, quaſi matrem monens, ne vi-
rum relinquat, alteri adhærens. Tertio dicitur
matrimonium à matre, & nato, quia per ma-
trimonium aliqua efficitur mater nati. Coniu-
7 gij autem inſtitutio duplex † eſt. Prima facta
eſt in Paradiſo, vt eſſet immaculatus thorus,
& honorabiles nuptiæ, ex quibus ſine ardore
conciperent, ſine dolore parerent. Et talis in-
ſtitutio fuit ante peccatum : quia niſi homo
peccaſſet, ita ſine ardore, & pruritu eſſet geni-
talium cõiunctio, ſicut eſt aliorum membro-
rum applicatio digiti cum digito. Secunda
poſt peccatum in remedium facta propter il-
licitum motum coercendum. ita tex. in c. ſicut
non omnis. 32. q. 2. Prima inſtitutio ordinata
fuit ad procreationem prolis, quæ erat neceſſa
ria etiam peccato non exiſtente, ſecundum
quam inſtitutionem conuenit ſibi; quòd ſit
in officium naturæ. Secunda vt infirmitas pro-
na in ruinam turpitudinis, honeſtate excipe-
retur coniugij, & hæc inſtitutio fuit facta ex-
tra Paradiſum tempore legis naturæ. d. c. ſicut.
Secundum autem determinationem perſona-
rum inſtitutionem habuit in lege Moyſi : Se-
cundum autem, quòd repræſentat miniſteriũ
coniunctionis Chriſti, & eccleſie, inſtitutio-
nem habuit in noua lege. Et ſecundum hoc
ſacramentum eſt nouæ legis. c. 3. ad Epheſ. Sa-
cramentum hoc magnum eſt. & cap. gaude-
mus. de diuort. & ſeſſ. 24. c. 1 & can. 1. vbi iniu-
ſtum fuit à Chriſto Domino, Quantum au-
tem ad alias ciuilitates, quæ ex matrimonio
conſequuntur, ſicut eſt amicitia, & mutuum
obſequium ſibi à coniugibus impenſum, ha-
bet inſtitutionem in lege ciuili. ita Turrecre.
27. q. 1. c. quidam votum. Matrimonium verò
triplex eſt: quia aliud eſt legitimum, & non
8 † ratum, aliud ratum, & non legitimum,
aliud legitimum, & ratum. cap. fin. §. 1. 28. q. 1.
Legitimum matrimonium eſt, quod legali
conſtitutione, vel prouinciæ moribus contra-
hitur, hoc eſt apud infideles, licet non ſit ra-
tum, quia diſſolubile eſt, dato enim libello re-
pudij licet eis recedere ab inuicem, & alijs co
pulari lege fori, & non lege poli, quam non
ſequuntur. d. c. fi. vel diſſolubile eſt altero infi-
delium ad fidem conuerſo. Ratum matrimo-
nium apud fideles eſt, quando ſine ſolennita-
te ſolo affectu contrahitur, quorum matrimo-
nium ſemel initum vlterius ſolui non poteſt.
d. c. fi. §. ſeq. Legitimum & ratum eſt, quando
vxor à parentibus traditur, a ſponſo dotatur,
& à ſacerdote benedicitur, & mutuo conſen-
ſu perficitur. d. cap 30. q. 5. per totum, vſque ad
cap. nullum. Ad matrimoniũ verò multa ſunt
9 neceſſaria. Conſenſus : † quod ſit pubes, & ad
coeundum potens. gl. ſing. 39 q. 2. in ſum. arg.
33. quæſt. 1. cap. 1. nam non poteſt videri nu-
pta, quæ virum pati non poteſt. ff. quando
dies leg. ced. l. vlt. Si tamen ante ætatem illam
coire poſſunt, teneret matrimonium. extr. de
deſpon. impub. c. puberes. & c. de illis. vbi in d.
c. puberes deſcribitur ætas, quæ neceſſaria eſt,
in maſculo, ſcilicet 14. annorum, & in fœmi-
na 12. Eſt etiam tex. in cap. ex litteris. in cap. at-
teſtationes. & in cap. fin. Verum vt dixi, ſi non
ſit pubes, & tamen generare iam poſſit, & fę-
mina ſit viripotens, quia in talibus malitia ſup-
plet ætatem, matrimonium licitum contrahi-
tur inter eos. d. cap. de illis. c. contrahebatur. de
deſponſ. impuber. vnde vt refert glo. 20. q. 1. in
ſum. Gregor. narrat in Dialogo, de puero no-
uem annorum, qui impregnauit nutricem ſuã.
Hieron. enim in Epiſt. ad Vitalem de Salomo-
ne, & Achas refert quòd in 11. ſiue 10. anno
legantur filios generaſſe. Conſenſus verò
10 omnino in matrimonio † neceſſarius eſt,
cum ſit de ſubſtantia. cap. cum apud. de ſponſ.
Rurſum expreſſio conſenſus de præſenti pa-
riter neceſſarius eſt, cum ſit de forma matri-
monij. iux. not. in cap. tua nos. circa fi. de ſpõſ.
dum dicit, Cum in eo nec ſubſtantia coniu-
galis contractus, nec forma contrahendi con-
iugium valeat inueniri. Requiritur etiam nor-
ma in matrimonio quæ eſt de bene eſſe, & di-
citur conſuetudo, mos, vel ritus prouinciarũ,
ſiue gentium iux. not. in cap. 1. de ſponſ. Igitur
ſi vitietur ſubſtantia, vel forma, nihil agitur,
etiam ſi ſeruetur tertium, ſcilicet conſuetudo
regionum, ſi autem vitietur tertium, & ſer-
uata ſint duo præcedentia, nihil obeſt ad ve-
ritatem matrimonij, quia ſolus conſenſus
facit matrimonium. 27. quæſt. 2. cap. ſufficiat.
Verba tamen ſunt neceſſaria ad probationem
matrimonij, ſiue nutus, ſiue ſigna conſenſum
exprimentia, vt in cap tuæ fraternitati. & in
cap. cum apoſtolicæ. de ſponſ. Et intellige nu-
11 tum vel ſigna, eo quòd eſt etiam inter † mu-
tos, vel inter mutum & ſurdum, vel econtra,
dummodo per euidentia ſigna conſenſus mu-
tuus exprimatur. d. cap. cum Apoſtolicæ, & c.
tuæ, & l. mutus. ff. de iure dot. Attendenda

autem ſunt multa matrimonio, Primum, quod ſine dote ſi poteſt haberi, non debet contrahi matrimonium. 30. q. 5. cap. nullum. ſine dote, ſed hoc eſt de conſilio. iux. gloſſam ibi. ſecundum quod clandeſtinè non contrahatur, & licet in foro conſcientiæ liget, in iudicio tamen Eccleſiæ pro infecto habetur. 30. q. 5. per totum. ſeſſ. 24. cap. 1. de refor. matri. Tertium, quod matrimonium non poteſt contrahi ad tempus. 32. q. 2. cap. ſolet quæri. & cap. ſequen. Quartum, quod à Septuageſima vſq; ad octauam Paſchæ, & tribus hebdomadis ante feſtum Io. Baptiſtæ. & ab aduentu Domini matrimonia non debent ſolemniter contrahi. 33. q. 4. c. non oportet. vide de hac re Conc. Trid. quod adduximus in noſtris deciſionibus. cap. 85. num. 27. Quintum, quod in matrimonio conſtitutis certis temporibus debent à coitu abſtinere, videlicet tempore communionis. 33 quæſt 4. cap. 1. ſed hoc eſt de conſilio, cum tantum pro mortali abſtinendum ſit à corpore Chriſti. de conſecr. diſtin. 2. cap. quotidie. & cap. & ſi non ſunt. Ita glo. in d. cap. 1. Item in die Natiuitatis Chriſti, & in alijs feſtiuis diebus. 33. q. 4. cap. quotieſcunque. Item in tempore ieiuniorum. 33. q. 4. c. ſi cauſa. cum duobus ſequen. Item tempore conceptus, & ablactationis pueri. 5. diſt. c. ad eius. Item tempore menſtruorum. Sed hæc omnia ſunt de conſilio, ea ratione, qua ſupra diximus, cum tantũ pro mortali, &c. Cauſæ autem matrimonij
12 † quædam ſunt, per quas contrahitur matrimonium, vt ſponſalia, & conſenſus. Quædam propter quas, & ex his quædam ſunt principales, vt intentio ſuſcipiendi prolem 32. q. 2. cap. pudor, vel vitandæ fornicationis. 32. q. 2. cap. ſicut. §. ſeq. & cap. quicquid. Aliæ ſecundariȩ, quȩ ſunt multæ, vt pulchritudo fœminæ, diuitiæ: Amicitiæ, amicorum copia, pacis reformatio. Bona verò matrimonij ſunt tria. Fides, Proles, Sacramentum. cap. omne. 27. q. 2. Sed impedimenta matrimonij quæ ſint, adnotauimus in noſtris Deciſ. lib. 2. cap. 85. Hæc gloſſa not. 27. q. 1. in ſumma. Sed modo ad Deciſiones deueniamus.

Prima. Matrimonium multas habet præ-
13 rogatiuas, † & multa ſpecialia. Et prima, qa matrimonium fuit inſtitutum à Deo, & in Paradiſo, & in ſtatu innocentiæ, vt clarè afferit Bonif. VIII. in cap 1. de voto. in 6. dicens Matrimonij verò vinculum ab ipſo eccleſiæ (rerum omnium conditore ipſum in Paradiſo, & in ſtatu innocentiæ inſtituente) vnionẽ, & indiſſolubilitatem accepit. Secunda, ſacramentum matrimonij ſecundum Hoſt. habet præeminentiam ratione ſtatus, quia inſtitutum fuit ante peccatum, de quo etiam dictum eſt, & eſt gl. in d. c. vnico. Tertia, ſecundum eũdem ratione loci, quia in Paradiſo. Quarta ratione temporis, quia ab initio mundi. Gen. 2. Dixit quoque Deus, non eſt bonum vſque ſibi. Ex quo patet, quôd ſacramentum, & ordo matrimonij omne ſacramentum, & ordinem præcellit antiquitate, & ideo longiſsima præſcriptione fulget. Quinta ratione ſignificationis. Et ideò hac ratione hoc ſacramentum dicitur cæteris excellentius. 27. q. 2. cap. cum ſocietas. cap. debitm. de bigamis. Sexta, quia Deus primus nuptias in Paradiſo ordinauit. Gen. 2. Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. & verbo confirmauit. ſecundum illud. Matt. 19. Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, præſentia decorare volunt, atque miraculo illuſtrare: initium vtique ſignorum Domini in Chana Galileæ, vt nos diximus diffusè in noſtris ſerm. in dom. infr. octauam Epiphaniæ. ſerm. vni. Septima, quia eccleſia ſolenni, & excellenti benedictione nuptias, & matrimonia benedicit, cum coniugibus iuxta altare ad miſſam in præſentia dominici corporis exiſtentibus, confeſſis, & abſolutis, ac deuotè in ſinceritate fidei poſtulantibus corpus Domini adminiſtrat. 30. q 3. c aliter ibi, & ſuo tempore ſacerdotaliter vt mos eſt cum precibus, & orationibus, vel oblationihus a ſacerdote benedicatur. accedit 31. diſtin. c. ſeriatim. ibi, vxorem ducere. & 23. diſt. c. ſi.

14 Secunda. † Matrimonium habet multa ſpecialia. Et primnm, quia confeſsio coniugum non præiudicat matrimonio contrahendo in foro fori quo ad totalem ſeparationem, niſi aliud adminiculum interueniat. c. 1. de eo, qui cogn. conſan. vx. ſuæ. Et ratio eſt: quia ſi confeſsioni coniugum ſtaretur contra matrimonium quoad totalem ſeparationem per ſniam diuortij, coniuges, quorum vnus alteri diſplicerer. c. quanto. de diuor in ſi. poſſent inter ſe colludere, & ad confitendum contra matrimonium facilè proſilire. d. c. 1. Secundum, ſtatur confeſsioni coniugum pro matrimonio, & præiudicat confitenti. 30. q. vlt. c. ſi quis diuinis. §. his ita. 31. q. 2. c. Lotharius. c. 2. de cland deſponſ. Tertium, quia ſimplex votum non dirimit matrimonium præcedens ipſum votum, immò nec contrahendum, qui ſi de facto contrahat, tenet, nec dirimitur contractum. cap. rurſum. qui cler. vel vouent. quia ſimplex votum ſoluitur ſuperueniente matrimonio. 27. diſt. c. ſi vir. 27. quæſt. 1. cap. nuptiarum. c. meminimus. in ſi. cap. conſuluit. de ſponſ. Quartum, quia pater, & mater admittuntur in teſtes c. videtur, qui matr. accuſ. poſſ. Quintum, quia pater, & mater in teſtimonio cæteris præferũtur. cap. ex his. de ſponſ. Sextum, quia matrimo-





nium, & eius dependentia ſunt eccleſiaſtici fori. c. tuam. de ord. cognit. c. lator. qui fil. ſint legit. c. 3. de dona. inter vir. & vxor. Septimum, quia nec tranſactio, nec arbitrium admittitur. cap. vlt. de tranſact. c. cauſa. §. ſi. de affin. Octauum, quia ſemper in dubio pro matrimonio eſt iudicandum. c. ſi. de re iudic. niſi vbi matrimonium nõ poteſt tenere propter periculum animæ. cap. iuuenis. de ſponſal. Nonum, quia nec mulier, nec maritus habet poteſtatem ſui corporis. c. non debet. §. quaternarius. de conſang. & affin. Decimum, quia ſententia pro eo lata, non facit ius cap. lator de re iud. Vndecimum, quia cum matrimonium ſit magnum ſacramentum, ideo eius cauſa non eſt tractanda niſi per magnos Iudices, hoc eſt, Epiſcopos, cap. pen. in ſi. de reſtit. in integr Duodecimum, quia idem inuenitur accuſator, & teſtis. 35 q. 6. c. Epiſcopus in ſynodo. Tertiuſdecimus quia poteſt contrahi ſub conditione etiam impoſsibili, nec propterea vitiatur. cap. fin. de cond. appoſ. quia illa pro non adiecta habetur. Henric. in cap. ſi conditiones. eod. titu. Quartusdecimus, quia diuidit patrem, & matrem à filio. c. debitum de bigamis.

15 Tertia. Ad matrimonij † validitatem tria requiruntur, fides, proles, & ſacramentum, vt dicit Aug. ſuper Gen. & & refert Magiſt. Sent. in 4. diſt. 31. cap. 1. dicens. Nuptiale bonum tripartitum eſt, ſcilicet fides, proles, & ſacramẽtum. De prædictis etiam tribus bonis agitur in Decretis 27. q 2. cap. omne. & 32. q. 1. cap. ſicut. fine. Fides inquam, caſtitas thori, & vinculum coniugale, ne cum alio, vel alia coeatur. Proles, ideſt ſpes, & intentio procreandi prolem, atque ad fidem, & cultum Dei religiosè educandi, ſiue ſequatur proles, ſiue non. Et ſacramentum, ideſt inſeparabilis animorum còniunctio, vt coniugium non ſeparetur, & dimiſſus, & dimiſſa, nec cauſa prolis alteri coniungatur.

Quarta. In matrimonio principalius eſt,
16 † ſacramentum, quam ſit fides, vel proles. Tum quia eſſentialius. Quod autem ſit dignius patet: quia bonum fidei, & bonum prolis, pertinent ad matrimonium, inquantum eſt ſacramentũ gratiæ. Sed dignior eſt gratia quàm natura, ergo, &c. Quod autẽ ſit eſſentialius ſacramentũ ad matrimoniũ q̃ fides, & proles, patet: quia ſacramentum dicit inſeparabilitatem. Sed inſeparabilitas eſt eſſentialior matrimonio, quam bonum prolis & bonum fidei: quia poſtquam matrimonium eſt contractum, poſſunt ab ipſo ſeparari, bonum prolis, & bonum fidei, vinculo tamen matrimonii remanente. Nã ſi coniuges venena ſterilitatis procurent, ẽt ex pacto inter ſe, vel cõcordia, non propter hoc ſoluitur matrimonium prius contractum, quamuis ſi tale pactũ interueniſſet in contrahendo, nullum fuiſſet matrimonium. Si etiam ob cauſam fornicationis coniuges ſeparentur, adhuc tamen remanet matrimonij vinculum inter eos, ita vt illis viuentibus alteruter contrahere cũ alio, vel alia, minimè permittatur, non tamen manet inter eos mutua obligatio ad exigẽdum ſibi mutuo vſum ſui corporis, etiam ſi hoc alter exigeret. Inſeparabilitas verò in matrimonio adhæret, vt ſine illa matrimonium eſſe nõ poſſet, & inſeparabilitas pertinet ad ſacramẽtum, ergo ſacramentum fide, & prole principalius eſſe dignoſcitur. Sic tenet etiam Rich. in 4. ſent. diſt. 31. art. 1. q. 3.

17 Quinta bonum ſacramenti † adeò neceſſarium eſt, vt ſine illo matrimonium non ſit, vt ſupra diximus, licet ſit matrimonium prȩſumptum, quo ad eccleſiam, quod vero matrimonio æquiparatur. c. is qui. de ſponſ. Sic bonum fidei, quod eſt duplex, ſcilicet eſſentiale, quod eſt non negare vſũ ſui corporis, ſi cõiunx alius petat, neceſſarium eſt ad minus habitualiter, & implicitè. Sed accidentale, quod eſt acceſſorium, ſcilicet non exhibere alteri, quàm ſuo coniugi, vſum ſui corporis non eſt ad contrahendum matrimonium neceſſarium. Sic matrimoninm ſi contrahatur non cogitando ſuſcipiendi prolem, nec actualiter, nec habitualiter, erit matrimoniũ. Sic contrahatur matrimonium ſine intentione prolis, ſed cũ intentione euitandi prolem, vt puta quia contrahitur cum muliere ſterili, vel vetula. Sed ſi contrahatur cum intentione euitandi prolẽ, tunc non eſt matrimonium. 32. q. 2. c. ſolet quæri. de condit. appoſ. cap. ſi.

Sexta. Qui tempore contractus matrimo-
18 nij † animum habuit ſeruandi dicta bona, ſed poſt illud contractum mutauit voluntatem, valet matrimonium: quia ex quo ſemel eſt cõiugium, numquam deſinit. 32. q. 7. c. 1. & 2. de diuor. c. quanto. 32. q. 2. c. horrendus, & 32. q. 1. c. Dixit Dominus. Pariter ſi per contrahentes nihil de prædictis bonis extitit cogitatum, quia ſufficit, ꝙ conditionem contrariam non apponant, quam ſi apponerent, matrimonium nullum eſſet, vt ſi diceret vir. Contraho tecũ, ſi aliam potero accipere: quia hæc eſt conditio contra fidelem, vel contraho tecum, ſi prolem volueris euitare, quia hæc eſt conditio contra prolem: vel contraho tecum, ſi pro quæſtu te tradas adulterandam. 20. q. 4. c. inter cætera. 32. q. 4. c. aliquando. & c. ſolet quæri. & c. ſi. de condit appoſ.

19 Septima. Multæ cauſæ poſſunt † eſſe inductiuæ ad matrimonium, quæ eſſe poſſunt ſine

peccato,dum tamen ſiſtatur in eis,ſcilicet pul
chritudo,Gratia,Diuitiæ,Mores,Sapientia,&
Virtus . Verumtamen ſi in eis ſiſtatur,ſcilicet
in pulchritudine,vt quia conſentit in aliquam,
propter pulchritudinem,& eius finis, & obie-
ctum eſt tantum extorquere, & quærere copu
lam carnalem, & non ducere vxorem , & tūc
cum talis intentio libidinis eſſet contra ſacra-
menti veritatem,excluderet matrimonium.Si
verò quis conſentit in aliquam , vt eam ducat
in vxorem,propter explendam libidinem , nō
excluderet matrimonium hæc Bonauen. diſt.
30.art.3. Sic ſi pulchritudo eſt cauſa inducens
ad matrimonium , poteſt eſſe ſine peccato ad
minus graui, cum pulchritudo naturaliter at-
trahat animum ad amorem . Verum ſi pul-
chritudo eſt ſicut cauſa principalis,& tunc eſt
cauſa minus honeſta , quæ non debet inten-
di , in matrimonio , ſed filiorum procreatio,
vel aliud ſimile.Hæc Bonauen diſtin. 30.in ex-
poſ.28.q.6.

Octaua. Circa matrimonium legitimum
20 tantum matrimonij † vinculum non per ſen-
tentiam , ſed ipſo iure ſoluitur, ſi alter coniu-
gum ad fidem catholicam conuertatur: nam
non ſolum in ſua eſt facultate non habitandi
cum infideli vt quia non poteſt ſine blaſphe-
mia diuini nominis , vel quia eum pertrahere
vult ad mortale , ſed etiam poteſt contrahere
abſq; peccato,& aliam ducere etiam poſt car
nalem copulam.ita tex.& glo. in c.ſi infidelis.
28.q.1.& 28.q.2.c.2.de diuor.c.gaudemus. In-
fidelis verò ſi contraxerit peccat.glo.& Doct.
in cap quanto. de diuort. Quod ſecus eſt in
21 hæreticis,† quia tam catholicus, quam hære-
ticus,vel hæretici,ad ſecunda vota migrantes,
peccant mortaliter , nec tenet matrimonium
ſuperſtite coniuge quamuis hæretico, vel hæ-
retica, licet in hoc caſu maior appareat con-
tumelia creatoris.vt dicit tex.in d.c.quanto.§.
ſi verò.Magis enim delinquunt fideles apoſta-
tando , quàm infideles in infidelitate manen-
do.32.q.4.c.in eo.Et ratio diuerſitatis eſt:quia
matrimonium contractū inter infideles , quā-
uis fuerit legitimum, nunquam tamen fuit ra-
tum,ſed matrimonium fidelium, quod legiti-
mum eſt,& ratū, habens fundamentū virtutis
ſacramentalis, & fidei , rationabilius perſiſtit
in ſpe reductionis erratis, & expectatione re-
ſipiendi ad catholicam veritatem. Rurſum ſi-
cut pro carnali fornicatione dimitti poteſt
coniux à thoro, & habitatione ſine ſpe tamen
alteri nubendi viuente coniuge , ſic pro ſpiri-
tuali fornicatione, ſcilicet ꝑ lapſu in hæreſim
iux.not.32.q.7.c.omnes cauſationes, & 28.q.1
c.idolatria.vbi gl ſuper verbo,recede.

Nona. Catholicus ex præcepto tenetur re-
22 cedere † ab hæretica , vel econuerſo : ex quo
hæreticus,vel hæretica in notorio crimine hæ
reſis perſeuerat:vt plenè notatur in c.quemad-
modum §.illud autem , de iureiur glo. in cap.
non ſolum.28.q.1. Si autem velit ſe corrigere,
& agere pœnitentiam, non licet vxori virum
dimittere,immo ſi dimiſerit,compellenda eſt
ad virum redire,ex quo ad fidem reuerſus eſt,
niſi iudicio eccleſiæ ſeparata religionem fuiſ-
ſet ingreſſa.iux.not.in cap.de illa. in cap. quæ-
ſiuit de diuort in cap. fin. de conuer. coniug.
27.q.2.c.Agathoſa Nam ſicut cōiunx lata ſen-
tentia de adulterio contra coniugem poteſt
religionem intrare. d. c. Agathoſa. ita etiam
lata ſentētia de fornicatione ſpirituali,ſcilicet
de hæreſi.Si vero lata ſententia non fuerit re-
ligionem ingreſſa,non cogetur redire,ſed ſtat
in eius poteſtate;& ita intelligitur.c.de illa.in
fi.cum dicit.Si verò iudicio eccleſiæ ab eo re-
ceſſit, ad recipiendum eā nullatenus dicimus
compellendam.

23 Decima . Infideles ſi contraxerint † matri-
monium in gradibus prohibitis per legem di-
uinam , conuerſi ad fidem , non poſſunt licitè
manere in eo , quia in tali caſu neque legiti-
mum potuit eſſe matrimonium,neque ratum,
vt dicit glo.in d. cap. gaudemus. de diuor. &
ibi Io.Andr.& Dom.Anto.in c.litteras.de re-
ſtit.ſpol.Quæ autem ſint perſonæ,quæ prohi-
bentur contrahere ſecundum legem diuinam.
numerantur aliquæ per glo. in d. cap. gaude-
mus.in glo.1.

Vndecima.Licet inter fidelem,& infidelem
24 † nullum poſſit eſſe matrimonium. 28. q.1.§.
ex his.& c.caue tibi. cum hoc ſit prohibitum
de iure diuino. Exod. 34. Caue ne vnquam cū
habitatoribus illius terræ , ſcilicet Amorreo-
rum , & Cananæorum , qui erant infideles,
ſequitur tex. iungas amicitias . & infra. Nec
vxorem de filiabus eorum accipias.Sponſalia
tamen ſub conditione,ſcilicet ſi infidelis con-
uertatur ad fidem, bene poſſunt contrahi. 28.
quæſt.1.cap.non oportet. Inter infideles verò
legitimum eſt matrimonium , ſed non ratum.
28.q.1.cap.fin.§ non negat.de quo ſupra dixi-
mus.num.8.

Duodecima.Quia de matrimonio rato tā-
tum multa diximus in noſtris Deciſ. cap.85.
num.26.& cap.86.lib. 2.Ideo deueniamus ad
matrimonium legitimum , & ratum . Vbi ad
eius eſſentiam num.9.diximus , quod plura re-
quiruntur. Et primo conſenſus , de quo ſit iſta
Deciſio. Conſenſus expreſſus per verba de
25 præſenti † ſi deſit conſenſus interior in foro
conſcientiæ , vbi ſola facti veritas inſpicitur,
cap. tua nos, de ſponſ. non facit matrimoniū:
cum nuptias , non concubitus , ſed conſenſus
faciat,



faciat, & in omnibus ſacramentis ſit neceſſa-
ria intentio volūtaria faciendi illud , quod fa-
cit eccleſia.ſed in foro fori. vbi proceditur ſe-
cundum allegata,& probata,ſi dolus probari
poteſt euidentibus ſignis,eccleſia non iudica-
bit pro matrimonio.Si verò probari non po-
teſt,iudicabit.Stabit enim verbis. D.Thom.4.
diſt.27.q.1.art 2.q 4.Bonau.diſt 17.art.2.

Tertiadecima. Licet ſine conſenſu fœdus
26 † coniugale perfici nequeat. c. cum locum.c.
tua nos.de ſponſ. Tamen hoc non oportet in-
telligere de conſenſu cohabitationis, aliàs in-
ter fratrem & ſororem,inter filium,& matrē,
eſſet matrimonium,quod eſſe nō poteſt.c.lit-
teras.§.opinioni.de reſt.ſpol. c. non debet. de
conſang. & affi. Nec de conſenſu copulæ car-
nalis,alias inter Beatiſſimam Virginem,& Io
ſeph non fuiſſet matrimonium , quod eſt fal-
ſum.Propoſuerat enim Beata Virgo in virgi-
nitate manere.27.q.1.c.ſufficiat.§.ſi ergo. Sed
intelligitur de cōſenſu matrimonialis, ſeu cō-
iugalis ſocietatis.d.c.cum locum. inſt. de nup.
in prin. Qui quidem conſenſus non fit in car-
nalem copulam explicitè . ſecundum D.Tho.
diſt 28.Sed tantum implicitè: quia in coniuga
li ſocietate implicatur , mutua poteſtas com-
municationis non tantum rerum , ſed etiam
corporum.Vnde copula ſequens eſt matrimo-
nij effectus,ſiue vſus,non quidem neceſſarius,
ſed voluntarius,ſicut not.Aſtenſ.lib 8. titu de
ipſo matrimonio.q.Quid eſt.

Quartadecima. Conſenſus inter quos licitè
poteſt interuenire , & in quibus rationis eſt
vſus , inter illos poteſt contrahi matrimoniū.
27 Et ideò furioſus . & mente captus , † aut fa-
tuus,vel ebrius matrimonium contrahere nō
poſſunt:quia non poſſunt conſentire, niſi ha-
beant dilucida interualla ; vel niſi ceſſauerit
ebrietas.iux.not in c.dilectus. de ſponſ. & 32.
q 7.c.neq; furioſus.& c.vt hi , qui.Vbi attendi-
tur tempus contracti matrimonij:Nam ſi ſani
contraxerint,& poſtea ſuperuenerit amentia,
vel furor,non propterea diſſoluitur matrimo
nium. vt in d. c. vt hi qui. Ad quæ faciunt not.
7.quæſt.1.cap.quamuis.12 q.2.cap. Gonſaldus.
27.quæſt. 2. cap. ſufficiat. De ebrietate intelli-
ge , quando tanta fuerit , quod vſum rationis
abſtulerit.

Quintadecima. Ad matrimonium contra-
28 hendum requiritur conſenſus mutuus † ex-
preſſus per verba de præſenti , vel per aliqua
ſigna in non potentibus loqui. Ratio autem
quare requiratur expreſſio mutui conſenſus ꝑ
aliquod ſenſibile ſignum,eſt : quia matrimo-
nium eſt ſacramentum, & in quolibet tali re-
quiritur aliqood ſenſibile ſignum. Ergo in ma
trimonio. Tum etiam quia in matrimonio fit
quidem contractus inter virum,& mulierem,
ſed in quolibet contractu oportet eſſe expreſ-
ſionem verborum, vt ſibi inuicem voluntatē
ſuam promant, qui contrahunt, & ſibi inuicē
obligēt homines,ergo ī & matrimonio opor
tet eſſe conſenſum per verba expreſſum , vel
per aliquod ſignum . Hinc inferuntur duo : &
primum , quòd muti poſſunt contrahere ma-
trimonium . Secundum , quòd inter abſentes,
29 qui nunquā ſe viderunt,poteſt contrahi † ma-
trimonium per procuratorem, & litteras cō-
ſenſus mutuos exprimētes,dum tamen fama,
vel auditu,vel aliquo modo ſe nouerint.vt 30.
quæſt.5 cap.nec illud in glo.& 32.quæſt.2.cap.
non omnis.§. cum dicitur. in glo. & cap. ho-
norantur.cap.ex parte 2.in tex.& glo. de con-
30 uerſ.coniug. Qui quidem procurator † vt ſit
idoneus, debet ſuper hoc habere ſpeciale mā-
datum.c.fin.de procur & ibi glo.ſcilicet,quòd
perſona ſit certa, & expreſſa , ad hoc extr. de
arbitr. cap. innotuit. An vero geſtum ſine tali
mandato poſſit ratificari , ita vt matrimoniū
teneat,dic q̄ ſic,vt habetur in c.vnico.§.por-
rò.de deſponſ. impub. in 6. Ex quo etiam in-
fertur, quòd etiam in requirentibus ſpeciale
mandatum , immò ſpecialiſſimum,poteſt ha-
bere locum ratihabitio , & operatur idem
quod ſpecialiſſimum mandatum præcedens,
vt d § porro.vide in cap. cum quis. de ſenten.
excommu.

Sextadecima . Conſenſus . qui requiritur in
31 matrimonio, † debet eſſe liber:nam licet re-
gula ſit,quòd geſta per metum teneant.vt no.
Abb.in c.Abbas.de his, quæ vi. tamen fallit in
matrimonio, in quo exigitur libera voluntas.
cap cum locum.cap.conſultationi. & c.Gem-
ma.& cap. fin. de ſponſ. nam in cauſa matri-
moniali qualiſcunque metus interueniat cul-
pa ſua , vel ſine culpa ſua , matrimonium non
tenet . vt dicit glo.d. cap. Abbas, & ratio eſt :
quia inuitæ nuptiæ exitiales exitus conſueue-
runt habere. cap. requiſiuit. de ſponſ. & l fin.
in fin. C. de ſponſ. In duobus tamen caſibus
32 † matrimonium metu contractum ratifica-
tur per copulā inde ſequentem. Primus,quan-
do habita poteſtate reclamandi non reclama
mauit . Secundus quando metu inſufficienti
cogeretur ad copulam.Pariter in duobus etiā
caſibus non ratificatur. Primus , quando per
vim abſolutam contrahit.facit tex. in c.maio-
res. de baptiſ cap. presbyteros. diſtin 50. Se-
cundus , quando per metum ſufficientem , ta-
lem, qui poſſet cadere in conſtantem virum.
vt in cap veniens. in fi.de ſponſ. Minor tamen
metus excuſat fœminam , quàm virum. argu.
32.q.7.cap.indignantur.Hæc Petr.4.Sent diſt.
29.art.3.q.2.

33 Septimadecima. Proteſtans,† quòd omnia, quæ dicet, vel faciet, non dicet nec faciet animo contrahendi matrimonium, & poſtea proferens verba apta ad illud contrahendum, tunc matrimonium contrahere cenſetur: quando talis proteſtatio fit ſine iuſto metu, ſeu alia iuſta cauſa, quæ proteſtationem meretur, cap. ex litteris. de ſponſ. & matrim. quia tunc per contrarium actum videtur receſſum à proteſtatione. c. ſolicitudinem. de appel. etiam ſi ſtatim poſt proteſtationem dixerit illa verba: qa poteſt quis ſtatim poſt illam mutare voluntatem. arg. ff. de hæred. inſtit. l. ſi ita ſcriptum. & de adim. leg. l. 3. §. fi. & l. ſeq. Si vero fit ex iuſta, & rationabili cauſa, & tunc per verba ſubſequentia non videtur receſſum ab eo. 32. q. 2. c. Lotharius. c. 1. quod met. cauſ. Hoſt. in cap. tua nos. de ſponſ. quem ſequitur Arch. in c. ſi delegatus. nu. 2. de offi. iud. deleg. niſi poſtea carnalis copula ſubſequeretur.

Decimaoctaua. Quia matrimonia libera eſſe debent. Hinc fit, quòd pater non poteſt
34 cogere † filium, vt contrahat matrimonium vel generaliter cum quacunque muliere, vel ſpecialiter cũ aliqua determinata. c. de deſpõſ. impub. & ratio eſt: quia cum in matrimonio ſit quædam ſeruitus perpetua, pater non poteſt cogere filium; cum ſit in hoc liberæ poteſtatis ad matrimonium cõtrahendum. ſed poteſt eum inducere ex rationabili cauſa, & tunc: ſicut ſe habet filius ad cauſam illam, ita ſe habet filius ad præceptum patris, vt ſi cauſa illa cogat de neceſſitate, vel honeſtate, & præceptum ſimiliter cogat, aliàs non. Et nec obſtat quod dicitur ad Coloſ. c. 3. Filij obedite parẽrentibus veſtris, per omnia, quia non intelligitur ſimpliciter, & vniuerſaliter, ſed de omnibus pertinentibus ad patriam poteſtatem. Pariter nec obſtar, ꝙ pater ſpiritualis, ſcilicet Papa, poteſt cogere aliquem ad matrimonium ſpirituale, ſcilicet ad accipiendum Epiſcopatum: quia Papa habet maiorem poteſtatem ſuper membra Eccleſiæ, quàm patres carnales ſuper filios. Aſten. lib. 8. de cauſa effic. matr. art. 8. Henric. d. c. 1.

Decimanona. Matrimonia, vel ſponſalia à
35 parentibus † pro filijs contracta, filios non obligant in his caſibus. Quorum primus, quãdo filij non haberent legitimum conſenſum, vt quia ſunt minores ſeptennio, intellectu carentes. c. litteras. c. acceſſit. c. duo pueri. de clãd. deſponſ. & ratio eſt: quia ex quo filij non poſſunt contrahere matrimonium, per ſe, nec parentes pro eis. arg. 47. diſt. cap. ſicut hi. c. licet pater. de ſepul. in 6. Quod intellige, niſi poſtea venientes ad ſtatum habilem ad contrahendũ. contractum factum per parentes, ratificauerint ſcienter. c. vnic. in prin. & §. porro. verſ. Et eſt idem. de deſponſ. impub. lib 6. Quia ſi conſtaret, quòd non habuerint notitiam de actu geſto per parentes, & ſi cohabitarent ſimul, & conuerſarentur, immo ſi copula carnalis ſequeretur, non ratificaretur matrimonium. arg. eorum, quæ not. in cap. fin. de coniug. ſeru. Franc. in c. 1. de deſponſ. impub. lib. 6. Secundus, parentes non poſſunt contrahere matrimonium, vel ſponſalia pro filijs expreſſe contradicentibus. 32. q. 2. c. vbi. d. §. porro. niſi poſtea ſponte inter eos, & ſcienter carnalis copula interceſſerit. vt not. Innoc & poſt eum Hoſt in cap. ex literis. de deſponſ. impub. Tertius, quando filijs præſentibus non contradicentibus expreſsè, quia non ſunt ætatis legitimæ, licet debeãt ſaltem de honeſtate adimplere factum parentum. d. cap. tua. de deſponſ. impuberum. Quartus, quando eis abſentibus, & exiſtentibus in legitima ætate, nec expreſsè, nec tacitè ratificantibus factum parentum. Ita caſus expreſſus. 27. quæſtio. 2. c. lex diuina. Innoc. & Hoſt. in d. c. tuæ. 2. reſpon. glo. in cap. exiſtimant. 1 . queſt. 2. Quintus, quando ſponſalia, vel matrimonia contraherentur per alios, quam per parentes vt puta per patruos, aut fratres, quia tunc non obligantur per tacitum conſenſum, & per conſequens non ſufficeret ſola præſentia, & taciturnitas, ſed eſſet neceſſaria ratihabitio tacita, vel expreſſa. ita Inn. in c. 1. de deſp. impub. Archi. in d. §. porro. vbi etiam Franc. Henr. in d. c. tua. Hoc eſt expreſſus conſenſus, vel ratihabitio: Nullã enim poteſtatem poteſt habere patruus, vel frater meus me obligandi ſine mea expreſſa licẽtia, vel ratihabitione, potiſſimè vbi eſt caſus, vbi verba requiruntur, vt eſt in matrimonijs, & ſponſalibus. c. tuæ. c. ſi inter. de ſponſal. Verum quod dictum eſt de parentibus, extende etiam ad matrem, ſicut & de ipſa dicitur, quod põt filium offerre religioni. 20. q. 1. c. 2. & q. 2. c. 1. & c. 2. de regul. Sed in multis etiam caſibus fi-
36 lij † obligantur ad matrimonia contracta à parentibus. Et primus, quando contrahunt filijs mandantibus, & poſtea non contradicentibus, nam tunc perinde eſt, ac ſi ipſi filij contraherent: ita quòd ſi ſint legitimæ ætatis ad matrimonia contrahenda, vel ſponſalia, obligantur, & ex eis oritur iuſtitia publicæ honeſtatis. d. §. porro. Secundo, quando eis abſentibus, poſtea expreſſe, & ſcienter ratificauerint huiuſmodi contractum, vel etiam tacitè. d. §. porro. verſ. Et eſt idem. quia tunc obligantur, & exinde oritur iuſtitia publicæ honeſtatis.

37 Vigeſima. Matrimonium † contractum patre cogente, valet, & tenet. Et hoc quãdo coactio fuit leuis, videlicet ſolum per viam indignationis, probatur per tex. in l. ſi patre. ff. de ritu nupt. c. cum locum. de ſponſ. c. quoties. de pact. in 6. c. cum contingat. de iureiur. in quibus iuribus requiritur probatio metus ad hoc vt contractus irritetur: quia ſola irreuerentia non irritat contractum, & hoc expreſsè tenet Abb. in c. nonne. de præſumpt. vbi dicit, quòd matrimonium contractum per partem in præſentia filij tacentis, valet. Et ſic ſola reuerentia paterna, non irritat contractum ſed requiritur violentia, puta qood pater eſt terribilis homo, & ſolet male ſe habere erga filios, qui contradicunt ipſi patri. Do. Abb. in d. cap. nonne.

Vigeſimaprima. Matrimonium ſi contra-
38 hit filia abſque † licentia patris, tenetur pater illam dotare. glo. ſing. in c. hoc Sanctum. 32. q. 2. Quod tamen limitat alia glo. ſing. in cap. de raptoribus. 36. q. 1. niſi filia eligeret ſibi maritum indignum: quia tunc dotare non cogeretur. Fran. in c. vni. §. porro. de deſponſ. impub. in 6. Vbi etiam dicit, ꝙ nec filij poſſunt exhæredari à parentibus, ex hoc, quòd contraherẽt matrimonium ipſis contradicentibus. vt dicit Io. And. & Doct. in c. 1. de ſponſ. Et hoc niſi nuberent indignis. Doct. in d. c. 1. & eſt de mente glo. in d. c. de raptoribus. Quod procedit, niſi pater diſtuliſſet maritare filiam vſque ad 25. annum, quia ſi poſtea nubat indigno, cogetur pater ad eam dotandam: nam pater etiã ſi filia tunc luxurioſè viuat, vel nubat indigno, nõ põt eam exhæredare. vt in auth. ſed ſi poſt. C. de inoff. teſt. ergo nec poteſt denegare dotem: quia ex eiſdem cauſis poteſt dos denegari, ex quibus põt exhæredatio fieri: vt in auth. de nupt. §. ne optime. Et ſcias, ꝙ non ſolum dicitur indignus ille, qui dato quod eſſet nobilis, tamen de iure non poterat cum eo eſſe matrimonium, vel ratione conſanguinitatis, vel alterius impedimenti: quia nuptiæ debent eſſe conuenientes de iure, & de facto, vt dicit glo. ſingu. in l. ſi rogatus. §. matrimonij. ff. de manum. vindic. Quod tu intellige, niſi fuerit diſpẽſatum ſuper impedimento, quia diſpenſatio de illicito facit licitum. cap. quod dilectio. de conſ. & affin. gl. in c. literas. de reſt. ſpol.

Vigeſimaſecunda. Vir, aut mulier tran-
39 ſiens ad ſecũdas † vel vlteriores nuptias, non debet benedici benedictione illa, quæ fit ſpecialis cum pallio cui nubentes ſupponuntur, de qua loquitur tex. in c. uir, aut mulier. de ſec. nupt. in his caſibus. Et primus, quando notoriũ eſſet virum corruptum, aut mulierem corruptam, nam tunc benedictio non præſtatur, quia niſi virgo cum virgine contraxerit, non debet ſacerdos benedictionem præbere. 31. quæſtio. 1. cap. de his. Et ſic diſpenſatio debet fieri in virginitate. ſecundum Hoſtiẽ. in ſum. de ſecund. nupt §. an licitum. Quod ſi verum eſſet ſecundum Henric. paucæ benedicerentur. Secundus, quando tranſeuntes ad ſecundas nuptias, vel vlteriores fuiſſent aliàs benedicti, vel alter eorum: quia tunc non debent amplius benedici, & ita intellige tex. in d. cap. de his. Quod niſi virgo cum virgine contraxerit. Hoſt. ſupra eod cap. 1. Quod verum eſt, etiam ſi conſuetudo eſſet in contrarium: & Papa eam ſciat, niſi ex certa ſcientia ipſam approbaret. cap. 2. de temp. ordin. capitu. 1. de cogn. ſpirit. Si vero ſecundæ nuptiæ eſſent ſecundæ ex parte viri, ſed primæ ex parte mulieris, tunc nuptiæ debent benedici. Et hæc eſt opinio S. Thom. quæ communiter ſeruatur. Aſtenſ. de ſecund nupt. libr. 8. Vtrum ſecundæ nuptiæ. Tertius. Nuptiæ non debent iterum benedici, etiam ſi primum matrimonium, quod alter eorum cum alio, vel alia contraxit poſt benedictionem, & ante copulam carnalem, ſeparatur propter impedimentum conſanguinitatis probatum, vel aliud canonicum, & alter conuolaret ad ſecunda
40 vota. & ratio eſt: quia nuptiæ † non dicuntur propriè benedici: ſed ipſæ perſonæ. quare negari non poteſt, quin ipſæ perſonæ ſint benedictæ. cap. conſultationi. de temp. ordin. Vnde ſequitur, quod benedictio ſemel recepta amitti non poteſt. c. quanto. de diuort. quia factæ cauſæ non poſſunt non fieri. 32. q. 5. cap. ſi Paulus.

Vigeſimatertia. Matrimonium contrahi nõ
41 debet † ante tempus diſcretionis, quod in puella, eſt annus duodecimus, in mare, quartuſdecimus. c. puberes. c. continebatur. de deſp. impub. Nam illud tempus neceſſarium eſt, vt vterque poſſit deliberare ſufficienter de matrimonio, & reddere debitum ſibi inuicem, ad quod vnus alteri in contractu matrimonij obligatur. Hoc autem vt in pluribus eſt in maſculo in anno 14. & in fœmina in anno 12. Quia tamen præcetpa iuris poſitiui ſequuntur illud quod eſt, vt in pluribus. ſi aliquis ad perfectionem perueniat ante tempus prædictum, ita ꝙ vigor rationis ætatis defectum ſuppleat, matrimonium non dirimitur. Et ideo ſi contrahentes ante annos pubertatis ante tempus prædictum fuerint carnaliter copulati, nihilominus matrimonium indiſſolubile erit. Quare autem hoc tempus compleatur citius in puella, quam in mare, eſt, quia difficilius eſt agere, quã pati. Tum quia natura imperfecta in muliere appetit virum, ſicut materia formam, vnde propter maiorem apppetitum naturæ fit acceleratio maior.

Vigeſimaquarta. Ex copula inducetur ma-



 trimo-

trimonium † ſi contraho cum aliqua, ſi virginem inuenero glo in cap. per tuas. de cond. appoſ. etiam dato, ꝙ non inueniatur virgo: qa talis error non vitiat matrimonium. ff. de cōtr. empt. l. alioquin. §. 1. Et quia turpis erat conditio, quia primum coitum fecit fornicarium. facit etiam tex. 29. q. 1. c. conſenſus. Idem de illa, ſi in primo coitu mihi placueris, ſecūdum Goff. in d. c. per tuas. Sed hæc vera ſecundum Hoſt. in iudicio Eccleſiæ, quia in iudicio animæ non eſt matrimonium. de cond. app. c. de illis. c. ſuper eo. & c. per tuas. cum non intendebat conſentire, & mulier, quæ in fraude mētita eſt, dicendo ſe virginem, cum non eſſet, decepta remaneat, quæ decipere quærebat, & viro ſubueniatur: eo magis, quia conditio erat vtilis, & honeſta, apponenti, quia intendebat promoueri, & ideo illam appoſuit ad euitandam bigamiam. vt dicit Hoſt. Hanc etiā partē tenent communiter Theologi in 4. ſent. diſtin. 28. Hinc inferuntur duo, & primum, quòd ſi qs poſtea contraxerit cum ſecunda erit verum matrimonium ſecundum, & non primū, apud Deum, cum in primo defuerit conſenſus, qui eſt de ſubſtantia matrimonij, ſecundum quòd quamuis realiter ſecundum matrimonium ſit verum, ſecundum Dei iudicium, tamen ſecundum iudicem Eccleſiæ eſt nullum, quia in tali foro præſumitur pro matrimonio. d. c. conſenſus. 29. q. 1.

Vigeſimaquarta contrahens ſponſalia cum
43 aliqua † ſi ſe carnaliter cognoſci permittat ab illo, ſecuta copula ſemper præſumendū eſt pro matrimonio, & illud ratificatur. capitu. is qui. de ſponſal. ſiue contrahens intelligat de actu fornicario, aut licito, & matrimoniali gl. cap. duobus. vbi Dom. Ant. de Butr. de ſponſ. du. Quod intelligerem, quando vir eſſet æqualis conditionis cum muliere. Si vero ſit multo melioris conditionis, vel aliud ſignū fraudis appareat, poteſt probabiliter præſumi, ꝙ ſponſa non fuerit decepta, ſed ſe deceptam finxerit: nam bene poterat cogitare quòd in diſpari conditione vir noluiſſet eam ducere in vxorem, & ideo tunc vir non teneretur ad matrimonium, ſed poſſet dare ei virum ſibi conuenientem, & eam dotare iuxta facultates ſuas, & conditionem puellæ. Facit tex. in c. 1. de adult. Et hæc pœnitentia ei iniungenda eſſet à Confeſſario, vt aut ipſam ducat in vxorem aut dotet.

44 Vigeſimaſexta. Copula † ſequens ſponſalia tranſit in matrimonium. c. veniens. 2. de ſponſ. (v.g.) Quidam contraxit ſponſalia de futuro: ſecuta eſt carnalis copula inter ipſum, & ſponſam, poſt modum contraxit cum aliqua per verba de præſenti, & ſimiliter ſecuta eſt carnalis copula, primum iudicabitur matrimonium non ſecundum. Caſus ad literam in c. is qui. de ſponſ. c. de illis. c. per tuas. de cond. app. Nam copula ſubſequuta adeo vehementem præſumptionem inducit, quòd contra huiuſmodi præſumptionem nulla eſt probatio admittenda. vt dicit tex. in d. c. is qui fidem. Vbi
45 nota quòd † copula carnalis voluntaria quatuor effectus principaliter operatur. Primus eſt, quia verba futuri temporis retorquet ad præſens. d. cap. is qui fidem. Secundus: quia de expreſſo conſenſu præcedente facit conſenſū. cap. veniens. de ſponſal. Tertius eſt: quia conditionalem promiſſionem puram reddit. d. c. de illis. Quartus eſt: quia verba, tertiæ perſonæ trahit ad primam. vt in d. c. tua nos. Et nota, quòd copula carnalis tranſit in copulam,
46 etiam ſi proteſtatio † interceſſerit, ꝙ ſi qua verba profert, non intendit contrahere, & à principio vtraque pars illi proteſtationi conſenſerit, nam cum talis proteſtatio ſit turpis, & non habeat iuſtam cauſam proteſtationis. c. cū M. de conſt. Item cum ſit contraria facto, & tendat ad tollendum conſecutiuum iuris, non prodeſt. d. c. cum M. Et hæc vera ſunt, niſi per prius ſponſi ſe inuicem a ſponſalibus abſoluiſſent, & poſtea carnalis copula ſequeretur: quia tunc cum non ſubeſſent ſponſalia, nō eſſet quid confirmaretur per copulam, & tūc ſponſalia non tranſirent in matrimonium. D. Anto. in d. c. veniens. 2. Rurſum nec tolleretur proteſtatio, quando eſſet metus cadens in cōſtantem virum in copulam: quia tunc copula non purgaret metum. d. c. veniēs. Pariter quod dicitur ꝙ proteſtatio abſente parte facta tollitur per contrarium factum, habet locū, quando factum eſt determinatum, & certum: ſecus ſi factum eſſet dubium, quia tunc non eſſet ita potens ad tollendum proteſtationem præcedentem, (v.g.) ſi poſt proteſtationem ſecuta eſſent verba dubia ad contractum matrimonium, dicens: Ioannes te deſponſat. Ita Ioannes antiquus gloſſator. & poſt eum Io. Andr. in c. tua nos. de ſponſ. Faciunt no. per Innoc. in c. 1. de his, quæ vi.

Vigeſimaſeptima. Sponſus non eſt cogen-
47 dus ducere † ſponſam de futuro in his caſibus. Quorum primus quando ſponſalia eſſent inualida arg. c. ex litteris de deſponſ. impub. Secundus, quando eſſent valida, ſed vterque ſpōſus, & ſponſa diſſentit, & vult à ſponſalibus reſilire. c. præterea. 1. de ſponſ. Tertius, quando vnus, & ſolus diſſentit ex iuſta, & rationabili cauſa, altera volente, & petente eadem adimplere. c. quemadmodū. de iureiu. quia in quolibet actu iuſta, & rationabilis cauſa videtur excepta. c. ſi quando. de reſcrip. c. ex parte. 2. de



de offic. de leg. Quartus, quando ſine iuſta cauſa renuit ſponſalia adimplere, & tunc ſi ex ipſius compulſione ad adimplenda ſponſalia timetur ſcandalum proſilire, non cogitur, ſecundum Abb. in c. requiſiuit de ſponſ. Et hoc ſecundum Hoſt. ibi remittitur arbitrio iudicis. Quid enim ſi vir adeo mulierem odio proſequitur, vel econuerſo, quod homicidium inde. vel bellum probabiliter ſequi metuatur, ſi cōtrahere compellatur, dicendum eſt, quod Eccleſia debet in hoc caſu reſtringere cenſuram, alioquin non eſſet medicinalis, ſed mortalis, nec ad medelam proferretur, ſed ad deſtructionem, contra Apoſt. 2. Cor. 10. c. corripiantur. 24. q. 3. Et iſte eſt caſus, in quo ſecundum Rayn. aliquis exiſtens in peccato mort. pœnitentiam agere non cogitur præciſè. arg. optimo in c. veniens, qui cler. vel vou. & in hoc ſatis concordat. glo. in c. ex literis. 1. de deſpon. impub. Quintus, quando ſponſus coactus ducere vxorem per admonitionem, & comminationem, & fortè per excommunicationem. arg. 12. q. 2. c. quicunq; ſuffragio, perſliterit perſeueranter in voluntate ſua ſponſam non ducendi, nam tunc abſoluendus eſt, quia inuitæ nuptiæ deteriores exitus ſolent parere. 32. q. 2. c. quod autem. alias pararetur ei laqueus fornicationis, & ita fortè loquitur tex. in c. requiſiuit. de ſpōſ. dum dicit, quòd libera debent eſſe matrimonia.

Vigeſimaoctaua. Sponſaliorum duæ ſunt
48 ſpecies: † nam alia eſt ſimplex & nuda: alia firmata. Nuda, & ſimplex dicitur, cum ſponſus, ſponſæ nudè, & ſimpliciter promittit, quòd ducet eam in vxorem, & econtra. Firmata verò eſt duplex, arrhis, vel pignoribus loco arrharū datis interuenientibus. l. arrhis. C. de ſponſ. Alia interueniente annuli ſubarrhatione. 27. q. 2. c. ſi quis vxorem. Et eſt notandum, quòd alia eſt annuli ſubarrhatio, alia deſponſatio, cum in d. c. ſi quis vxorem. & c. ſi quis deponſauerit. ea. quæſt. diſiunctiuè ponantur. arg. ext. de reſcr. c. inter cæteras. Deſponſatio enim conſiſtit in pactione ſponſaliorum. Suarrhatio verò in ſponſaliorum donatione. Hoſtien. in ſum. de dona. int. vir. & vxor.

Vigeſimanona. Annulus in fœmina ſignum
49 eſt † matrimonij. de præſump. c. illud. & ibi per glo. Archid. 30. q. 5. c. noſtrates, & cap fœminæ. Anulus enim ideo datur mulieri, quia ſignificat mutuum amorem, & fidem coniugalē eſſe ſeruandam. dicit glo. 1. in d. c. noſtrates. tex. autem in d. c. fœminæ. §. itē dicit, ꝙ cum in primis nuptijs anulus à ſponſo ſponſæ datur, ob hoc nimirū fit, vel propter mutuæ dilectionis ſignū, vel propter id magis, vt eodem pignore eorum corda iungantur. Vnde quarto digito annulus ideo inſeritur, qđ in eo vena quædā (vt fertur) ſanguinis ad cor vſque perueniat.

Trigeſima. Sponſalia de futuro quinq; mo-
50 dis † contrahuntur. Primò ſimplici ſponſione. c. ſi inter virum. de ſponſ. Secundò, fidei datione. eo. ti. c. 2. & c. ſi quis. Tertiò, iuramenti interpoſitione. eo. tit. c. de illis. Quartò, datis arrhis ſpōſalitis ſ. pecunia, vel alijs rebus. C. de ſponſ. l. arrhas. Quintò, annuli ſubarrhatione. c. tuæ, de deſponſ. impub. Spōſalia verò propriè ſunt
51 futurarū nuptiarū † promiſſio. l. 1. ff. de ſponſ. & 30. q. 5. c. noſtrates. Et dicuntur ſponſalia à ſpōdendo, ideſt, promittendo. Vnde ſponſus, vel ſponſa à ſpondeo dicuntur. Et dicuntur ſponſi vir, & mulier, antequam matrimonium ſit perfectum, ſed poſt perfectum matrimoniū, quia adimpleta, ſeu perfecta eſt promiſſio, non appellantur amplius ſponſi, ſed maritus, & vxor. ff. de his, qui not. infam. l. 1. in fi. l. ſi quis officiū. ff. de ritu nupt. Hinc fit, quòd ſtatutum loquēs de vxore, non extenditur ad ſponſam. quod bene nota.

52 Trigeſimaprima. Sponſalia † multis modis diſſolui poſſunt. Primo religionis ingreſſu, etiam altero coniugum inuito, quod procedit quoque in matrimonio de præſenti abſque copula. c. verum. c. ex publico. de conuerſ. coniug. Non tamen ſoluuntur ſpōſalia de præſenti per ſuſceptionem ordinis. gl. in c. 1. de voto. in ſexto, quæ tenet, quòd etiam ſi fiat Epiſcopus, vel Papa, non ſoluuntur ſponſalia de præſenti. vt ibi dicit Io. Andr. Nec voto caſtitatis de præſenti ſoluitur matrimonium. de conuerſ. coniug. c. ex parte 1. Secundo, per ſuſceptionem ſacri ordinis. 27. q. 2. c. deponſatam. Tertiò, cum ſponſi mutuo ſe abſoluunt. c. 2. de ſponſ. Quartò, quando alter recedit pergens ad regionem longinquam ante carnalem copulam. c. de illis de ſponſ. Quintò, cum aliter incurrit lepram, vel grauem corporis infirmitatem. cap. fin. de coniu. leproſ. Sextò, ſi ſuperuenit affinitas. cap. veniens. c. ex litteris. de eo, qui cogn. conſ. vxo. ſuæ. Septimò, cum alter fornicatur carnaliter. c. quemadmodum. de iureiuran. Octauò, cum fornicatur ſpiritualiter. 28. quæſt. 1. cap non ſolum. & c. iam tunc. Nonò, cum contrahunt ſecunda ſponſalia de præſenti. ca. ſi inter virum, de ſponſ. Decimò, ſi minor peruenit ad ætatem adultam, & non vult illa ſeruare. d. c. de illis. Vndecimò, ſi promiſit contrahere ad certum tempus & non ſtetit per eum. d. ca. ſicut ex literis. Vltimo, cum ſuperuenit cognatio ſpiritualis, vel legalis, vt adoptio. Hoſ. in c. veniēs de cogn. ſpirit.

Trigeſimaſecunda. Matrimonium contra-
53 hi poteſt ſaluo † voto continentiæ: ſed iſte, qui contrahit, non oportet, quòd conſentiat in

in carnalem copulam: (quia ſic eſſet contra votum,) ſed in ſocietatem coniugalem: & cũ hoc conſenſu poteſt habere propoſitum intrã di clauſtrum, vel faciendi vitam continentiæ, ſicut fuit in Griſante, & Daria. vt dicit gloſ. in fi. in cap. omne, vbi Archid. nume. 3. 27. q. 2.

54 Trigeſimatertia. Licèt mulier † habeat ius petendi debitũ, & econtra, tamen fallit in multis caſibus. Quorum primus eſt: Si coniux redderetur impotens ex cauſa à matrimonio ſecuta: quia prius reddidit debitum, & ex hoc eſt impotens ipſum reddere, & tunc non peccat coniũx non reddendo. Nec mulier habet ius vlterius petendi, & in petendo vlterius, magis ſe exhibet meretricẽ, quam coniugem. Secundus, ſi redderetur impotens ex alia cauſa licita, & tunc coniunx non poteſt petere. Si verò eſſet illicita & tunc peccat, & peccatũ. uxoris ſi fornicatur, aliquo modo ſibi imputatur, & ideo debet quantum poteſt operam dare quòd vxor contineat. Hæc D. Thom. diſtin. 32. art. 1. c. 3.

55 Trigeſimaquarta. Maritus, † & vxor ad paria iudicantur. cap gaudemus §. ſanè. & ibi gloſ. 1. de diuort. 32. q. 1. cap. ſi quis vxorem, 1. Hinc Eua non de capite, ne Domina videretur, nec de pede, ne ancilla haberetur, ſed de latere fuit formata, ut collateralis appareret: quare ad paria iudicari debent, tum in petitione debiti, ut ſupra num. 54. tum quo ad ſubſtantialia matrimonii, quæ ſunt Fides, Proles, & Sacramentum, 32. q. 2. cap. ſolet, & cap. aliquando. Tamen fallit hæc regula in multis caſibus. Et primus eſt: quia vxor eſt quaſi ancilla uiri, 33. q. 5. cap. hæc imago. Secundus, quo ad uotum uxoris, quod reuocat maritus, non econtra. 33. q. 5. cap. noluit. Tertius, quo ad accuſationem, quia maritus accuſat uxorem, non e conuerſo. C. de adulter. l. 1. & l. quãuis, quod verum eſt, quo ad pœnam imponendam: ſecus quo ad ſeparationem thori. c. tuæ de procur. Item maritus eſt caput mulieris, & non econtra. 33. q. 6. per totum. 33. quæſt. 5. c. cum caput. & c. ſeq.

56. Trigeſimaquinta Actus † coniugalis poteſt ordinari ad multa: & ita quandoque poteſt eſſe meritorius, quandoque ſine peccato, quandoque cum peccato veniali, quandoque cum mortali. Et primo ordinari poteſt ad bonum prolis procreandæ ad cultum diuinum, & tũc, non ſolum fit ſine peccato, ſed etiam eſt meritorius Et de iſta commiſtione dicit Aug. Coniugalis concubitus generandi gratia factus nõ habet culpam. Et Apoſt Corint. 7. ſi nupſerit virgo, non peccat. Et ratio eſt: quia exercere actum illum illo modo, & fine, quò directè cadit ſub pręcepto Dei meritorium eſt: ſed actus matrimonialis directè cadit ſub præcepto diuino, vt ordinatur ad bonum prolis. Geneſ. 2. & 9. Nam vbi ponitur iſtud præceptum, ſemper ponitur. Creſcite, & multiplicamini, ergo. Secundo, actus iſte poteſt ordinari ad redditionem debiti coniugis petentis expreſſè, vel per ſigna, & quando nulla ſpes eſt de prole, ſicut poſt conceptionem, & tunc ſi nullum adeſt periculum abortus: poteſt etiam fieri abſque peccato, & eſt meritorius: cum mulier prægnans plus appetat frequenter concubitum, quàm quando non eſt prægnans. Et de hac redditione debiti habetur 33. quæſtio. 5. cap. 1. Redde debitum, & ſi non exigis, redde pro ſanctificatione perfecta, &c. Et ratio eſt quia actus iuſtitiæ factus ex charitate meritorius eſt, reddere autem debitum actus iuſtitiæ eſt. 1. Cor. 7. & ideò actus coniugalis propter hoc mere exercitus meritorius eſt. Poteſt et fieri ſine peccato, quando vir immutat modum conſuetum coeundi propter corporis groſſitatem, vel infirmitatem, vel imprægnationem, dum tamen vaſculo mulieris non abutatur, nec ſemen ſcienter extra effundat, & hoc fiat, quia timetur de ſuffocatione partus ſi mulier iaceat in dorſo, & vir in ventre incumbat. Concordat D. Thom. & Petr. in ſcriptis diſtinctio. 31. Et nec obſtat. 35. quæſtio. 7. cap. adulterij: vbi dicitur, quod talia execrabilius fiunt in vxore, quia illud intelligitur de alijs contra naturam cognoſcentibus vxores, aut extraordinariè polluentibus, aut cauſa libidinis exſaturandæ, & ſine cauſa hoc facientibus. Tertio poteſt actus ille ordinari ad explendam libidinem infra limites matrimonij, ita quod nullo modo faceret, niſi eſſet coniunx, & talis peccat venialiter, cum vtatur vxore non propter debitum finem qui in matrimonio eſt bonum prolis, vel redditio debiti: ergo talis abuſus peccatum eſt. Quod amplia, etiã ſi vir præueniret voluptatem manibus, vel cogitatione, vel vtendo calidis, vt pluries poſſit cum vxore coire, Sum. Confeſſ. de matr. q 37. Quartò poteſt ordinari ad remedium contra morbum corporalem, propter ſanitatem corporalem, puta iudicant medici, quòd vir, & vxor incurrant morbum periculoſum, niſi vacent tali actui: & tunc ſecundũ S. Tho eſt peccatum veniale, quia quærit ſanitatem per id quod non eſt ordinatum. Quinto poteſt ordinari ad vitandam fornicationem in ſe, vel in vxore, & tunc ſi hoc facit ad vitandam fornicationem in vxore nullum eſt peccatum, ſi verò in ſe, eſt peccatum veniale. Sexto poteſt ordinari actus ille ad explendam libidinẽ extra legem matrimonij, ꝙ fit, quando accederet ad vxorẽ cauſa ſaturandæ libidinis, conſentiendo deliberatè in hoc quòd idem faceret, & non eſſet ſua vxor, & talis peccat mortaliter. Vnde Hieron. & habetur 32. q. 4. c. origo. Adulter eſt in ſuam vxorem ardẽtior amator. Sapiens iudicio debet amare ſuam coniũgem, non affectu. Non regnet in eo impetus voluptatis; nec præceps feratur ad coitum. Nihil enim eſt fœdius, quàm vxorẽ amare quaſi adulteram. Eſt etiam peccatum mort. quando vxor eſſet prægnans, & maritus coeundo cum vxore præſumeret probabiliter de periculo partus, quia tunc petens, peccat mortaliter, & alter reddere non tenetur. Pariter, quando vxor certo ſciens aliquod impedimentum matrimonij; nam tunc reddendo debitum peccat mortaliter, cum faciat contra conſcientiam, & ſic ædificat ad gehennam. c. litteras. §. porrò. de reſtitu. ſpolia. Quare tali caſu nec ad mandatum eccleſiæ debet reddere debitum, ſed potius ſuſtinere excommunicationem, vt not. in c. inquiſitioni. de ſenten. excom. Hæc D. Thom. Card. à Turrecrem. in c. quicquid. 32. q. 2. Aſtenſ. de cauſa effic. matrim. lib. 8. tit. 9. arti. 2. Henric. in d. c. Inquiſitioni.

57 Trigeſimaquinta. Poſt carnis † copulam poteſt vnus coniugum vouere, quod debitum non petat, licèt non poſſit vouere, quod debitum non reddat ſine conſenſu alterius: quia in primo caſu vterque eſt ſui iuris, ſed non in ſecundo. ita Bonau. in 4. diſt. 3. q. 2. circa literam. Petrus eadem. diſt. q. 1. art. 2. & ſecundum Rich. 4. diſt. 32. q. 2. art. 1. & eſt opinio communior; quàm illa D. Tho. qui dicebat; quòd neutrum poteſt vnus ſine cõſenſu alterius vouere, quia ſi alter debitum nunquam peteret, ex hoc matrimonium oneroſum alteri redderetur, dum oporteret eum ſemper cum confuſione debitũ petere: quia imo matrimonium redditur magis leue, nam reddere debitum ſæpe eſt pœnale, & quo ad reddendum debitum qui vouet eſt in ſeruitute: at alter efficitur liber.

Trigeſimaſexta. Matrimonij vinculum du-
58 plex eſt: † Alterum, reddendi debitum, alterum, non ſe transferendi ad aliud. Fornicatione interueniente ſoluitur primum, ſed ſecundum non, niſi morte intercedente Solutio primi vinculi quandoque conſulitur, quandoque permittitur; quandoque prohibetur; quandoque præcipitur. Conſulitur, cum communi cõſenſu continentiam vouent. 33. quæſt. 5. Quod à Deo. Permittitur cũ fornicariam etiam ceſſantem, & pœnitentem quis reliquit vxorem. 32. q. 1. cap. dicit Dominus. de diuort. c. quanto. c. gaudemus. Prohibetur, quando caſtè viuentem, & debitum exigentem non vult exigere, nec debitum reddere. cap. inquiſitioni. de ſenten. excom. 33. q. 5. c. 1. & c. ſecundum. Præcipitur, quando eam quæ eſt fornicaria, & in crimine perſeuerat, maritus non vult relinquere. cap. ſi vir ſciens. de adult. Nam hoc caſu reus erit, & eius peccati particeps: & ſecundũ Bern. & Hoſt. ibi, niſi denunciauerit eam ad pœnitentiam, mortaliter peccat. 2. q. 1. c. ſi peccauerit. de iureiur. c. quemadmodum. Item præcipitur ad tempus, vt vacent orationi. 1. Cor 7. 31. diſt. cap. tenere.

Trigeſimaoctaua: Matrimonium non con-
59 ſumatum † an diſſoluatur, ſi ſponſa vult fieri mantellata. Dic, quòd non: quia vt matrimonium diſſoluatur oportet, quod quis ſe aſtringat ad certam religionem approbatam, vbi promittuntur tria ſubſtantialia Religionis. c. ex parte 2. de conuerſ. coniug. quia tunc poteſt ingredi etiam altero contrahente. cap. verum. cap. ex parte. eod. tit. ſed iſtæ mantellatæ non ſunt ſtricto modo religioſæ, cum non voueãt tria ſubſtantialia, nec propriè dicuntur habere Regulam, ſed quendam modum viuendi, vt in ſimili dicit glo. in Clem. 1. de relig. domib. & Clem. cum ex eo. de ſenten excomm ergo. Et per iſta potes inferre, quòd vita heremitica
60 † non diſſoluit matrimonium non conſummatum. vt ponit Eelin. in c. 2. de foro compet. Vide glo. fin. in §. ecce. 27. q. 2. verb. ſolitudinẽ. Sed nota, quòd tunc diſſoluitur matrimonium per ingreſſum Religionis, quando fuerit ſecuta profeſſio: hinc fit, quòd ſi remanens in ſæculo ante profeſſionem alterius contrahat cũ aliquo, non tenet matrimonium, & altero ante profeſſionem redeunte, tenetur ad eum redire, niſi ipſa velit religionem intrare. Ita Hẽric. in cap. vxoratus. num. 1. in fin. de conuerſ.
61 coniug. Sed an Ordo ſacer † ſoluat matrimonium, quemadmodum Religio? Dicit Hugo. Ber. & Goffr. quòd Ordo ſacer ſuſceptus ante copulam carnalem inuita vxore, vel inſcia, nullo modo ſoluit vinculum, immo & ſi Papa fieret, nec aliàs intraret Religionem, teneretur matrimonium conſumare. facit text. in d. cap. ex parte. §. porrò. ibi, niſi ad obſeruantiam Regularem quem ſolum caſum excipit illa littera.

62 Trigeſimanona. † Poſt latam ſententiam diuortij, ſi vir ingreſſus eſt Religionem, & factus eſt ſacerdos, & poſtmodum conſtat Eccleſiã fuiſſe deceptam in ſententia diuortij, reſtituendus eſt vxori repetenti, etiam ſi profeſſionem feciſſet. Et ratio eſt: quia poſt conſumatum matrimonium, neque per ingreſſum religionis, neque per ſuſceptionem ſacri Ordinis potuit vxori præiudicium generare, cum non habeat poteſtatem ſui corporis, vt dicit Apoſt. 1. Cor. 7. ita Ray. At ſi mulier nõ repetit virum, ſed ipſa etiam ſpontè intendit continentiam ſeruare,

ſeruare, ſed vir vult repetere vxorem, tunc nõ
eſt audiendus:quia profitendo ,,& ſuſcipiendo
ſacrum Ordinem,potuit ſibi præiudicare : Nã
ſi etiam à principio pari voto concordaſſent
ſeruare continentiam,benè potuiſſet alteruter
Religionem intrare, & ſolenniter profiteri. c.
ex parte Abbatis.c.vxoratus de conuerſ. con-
iug.Ioan.à Capiſtr.de pœn.& remiſ num 226.
& 267.

63 Quadrageſima. Vno coniugum † ad reli-
gionem tranſeunte, vel ad ſacros Ordines, al-
ter poteſt illum reuocare in ijs caſibus. Et pri
mus, vt in vxore nouitij habitum probationis
recipientis,& infra annum exeuntis.cap ſtatui
mus.de conu.infidel. quia tunc poterit eum pe
tere.capit.accedens.de conuerſ.coniug.Secun
dus, in vxore profeſſi, vel ordinati, in ſacris,
quando tranſitus ad Religionem,vel promo-
tio ad ſacros Ordines fuit facta ipſa neſcien-
te,aut ſciente, & contradicente, atque recla-
mante: nam,tunc poterit ipſum reuocare, &
non tenetur continere.c Agathoſa.27. q.2.33.
q.5.cap.mulier.Tertius,quando vxore ſciente,
& conſentiente,ſed iuris iguara, & non certi-
ficata, & tunc non obſtante licentia, poterit
reuocare maritum.de conuerſ.coniug.c.ſigni-
ficauit 28.diſt.c.placuit.Archi.in d.c. Agatho-
ſa.& c.qui vxorem.33.q.8.in gl.ſi.Ber.& Hoſt.
in c placet.de conuerſ.coniug.Quartus,quan-
do vxor fuit certificata, & conſentit ordini,
ſed non voto, immo contradicit expreſsè, &
tunc maritus non debet ordinari,quod ſi ordi
nem recipit,redditur vxori, & illa ad continẽ
tiam nec in vita, nec poſt mortem obligatur.
c.1.de conuerſ.coniug. Non poterit verò ma-
ritum reuocare,& tenetur conſentire,quando
expreſsè conſentit Ordini, & Voto,certifica-
ta de præiudicio,vel tacet:quia tunc nec in vi
ta Ordinati,nec poſt mortem contrahet, quia
præſumitur vouiſſe. c. qui vxorem 35.q 5.32.
diſt. c. ſeriatim. Pariter vxor profeſſi expreſsè
conſentiens profeſſioni, non poteſt nec in vi-
ta,nec poſt mortem contrahere. Sed debet
ſemper continentiam ſeruare.d.c.ſeriatim. &
c.quod Deo. Quod intellige ſecundum Ioan.
quando fuerit certificata de perpetuo impedi
mento: aliàs ſi ſimplex, & iuris ignara, non
intendebat ſe perpetuò obligare tenet matri-
monium ſecundum ab ea contractum. argu.
tex in c.veniens.de conuerſ.coniug.Et hæc in-
tellige, quando vnus coniugium vult intrare,
vel intrauit Religionem.Ioan.in Sum.Confeſ.
tit.de votis,q.1.

Quadrageſimaprima. Coniugatus poſt car
64 nalem copulam † ad ordines ſacros promo-
ueri nõ poteſt in ijs caſibus Quorum primus
eſt: Vxore ſua ignorante, ne fiat vxori præiu-
dicium.c.coniugatus.de conuerſ.coniug. Secũ
dus;quando vxore ſciente inuita, & contradi-
cente, quia tunc idem & multo fortius per ea
dem iura,quod intellige verum,ſcilicet, quòd
inuita vxore ordinari non poteſt, etiam ſi ip-
ſa vxor adulterium commiſerit,nam licèt ma
ritus poſſit intrare Religionem, & profiteri cũ
vxore, quæ etiam adulterata eſt inuita, ſecus
tamen eſt in ordinibus, quia non poteſt fieri
Subdiaconus,cum adulterata eſt in vita; & eſt
ratio: quia vxor cuiuslibet in ſacris ordinibus
conſtituti, tenetur continere, non ſolum eo
vouente,ſed etiam poſt mortem eius. 28. diſt.
cap. quia ſunt. 32. diſtin. cap. ſeriatim. Et hoc
no. Innoc. & Hoſtien.ſecundum Aſtenſ. Ter-
tius in vxore Epiſcopi ſciente, vel ab initio
contradicente,ſed poſtea ratificante,quæ pa-
ria iudicantur.cap.2.quod met. cauſa.capitu.is
qui de Regu.in 6, quia tunc non ſufficit quòd
contradicat, ſed oportet,quòd cum hoc con-
uertatur, & profiteatur, aliquam Religionem
approbatam.cap.ex publico.de conuerſ. con-
iug.Et eſt ſpeciale in vxore epiſcopi.vt ibi no.
Bern.& Hoſtien.in d.cap.coniugatus, non tam
propter dignitatis excellentiam, quam pro-
pter pericula imminentia euitanda, ſi enim
vxor remaneret in ſæculo fortè nimis epiſco-
pum multis ſtipata mulieribus viſitaret,& pro
multis intercederet contra iuſtitiam, inſtaret-
que quòd parentes ſuos ditaret, & multa alia
mala exinde contingere poſſent:& ideò quod
vituperari poteſt euitari debet. c.vni.de obli-
ga.ad ratioc.capit.1.de ſeru. non ordin. Fallit
tamen hæc regula in alijs Ordinibus, quia ſi
maritus promouetur ad aliquem alium ſacrũ
Ordinem ab epiſcopo,ipſa ſciente & non con
tradicente, tunc ſtatim per hoc videtur mu-
lier vouiſſe continentiam.& poteſt remanere
in ſeculo:nam quemadmodum communi con
ſenſu ſine acceptione Ordinum poſſunt con-
tinentiam profiteri remanendo in ſæculo. 33.
quæſt. 5. cap. quod Deo. ſic & accipiendo ſa-
cros ordines, & iſta opinio videtur verior, vt
poſt multa teſtatur Henr.in d.cap.coniugatus
nume.5.

Quadrageſimaſecunda.Cõiugum alter po-
65 teſt in duobus † caſibus legitimè profiteri
etiam abſque licentia, vel conſenſu alterius
coniugis. Quorum primus eſt,quando matri-
monium eſt nondum carnali copula conſum-
matum.c. verum. cap.ex publico. de conuerſi.
coniug. Secundus,quando profitetur poſt ſen-
tentiam diuortij propter adulterium ab alte-
ro coniuge commiſſum latam.35.q. 6.c. mul-
torum.33. q 2.c. ſæculares.cap. vlt. de conuer.
coniug.Verum in multis alijs caſibus non po
teſt: quorum primus eſt in vxore, quæ violen-
ter



ter fuit cognita à ſponſo ſuo de præſenti,& ſic
matrimonium fuit per vim conſumatum,quia
ſi poſt talem cognitionem violentam fuit in-
greſſa monaſterium, reddenda eſt meritò,qui
vſus eſt iure ſuo.arg.tex.in c.cum eccleſia Vul
terana.in fine. de elect. Nam ex quo cognoſci
tur præſumitur conſentire.c.inſuper. qui matr.
accuſ. poſ. Et quia vna caro effecti ſunt ſacra-
mento matrimonij precedente.de Regul.c.ad
Apoſtolicam.32.q.5.c. ſi Paulus. Arch.33.q.5.
66 in ſumma.Sed an† dicatur matrimonium cõ-
ſumatum,ſi ſponſus oppreſſiſſet ſponſam, non
tamen ſemen emiſiſſet?Dic, quòd non:Vide in
c.fin.de ſponſ.c.fraternitati.de eo.qui cogn.cõ
ſan.vxo.ſuæ.Secundus, in adultero, qui mona-
ſterium intrare inuito altero coniuge inno-
cente non poteſt, ne propter delictum ſuum à
ſeruitutis coniugalis vinculo liberetur: Deli-
ctum enim non debet præſtare immunitatem:
Nec delinquens debet eſſe melioris conditio-
nis,quam non delinquens ff.de interd.& releg.
l.relegatorum.§ ſi.cap.ex parte.de conſue.cap.
eum qui.de præb.in 6.Quod verum eſt, etiam
ſi lata fuerit ſententia diuortij: quia innocens
poteſt eum velit,nolit, reconciliare, quoadu ſ-
que intrauerit Religionem, & profeſſa fuerit.
vt not. Doct.in cap.ex litteris.de diuort.& ibi
Henr.in 2.diſt.Et ita tenent Hoſt.Ray. Gof in
Sum.de diuor.D.Thom. Fr.Io.in Sum.Aſtenſ.
lib.8.de bono ſacr.in fine.Tertius, in innocen-
te,qui non poteſt intrare inuito adultero irre
uocabiliter ante ſententiam:quia ſi adulter pe
teret reſtitutionem, nõ obſtaret ſibi exceptio
adulterij commiſſi ante ſpoliationem,argum.
tex.in cap.item cum quis de reſtitu.ſpol. Licèt
obſtaret ſibi adulterium commiſſum poſt ſpo
liationem, & ſic intellige de diuort. c. ſignifi-
caſti.Vnde tex.in cap.Agathoſa. intelligendus
eſt, ſententia lata. Quartus, in coniuge noto-
riè adulterante; vt quia notoriè moratur cum
adultero, vel adultera: nam non licèt alteri
coniugum innocenti Religionem intrare in-
uito altero coniuge adultero, cum in notorijs
etiam neceſſaria ſit ſententia, vt nos aliàs di-
ximus, & affirmat Henr.in c.ad noſtram.3.de
iureiu.

Quadrageſimatertia. Matrimonio con-
ſumato non poteſt coniunx ingredi Religio-
67 nem altero inuito,ſed quando dicatur † con-
ſumatum? Dic, quòd quando fuerit facta ſe-
minũ commixtio: Hinc fit,quòd ſi quis præter
ordinem pollueret vxorem, vt puta circa na-
turalia, non diceretur conſumaſſe matrimo-
nium, cum non ſeminauerit infra clauſtrum
pudoris mulieris ſed ſolum extra. cap. extra-
ordinaria. 35. quæſt. 3. Pariter, ſi quis non in-
trauit clauſtrum pudoris, ſed ſeminauit infra
illud, & tunc ſi per hoc non ſit facta ſemi-
num commixtio, non dicitur conſumatum
matrimonium, aliàs ſic, ac ſi perinde intraſ-
ſet,ſi de hoc Eccleſiæ conſtet. argum. eorum,
quæ not.Abb.in cap.is qui de ſponſa. Rurſum
nec dicitur conſumatum, ſi intrauit vas mu-
lieris, ſed non ſeminauit, nec ſemen effudit:
cum ibi non ſit facta ſeminum commixtio.vt
not.glo. vlt.in d.capit. extraordinaria.argum.
33.quæſtio.2.cap.nullum.Abb. in d.cap.is qui,
qui dicit, quòd ſeminum commixtio facit cõ-
ſumatum matrimonium.argumen. cap. vlt. de
ſponſa. Rurſum, ſi ſolutus defloraret ſolutam,
ſi non eſſet facta ſeminum commixtio, non
dicitur conſumatum matrimonium. Quare
ſi maritus defloraſſet vxorem, non tamen fa-
cta ſeminatione, poſſet ingredi religionem,
licèt opponere ſe poſſet eccleſia,propter præ-
ſumptionem,ad hoc facit quod not.Hugo.31.
q.3.cap.1. vbi dicit, quòd ſi ſponſus, & ſponſa
non ſunt effecti vna caro,quamuis ſponſus cor
ruperit,& cognouerit ſponſam,non tamen fit
præiudicium ei ob hoc, quin ab ea poſſit di-
ſcedi,ſicut ſi ab eo cognita non fuiſſet,licèt in
dubio præſumatur pro carnali copula. Vide
Archid.in cap.vni.de ſponſa.lib.6. & in d.cap.
extraordinaria. Sic licèt clericus fuerit cum
muliere pluribus noctibus, & licèt intraſſet
vas,ſi tamen nunquam ſeminauerit ibi, mulier
illa poſſet contrahere cum fratre clerici, cum
non ſit ibi contracta affinitas, ſed in foro con
tentioſo,eccleſia contrarium iudicaret, cum
ſemper ex quo corruperit præſumat illud
conſumaſſe, ſi aliter illud probari non poſ-
ſet.

Quadrageſimaquinta. Matrimonium à
clerico in ſacris, & religioſo contractum, eſt
68 nullum, & huiuſmodi perſonæ † ſunt excom-
municatæ ipſo facto. Clem. eos. de conſang.
& affini. tamen fallit in multis caſibus. Et pri-
mus eſt. Si coactè contraxiſſet, intelligendo
de abſoluta coactione,puta, quia actuali vio-
lentia cogitur imponere annulum manui. Fa-
cit text.in cap.presbyteros. diſtin.50.cap. ma-
iores.de bapt.Secundus, quando metu caden-
te in conſtantem virum: quia licèt peccet
mortaliter, non tamen eſt excommunicatus;
& ratio eſt: quia vbi eſt metus, deficit liber
conſenſus,& ita non eſt matrimonium. capit.
cum locum. de ſponſa. Tum etiam, quia fuit
facta hæc conſtitutio propter publicæ hone-
ſtatis iuſtitiam, ſed hic nulla honeſtas inſur-
git, cum coactè fiat.facit capit.ſignificauit.de
69 ſent. excom. Sed quid ſi contraxit, † ſed non
conſumauit? incidit: quia hæc conſtitutio
punit contractum matrimonium, ſed quid
ſi contraxit per verba de futuro ſponſalia.
reſpon.

reſpon.gl.& Pan.quòd non ligatur,niſi conſu-
mauerit per copulam; quia tunc tranſit in ma
trimonium.c.veniens.c is qui.de ſponſ.

Quadrageſimaſexta. Matrimonium con-
tractum à muliere, quæ machinata eſt in mor
70 tem mariti cum occiſore † mariti,nullum eſt.
c.1.de conuerſ.infid. Et ſic eccleſia inducit im
pedimentum ſuper matrimonio non contra-
cto, licet ſuper ſolutione iam non contracti
poteſtatem non habeat,de quo in c.ex publi-
co.de conu.coniug.Sed quid ſi mulier habeat
ratum homicidium, an prohibitum ſit illud.
gl.fi.in d.c.1. concludit, quòd non prohibetur,
licèt habeat ratum, modo non fuerit machi-
nata. Similem gloſſam habes in c. cum quis.
de ſent.excom. Ad hoc autem vt ratihabitio
71 retrotrahatur, requiruntur tria: † primum, ꝙ
delictum ſit geſtum nomine meo, ideſt con-
templatione mei.gl.in d.c.cum quis. Secundũ,
ꝙ habeat ratum geſtum, & factum nomine
meo:Nam ſi dicerem, Doleo, ꝙ fecit nomine
meo,ſed gaudeo, ꝙ ſit factum, non dicor ha-
bere ratum. Tertium, quòd ſit tale delictum,
quod poſſit committi per alium. gl.in l.1. §.&
ſi quis.ff.de vi, & vi arm. Nam vbi requiritur
actus perſonalis alicuius,nunquam poteſt fieri
per alium, nec poteſt habere locum ratihabi-
tio in delictis. Et ſic requiritur machinatio
vxoris. Ita Ioan. de Anan. in c. 1. de conuerſ.
infidel.

Quadrageſimaſeptima. Propter adulteriũ
72 commiſſum ab vxore poteſt maritus † illam
dimittere, quantum ad thorum, & cohabita-
tionem, per eccleſiæ iudicium. c. diſcretionẽ.
verſ.A dulterium à contrario ſenſu, de eo, qui
cogn. conſ.vxo.ſuæ. niſi in his caſibus. Primus
eſt,quando daret occaſionem adulterandi per
violentiam præciſam, vt quia eam omnino in
uitam, & renitentem tradit adulterandam, &
tunc præterquam imputatur viro adulterium
quo ad Deum, imputatur etiam quo ad hoc,
vt ipſam ob hoc dimittere non poſſit. d. c. di-
ſcretionem.arg.30.q.5.c.1.& 4.Secundus, quã-
do mulier fuerit compulſa per metum caden-
tem in conſtantem virum, & tunc licèt quo
ad Deum non ſit excuſata circa peccatũ mor
tale,cum potius omnia mala pati, quam pec-
cato conſentire debeat.c ſacris.de his, quæ vi.
c.ita ne. 32.q.5. tamen imputatur viro quo ad
hoc,vt propter adulterium commiſſum dimit
tere non poſſit.c.pen & vlt. de adult. Tertius,
quando daret vxori licentiam adulterãdi per
lenocinium ſuum, vel quia eam tradit adulte-
randam,ſecundum Hoſt. & Io. And in d.c.di-
ſcretionem.& in c.vlt.eo.tit.Hinc ſoluitur quę
ſtio de grauiter ægrotante qui induxit mulie-
rem ſuam adulterãdam medico,qui aliter no-
lebat curare infirmum, nam eo liberato non
poteſt maritus illam dimittere: quia obſtat ei
exceptio. Arch.in c.concubuiſti.32.q.7. Quar-
tus,ſi ipſe fuerit fornicatus. 32. q.6.c.1. Quin-
tus, ſi vxor credebat virum mortuum. 34. q.2.
c cum per bellicam: nam talis propter igno-
rantiam probabilem excuſatur. Sextus, ſi ma-
ritus poſt adulterium ſcienter cognouit adul-
teram,& tolerauit eam 32.q.1.c. ſi quis vxorẽ.
Et eſt ratio:quia crimen per reconciliationem
dimiſſum,amplius obijci non debet,niſi ſequa
tur recidiuum,ad quod.ff.ſol. matr.l. cum mu-
lier.Septimus, ſi ſtante matrimonio inter infi-
deles,vir dedit vxori libellum repudij,& vxor
alteri nupſit:nam tunc ſi vterque conuertatur
ad fidem,vir tenetur vxorem recipere.c. gau-
demus.de diuort.multos ex his caſib.ponit gl.
32.q. 6.in ſum. ſuper verbo, ſed ponatur. Vide
etiam gl. in c. intelleximus. de adul.ſuper ver.
compenſatione.

73 Quadrageſimaoctaua.Vxor † adultera non
eſt dimittenda,ſed in his caſib. reconcilianda.
Primus,quando fornicatio vxoris eſt occulta;
quæ probari non poteſt.2. q.1.c. nos in quen-
quam.c.porro.de diuor.Et ratio eſt:quia idem
iuris eſſe debet de eo, quod non eſt, & de eo,
quod non poteſt probari.l.duo ſunt Titij.ff.de
teſtam.tut.l.in lege.ff.de contr.emp.Secundus,
in fornicatione manifeſta,quia abſque iudicio
eccleſię dimitti non poteſt.d.c.porrò.& §.por
ro,& c.de illa.1.reſp. Tertius, quando dimiſit
præcedente iudicio eccleſiæ, ſed vxor oppo-
nit idem delictum marito, quod probauit: qa
tunc fit compenſatio delicti ad delictum. d. c.
ex literis.c.pen.& vlt.de adult.Quartus,ſi vxor
commiſerit fornicationem ſpiritualem, nam
etiam poſt latam ſententiam ſi fuerit emenda
ta, & maritus non fuerit ingreſſus Religionẽ,
compellitur eã recipere c. mulier. de conuerſ.
coniug.c.de illa.de diuort. Vnde dicit Hoſt. ꝙ
vt coniũx innocens fornicationem alterius
coniugis fornicantis ſpiritualiter poſſit euita-
re,duo requiruntur.Primò,vt ſententia diuor-
tij lata ſit. Secũdò,quòd intrauerit Religionẽ:
igitur ſi alterum deficiet, ipſum reconciliabit
velit,nolit.d.c. quanto. & c. gaudemus. quod
ſecus eſt in fornicatione carnali,vbi non com
pellitur maritus illam recipere etiam emenda
tam. & ratio differentiæ eſt; quia in prima fit
74 principaliter iniuria † Deo,qui facilius remit-
tit, quam homo, ſed in ſecunda principaliter
ipſi homini. Vnde & talis lectum viri dicitur
maculare,& vxorem adeò coinquinat, vt nõ
vxor,ſed adultera dicatur.32.q.1.c in cõiugio,
ſed homo non ita de facili remittit iniuriam
ſicut Deus,& multo minus maritus,qui de tali
bus indignatur.32.q.6.c.indignentur.

Quadra-



Quadrageſimanona. Propter adulterium
maritus vxorem, dimittere poteſt ſententia la
75 ta,in his † caſibus. Et primus eſt, cum adulte-
rium fuerit ſecutum ob abſtinentiam viri ab
exactione carnalis debiti,cum tamẽ eſſet actu
potens:quia tale adulterium non viro,ſed vxo
ri eſt imputandum:quia ad exactionem huiuſ-
modi vir non tenetur, cum ſit in eius arbitrio,
& voluntate exigere.c.1.c.tua.de eo,qui cogn.
conſ. vxor. ſuæ. Secundus, quando ſequeretur
adulterium ex abſtinẽtiã viri à redditione car
nalis debiti legitimè exacti per vxorem, nam
tũc licet imputabitur ipſi viro peccatum vxo-
ris,quia non reddit debitum cum poteſt.27 q.
2.c.ſi tu abſtines.& c.Agathoſa. quamuis mu-
lier etiam peccet, tamen iudicio Eccleſiæ pro
pter ipſum adulterium vxor dimitti poteſt. c.
ſignificaſti.de diuort.quia licèt vir dederit oc
caſionem ei, ipſa tamen debet ſeruare fidem
caſtitatis.d c.Agathoſa. & c.quod Deo 33.q.
5. Tertius, quando fuerit vxor coacta à viro
metu leui, quæ nec coactio debet dici. arg. gl.
1.in c. diſcretionem. de eo.qui cogn. conſan.
uxo ſuę.Quintus,quando vxor adulterabat ex
eo,quia à viro petebat debitum in loco ſacro.
Quintus, quando ſecutum eſt adulterium, eo
quia noluit maritus reddere debitum propter
impotentiam actualem naturalem cauſatiuã
propter redditionem debiti præcedentem, &
tunc cum mulier vlterius non habeat ius petẽ
di, ſi ob hoc adulteratur, ſibi imputatur quo
ad Deum, & quo ad virum, vt eam dimittere
poſſit iudicio eccleſiæ præcedente. Nam qui
fecit quod,& quandiu potuit,nõ poteſt ei am
plius aliquid imputari.arg.22.q. 2.c. faciat ho-
mo.& c.ſciſcitatur.de reſcript. Quintus, quan
do vir eſſet factus impotens ex cauſa iuſta, vt
ex ieiunio moderato, & tunc cum non poſſit
aliquid imputari quia quod legitimè factum
eſt,pœnam non meretur. l.nemo. ff de reg.iur.
fit quòd vxorem dimittere poſſit propter adul
terium. Quod idem procederet ſi factus eſſet
impotens ob aliquod impedimentum corpo-
rale,vt quia carceratus, vel coactus ab hoſtib.

Quinquageſima. Adultera non poteſt ac-
76 cuſari à marito in quinque † caſibus. Primus
eſt, ſi ille conuincitur fornicari. c. ſignificaſti.
de diuor.32.q.6.per totum. Secundus, ſi illam
proſtituit.c.diſcretionem.de eo.qui cog.conſ.
vx.ſuæ.Tertius,ſi latenter fuerit cognita ab ali
quo,quem credebat ſuum eſſe maritum. argu.
34.q.2.c. in lectum Quartus ſi fuerit oppreſſa
vi abſoluta. 32. q.5.c. propoſito. l.vim paſſa.l.
pen.ff.de adult.Quintus, ſi poſt adulterium il-
lam ſibi reconciliauerit,vel publicè adulteran
tem retinet in conſortio maritali.32.q.1.c.1.2.
& 3.Hos caſus ponit Goſ.in Sum.de Diuort.in
prin & Hoſt.eo.tit.§.quot modis.

Quinquageſimaprima. Fornicarius videns
77 ſuum conſanguineum † contrahere matrimo
nium cum illa, quam carnaliter cognouit, te-
netur hoc conſanguineo ſuo reuelare. 35.q.2.
c.ſi homo.vbi Arch.in gl.1.& gl.in c.pręterea.
de ſponſ.Qui quidem volens contrahere,tene
tur eidem reuelanti credere.arg.illius c. ſi ho-
mo,alias fruſtra fieret talis reuelatio,niſi ei te
neretur credere. & à contrahendo abſtinere,
donec perfectè ſciat veritatem, ſecundũ Hug.
& Arch.in d.c.ſi homo.Et hoc propter pericu
lum animarum. Vnde vbi de periculo animæ
agitur,ad dictum vnius quis in conſcientia cre
dere tenetur.arg.eorum, quæ leguntur, & no-
tantur.1.q.1.§.notandum. ſuper verbo dixerit.
22.q.4.c.Innocens.11.q.3.c.non ſolum. An ve-
rò in foro fori per hoc matrimonium impe-
diatur,vide Henr.in d.c.prætereà.de ſponſ.Hęc
de matrimonio carnali. Nam de nuptijs ſpiri-
tualibus inter Deum, & hominem, vel huma-
nam naturam,inter Chriſtum,& Religioſum,
& inter Deum,& animam,& de bonis matri-
monij diffuſius diximus in noſtris Sermonibus
in Dominica prima poſt Epiphaniam Domi-
ni,Sermone primo.

FINIS PRIMI LIBRI.

# DECISIONES AVREAE CASVVM CONSCIENTIÆ,

## *Pars Secunda.*

D. IACOBO DE GRAFFIIS A CAPVA, Monacho Caſſinenſi, Monaſterij S. Seuerini de Neapoli profeſſo, Autore.

## LIBER SECVNDVS

### *SVMMARIVM.*

1 *Fundamentum noſtrarum actionum Chri-*
*ſtus Ieſus eſt.*
2 *Autor in Chriſti nomine omnes ſuos a-*
*ctus progredi cupit.*
3 *Iuramenti materia diuiditur in vndecim*
*articulos.*
4 *Iuramenti, & ſacramenti ethymologia.*
5 *Iuramenti inſtitutionis cauſæ tres aſſi-*
*gnantur.*
6 *Sententia Saluatoris explicatur, Eſt, eſt.*
*Non, non. & Iacobi, ante omnia fra-*
*tres nolite iurare omnino.*
7 *Iuramentum qualiter dicatur prohibitũ.*
8 *Iuramentum vt fiat ſine culpa duo ſunt*
*neceſſaria.*
9 *Caſus ſeptem, in quibus licitè iuratur.*
10 *Iuramentum debet habere tres comites.*
11 *Forma iuramenti multiplex.*

## De Iuramento in genere. Cap. I.

CVM fundamentum omnium no
ſtrarum actionum ſit † Chriſtus
1 Ieſus. 1. q. 1. c. cum Paulus. Con-
ſequenter probatur, quòd præ-
poſterus ordo eſt primum hu-
mana ſubſidia quærere, deinde illis deficienti
bus, diuini fauoris gratiã poſtulare. Ad ipſum
prius eſt confugiendum, ſcilicet orando, qui
noſtræ curare poſſit animę paſſiones. c. omnis
Chriſtianus. de conſec diſt. 1. Ideo quodcun-
que facimus verbo, aut opere, id totum in no-
mine Domini noſtri Ieſu Chriſti facere debe
mus, in quo viuimus, manemus, & ſumus. ad
Colloſ. 3. 26. q. 3. c. non licet. & q. 7. cap. non ob
ſeruetis. in fine. Nam ex eius nomine ſequitur
bonum principium, melius medium, & opti-
mus finis. Vniuerſa quippe rectè gerũtur, ſi rei
principium fiat decens, & gratum Deo. in Au
then. quom. oport. Epiſcop. circa prin. col. 1.
Qui res penitus deſperatas donare, & conſu-
mare ſuæ virtutis magnitudine poteſt. C. de
vet. iur. enucl. l. 1. in prin. Et ſine ipſo vera ſapiẽ
tia haberi non poteſt. 26. q. 2. c. quæ ſine. & ſua
virtus, & diſciplina vnumquenque glorificat.
de conſecr diſt. 5. cap. de Spiritu. Et præualet
legi, Dei gratia. in Auth. de monach. §. ſanci-
mus. col. 1. 19. q. 2. c. duæ ſunt. cap. licèt. de Regu.
2 Ideò † in eius nomine ſcilicet Dei omnipoten
tis, omnes meos actus progredi cupio: Nam
quamuis me imparem cuicunque oneri, & prę
ſertim elucidandi hanc materiam de iuramen
to eſſe intelligam, fretus tamen priſtina Ieſu
Chriſti benignitate, qui vnumquenque ſua di-
ſciplina, & gratia fouet. d. cap. de ſpiritu. huiuſ
modi materiæ explicationi operam nauare
decreui, non laudis quidem auiditate, ſed cha-
ritate pro viribus ingenioli mei ſeminandæ ve
ritatis. 39. q. 4. c. obijciuntur. & conſulendi ſtu-
dentium vtilitati: nam nobis ſolis nati non
ſumus.



ſumus. l. lege. C. de hæret. ſed ortus noſtri ami
ci partem, partem patria vendicant, vt dicit
Tullius, ad hoc 8. q. 1. c. in ſcripturis. Rogo igi-
tur vos ſcholaſticos à ſchola dictos (quæ Græ-
ca dictio, Latinè dicitur vacatio) vt laborem
æquo animo ſuſcipiatis vacandi huius tracta-
tus lectioni, non vos ad diuerſa diſtrahentes.
vt dicit glo. in procem. 6. in verbo ſcholares,
ſic mihi maiorem tribuetis anſam ſtudendi, &
enucleandi hanc perdifficilem materiam, in
qua ſi aliqua inueneritis quæ correctione indi
geant, hæc vt corrigatis velim hoc enim opus
Sanctæ matris eccleſiæ cenſuræ in primis ita
ſubmitto, vt profitear quod ipſa in eo appro-
bauerit, me illud tenere, ꝙ verò improbauerit
illud ipſum à me quoq, reijci, & repudiari, vt
per hoc neminẽ lateat me culpari non poſſe.
24. q. 1. c. hęc eſt fides. de ſum. Tri. & fide Cath.
c. damnamus. in fi. Aggredior itaque hãc mate
3 riam, q̃ diuido † in plures articulos. Quorũ pri
mus eſt de Iuro in genere. Secũdus, de eius de
finitione Tertius, quos comites habeat. Quar
tus, an liceat ab aliquo exigere Iurm. Quin-
tus, de iuramento meticuloſo. Sextus, de con-
ditione quæ in iuramento intelligitur. Si mihi
fides præſtetur. Septimus de regulis, quibus di-
gnoſcitur iuramentum non ſeruandum. Octa-
uus de vi & virtute iuramenti. Nonus, de qui-
buſdam deciſionibus in materia iuramenti.
Decimus, an in iuramento poſſit fieri diſpen-
4 ſatio. Vndecimus, de periurio. Circa † primum
ſciendum eſt, quòd iuramentum, iuſiurandũ,
& ſacramentum, ſunt ſynonima. i. idem ſigni-
ficantia quo ad materiam noſtram. Quando-
que tamen aliter accipitur ſacramentum. vt
extr. de ſacr. non iter. 1. q. 1. c. multi. glo. in cap.
veniens. de tranſact. Si autem quæris de ethy-
mologia nominis: dic, quòd dicitur ſacramen
tum quaſi per ſacra aſtringimentum. Iuramen
tum deriuatur à iure, quia id, quod iuratur,
pro lege habendum eſt, & quaſi ius ſanctè eſt
ſeruandum. Ita Panormit. in rub. eod. titu. So-
tus de iuſt. & iure. lib. 8. quæſt. 1. ar. 1. Couar. dẽ
pact. in initio, primæ par. num. 2. Eſt autem in-
5 ſtitutum † iuramentum ad eum finem, vt om-
nis controuerſia tollatur. cap. etſi Chriſtus. de
iureiur. Et intellige controuerſiam non ſolum
iudicialem, ſed etiam extraiudicialem. l. ſed
etſi. §. hæc verba. ff. de petit. hæred. per Bald.
in l. amplius. ff. rem rat. hab. vbi patet, quòd cõ-
trouerſia dicitur ante litem conteſtatam: ſed
largo modo ad excuſandum iuramentum di-
citur controuerſia, quando ſubeſt neceſſitas,
vel vtilitas, nec mihi creditur abſque iura-
mento. Item fuit inſtitutum iuramentum pro
pter infirmitatem hominum facilè dubitan-
tium; Cum enim volumus aliquibus perſua-
dere quod eis vtile ſit, & non credunt ſimpli-
ci verbo, permittitur nobis iurare. capitu. non
eſt. capitu. ita ergo. cap. ſi ergo. capitu. ſi pecca-
tum. 22. quæſt. 1. Hinc eſt, quòd poſtquam Do
6 minus dixit. † Eſt, eſt. Non, non. vt affirmatio,
vel negatio procedit ex ore, ita procedat ex
corde, prudenter adiunxit. Quod amplius eſt,
à malo eſt non culpæ, ſed pœnæ, nec exhiben
tium, ſed exigentium iuramentum: nam incre-
dulitas huiuſmodi magis eſt pœna, quàm cul-
pa. Vnde non dixit malum, ſed à malo. Ita di-
cit textus in cap. ſignificaſti. extra de elect. &
in d. capitu. etſi Chriſtus. Etenim, ſi per ſe ma-
lum eſſet iurare, profectò Dominus non iu-
raſſet, cum tamen in veteri teſtamento lega-
tur: Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum.
Et rurſum: Iurauit Dominus veritatem, & nõ
fruſtrabitur eum; Immo ita præcepit in vete-
ri teſtamento. Redde Deo iuramenta tua.
Hinc colligitur, quòd ſeruare tenemur iura-
mentum ex præcepto iuris diuini. Sic & Pau-
lus iurauit, vt habetur 1. Corinth. cap. 15. cap.
non eſt. capitu. vt noueritis 22. quæſt 1. Vnde
7 licèt Dominus videatur † prohibuiſſe iura-
mentum, & Iacobus in Epiſtola dicat. Ante
omnia fratres mei, nolite iurare omnino, non
tamen prohibuit iurare per Creatorem, ſed
per res creatas, ne per huiuſmodi iuramen-
tum transferatur ad res creatas honor, qui
creatori debetur. Vnde cum præmiſerit. No-
lite iurare omninò, ſtatim ſubiunxit., neque
per cœlum, neque per Hieroſolymam. Si ta-
men contra fit, nihilominus iuramentum ha-
bet vim, & pondus, quia ſaltem in conſequen
tiam iuratur per Creatorem: honor enim ex-
hibitus creaturæ, redundat etiam ex conſe-
quenti in honorem Creatoris, vt probat tex.
in d. cap. etſi Chriſtus, in verbo quia teſtante.
Et ſic multa fieri prohibentur, quæ ſi facta
ſint, vt rata, ac firma habentur. extra eodem
capitu. quemadmodum. § quod ſi poſt huiuſ-
modi. Vel aliter reſponderi poteſt, quòd Ia-
cobus nõ ſimpliciter prohibuit iuramentum,
ſed voluntatem iurandi. Dum dixit: Nolite
iurare omnino: quia nullus debet iurare vo-
luntariè, niſi neceſſitate ductus, vt infra vide-
bimus. & gl. in d. c. etſi Chriſtus. exponit, om-
ninò ideſt ex leui cauſa. Facit tex. in l Græcè.
§ illud. ff de fideiuſ. ex quibus colligitur, Dñm,
atque eius Apoſtolum prohibuiſſe iuramen-
tum, non tanquam per ſe malum, cum ſit con-
firmatio veritatis, & maximũ remedium litiũ
expediendarũ. l. j. ff. de iureiu. ſed ex cauſa: quia
ex leui, & frequenti, atque incauto iuramento
in periurium ſępe dilabimur. Vnde legitur. Vir
multum iurans implebitur iniquitate. Sic vi-
num per ſe malum non eſt, ſed ex frequenti,

& incauta potàtione luxuria generatur. Vnde
dixit Apoſt Nolite inebriari vino, in quo eſt
luxuria. Sed Paulus cõceſſit Timotheo, vt vte-
retur modico vino propter ſtomachũ, & fre-
quentes infirmitates. Sic certè cum neceſſitas
exigit pro re vera, graui, & honeſta, poteſt tutè
iurari. quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus: ita
text. in d. cap. etſi Chriſtus. Rurſum fuit inſtitu-
tum iuramentum propter defectum veritatis
humanæ: quia vt plurimum homines in men-
dacium labuntur, & ideo neceſſarium fuit cõ-
fugere ad diuinum teſtimonium: quia Deus
nec mentiri poteſt, nec aliquid eum latet. Vt
8 † verò iuramentum fiat ſine culpa, duo ſunt
neceſſaria. Primum, quòd ex neceſſitate iu-
retur. d. ca. etſi Chriſtus. Et aduerte, quòd hoc
verbũ neceſſitas, capitur ibi in tex. latè, vt cõ-
prehendat etiam vtilitatem. Dicitur enim lar-
go modo neceſſitatus ad iurandum, quando in-
ſtat vtilitas, & ſibi non creditur abſque iura-
mento. Hinc non ſolum propter vtilitatem
propriam, ſed etiam proximi poteſt quis ho-
neſte, & licitè iurare, ſi aliter ſibi non credi-
ditur. Ita Archid. in cap. non eſt contra 22. q.
1. Quare glo in ca. Archidiaconum. diſ 25. quæ
dicit omne iuramentum eſſe temerarium, cum
ad iurandum non impellat neceſſitas, debet in-
telligi largo modo, vt includat etiam vtilita-
tem. Hinc tradit Fely in c. vt ſuper. in princ. de
teſt cogen. & in cap. cum acceſſiſſent. colu. 10.
de conſtit. quòd ſicut magna neceſſitas excu-
ſat. cap. quod non eſt licitum. de reg. iur. ita &
magna vtilitas. Verum ſi vis ſcire caſus, quan-
9 do quis † licitè iurare poſſit abſque peccato.
vide glo. in c. ſignificaſti. de elect. quæ ponit ſe-
ptem caſus, quorum primus eſt pro fide retinẽ-
da. Vnde quando aliquis eſt ſuſpectus, de cu-
ius fide dubitatur, compellitur ad iurandum
pro fide retinenda. de conſecr. diſtinct 2. c. ego
Berengarius. 1. quæſt. 7. capit. quoties. Secũdus
pro obedientia exhibenda. diſtinct. 23. capitu.
quanquam. cap. nullus. de iureiur. Tertius pro
vnitate ſeruanda, vt Schiſmatici, qui ſeparant
ſe ab vnitate eccleſiæ. d capit. ſignificaſti. Quar-
tus pro veritate habenda, ſeu inquirenda, vel
comprobanda. 14. q. 2. cap. quamquam, vt cum
in iudicio veritas per teſtem comprobatur. c.
1. 22. q. 1. Quintus pro pace. 22. q. 1. c. omne,
quod. Sextus pro fama purganda. extr. de pur-
ga. Canon. per totum. 2. q. 5 c. ſi presbyter. Se-
ptimus pro damno dato. 2. q 1. capit. in primis.
& pro cautione damni non faciendi. diſt. 28.
de Syracuſanæ. Secundum, quod neceſſarium
eſt. vt iuramentum fiat ſine culpa, illud requi-
10 ritur, † vt habeat tres comites, veritatem, iudi-
cium, & iuſtitiam. capit. animaduertẽdum. 22.
q. 2. d. capit. etſi Chriſtus. Aliter ſi aliquod iſto-
rum defuerit, potius eſt periurium, ideſt, in-
cauta affirmatio, quàm iuramentum. Verum
quomodo iſta debeant intelligi, dico breui-
ter quòd iuramentum debet habere verita-
tem ſecundum conſcientiam, vt id, quod iura-
tur, puret eſſe verum ex conſcientia. Nõ enim
ſufficit quod in ſe ſit verum, niſi iurans credat
illud eſſe verum, ſecus ſi contra conſcientiam
iurat. 22. q. 2. capi. homines. glo. in d. c. animad-
uertendum. Debet etiam habere iudicium, id-
eſt diſcretionem, vel deliberationem accura-
tam, & diligentem in modo, & cauſa iurandi,
& ex cauſa: Si enim iurat per Deum, & ob cau-
ſam neceſſariam, vel vtilem, erit diſcretum iu-
ramentum ex conſulto, & cogitato adhibitũ,
vt probatur in d. c. etſi Chriſtus. Sed ſi iurat per
creaturam, vel ſine accurata deliberatione,
ſeu abſque utilitate, vel neceſſitate, tunc eſt in-
diſcretum, & temerarium, atque præceps iura-
mentum. An vero tale iuramentum obliget, at-
que obſtringat, videbimus infra de comitibus
iuramenti. Debet etiam habere iuſtitiam, ideſt
vt quod iuſtum ſit iuretur. c. quanto. extr. eod.
11 Forma autem iuramenti vt † inquit glo. in ſum
ma 22. q. 1. Alia erat in veteri lege, alia in pri-
mitiua eccleſia, alia hodie. Nam in veteri lege
iurabatur: Viuit Dominus: Viuit anima mea:
Hæc addat mihi Dominus. capit. iurauit 22 q.
1. In primitiua vero eccleſia iurabatur. Teſtis
eſt mihi Dominus. Teſtis eſt mihi conſcientia.
Hoc dico coram Deo. cap. ſi peccatum. ead. q.
Sed hodie iuratur per Deum. Sic me Deus ad-
iuuet. vt 35 q. 6. cap. de parentela. Ex quibus in-
fertur, quòd ad ſubſtantiam iuramenti non
eſt neceſſe vt exprimatur verbum iuro: ſed ſa-
tis eſt, quod ad cõfirmationem veritatis quis
interponat ipſum Deum explicitè, vel implici-
tè. ita Panor. in c. etſi Chriſtus. & ca. querelam.
eod. titu.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramenti definitio quæ dicatur.*
2 *Inter iuramentum, & ſimplicem promiſ-
ſionem diſcrimen.*
3 *In iuramento an neceſſaria tactura.*
4 *Iurans adimplere ſtato tempore, quod ad-
implere ſe non poſſe credebat, pec-
cat.*
5 *Periurus an ſit non ſoluens tempore ſtatu-
to.*
6 *Iuramentum an remittatur per temporis
prorogationem.*
7 *Difficultas an liberet debitorem à pœna
conuentionali.*
8 *Excommunicatus an ſit qui aliquid ſub
pœna præceptum non fecit ob difficul-
tatem rei faciendæ.*
9 *Iuramentum illicitum an ſit ſeruan-
dum.*
10 *Fidei interpoſitio an ſic obliget vt iura-
mentum. & nu. 11.*
12 *Iuramentum multiplex.*



## De definitione Iuramenti, eiuſque ſpeciebus. Cap. II.

NE ædificemus ſine fundamento.
(Nam ignoratis principiis igno
rantur ea, quæ ſequuntur. 1 q. 1.
cap. cum Paulus.) ideo agendo
de Iuramento, oportet primo
definire quid ſit Iuramentum. Iuramentum
1 † igitur (omiſſis alijs definitionibus) eſt aſſer-
tio, vel negatio de aliqua re honeſta, licita &
quæ fieri poſſit, cum ſacræ rei firma atteſtatio
ne. Ita Hoſt. in ſum eod. tit. § 1. quam approbat
Panorm. in ead. rub. & Sotus lib. 8. de iuſti. &
iure. q. 1. art. 1. qui licèt alijs vtatur verbis, tamẽ
cum ſupra nominatis auctoribus ſentit. Vult
enim Sotus, quòd iuramentum ſit dictio per
diuinam atteſtationem confirmata, vt dictio-
nis nomine, & affirmationem, & negationem
complectatur. Dei verò appellatione res quo
que diuinas, nempe res creatas ad Deum rela-
tas intelligit quas Hoſtien. comprehendit ſub
verbis illis, ſacræ rei, quia non licet iurare per
res creatas, quæ ad Deum non referantur: tũc
enim illis honor Deo debitus tribueretur, &
ſcelus committeretur idolatriæ. c. perlatum. &
c. venerabiles. vbi tex. cum gl. de conſecr. diſt.
1. Sed modo ex ipſa definitione multa adno-
tare neceſſe eſt, quæ ad illius veram cognitio-
nem conducunt. Primo loco, quod valde dif-
2 fert Iuramentum † à ſimplici promiſſione, cũ
promiſſio ſit nuda, & iuramentum ſit aſſertio
iurata; quod eſt apertè contra text. in c. iura-
menti. 22. q. 5. vbi dicitur, nullam eſſe differen-
tiam inter ſimplicem loquelam, & iuramen-
tum; Nam reſpondetur, quod illud intelligitur
quoad peccatum mortale: quia ſicut mortali-
ter peccat, qui ſine iureiurando dicit falſum,
animo fallendi, ita etiam qui cum iuramento,
ita vt quo ad Deum nulla ſit differentia inter
ſimplicem loquelam, & iuramentum, cum in
vtroque tum amittatur gratia, tum reus ad pę-
nam æternam obſtringatur. Eccleſia tñ vult,
quòd mendax ſimplex non patiatur pœnam
quoad infamiam, & repulſionem teſtimonij:
& inſuper poſſit promoueri, quod ſecus eſt in
mendace cum iuramento. ita Abb. in c. veniẽs.
nu. 6. & in c. clericus. circa finem. extra de iure
iuran. Secundo loco colligo, quòd ad ſubſtan-
3 tiã iuramenti non eſt neceſſarius actus † tan-
gendi, vt patet ex definitione, & probatur in
cap. etſi Chriſtus. de iureiu. Adnotauit Panor.
in rub. eod. titu. & in cap. fraternitatis nume.
13. de teſti. licèt iſte actus tangendi præſertim
euangelia, exigatur ad maiorem terrorem cũ
iuramento quod neceſſario defertur à iure,
vel à iudice, vel à partibus, vnde non ſatis eſ-
ſet aliam ſcripturam tangere. 3. quæſtio. 9. cap.
hortamur. quæſt. 7. cap. quoties. cap. finali. de
iuramento calum. Si autem iuraretur aliter, li-
cèt illud eſſet iuſiurandum, & obligaret iuran-
tem, non tamen eſſet ſatisfactum iuri, cum
pro forma manu tangantur Euangelia. Vide
bonam gl. in cap. vt circa. de elect. lib. 6. Quod
ſi quæris, cur iura communiter exigant hu-
iuſmodi iuramentum. d. cap. hortamur. cum
ad ſubſtantiam iuriſiurandi non requiratur
iſte tangendi actus, vt patet ex diffinitione.
Reſp. quia magis obſtringit iuramentum hoc
tangendi ritu. Facit à ſimili text. in capitu.
mouet. 22. quæſtio. 1. & per Innocen. in d. cap.
etſi Chriſtus. vbi habetur, quòd quanto id, per
quod iuratur magis ſanctum eſt, tanto maior
pœna debetur periuro. Vnde magis peccat,
qui tranſgreditur iuramentum, quod pronun-
ciauit per verum Deum, quàm qui tranſgredi-
tur iuſiurandum adhibitum teſtando per fal-
ſos Deos, licèt hic peccet duobus modis, tum
iurando, tum tranſgrediendo. Ille verò, qui
iurauit vno modo tantum, per Deum ſolum
peccauit tranſgrediendo; ratio eſt: quia maior
contemptus eſt in tranſgreſſione iuriſiurandi
per verum Deum: ſic magis peccat, qui falſo
iurat tangendo, quàm non tangendo. De hac
tamen materia ſcilicet de modo iurandi. vide
Panor. in cap. fraternitatis. de teſt. in d cap. etſi
Chriſtus nume. 9. & 10. & in rubr. & infra. cap.
ſequen. Tertiò ex ipſa definitione colligo ex
verbis. Quæ fieri poſſit. quòd qui aliquid iu-
4 rat † ſe daturum ſtatuto tempore, quod ta-
men credebat eo tempore ob impoſſibilita-
tem non poſſe adimplere, vel nõ habebat pro
babilem cauſam credendi quod poſſet adim-
plere, ſecundum Hoſt. peccat mortaliter iuran
do: quia primo caſu defuit veritas, deinde iudi
cium, & ſic eſt periurus: Quòd ſecus eſſet, ſi
crederet ſe adimplere poſſe ab initio, cum iu-
rauit, licèt poſtea ob difficultatẽ, vel neceſſita
tẽ non adimpleuerit: hoc enim modo nõ erit
periurus. arg. opt. in cap. beatus. 22. q. 1. cap. etſi

Chriſtus: Quod quidem multo magis eſt dicē-
dum; quando ſuperuenit aliquod impedimen-
tum, vt nullo modo id fieri poſſit: Nam eorū,
quæ fieri non poſſunt, dicitur, Impoſſibilium
nulla eſt obligatio. Idem de neceſſitate, vel
magna difficultate dicit Panor. in c. querelā,
& cap. breui. eod. tit. quod excuſat à periurio,
quia Deus animum reſpicit, non autem ma-
num. c. ſi quid inueniſti. 14. q. 5. Quare inquit
Innoc. in c. venerabilem. extra. de elect. quod
vigente neceſſitate poteſt quis propria auto-
ritate frangere iuramentum, ſi ſuperior habe-
ri non poteſt, à quo petatur abſolutio. 11 q. 3.
cap. anteceſſor. Sed vtrum lapſus ſtatuti tem-
poris auferat obligationem, dic, quod non. c.
cum dilecti. de dolo. & contum. l. Celſus. ff. de
arbit. Sotus. de iuſt. & iure lib. 8. q. . ar. 7. An ve-
ro talis neceſſitas excuſet in foro fori. Dic
quod non; vt eſt tex. vbi Ioan. Andr. in cap. 3.
de foro compet. in 6. Sed quid dicendum, ſi
adueniente tempore, quo quis in inſtrumento
5 iuramento † promiſerit dare pecuniam, non
ſoluerit nulla exiſtente neceſsitate, an in ani-
mæ iudicio ſit periurus. Dico, quod ſi creditor
interpellauerit debitorem, & ille non ſoluit,
tunc quia retinet pecuniam inuito Domino,
videtur peccaſſe mortaliter, tranſgrediens
præceptum. Non furtum facies, & eſt periu-
rus; quod idem dicendum, ſi non interpellaue-
rit ob timorem reuerentialem, vel verecun-
diam: quia hoc in caſu dicitur rem retinere in-
uito Domino. text. eſt in l. pen. ff. de furt. quod
ſi creditor expreſsè prorogauerit tempus ſolu-
tionis, tunc dubio procul non peccat. facit tex.
in c. cum tū. de vſur. c. ſtatutum. circa fin. de re
ſcrip. in 6. vel tacitè, vt quia ſcit creditor ad-
ueniſſe tempus ſolutionis faciendæ, & tamen
omni metu, atque cauſa ceſſante, qui ne pete-
ret eam retinebat, non interpellauerit debito-
rem: quia tunc probabiliter debitor poteſt cre-
dere ſibi à creditore dilationem dari, & non
ſoluendo non peccat. facit tex. in l. in obliga-
tionibus. ff. de regu. iur. Sylu. in verb. Mora. q. 1.
6 in fi. Sed an iuramentum † videatur remiſſum,
quando creditor dat maiorem dilationem il-
li, qui iurauit ſibi ſoluere intra menſem: & de-
dit ei dilationem vſque ad duos menſes: Dic,
quòd communis eſt opinio quòd non, ita Bar.
eleganter. in l. 2. §. & poſt operis. ff. de operis.
noui nunc. Bald. in cap. venerabilem. de elect.
facit gl. in c. fin. de precar. quæ dicit, quod tem-
pus prorogatum non mutat conditionem. Fe-
lin. in cap. 1. num. 3. de iureiu. Quod idem dicit
in excommunicatione. Hoſt. & alij. in c. præ-
terea de appella. Felin. in c. ad aures. de ſimon.
nu 2. qui dicit, quod prorogato termino, ad-
huc durat excommunicatio. Sed an difficultas
7 † liberet debitorem à pœna conuentionali?
Reſpon. q difficultas præſtandi, dupliciter con-
ſiderari poteſt: vel ex conditionis euentu, vel
ex mora. Exemplum primi. Si non dedero ti-
bi bouem menſe Maij, promitto nomine pœ-
næ dare tibi quinquaginta, & tunc licèt caſu
aliquo moriatur bos, mihi præſtanda eſt pœ-
na: quia pœna imponitur non ex mora, ſed ex
conditionis euentu. l. in illa ſtipulatione. ff. de
verbo. oblig. Exemplum moræ. Promitto tibi
dare ſeruam in ſpecie, quod ſi non dedero, cē-
tum, & tunc difficultas impedit moram com-
mitti & per conſequens pœnam. l. ſi vehenda.
§. pen. ff. ad leg. Rhod. de iactu. vt puta, promiſi
ſub certa pœna conducere res tuas ſtatuto ali-
quo tempore ad certum locum, certe ſi caſu
fui impeditus, non committitur pœna. d. §.
pen. Et hoc intellige, quando dari certa ſpe-
cies eſt in obligatione. l. quod te. l. ſi homo
mortuus. ff. de verbo. obliga. quia ſi quantitas
eſſet in obligatione, ſecus eſſet: nam obliga-
tio eſt in genere cum quantitas promittitur. l.
in ratione. §. diligenter. ff. ad leg. Falcid. & to-
tum genus perire non poteſt, & ideò difficul-
tas non liberat. An autem impediatur vincu-
8 lum excommunicationis, † ſi quis iuſſus ali-
quid facere minimè id fecit propter difficul-
tatem rei faciendæ, verbi gratia, iudex ex-
communicauit Petrum, niſi veniſſet in termi-
no ad perhibendum teſtimonium, Dic quòd
ſic, quo ad Deum. glo. in cap. 2. de teſt. cogen.
quia impoſsibile præceptum non ligat. ff. quæ
ſent ſine appell. reſcin. l. 2. Et qui non poteſt, nō
contemnit. glo. in c. quam ſit. in verbo, diſtule-
rit. de elec. immò etiam quo ad Eccleſiam, ſed
quia Eccleſia ignorat factum, ideo debet ab-
ſtinere à diuinis, quouſq; probet impedimen-
tū, quo probato, nulla indiget abſolutione. Et
ratio eſt: q. a in dubio vr̄ mentē iudicis ſe velle
conformare iuri, ſed ius excuſat, niſi pro cōtu-
macia, quæ eſt de peccato mortali. c. nemo. c.
nullus. 11. q. 3. ſed iſte nō peccauit, ergo. Quod
quidem dictū Panor extēdit ad ſnīam Iudicis
non ſolum inferioris, ſed etiā ſummi Pontifi-
cis: quia ſnīa hoc loco non infringitur ex defe-
ctu poteſtatis, ſed voluntatis, quæ voluntas po-
tius debet præſumi iuſtior in Papa, q̄ in alio.
arg. 40. diſt. c. 1. Pan. cōtra Hoſt. in c. 2. de teſti.
9 cogēd. Quarto loco † colligo ex definitione,
dn̄i dicit licito illicitum iuſiurandū nō eſſe pro
ferendū, faciendū, nec ſeruandū. Verū quia nō
eſt hoc vſquequaque verū, idem oportet inue-
ſtigare, quot modis iurm̄ dicat̄ illicitū. Qua-
propter ſciendū eſt, q illicitū iurm̄ multiplici-
ter intelligit. Eſt. n. illicitum aliqn̄ ex eo, q iura-
tur, aliqn̄ ex cauſa extra veniente, aliquādo ex
modo iurandi: ita optimus text. in cap. inno-
cens.



cens. §. illicitum. 22. quæſt. 4. Ex eo, quòd iura-
tur tunc eſt illicitum iuramentum, quando id,
quod iuratur, ſui natura vitioſum eſt, vt ſi quis
iuramento firmauerit aliquid facturum, quo
vel corporis, vel animæ ſalus adimatur, vt ho-
micidium, vel adulterium committere, vel ali
menta matri, aut fratribus non ſubminiſtrare,
ad pacem cum aduerſario non redire, & tunc
quia iſta perſpicuam in ſe habent iniuſtitiam,
quamuis iureiurando armentur, ſeruari non
debent. cap. inter cætera. 22. q. 4. quia in malis
promiſſis reſcindenda eſt fides. c. in malis. de
reg. iur in 6. Eſt etiam id, quod iuratur aliquan
do vitioſum, non ſua quidem natura, ſed ex
cauſis foris venientibus. Veluti cum in ſeipſo
malum non eſt, tamen huic ex voto pernitio-
ſum eſt: Hoc autem iuramentum licet illicitū
ſit, & per conſequens non faciendum, non ta-
men ſeruari prohibetur, ſed de violatione vo-
ti pœnitentia ſibi imponitur à iudice. argum.
tex. in c. qui poſt votum. de Regul. in 6. Verum
tenet matrimonium contra votum caſtitatis.
vt in c. vnic. de voto in 6. Ex modo iurandi tūc
eſt illicitum iuramentum, quando inconſide-
ratè, & inſcienter aliquid iuratur, quod tamen
licitum, & honeſtum eſt, & tunc tale iuramen-
tum eſt ſeruandum, licèt fuerit illicitū ex mo-
do, & peccauerit iurando. Non enim talis ſem-
per peccat mortaliter, ſed quandoque veniali-
ter, ſecundum quantitatem culpæ. vt not. Ar-
chid. in d. c. animauertendum. Quinto loco, ex
verbo, ſacræ rei, colligo, quod eius appellatio-
ne veniat Euangelium, & fides. Vnde per fidei
10 † interpoſitionem quis ita obligatur, ac per
iuramentum. Ita tex. in c. querelam. de iureiur.
cap. querelam. ne præl. vices ſuas. c. peruenit. c.
cum tempore. de arbitr. c ad aures. de his quæ
vi. optimus tex. in c. ex reſcripto. ti. noſtro, ibi,
fidem præſtiterūt. Et poſtea dicit: Adimpleāt,
ſicut iurauerunt. & ita fidei præſtatio eſt iura-
mentum. Hinc ſubſequitur, violatores fidei,
periuros eſſe, quod adnotarunt glo. & Docto.
in d. c. querelam. ne præla. vic. ſuas. Abb. & Fel.
in cap. querelam. tit. noſtro. Subſequitur etiam
violantem datam fidem, poſſe priuari benefi-
cio, ſicut veniens contra iuramentum. d. c. que-
relam. tit. noſtro. Et ratio eſt: quia periurium
committit, & iura volunt vt pro periurio pri-
uetur, vt ſupra diximus, & c. cum non ab ho-
mine. de iudic. Infertur etiam, quòd faciens cō-
tra fidem ſit infamis, ſicut periurus, eo modo,
quo periurus irrogat infamiam, quod quando
ſit, plenè dixit Panor. in c. teſtimonium. de te-
ſtib. cum fides data, & iuramentum æquiparen-
tur. vt dixit glo. no. in cap. 2. de ſponſ. quorum
ſententia huic innititur rationi, quod fides
iuxta eius propriam ſignificationem ad rem
ſacram pertineat, prout teſtatur Hoſt. in Sum.
num. 2. extra. de iureiur. verum Archid. in cap.
iuramentum. 21. q. 1. tenet, non ita periurij pœ-
na ordinaria puniendum eſſe violatorē fidei,
ac eum qui iuſiurandum per rem ſacram vio-
laſſet. Idem ſentit glo. in cap. pen. de iureiur.
Ex quo infert ibi Archid. quòd non debet pri-
uari beneficio, ſicut periurus. & idem videtur
tenere. in c. 1. de ſepult. in 6. Quod quidem di-
ctum Ber. & Hoſt. cap. pen. tit. noſtro, intelli-
gunt in foro conſcientiæ tantum, vt refert Hē-
ricus. in d. cap. querelam. num. 8. At Couar. de
pact. par. 1. §. 2. num. 2. cui libenter aſſentior, ſic
dicit, quòd aut aliquis iurat per fidem, haben-
do relationem ad virtutem Theologicam, id-
eſt ad fidem Chriſti, vel ad fidem Chriſtianā,
& tunc verè iuraſſe credendus eſt, & punien-
dus eſt tanquam violator iuramenti. Et ita in-
telligenda eſt prima opinio Panor. Hoſt. &
Felin. aut iurans per fidem, illam refert ad fidē
humanam, quam & Gentiles, & Sarraceni ſer-
uare tenentur iure naturali gentium, vel ad
fidem nobilitatis, quæ eam ſignificat fidem,
quam nobiles præ cæteris in humanis pactio-
nibus præſtare ſolent, & debent, & tunc in his
caſibus promiſſio, vel aſſertio facta ſub men-
tione fidei, non eſt iuramentum: neque ſi non
ſeruetur, eſt periurium, neque eſt alicuius robo-
ris quo ad alios iuris effectus. Ita Adr. & Al-
ciatus in rubr. de iureiur. num. 5. Caiet. 2. 2. quæ-
11 ſtio. 89. ar. 6. Qui etiam addit in dubio † intel-
ligendam eſſe promiſſionem de fide humana,
& non prout eſt fides Theologica. Hinc So-
tus. lib. 8. de iuſt. & iure q. 1. ar. 1. eandem Caiet.
opinionem affirmat, quod qui ſic diceret: ita
eſt in fide mea. Verè iudicandus non eſt per-
iurus, quia affert fidem ſuam in teſtem, ſicut
vniuerſi principes facere ſolent. Quin etiam
addit Caiet. vbi ſupra, quod idem procederet,
ſi diceret per fidem meam. Quamuis per ma-
gis videatur formam teſtis adducere. Sed re-
uera, vt inquit Bonau. 3. diſt. 39. q. circa literam.
q. 3. idem eſt iurare in fide, & per fidem. Diui-
ditur autem iuramentum in multas ſpecies, vt
habetur per Abb. in c. iuramentum. nu. 1. & 2.
12 de iureiu. Sed duæ ſunt ſpecies † principales.
Nam quoddam dicitur aſſertorium, quoddam
promiſſorium. Aſſertorium dicitur, vbi de re
præſenti, vel præterita aliquid aſſeritur, vel ne-
gatur, promiſſoriū verò, vbi in futurum quid
faciendum, vel non faciendum, promittitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum à Domino prohibitum non vt per ſe malum, ſed ex cauſa.*

2 *Iuramentum non connumeratur inter bona per ſe appetibilia.*

3 *Iuramentum adhibitis tribus comitibus licitum eſt.*

4 *Iuramenti tres comites conuenienter aßignauit D. Hieronymus.*

4 *Iuramentum dici non poteſt, ſed periuriũ deficientibus comitibus.*

6 *Iuratio incauta, quæ impropriè periuriũ dicitur multifariam fit.*

7 *Iuratio incauta quãdo peccatum ſit mortale, & an obliget, num. ſeq.*

## De comitibus iuramenti. Cap. III.

POſt hæc autem opere precium erit de comitibus iuramẽti agere: nam vt iuramentum honeſtè fiat, aliquot neceſſaria ſunt, ſine quibus id permiſſum non eſt, immo iure optimo improbatum. Quod vt fiat manifeſtum, obiter interpretari nos oportet tex. in c. etſi Chriſtus. §. quædam. de iureiuran. Quo in loco Innocentius III. aſſeuerat, quod quædam prohibentur quia per ſe mala ſunt,
1 vt † furtum, adulterium, & huiuſmodi, quæ nunquam ſunt facienda. Quædam verò prohibentur ex cauſa, non quia per ſe mala ſunt, ſed quia ſi fiant frequenter, & plerunque ex his mala conſequantur. Sic iuramentum per ſe quidem malum non eſt, cum ſit confirmatio veritatis: ſed tantum prohibetur ex cauſa, quoniam ex frequenti, & incauta iuratione periurium ſæpe contingit: ſicut in Eccleſiaſtico legitur, Vir multum iurans, replebitur iniquitate, & non diſcedet à domo eius plaga. Accedat etiam text. in c. ita ergo. 2. q. 1. vbi dicitur. Ita ergo præcepiſſe Dominum intelligitur, ne iuretur ne quiſquam ſicut bonum appetat iuſiurandũ, & aſſiduitate iurandi, ad periuriũ per cõſuetudinẽ prolabatur. Ex quibus verbis colliguntur tria. Primum, quod iuſm non connu-
2 meratur † inter bona, quę per ſe ſunt appetẽda, ſicut ſunt sũma bona, ſcilicet virtutes: ſed eſt indifferẽs, & ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis bonum: vt Medicina nõ eſt per ſe bona, ſed ex cauſa, ad ſubueniendum infirmitati. Secundũ quòd aliquid prohibetur non per ſe: ſed propter aliud, quod inde poteſt ſequi. 11. quæſtio. 3. cap. nolite. 38. diſtinctio. cap. ideo. Tertium, quod ceſſante cauſa inducente iurantem ad periurium; vt eſt cauſa frequentis, & voluntariæ iurationis, ceſſat effectus. i. prohibitio iurandi. d. cap. etſi Chriſtus. §. quædam
3 Hinc ſi iuramentum † fieret de re licita, & adhibitum eius comitibus, tunc dubio procul licitum eſſet, & fieri poſſet ſine culpà. Tres autem ſunt hi comites, iuxta illud Hiere. c. 4. Iurabit, Viuit Dominus in veritate, iudicio, & iuſtitia. Quem locum Hieronymus interpretatur ita ſcribens. Animaduertendum, quod iuſiurandum hos habet comites: veritatem, iudicium, atque iuſtitiam, & addit: ſi iſta defuerint, nequaquam erit iuramentum: ſed periurium. cap. 2. quæſtio. 2. cap. vltimo. 25. quæſtio. 4. cap. & iurabunt. 22. quæſtio. 1. dict. cap. etſi Chriſtus. D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 3.
4 & conuenienter aſſignauit † Hieronymus hos comites: quorum ratio ea eſt iuxta D. Tho. & Bonau. quod iuramentum non eſt bonum, niſi ei, qui benè vtitur eo. Ad bonum autem vſum iuramenti requiruntur tria vnum ex parte iurantis, ſcilicet vt non leuiter, ſed diſcretè, & ex cauſa neceſſaria iuret conſiderando locum, & cauſam, tempus, & cæteras circunſtantias, & ſic requiritur iudicium diſcretionis, ne præcipitanter, & temerè feratur ad iurandum, neve illud appetat tamquam bonum: ſed neceſſitate, vel vtilitate ductus. Secundum, requiritur in iuramento res, pro qua fit, & ſecundum hoc debetur ſibi veritas, vt ſit adæquatio ſermonis, & rei; aliàs dictũ nõ eſt confirmatione dignũ. Item cauſa, quare fiat, & finis. & hæc debet eſſe neceſſitas, quæ comprehendit etiam vtilitatem, tam propriam, quam proximi, quæ appellatur hic iuſtitia: nam ſi nõ credit mihi proximus quando illi volo perſuadere, quod ſibi, vel mihi vtile eſt, poſſum, & iuſtum eſt illud iuramento confirmare. c. non eſt. c. ita ergo. c. ſequen. c. ſi peccatum. 22. q. 1. Vel aliter, quoniam per iuramentum Deus, qui ſumma veritas eſt, & ſumma iuſtitia, in teſtem adducitur, primum ad eius reuerentiam opus eſt, vt id, quod iuratur ſit verum, iuſtum, & æquum; deinde vt circumſpectè fiat. Aliter etiam glo. in d. c. animaduertendum, exponit: dicit enim, quod iurando ſemper debet eſſe veritas in conſcientia, ideſt vt iuretur, quando certè ſcitur ita eſſe, aliàs ſi credatur tantum, non debet de ſciẽtia, ſed de credulitate iurari. Item debet eſſe iudicium, ideſt deliberatio diſcreta, ſcilicet, vt non iuret etiam verũ quis, niſi propter neceſſitatem; ideo ſecundum Hoſt. in Sum eo. tit. furioſi nõ poſſũt iurare, nec paruuli, ideſt infantes, c. paruuli. 22. q. 5. Et ratio eſt: quia iuramento debet eſſe iudiciũ, & talis ętas neſcit, quid agat vt C. de fal. mo. l. 1. Debet ẽt eſſe iuſtitia, ideſt vt iuſtũ ſit, & licitũ, quod iuratur: etenim iuramentũ, cui veritas deeſt, dr̃ falſum, & mendax: cui verò deeſt iuſtitia, dicitur iniquum, & illicitum: ſed quod leuiter, & ſine deliberatione fit, dicitur temerarium: vt etiam eſt aſſidua iuratio, vel otioſa, contra illud: Non aſſumes no-





men Dei tui in vanum. 22. q. 4. c. neceſſe. Addit etiam ibidẽ Hieronymus, quòd ſi iſta tria de-
5 fuerint, † nequaquam erit iuramentum, ſed periurium: & intelligit non ſolum periurium, vbi tria defuerint collectum, ſed etiam ſi ſingillatim, ideſt aliquid iſtorum. Nam ex quo, aliqua exiguntur ad eſſe alicuius, ſicut iſta exiguntur ad eſſe iuramenti liciti; ſi vnum illorum defuerit, totum irritatur, nec illud ſtare poteſt. arg. opt. in cap. quæ ipſis. diſtinctio. 38. in cap. corepiſcopi. diſtin. 48. Igitur ſi aliquod iſtorum defuerit, erit periurium, ſecundum D. Hieronymum in loco præcitato, non quidem ex eo, quòd verè periurij crimen dici poſſit, (eſt enim propriè periurium mendacium iuramento firmatum) ſed periurium, ideſt incauta iuratio; quemadmodum exponit glo. communiter recepta. in cap. tua nos extra de iure-
6 iur. incauta verò iuratio † quodammodo dicitur periurium: quia iurans propter illam exponit ſe periculo peierandi. S. Thom. 2. 2. q. 98. arti 1. & 2. Quod quidem periurium impropriè dictum multipliciter ſumitur: nam quandoque ponitur pro temerario iuramento, qđ non habuit iuſtitiam ſecum. cap. innocens. §. fin. 22. q. 4. Tale fuit illud Dauidis, qui per Dominum iurauit occidere Nabal virum ſtultũ, & impium, atque omnia, quæ ad illum pertinebant demoliri. cap. quod Dauid. cap. ſeq. cap. ſi aliquid. 22. q. 4. Sic turpe fuit illud Herodis, qui ebrius inter vina, Regnum pro ſaltatione promiſit. Matth. 14. Mar. 6. c. vnuſquiſque 22. q. 4. Tale etiam eſt illud quo malum incautè permittitur, veluti ſi quiſpiam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. cap. qui ſacramento. & ſeq. 22. q. 4. Item periurium temerarium eſt ex modo iurandi, vel ex cauſa, vt quia iurat per creaturam, vel ſine deliberatione. d. cap. etſi Chriſtus. & capit. inno-
7 cens. §. fin. Primum ex deliberatione † vel propoſito factum, mortale peccatum eſt. cap. qui ſacramento. 22. q. 4. etiam ſi calore iracundiæ, modo non ſit tantum, vt ſapiat mentis alienationem. arg. text. 2. q. 3. cap. ſi quis iratus. & cap. ſed notandum. quia tali caſu iurans non haberet conſenſum, & per conſequens huiuſmodi iuramentum non ligaret. glo. in l. 2. C. ad leg. Iul. maieſt. quia non videtur Deus talem obligationem indiſcretam recipere. 15. q. 1. c. non eſt. Facit tex. in l. quicquid calore. ff. de reg. iur. Sic etiam confeſſio facta calore iracundiæ, non præiudicat, niſi detur perſeuerantia. glo. ſingularis in c. ex litteris. de diuort. Votum pariter calore iracundiæ emiſſum, non obligat. glo. not. in cap. dudum. verſi. calore. de conuerſio. coniug. Secundum, ideſt factum abſque deliberatione ſuper re licita; eſt peccatum veniale. Ita text. 25. diſtin. cap. vnum. Arch. in d. cap. qui iuramento. glo. in cap. tua nos. in fin. ext. de iureiur. Primum etiam eſt periurium,
8 † quia non habet ſecum iuſtitiam, quia id, qđ iuratur illicitum eſt, vergens ad interitum, vel diſpendium ſalutis æternæ, & ideò nullo modo eſt ſeruandum. Hinc Dauid, qui in temerariam iurationem cecidit, maluit non perficere quod iurauerat, quam iurationem ſuam fuſo hominis ſanguine adimplere. De duobus enim malis elegit minus: quia minus fuit illud in comparatione maioris, licèt per ſeipſum appenſum malum magnum ſit falſa iuratio. d. c. quod Dauid. & ſeq. Vnde Beda Ser 44. in Natali decollationis S. Ioannis, dicit. Si aliquid fortè nos incautius iuraſſe contigerit, quod obſeruatum peiorem vergat in exitum, conſilio ſalubriore mutandum nouerimus, ac magis inſtante neceſſitate peierandum nobis, quam pro vitando periurio in aliud crimen grauius eſſe diuertendum. Diffinitio enim hoc eſt incauta affirmatio laudabiliter ſoluẽda eſt, nec eſt præuaricatio, ſed temeritatis emendatio. cap. diffinitio. 22. q. 4. Non enim peccatum eſt in frangendo, ſed in hoc facit peccatum, temerè iurando. 33. q. 5. cap. vna glo. in d. c. tua nos. 1. ſed incauta iuratio de re licita, vt ſi eſſet indiſcreta ex modo iurandi, vel ex cauſa vt quia iurat per creaturam, vel ſine deliberatione abſque vtilitate, obligat, licèt non habeat ſecũ comitem iudicij, vt quia fit contra pręceptum Domini. d. c. etſi Chriſtus. quia multa facta tenent, quæ ab initio fieri prohibẽtur. Facit tex. in c. vnico. de voto in 6. De eo, qui contraxit matrimonium contra votum caſtitatis, quià tenet matrimonium, licèt ille peccauerit contrahendo; Sed quia de comitibus Iuramenti ſunt capitula ſingularia, ideò hæc ſummatim dixiſſe ſufficiat.

### SVMMARIVM.

1 *Iuramentum duplex, publicum, & priuatum.*

2 *Iuramentum exigere priuata perſona põt tripliciter. & nu. 11. 12. & 13.*

3 *Iudex quando exigat iuramentum abſq; peccato. & nu. 5.*

4 *Exigere, verbum, qualiter accipiatur in Iudice.*

6 *Facit quis aliquid ex officio, quod aliàs quis facere non poſſet.*

7 *Iudex ſi procedit ex officio, quando iuramentum exigere non debeat.*

8 *Iudex ſciens pro certo falſos teſtes, an il
los recipere poſsit, & per illos condem
nare innocentem.*
9 *Executores iuſtitiæ an Iudici obedient
præcipienti vt aliquem occidant, quan
do ſciunt pro certo innocentem. vide
etiam nu. ſeq.*
10 *Priuata perſona an, & quando peccet
prouocando hominem ad iurandum.*
12 *Iuramentum exigere, quandoque non eſt
peccatum.*

## Vtrum ſit licitum exigere iuramentum ab aliquo. Cap. IIII.

CIrca hãc quæſtionem, priuſquam
ad eius deciſionem veniamus,
ſciendum eſt, quòd ſicut diſtin-
guitur iuſtitia publica à priuata,
1 ita duplex † eſt Iuramentum, ſci
licet publicum, quod reſpicit publicam iuſti-
tiam, & priuatum, quod reſpicit priuatam iu-
ſtitiam. Igitur quæſtio hæc poteſt duplicem
habere ſenſum, de priuato, qui ab aliquo exigit
iuramentum extra iudicium: vel de Iudice, qui
ad inſtantiam partis, vel ſine ea, ab aduerſario
exigit iuramentum. Rurſum intelligi poteſt de
iuramento quod vnus ab alio exigit, quem ip-
ſe ſcit falſum iuraturum, vel verum. iux. tex. in
c. ille qui. & c. qui exigit. 22. q. 5. Præterea notan
2 dum eſt, quòd priuata † perſona tripliciter po
teſt ab aliquo exigere iuramentum. Primò ad
veritatis confirmationem. iux. text in cap. etſi
Chriſtus. de iureiur. v. g. quando quis dubitat
de facto, & credit eum verum iuraturum, &
tunc ad maiorem certitudinem exigit iura-
mentum, videlicet vt ſtabilior, & firmior ſit ip
ſa promiſſio, & veritatis aſſertio, & tunc tale
iuramentum non eſt peccatum: cum iuramen-
tum ſit cõfirmatio veritatis. d. c. etſi Chriſtus.
Secundo modo exigitur propter dubitationis
ſiæ remotionem: quia ſuſpicatur ne homo ſi-
ne iuramento dicat falſum, & tunc nec exigẽs
peccat; eſt tñ humana tentatio quia ſcilicet
procedit ex quadam infirmitate, qua dubitat
homo verum eſſe dicturum. Quę quidem infir
mitas dicit malum pœnæ, non autem culpæ.
Et ita intelligitur illud Matt. 5. Quod autem
amplius eſt, a malo eſt: non inquam culpæ, ſed
pœnæ. c. qui exigit: 22. q. 5. c. non eſt. c. ſeq. c. ita
ergo. 22. q. 1. c. ſignificaſti. de ele. Tertio modo
exigitur iur͂m ad veritatis ſubuentionem, vt
qñ ab alio cõpellitur aliquis iurare, quem ſcit
iuraturum falſum, & hoc eſt peccatũ mortale.
d c. ille qui. & c. ſeq. Et ratio eſt: quia quantum
eſt de ſe, inducit eum ad peccandũ, & qui cau-
ſam damni dat, ipſe damnum dediſſe vr̃. Item
3 quoad perſonam † publicam Iudex poteſt exi
gere iur͂m ab aliquo, quẽ ſcit falſum iuraturũ,
vel neſcit. iux. tex. in d. c. ille qui. & c. ſeq. Rur-
ſum verbum, exigere, aliter capitur ſi nos con
ſideramus iur͂m reſpectu perſonæ priuatæ, &
aliter ſi exigitur à publica: quia licèt exigere
ſignificet impulſionem, & id, quod ab aliquo
eo inuito exigitur, tñ reſpectu perſonę priuatę
dr̃ iuri exactio prouocatio ad iurationem tex.
in d. c. ille. vbi prius dicit, prouocat, & poſtea,
compellit; Hæc autem prouocatio ſatis dr̃ fie-
ri cum quis ſuaſionibus, & blanditijs inducitur
ab alio ad iurationem ſicut à ſimili dr̃ quis tra-
hi, & compelli ad ludendum, qui ex ſuaſioni-
bus vel importunis precibus inducitur ad lu-
dendum, vt nos ſupra diximus de ludo in eod.
lib. 2. Quare fit, quod licet a miſſum in ludo in
foro animæ non ſit reddendum, tñ fallit, qñ ſic
quis ad ludum prouocaretur: quia niſi eſſent
homines ſic prouocantes, non tm̃ iuuenes lu-
derent, quantum faciunt. Sicut dicitur de leno
nibus, qui niſi eſſent, non ſic ſæpe adulterium
committeretur. l. 2. §. 2. ff. de adult. etiam de re-
ceptatoribus latronum, ſine quibus nemo diu
4 latere poſſet. ff. de recept. l. 1. In perſona † verò
publica poteſt conſiderari exactio per ſimpli-
cem petitionem iuramenti ab eo, quem ſcitur,
falſum iuraturum. Immo nõ ſolum Iudex ſim-
pliciter petendo iur͂m ab aliquo, dr̃ exigere,
ſed etiam ſi precaretur illum, cum preces ſu-
perioris habeantur pro iuſſu. l. 1. ff. quod iuſſu.
ſed modo ex his more ſolito ad caſuum De-
ciſiones deueniamus.

Et prima ſit. Circa iuramentum publicum,
5 ideſt ratione publicæ iuſtitiæ, Iudex, † qui indi
cit, ſeu exigit iuramentum ab eo, quem ſcit fal
ſum iuraturum, non peccat; modò exigat pu-
blico fungens officio, & munere, iuxta ordinẽ
iuris ad petitionem alterius. c. quamuis. 22. q. 1.
Vbi Auguſt. inquit, quòd ſicut iurare non ſem
per eſt malum: ſed quandoque licitum eſt, qñ
pro neceſſitate aliqua, & cum cautela iuratur;
ita ẽt iur͂m recipere, vel exigere ex cauſa ne-
ceſſaria & alijs debitis circunſtantijs obſerua-
tis poteſt eſſe ſine peccato; Et ratio eſt: quia iu
ramentum in iudicijs non exhibetur propter
iudicem, ſed propter alios: Vnde non eſt in po
teſtate eius iuramentum remittere, quod iux-
ta ordinem iuris exhibendum eſſet; cum exa-
ctio illa non ſit iudicis, ſed partis, ad cuius in-
ſtantiam exigitur, & legis præcipientis. Archi.
& Turrecrem. in cap. ille qui. 22. quæſt. 5. & in
cap. quamuis. 22. quæſtio. 1. Socin. in ſuis fal-
len. Regula 210. Hinc collige vnum notabi-
le,



6 le, quòd † facit quis aliquid ex officio, qđ aliàs
facere nõ poſſet, neq; debet arg. opt. in c. ſi ſa-
ſacerdos. de offi. ordin. 6. q 2. c. placuit. extra, de
temp. ord. c. ex tuarum. & c. vlt. opt. tex. in c. nõ
prohibeat. de conſecr. diſt 2. nam cum nullum
ſacramentum ſit maius, nec venerabilius in Ec
cleſia, quàm corpus Chriſti. c. nihil. de conſecr.
diſt 2. cap. multi. 1. quæſt. 1. conſtat, quòd qui
indignus exigit, non minus reus eſt, quàm qui
indignè iurat, & tamen ſacerdos, qui Euchari-
ſtiam diſpenſaturus eſt, quamuis eum nouit
horrenda crimina commiſiſſe, ſi probare non
poteſt, exegeritq; ille criminoſus Euchariſtiã,
oportebit ſacerdotem ſatisfacere exigenti, vt
in præallegato cap. non prohibeat. ita Arch. in
cap. 2. 15. q. 5.
7 Secunda † Iudex, qui aduerſarium non ha-
bet, non debet exigere iuramentum ab eo,
quem ſcit falſum iuraturum, vel ab eo, quem
ſcit citò poſſe labi in periuriũ, arg. tex. in c. cle-
ricos. de cohabit. cler. vel mulier. vbi inquit
tex. ꝙ non debet Prælatus compellere cleri-
cum ad abiurandum concubinam, hoc eſt ad
renunciandũ cum iuramento de non redeun-
do, quando publicè tenet concubinam, ne ad
eandem fornicationem inſtinctu Diabolicæ
fraudis redeundo, periurij reatum incurrat.
Hinc inducit illum tex. Do. Ant. de Butr. quòd
ſi Prælatus eſt certus, clericum peccatum com
miſiſſe, vel delictum, non debet ei indicere
purgationem. 15. q. 5. c. presbyter. Sic ſi iudex
certus eſt, quemquam iuraturum falſum, non
debet illi iuramentum deferre. Et hoc proce-
dit, quando Iudex procedit ex officio: ſecus au
tem, ſi iure ordinario, quia tunc ne actorem,
ne c teſtem poteſtã iuramento repellere, im-
imò neceſſariò debet admittere. cap. ex parte.
c. ſignificauerunt. de teſt. Ita Dom. Ant. de But.
in d. ca. clericos Hinc inferunt etiam, quòd Iu
8 dex, † qui ſcit accuſatum coram ſe ad pęnam
capitis, vel quamcunque aliam immunem pe-
nitus à culpa, quæ ei imponitur, quòd ſi videt
teſtes paratos ad iurandum falſum, quod po-
teſt recipere: immò per illos etiam condem-
nare innocentem: nam magis ſequi debet in iu
dicando documenta legitima, hoc eſt teſtes,
& inſtrumenta, quàm illud, quod ipſe nouit, vt
priuata perſona. Poteſt tamen vti hac caute-
la, vt diligentius probationes inductas diſcu-
tiat, vt poſſit earum inueſtigare defectum. Qđ
ſi non poſſit eas de iure repellere, debet eas in
iudicando ſequi. Vnde Auguſt. ſuper Pſalm.
Iudex bonus nihil ex arbitrio ſuo facit: ſed ſe-
cundum leges, & iura pronunciat. ita Panor.
in cap. paſtoralis. §. quia verò. de offic. delega.
Innoc. in cap. cum dilecta. in gl. magna in fi. de
reſcri. Bar. & Bal. in l. illicitas. §. veritas. ff. de off.
præſid. Vnde ſecundum Richar. quodlib. 3. q.
25. tenetur eſſe valde ſollicitus fouere partẽ
illam, quam in conſcientia ſua ſit eſſe veram,
ne pereat propter defectum teſtium, vel debi-
le patrocinium adoccatorum. Si verò nullam
viam talem poteſt inuenire, cauſam alij, ſi
poteſt ſine ſcandalo, debet committere. ſecun
dum Hugon. & Rich. quòd ſi non poteſt, cre-
dit Rich. poſſe ſecundum allegata ſententiare.
arg. tex. in cap. ſi ſacerdos. de offic. ordin. cap.
Deus omnipotens. 11. quæſt. 1. & huic opinio-
ni ſine præiudicio videtur ſtandum, licèt Fe-
lyn. in d. cap. Paſtoralis. num. 23. limit. 3. & 7.
dicat, quòd Iudex in criminalibus, quando
pro certò ſcit aliquem eſſe condemnandum
ad pœnam corporalem, qui eſt innocens, ꝙ
tunc debet ſequi ſuam conſcienriam: ſed quid
9 facient † executores, qui ſciunt teſtes falſum
iurare, & tamen coguntur à Iudice innocentẽ
occidere, vel alio modo punire? Reſpon. Bart.
& Rod. quòd non debent obedire, ſi pro certo
hoc ſciunt, ſecus ſi dubitant: quia tunc excu-
ſantur propter obedientiæ bonum. arg. tex. in
10 cap. quid ergo. 11. quæſt. 3. Sed † pone, quòd
coram executore dato ad ſententiam exequẽ-
dam proponitur ſententiam eſſe latam per fal
ſos teſtes, nunquid executor teneatur hanc
exceptionem admittere. Inno. in c. paſtoralis.
de offic. deleg. dicit quòd non: ſed poteſt ta-
men ſi vult ad inſtructionem ſui aliqua de fal-
ſitate audire, vt ſi quæ videat, quæ ipſum mo-
ueant, ſuperſedeat, & ſuperiori referat. Quod
idem dicendum videtur, quando executor ſcit
ſententiam eſſe iniuſtè latam propter falſos
teſtes, quam Iudex credebat iuſtam: quia tunc
poteſt ſuperſedere, ſuperiori referendo cau-
ſam rationabilem, quare obedire non debet.
arg. tex. in cap. ſi quando. de reſcr. Quod ſi à
ſuperiore præciperetur, vt ſententia executio-
ni mitteretur; tunc non eſſet obediendum ei.
argum. tex. in cap. Dominus. & cap. Iulianus.
11. quæſt. 3.
11 Tertia. Priuata perſona, quæ † hominem
prouocat in iudicio ad iurationem, quem ſcit
falſo iuraturum. peccat mortaliter, & eſt ho-
micida, quia ſupprimit manum illi, quem co-
git iurare, vt ſuo periurio ſe interimat, & hoc
modo loquitur tex. in d. cap. ille qui hominem,
& cap. ſeq. 22. quæſt. 3. Immo tex. in d. c. ille, qui
dicit, quòd talis vincit homicidam, cum per-
iurium ſit peccatum directè in Deum, & ho-
micidium in proximum, licet quo ad eccleſiã
homicida, qui minus peccat, magis puniatur,
cum natura humana maximè abhorreat ho-
micidia. Archi. in d. cap. ille. in fi. Vbi etiam di-
cit. nu. 2. quòd tale peccatum etiam reperitur
Dominum puniuiſſe in hoc ſæculo. Nam vt
refert

refert Ang. Cum quidam Titius nomine, de Hyppon. Eccleſia vicino ſuo iuſiurandum detuliſſet, & recepiſſet, grauiter nocte ſequenti fuit flagellatus à ſpiritibus. Sed ſi iuſtè ad iurandum prouocaret, eo caſu non eſt peccatũ. v.g. Debes mihi centum, petij à te, negaſti, nec probare poſſum, poſſum tibi ſacramentũ deferre, & recipere à te, ſi vis iurare, quia ſemper debeo credere, licèt videam te paratum ad iurandum, quòd non eris immemor tuæ ſalutis. 1.q.7. c. ſancimus. Si tamen ſcirem pro certo te falſum iuraturum, vel vehementem haberem præſumptionem de falſa iuratione, non debeo recipere iuramentum. arg. tex. in c. cleros. de cohab. cler. vel mulier. vbi Do. Ant. notat, contra illos laicos, qui vidẽtes paratum aduerſarium ad periurandum, dicunt, ꝙ volunt quòd bibat ſibi ſacramentum: quia male faciunt, cum dent occaſionem peccandi. Sic etiam Panorm. ex illo textu notat, nunquã iuramentum eſſe deferendum illi, contra quẽ vehementer præſumitur de tranſgreſſione, nã deferens, peccat, quia eſt cauſa interitus illius, d. c. ille. Pariter nunquam eſt iniungendum alicui per iuramentum id, quod veriſimile eſt illum non obſeruaturum. Quod nota contra nonnullos confeſſarios, qui recipiunt à pęnitentibus iura de abſtinendo ab aliquo peccato: vndè potius pęnã ſtatuant. Et hæc eſt ratio, quare iuuenibus non iniungitur ſolennis pœnitentia. diſt. 50 cap. pœnitentes.

12 Quarta. † Qui exigit ab aliquo iuramentum extra iudicium ad veritatis confirmationem ex cauſa neceſſaria, adhibitis circunſtantijs debitis, vel ad dubitationis remotionem vt quia dubitat de facto, ſed credit verum iuraturum, non peccat: nam in primo caſu illud fit, vt firmior ſit ipſa promiſſio, & veritatis aſſertio. In ſecundo caſu neque eſt peccatum: qa ad maiorem certitudinem exigit iuramẽtum. Bene verum eſt, quòd licet malum non ſit culpæ, eſt tamen malum pœnæ, non quidem exhibentis iuramentum, ſed exigentis: cum talis incredulitas ſit quædam pœna. cap. ſignificaſti. de elect. in 6. & de tali iuramento loquitur. cap. qui exigit. 22. q. 5.

13 Quinta. † Qui recipit iuramentum ab eo, quem ſcit falſum iuraturum, & ille eſſet paratus iurare, puta, quia ſe offert, & eſt aliqua rationabilis cauſa ad recipiendum tale iuramentum, non peccat mortaliter; quemadmodum licet eius qui paratus eſt per falſos Deos, iurare iuſm recipere, propter vtilitatem, non tamen licet eum inducere ad hoc, quòd per falſos Deos iuret: Sic non peccat is, qui accipit pecuniam ad vſuram ab eo, qui vſuras exercet, & paratus eſt facere, & hoc ſi accipit propter aliquod bonum, quod eſt ſubuentio ſuæ neceſſitatis. Sic et etiam licet ei qui incidit in latrones, manifeſtare bona, quæ habet, quæ latrones diripiendo, peccant, ad hoc, quod nõ occidatur. Exemplo decem virorum, qui dixerunt ad Hiſmael: Noli occidere nos, quia habemus in agro. Hierem. c. 41. Ceſſantibus tamen his, quòd non ſit paratus, & ꝙ ſit vtilitas, peccatum eſſet. Arch. in c. mouet. 22. q. 1. Pariter lib. 1. noſtrarum Deciſ. c. 16. num. 29. & 30. diximus, non peccare illum, qui inducit improbũ miniſtrum ad conferendum ſacramentum pœnitentiæ: modo ſit paratus illud conferre. Ex quibus omnibus concluditur, ꝙ recipiendo iuramentum ab eo, qui paratus eſt iurare, & ex cauſa rationabili non pecco. Si tamen pro certo ſcirem illum falſum iuraturum, quod tamen quaſi impoſſibile eſt, cum ſit de re futura, nullo modo recipere iuramentum eſt licitum priuatæ perſonæ. ita Archid. in d. c. ille, qui.

*SVMMARIVM.*

1 *Metus excuſans qualis eſſe debeat.*

2 *Metus an ſit iuſtus, relinquitur iudicis arbitrio.*

3 *Metus leuior iudicatur cadere in fœminam, quàm in hominem.*

4 *Coactio abſoluta, & conditionalis quæ.*

5 *Coactio abſoluta in quibus differat à cõditionali.*

6 *Modus cognoſcendi metum præciſum à conditionali traditur.*

7 *Iuramẽtum per metum extortum eſt obligatorium.*

8 *Licèt animum obligandi non habuerit.*

9 *Iurans per metum pecuniam dare latronibus, aliud mente cogitans, obligatur.*

10 *Proteſtatio, quòd iuramentum fuerit per metum extortum, non iuuat.*

11 *Iuramentum per coactionem abſolutam, non eſt obligatorium.*

12 *In iuramento meticuloſo duplex eſt obligatio.*

13 *A iuramento per metum extorto Romani Pontifices abſoluunt.*

14 *Matrimonium metu contractum an validum ſit.*

Et



15 *Et quid ſi contrahatur propter probabilem ſuſpitionem metus.*

16 *Dos ſoluta propter metum, nullam vim habet.*

17 *Dominium rerum eccleſiaſticarum per metum intercedentem non transfertur.*

18 *Metus in ſententiæ prolatione, an annullet illam.*

19 *Contra iuramentum coactum veniens, an peccet.*

20 *Iurans coactè, quod remedium habeat.*

21 *Iurans non repetere damna, an repetat expenſas.*

## De Iuramento meticuloſo. Cap. V.

PRo intelligentia huius capituli
tria à nobis præmittenda ſunt.
1 Et primũ, † quòd ad hoc, vt me-
tus excuſet, debet eſſe talis, ꝙ
poſſit, & debeat cadere in con-
ſtantem virum, & talis metus excuſat, aliàs
non. Et idipſum quoque ſe habet in matrimo-
nio, vt appellant carnali, & ſpirituali. De car-
nali. 32. quæſt. 5. cap. fin. de ſponſ. cap. veniens,
el 2. & cap. conſultationem. de ſpirituali patet,
qui cler. vel vonen. cap. fi. quod met. cauſa. cap.
2 1. Secundo, quòd † metus iudicatur iuſtus ex
circunſtantijs. Vnde inuenio quòd quandoque
excuſat metus verborum. 23. q. 8. c. conuenior.
& de conſecr. diſt. 7. cap. fuerunt. & 31. quæſt.
2. cap. Lotharius. Quandoque metus rerum.
diſt. 50. cap. presbyteros. cap. ſi extra de his, quę
vi. Item quandoque metus Iudicis. 2. q. 1. c. in
primis, vel alicuius poteſtatis, aut potentis. C.
quarum rer. act. non datur. l. pen. Humani enim
moris eſt, illum timere, qui poteſt nocere, &
prodeſſe. 16. q. 2. cap. viſis. Item quandoque me
tus ſtatus, & honoris, vel ſuiipſius, vel filiorum.
l. iſti. ff. quod met. cauſa, vel metus ſtupri. d. l.
iſti. Quid plus, quandoque excuſat ſuſpicio
metus ff. loca. l. habitatores. Item quandoque
inuenio quòd non excuſat, vbi metus conti-
net cruciatum corporis, vel metum mortis. l.
interpoſitas. C. de tranſact. Vnde ad iudican-
dum an metus ſit iuſtus, inquit Archid. in cap.
1. 15. q. 6. & Dom. Anto. in cap. cum dilecti. de
his, quæ vi, quòd attendenda eſt qualitas per-
ſonarum, metum ſcilicet inferentis, & perſo-
3 na cui infertur. Vnde leuior metus iudicabitur
cadere in fœminam, quæ eſt fragilior, quàm
qui in hominem. vt no. glo. in cap. cum locum.
de ſponſ. & eſt caſus in l. ſi quis. a. ad filias. C. ad
leg. Iul. maieſt. notat Hoſt. in Summa. de ma-
trim. § qualiter. Calder. de his, quæ vi conſi. 1.
4 Tertio, ꝙ abſoluta coactio eſt, cuius † prin-
cipium eſt extra operantem, non annexa, ſed
excluſa omnino voluntate operantis, & fit per
manuum impoſitionem, vel detentionem.
Exemplum: ſi inuitus trahatur ad eccleſiam ad
audiendam miſſam, vel ſi inuitus detineatur,
vel baptizaret quis Iudæum inuitum. De hac
habetur in cap. maiores. extra eod. cap. presby-
teros. diſt. 50. Cõditionalis verò eſt, cuius prin
cipium impellens ab extra ante tempus ope-
rationis, ſed ſecundum tempus operationis eſt
ab intra in operante, quia propter aliquod
pręcedente cauſa impellente, hoc eſt periculo,
pro tunc vult, vt peius damnum euitet. Prima
5 † coactio excuſat à peccato, ſed ſecunda non;
licet attenuet culpam, vt notant Docto. in c.
ſacris. de his, quæ vi. Prima non poteſt inter-
uenire in emiſſione verbi, vnde ad promitten
dum iuramentum verbale, quis non poteſt co
gi præcisè. Hinc Philoſophus, qui ſecundus
vocabatur, qui propter caſum matris loqui
nolebat, ſcripſit in tabula, dum à rege com-
pelleretur. Vocis meæ nulla poteſtas tradita
eſt. Licet poſſit cogi ad iuramentum per ta-
ctũ ad deponendum manum ſuper librum. de
iureiur. cap. ſi vero. & quod ibi not. per Abb.
Item in verbali deſponſatione voce facta, non
poteſt interuenire abſoluta coactio, ſed con-
ditionalis ſic. Sed in actuali, per annulum, ſic.
Item abſoluta coactio coniunctionis ſexuum,
cadit in mulierem, & non in virum, vt not. de
ſponſ. c. is qui. quamuis per Sodomiam poteſt
abſolutè vir ſtuprari. ita Dom. Ant. in cap. ſa-
6 cris. num. 14. de ſponſ. Modus † autem cogno-
ſcendi metum ex conditione à pręciſo, & ab-
ſoluto, eſt, quia conditionalis dicitur, quando
quis mortem comminatur alicui ſub condi-
tione, ſi aliquid non fecerit, prout not. in cap.
fin. de his, quæ vi, & per Dom. Ant. in cap. 1. eo.
tit. Quibus ſic præſuppoſitis & præmiſſis, talis
7 Regula præponitur. † Ea, quæ fiunt per metũ,
vt plurimum regulariter valent, & tenent glo.
in cap. Abbas. Hinc fit, quòd iuramentum per
metum extortum, eſt obligatorium. cap. ve-
rum, extra. de iureiur. tanquàm habens annexã
voluntatem, cum metus non excludat conſen-
ſum. c. merito. 15. q. 1. l. ſi mulier. ff. quod met.
cau. Plenè per glo. in d. c. Abbas. & in c. aucto-
8 ritatem. 15. q. 7. Quæ quidem concluſio † am-
pliatur. Primo, vt habeat locum, etiam ſi ani-
mum obligandi non habuerit: nam tam in fo-
ro exteriori, quàm interiori, tale iuramentum
eſt obligatorium ſub peccato mortali. Hinc

qui

qui in nemore captus à latronibus, vel in alia neceſſitate poſitus, aliquid dare, aut facere promittit, & verba iuratoria profert, ſi obligandi animum non habet, mortaliter peccat: cum tale iuramentum ex ſui natura neceſſitatem ſeruandi promiſſa producat, vt ignis calorem: quare tranſgreſſio talis iuramenti eſſet peccatum mortale, vt inquit Sotus. lib. 8. de iuſt. & iure. q. 1. art. 7. Secundò ampliatur, vt intelligatur de eo, qui in nemore captus, metu mortis promitteret pecuniam animo non iurandi: nam licet tale iuramentum non ſit obligatorium in foro conſcientiæ, vbi de omnibus creditur confitenti. de homic. cap. ſignificaſti. Vnde ſi non habuit animum iurandi, ſed voluit tempus ſolum redimere, & euadere non obligatur apud Deum, qui ſolum reſpicit cor. 14. q. 5. c. ſi quid inueniſti, tamen in foro iudiciali ſibi non creditur c. tua. de ſponſ. not. Inn. in c. veniens. eo. tit. Vnde hoc caſu eccleſia ob reuerentiam iuramenti ſtatuit, quod debeat obligari. quaſi velit in hoc oſtendere vim iuriſiurandi. d. c. verum. & c. ſi vero. de iureiur. Et idem tenet ibi Hoſtienſis, ſcilicet, quòd obliget in foro iudiciali. Tum etiam, quia eccleſia potius præſumit animum iurandi, ne præſumat mortale peccatum. c. veniens. de iureiur. Couar. tit. de pact. 1. par. §. 5 nu. 3. Tertio am-
9 pliatur, † quamuis iurans per metum pecuniã ſe daturum latronibus, aliud mente cogitauerit, verbi gratia, promitto me daturum, aut facturum aliquid, ſi à iudice coactus fuero, vel ſi cęlum ruat, aut quid ſimile, nam licet à peccato ſit immunis. Arch. in cap. hoc videtur. nu. 6. 22. q. 5. tamen in foro exteriori tale iuramentum eſt obligatorium, quo ad eccleſiam militantem, quæ non iudicat de occultis, an ſcilicet habuerit animum ſe obligaudi, vel non. Quarto ampliatur etiam in iuramento extorto per metum talem, qui in virum caderet inconſtantem. c. debitores. de iureiur. verbi gratia, pro vita conſeruanda, & rebus, ideſt maiori parte bonorum. c. Abbas, quod metus cauſa: quia tunc ratione iuramenti fingitur debitum, & huiuſmodi iuramentum eſt obligatorium: licet poſtea alio iure fingatur non debitum, ſcilicet ratione coactionis, vnde poteſt repetere. Arch. in d. c. auctoritatem. Quintò ampliatur quoque, vt hoc procedat, licet quis ſine culpa ſua incidat in metum, quamuis tũc vt in præcedenti caſu, poteſt petere reſciſſionẽ contractus per actionem quod metus cauſa: verum ſi culpa ſua incidit in metum, tenent geſta, & nec competit aliquod remedium metũ perpeſſo. tex. eſt ſingularis. in l. ſi mulier. ff. ꝙ met. cauſa, vbi dicitur, ꝙ ſi liberta ingratitudinem commiſit contra Dominum, & prætextu ne reuocaretur in ſeruitutem, aliquid promiſit Domino ſuo, non ſuccurritur ſibi contra illam promiſſionem, licet metu ſeruitutis fecerit: & hoc ideo, quia ipſa ſibi intulit metum ingrati animi crimine, & Dominus iuſtè minabatur ſibi de reuocanda eam in ſeruitutem.
10 Abb. in d c. Abbas. num. 7. Sextò † ampliatur, etiam ſi fuerit facta proteſtatio, quòd iuramẽtum fuiſſet extortum per metum: quia proteſtatio, quæ facto eſt contraria, non iuuat. de conſtit. c. cum M. diſt. 32. cap. quod interrogaſti. & de regular. cap. vidua. Septimo ampliatur in iuramento aſſertorio, vbi nullus metus excuſat, niſi fortè à tanto, quia potius debet qs omnia mala ſuſtinere, quàm falſum aſſerere. 32. q. 5. cap. ita ne. Limitatur modo prædicta
11 regula, † vt ea, quæ fiunt per metum, non teneant, & primo loco in coactione abſoluta, quia talis non habet conſenſum, & potius dicitur pati, quàm agere. cap. presbyteros. diſtin. 60. Secundo in foro exteriori, quando quis iuraret per verba duplicia, aliud in mente cogitans, vt ſi cœlum ruat, promitto tibi pecuniã. Sylu. in verb. iuramentum. 111. nu. 7. Tertiò fallit, vt non obliget, ſi ſeruatum vergeret in peiorem exitum. cap. in malis. 22. q. 4. cum ſimilibus. Quarto ſi ante iuramentum meticuloſum, vel in ipſo iuramento proteſtatus fuerit iurans, ſe non ſponte, ſed coactè promittere. ca. 1. quod met. cauſa. Et nec obſtat quod diximus in ſexta ampliatione: quia illud procedit, quando poſt iuramentum ſequitur proteſtatio, qa tunc illa facto contraria, non iuuat, ſecus ſi fuiſſet facta ante, vel in ipſo actu. Ita notanter Cald. in conſ. 1. de eo quod met. cau. Quintò, quando iuramentum profertur ſuper contractu à lege prohibito, tunc enim non obligat ipſo iure, quia propter legis impedimentum, & reſiſtentiam, oportet quòd ſit ſponte adhibitum. Ita eſt caſus in c. cum contingat. de iureiur. in cap. 2. de pact. in 6. in cap. licet. de iureiu in 6. optimus tex. in auth. Sacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. vbi dicitur, quòd nullius eſt momenti iuramentum minoris ſi interuenit metus. Sexto limitatur, quando quis ſine culpa ſua incidit in metum, nam tunc licet ob reuerentiam iuramenti quis obligetur, tamen audiretur contra iuramentum metu præſtitum, ſi tamen eſſet metus talis, qui caderet in conſtantem virum. c. cum dilecti. quod met. cauſa cap ſi vero. de iureiur. vbi tex. ponderat grauiſſimum metum in relaxatione iuramenti. Sexto limitatur quo ad extorquentẽ in foro exteriori: dicit enim Beatus Tho. 2. 2. q.
12 89. art. 7. quòd in † iureiurãdo, quod quis profert metu coactus, duplex eſt obligatio: vna, qua obligatur homini, cui promittit, & talis

tollitur



tollitur per coactionem: quia ille, qui intulit hoc, meretur vt ei promiſſum non ſeruetur. l. qui in carcerem. ff. quod met. cauſa. c. Abbas, cum duobus ſeqq. eod. tit. Alia eſt obligatio, qua obligatur Deo vt impleat quod per nomen eius promiſit, & talis obligatio non tollitur in foro conſcientiæ, quia magis debet dãnum temporale pati, quam iuramentum violare: poteſt tamẽ in iudicio repetere quod ſoluit, vel prælato denunciare, non obſtante ꝙ contrarium iurauerit: quia tale iuramentum verteretur in deteriorem exitum: eſſet enim
13 contra iuſtitiam publicam † Romani tamen Pontifices abſoluunt ab hoc iuramento, non tanquam decernentes huiuſmodi iuramentũ non eſſe obligatorium, ſed quaſi relaxãtes tales obligationes iuſta de cauſa. Hæc Thomas. Idem tenet Io. Calder. in d. c ſi verò. quòd iuſiurandum metu extortum eſt obligatorium, procedit, & habet locum in foro conſcientiæ, non autem in iudiciali. Idem Calder. in d. cap. ſi verò. Dicitur autem obligatorium non eo modo, quo ſunt alia iuramẽta, ſed quo ad hoc, quòd iurãs non debuit propria autoritate cõtrauenire, ſed prius Romanum Pontificẽ cõſulere. de elect. c. venerabilem, verbo nec valet. Octauò limitatur regula generalis, vt ea, quæ fiunt per metum, rata ſemper & firma ſit
14 in matrimonio: nam † matrimonium metu contractum non tenet, etiam ſi quis in metum inciderit culpa ſua cap. veniens. de ſponſ. Et ratio eſt: quia matrimonia libera eſſe debent: nam inuitæ nuptiæ difficiles exitus conſueuerunt habere. c. requiſiuit. de ſponſa. & vbi metus, vel coactio intercedit, conſenſus liber dici non poteſt. cap. cum locum. extr. de ſpõſal. Et ſic matrimonium, non concubitus, ſed conſenſus facit. 27. q. 2. cap. ſufficit: Et non obſtat contra prædicta text. in cap. inter cætera. 22. q. 4 vbi text. videtur innuere, quòd matrimonium ratum ſit: quia reſpondetur dupliciter ad illum text. & primo, quòd ibi non interuenit iuſtus metus, qui poſſit cadere in cõſtantem virum, vel quòd poſt coactionem ſubſecuta fuit voluntaria, atq; ſpontanea commixtio, quæ purgauit metum præcedentem, vt extra. de ſponſ. c veniens. el 2. vel etiam tertiò intellige ſecundum Ioan. de Anan. in d. cap. Abbas num. 4. in fine. tex. in d. cap. inter cætera. quando quis contrahit matrimonium per metum cum illa, quam prius cognouit: nam tunc matrimonium per metum contractum tenet. At ſi contrahit matrimonium per metum cum illa, quam nunquam cognouit, & tunc matrimonium non tenet, & eſt ipſo iure nullius ponderis. Et ita poteſt procedere communis opinio, quæ ſe habet, ꝙ matrimonium per metum contractum, non tenet, vt dicit Anan. in d. cap. Abbas. Immò non ſolum eſt nullum matrimonium per metum contra-
15 ctum, ſed etiam ſi † contraheretur per probabilem ſuſpicionem metus, etenim paria ſunt, aliquid fieri per metum, vel per probabilem ſuſpicionem metus. ſecundum Innocen. in cap. cum nobis olim. de elect. Angel. in l. metum. in prin. ff. quod met. cauſ. probatur in l. nouiſsimè §. ſi cõpulſus. & ibi plenius per Bal. ff. de auto. tutor. optimè facit quod notat Ioan. Andr. in capitu. inſinuante, qui clerici, vel vouent. Barto. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de noui operis nunciatio. Franc. de Aret. conſilio 14. numero 18.

16 Nono † limitatur in dote: nam dos ſoluta, vel promiſſa propter metum, nullam vim habet. vt in l. ſi mulier. §. ſi dos. ff. quod met. cauſ. Calder. eod. tit conſ. 2. & ratio eſt: quia quemadmodum matrimonium debet eſſe liberum, vt notat glo. in d. §. ſi dos. per tex. in c. acceſſo-
17 rium. de reg. iur. Decimò, † in rebus eccleſiæ per metum traditis: Non enim transfertur dominium intercedente metu. cap. ſi quis presbyterorum. de rebus eccl. non alien. & eſt communis opinio. vt per Abb. in d. c. Abbas. nu. 10. Et non obſtat tex. in cap. 1. 75. q. 6. vbi rei eccleſiaſticæ alienatio admittitur, licet metus interceſſerit: quia intelligitur, modo duo concurrant. Primum, quod fiat in caſu licito, ſecundum quod ſeruetur forma a iure ſtatũta, ſiue tradita. vt eſt tex. in clemen. 1 de rebus eccleſ. non alien. Panorm. in cap. eccleſia. de conſtit. quia his obſeruatis, conceditur alienatio, licet metus interceſſerit, cum coacta voluntas, ſit voluntas. 15. quæſt. 1. cap. meritò. Vndecimo, in voto. cap. 1. de his quæ vi. quia illud pendet à libera voluntate vouentis: cum res ſit conſilij, & non præcepti. 32. q. 1. cap. integritas, extra de voto. cap. licet. Et voluntarium militem elegit ſibi Chriſtus, & coactum ſibi auctionatur diabolus. 15. q. 1. cap. non eſt. Duodecimo, in danda auctoritate: vnde auctoritas tutoris per metum extorta, nullius eſt roboris, l. 1. in fi. ff. de autho. tuto. Tertiodecimò in iuriſdictionis prorogatione per metum. l. 2. 1. reſponſo. ff. de iudic. qui text. licèt ſpecialiter loquatur in eo, qui per metum prorogauerit iuriſdictionem alterius iudicis, tamen gloſſa in d. cap. Abbas. ſimpliciter intelligit etiam in translatione; & hunc intellectum videtur approbare Bart. in l. decernimus. C. de ſacroſan. eccleſ. Et ratio eſt: quia vbi agitur de iuriſdictione conferenda, metus vitiat actum ipſo iure. d. l. 2. Decimoquartò, in eo, qui per metum facit teſtamentum. l. quæ teſtamento. in fin. ff. de te-
18 ſtam. Decimoquinto, † in ſententiæ prolatio-

ne.

ne.11.q.3.cap.iniuſtum. Ratio autem eſt: quia actus ſententiæ pendet à libero arbitrio ſententiam dicentis.3.quæſt.7.cap.iudicet: ſed vbi metus intercedit, liber conſenſus dici non poteſt.cap.cum locum. de ſponſal. Verum adnotandum, quòd communiter tenetur contrariũ, per id quod not.glo.11.quæſt. 3. cap.quatuor, & in cap.1.de his, quę vi.in 6.Bald.vero in l.decernimus.C.de ſacroſan eccleſ dicit, quòd Domini Decretiſtæ dicunt, quòd in ſententia clauium, hoc eſt cenſuræ, metus reddit ſentẽtiam nullam, quia claues non debent vim pati. Sed in alijs ſententijs temporalibus ſecus eſt, allegat notata in d.cap.quatuor. Quare Bal.videtur ſentire, quòd ſententia excommunicationis lata per metum ſit nulla, cuius contrarium tenet glo.in d cap. 1. Tu tamen dic ſecundum Hugon.qood ſi ſententia excommunicationis profertur per metum, contra iuris ordinem, ſententia ipſo iure nullius eſt momenti, aliàs valet & tenet, ſed probatio poſtea, quod metu lata ſit, reuocari debet, ad hoc.9. q. 3. cap. fratres.24.quæſt.3.c. comperimus. & in hac ſententia reſidet Archid in d.cap. 1. num. 6. Vltimus caſus eſt in procuratoris inſtitutione.arg. extra, de procur. c. accedens. Hos caſus ponit Hoſtien.de his, quæ vi cap.fi.glo.in d.cap. Abbas. Sed modò videamus de quibuſdam dubijs circa iuramentum coactum. Et primum
19 ſit. An peccet † qui contra ſuum iuramẽtum coactum venerit. & videtur, quòd non. per tex.in c ſi verò extra eod.Sed Archid. in cap. habemus 22.quæſt.1.dicit, quòd eſt peccatum mortale. Vnde fit, quòd ſi quis metu graui coactus iurauerit rem ſuam iam ab ſe traditam non repetiturum, tunc illlam repetere non poteſt abſque peccato mortali, niſi abſolutus à Summo Pontifice fuiſſet.de elect. c.venerabilem.§.pen.qui aliquando ſolet abſoluere homines non quaſi decernens hoc iuramentum non obligare, ſed huiuſmodi obligationem relaxans, ex iuſta cauſa. Secundum quod reme
20 dium † habebit coactè iurans rem ſuam ſe alteri daturum. Reſp. quòd tradat, & poſtea repetat. Sed quid ſi iurauerit non petere abſolutionem à tali iuramento? Dic, quòd poteſt id eccleſiæ denunciare, & eccleſia ad eius denunciationem ipſo proprio motu poteſt abſoluere.extra, de iureiur.cap. quemadmodum. in fi. Tertium, an qui iurauerit ſe non repetiturum
21 damna, † poſſit repetere expenſas? dic, quod ſic: quia aliud eſt damnum, & aliud expenſæ. Quartum, vtrũ qui aliquid extorſerit per metum, teneatur reſtituere? Reſp. breuiter, quòd debet reſtituere non ſolum quæ eripuerit per talem metum ſed etiam omnia, quæ amiſerit ille, cui fuerit illatus metus. l.ſi cum exceptione.§ Pedius.ff. quod met. cauſa. Quod tamen fallit, ſi dans fuerit cauſa ſui metus (v.g.) Minatur quis accuſationem, de crimine verè perpetrato, licet talis, qui minatur, turpiter accipiat aliquid, vt ab accuſatione deſiſtat, tamen neceſſariò reſtituere non tenetur, ſi aliàs potuit donare: at ſi incutitur timor iniuſtè. Exemplum, pater comminatur ſe interfecturũ adulterum cum filia, quod de iure ciuili licet: ſed in Canone contrarium reperitur, vnde lex debet cedere Canoni. 10. diſtin. cap. lege. Tunc tali metu extortum, teneri non poterit in conſcientia. Facit tex.in cap inter hæc.33. quæſt.2. niſi in reſarciendo ſuum intereſſe puta famæ læſæ, & honoris. Sylu.in verb.metus.q.6. & fin.

*SVMMARIVM.*

1 *Fides ſeruanda, ſi fides ſeruetur.*
2 *Fides non ſeruanda, vbi non eſt æqualis contrahentium conditio.*
3 *Fides in obligationibus non reſpectiuis minimè ſeruatur.*
4 *Promiſſio iurata continens diuerſa facta, ſi vnum non ſeruatur, eſt etiam ſeruanda.*
5 *Promiſſio ſeruanda eſt facta principaliter Deo, licet per aliam partem non ſeruetur.*
6 *Fides an ſeruanda eſt, quando vergeret contra ius publicum, & per conſequẽs bannito.*
7 *Fides an ſeruanda non ſeruanti in contractibus innominatis, executione facta.*
8 *Ad primam actionem ipſo iure ſublatam aliquis redire non poteſt.*
9 *Fides ſeruanda non ſeruanti, quando ſoluit pœnam.*
10 *Idẽ quando eſſet appoſita clauſula quod etiam ſecuta contrauentione ratũ maneret pactum, &c.*
11 *Fides non eſt frangenda frangenti in materia treugarum.*
12 *Fides, vt ſeruetur, illi competit actio qui prius adimpleuit promiſſum.*
13 *Fidem non frango ſi ideo non ſeruo, quia tu prius illam fregiſti.*
14 *Clericus non licitè Epiſcopum contemnit, licet ab Epiſcopo contemnatur.*

De



## De conditione, quæ in Iuramento intelligitur, ſi mihi fides præſtetur. Cap. VI.

SVbſequenter videndum eſt de tacita tantum illa conditione, quæ in iuramento promiſſorio ſubintelligitur, ſi mihi fidem ſeruaueris.cap peruenit.el 2. de iureiuran. Nam aliæ ponuntur per Doctor. in cap. quemadmodum.tit.noſtro. vt ſi Papæ placuerit, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, & ſimilibus, &c. Igitur vna inter conditiones tacitas, quas habet iuramentum promiſſorium eſt
1 iſta: † Si mihi fidem ſeruaueris; Ideò ſi mulier contra fidem ſponſalium, vel matrimonij venerit, licet iurauerim eam ſemper tenere pro vxore, vel ducere eam, poſſum non obſtante iuramento venire contra. de iureiur. c. quemadmodum. Facit etiam tex in cap.eſto.diſt 93. vbi dicitur: Cur ego te habeam in Principem, cum tu me non habeas in Senatorem. Facit etiam tex.in cap.venientes.& in cap. veniens. extra, eod. Vbi iurans ſtare mandato alicuius, ſi mandatur aliquid fieri contra iuramentum licitè præſtitum, illud ſeruare non tenetur, cũ tale iuramentum non extendatur ad veriſimiliter nõ cogitata. Concordant denique iura, in l.cum proponas.C.de pact. & l. ſi conuenerit. ff.pro ſocio.28.q.2.cap.ſi infidelis. glo. in cap. fruſtra.de reg. iur. in 6. Et ideo iurans ſeruire Domino feudi, non tenetur ſeruire ablato feudo arg.cap.1.de feudo.cap.potuit extra locati. Et promittens nõ expellere emphyteutam, intelligitur ſi ſeruauerit promiſſa ex parte ſua. l.quæro.§.inter locatorem.ff.locati. Et Doctor obligatus ad lecturam, licitè deſiſtet, ſi ſibi nõ ſatisfit. Ita Dom. Ant.& latius Panorm. in d. c. peruenit. Sed modo ſunt nonnulli caſus, in quibus rumpenti promiſſionem, vel iuramen-
2 tum, debet fides ſeruari. Et primus eſt. † Vbi non eſſet æqualis perſonarum conditio: & vbi culpa poſſet alteri imputari. Exemplum, ſi maior ex contrahentibus eſſet vnus, & alter pupillus.ff.de actio. empt.l.Iulianus.§.ſi quis à pupillo. Quod ideo eſt quia fuit in culpa, contrahens cum pupillo ſine tutore, igitur regula procedit, quando contrahentium eadem eſſet conditio. Henr.in d. c. peruenit. Franc. in reg.
3 fruſtra.de regu. iur. in 6. Secundus caſus † eſt, quando obligationes non ſunt reſpectiuæ ad inuicem, id eſt non inflectuntur ad idem factũ, ſed ad diuerſum, (vt puta) promiſi tibi ſimpliciter date certum librum, & iuraui, tu poſtea iuraſti aliquid facere, certè licet non adimpleam promiſſionem meam, tamen tu non curas periurium, ſi differs adimplere promiſſionem tuam, quia tu non promiſiſti ratione promiſſionis meæ, ſed ſimpliciter. Habet ergo locum regula, in obligationibus adinuicem reſpectiuis, & circa idem capitulum, vel connexum, & non circa ſeparatum. vt latè per D. Anto. & Abb.hic. Quomodo autem cognoſcantur capitula ſeparata, vide Anchar. conſi.
4 204. incip. Iudex. Tertius caſus eſt, † quando promiſſio iurata contineret diuerſa facta: quia fidẽ nõ ſeruãti circa vnũ pactũ, vel capitulum, ſeu factũ, nõ eſt ſeruãda circa aliud capitulum, vel pactũ arg.ff.de leg.2.l.cũ pater.§. libertus. Et rõ eſt: q̃a ſeparatorum ſeparata dẽt eſſe rõ. c.ſi eo tpe.de elect.in 6.c.quia ſæpe.de præb.in
5 6. Quartus, † quando promiſſio fuiſſet facta Deo, & principaliter concerneret ipſum Deũ; quia tunc licet vna partium fidem fregerit, vel non ſeruauerit, tamen altera fidem ſeruare tenetur Probatur in cap.quod Deo.33 q.5. vbi licet vxor adulterata fuerit, vir tamen adulterari non debet, & adulterando, peccat, & hoc ſatis innuit Bern.& Hoſt.in d. c. peruenit. in fine gloſſæ ſuæ. Sed tu dic, quod obligatio, quæ eſt inter maritum & vxorem, non eſt ſub conditione ſi alter fidem ſeruauerit. Immò purè obligatur vnuſquiſque Deo ad fidem ſeruãdam & ideo licet alter fidem fregerit, non poteſt alter frangere: Immò puto, quòd ſi pacto expreſſo conueniret, iſtud pactum eſſe turpe, & non eſſet ſeruandum. Guido Papa in d cap.
6 peruenit. num. 4. Quintus, † quando fides ſeruata vergeret contra ius publicum: quia eo caſu fidem non ſeruanti fides ſeruari non debet: Hinc ſi facta eſſet pax inter duos, & promiſſum eſſet ꝙ alter alterum non offendat, perſonaliter, nec realiter, ſi alter alterum, ſcilicet bannitum occidat non rumpit fidem. Quod dictum amplia, etiam ſi pax eſſet facta poſt bannum: Nam licet hoſti etiam ſit ſeruanda fides.22.q.4.c.Innocens tamen tex. ille intelligi debet de hoſte priuato, & non de publicè bannito: quia ius publicum per pactum tolli non poteſt.l.ius publicum ff.de pact. Bald.in l. accuſationis.C.quod met.cauſa. qui intelligit de bannito, qui poteſt à quolibet de populo occidi, alias ſi ſtatutum permitteret occiſionẽ ſoli ipſi offenſo, tunc pax eſſet ſeruanda. Sed an intelligatur rupta pax inter duos, qui cum alterius vxore adulterium committeret, vel furtum faceret, dic, quòd non. ita Bar.in l.verũ. ff de furt. quia id non facit animo vindicandi, ſed cauſa libidinis, vel gratia lucrandi: ſecus ſi faceret cã vindicandi, & iniuriã inferendi, q̃a fortè paſſus ſit ſimilem iniuriam, de qua facta eſt pax: quia tunc dicitur pax rupta, ſecundum
7 Bar.ibi. Francus in d.reg.fruſtra. Sextus † eſt, in contractibus innominatis, poſt executionem

factam

factam: Vnde ſi tibi librum vendidi, & eum
tradidi, vt decem mihi dares, non potero poſt
traditionem libri petere librum. vt in l. ancil-
læ. C. de rei vendic. ſed agendum eſt ad pre-
tium. l. inciuile. C. de rei vendic. Et ita Bald. li-
mitat regulam: Frangenti fidem. &c. in l. cum
proponas. C. de pact. ſed hæc mihi non videtur
vera fallentia, loquuntur enim de ſecunda per-
ſona, non autem de prima. hoc eſt, quando fra-
cta fide quis poſſit frangere illam. Septimus
8 eſt, † quando prima actio fuit ipſo iure ſubla-
ta, quia tunc ad eam redire non poteſt. glo.
magna. in l. mora. C. de pact. glo. in l. cum pro-
ponas. 2. C. de pact. Exemplum habes in c. cum
inter R. ſeniorem. §. nos autem. extra. de elect.
vbi habes, quòd ille R. ſenior qui renunciauit
electioni de ſe factæ, non poteſt redire ad eā,
licet fides ſibi non ſeruetur. Et ratio eſt, quia
per illam renunciationem ſublatum fuit omne
ius ſibi competens ex electione. Cum enim
quis renunciat beneficio purè, & ſimpliciter,
& ſine pactione aliqua renunciare debet. de
offic. deleg. c. ex parte 1. c. cum pridem. de pact.
& ideo ad ius priſtinum non reuertitur. vt no.
Ber. in d. cap. cum inter. Et ratio huius eſt:
quia actio vel ius ſemel extinctum, nunquam
reuiuiſcit. l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. c. quæ-
ris. verſ. non poteſt. de confecr. diſtin. 4. Octa-
9 uus † caſus eſt, vbi ille, qui fidem mihi non ſer
uauit, ſoluit mihi pœnam, in quam per illam
incurrit: nam poſtea teneor ſeruare ipſi fidem:
quia ſolutio pœnæ habetur pro obſeruantia
contractus, cum pœna ſuccedat loco ſolutio-
nis rei principalis debitæ. l. prædia. ff. de actio.
empt. l. apud. §. Labeo. ff. de doli exceptione.
Cynus in l. petens. in 2. quæſt. C. de pact. & pro-
cedit etiam ſi iuramentum interueniat. d. cap.
10 peruenit. el 2. Nonus, † quando in pacto eſſet
appoſita clauſula, quòd etiam ſecuta contra-
uentione ratum maneret pactum, & vt alio
non ſeruante fidem, alter nihilominus ſeruet:
quia tunc fidem frangenti etiam fides ſeruabi-
tur. ſecundum glo. mediam in d. cap. cum inter
R. Ioan. Andr. in d. cap. peruenit. Quo caſu po
terit pars ſeruans fidem agere contra illum,
qui obligationi contrauenit ad intereſſe, vel
pœnam, ſi pœna fuerit appoſita in contractu.
Quamuis, vt tenet Fely. in d. cap. peruenit. cir-
ca fidem, multi affirment contrarium: quia
clauſula rato manente pacto, nihil operari de-
bet ad commodum ipſius primi non obſer-
uantis pactum. glo. in l. qui fidem. ff. de tran-
ſact. Imol. in cap. potuit. extra loca. Et quia per
hoc videtur dari materia delinquendi, & do-
lus videtur remitti, quod eſt prohibitum de iu
re. l. quæritur. ff. de pact. dotal. tamen Socin. in
ſuis fallentijs. regula 149. reſidet cum Ioanne
Andrea, dicens, quòd dolus non patrocinatur,
11 cum poſsit agere ad intereſſe. Decimus † ca-
ſus eſt, in conuentione facta ſuper treugam,
quia non poſſum frangere fidē frangenti ean-
dem mihi, multipliciter, donec tempus duret
treugarum. ff. pro ſocio. l. actione. §. diximus;
D. Ant. de Butr. in d. cap. peruenit. & ibi Ioan.
de Anan. ſed aduerte, quòd d. §. diximus, nihil
facit ſecundum Guid. Papam in d. cap. perue-
nit. tamen ita communiter tranſeunt Docto.
Licet Imola in l. qui ſeruum. de verb. oblig. di-
cat quòd iſtud potius procedit de conſuetudi-
ne, quàm de iure. Feli. in d. c. peruenit. num. 5.
Exceptis his caſibus ſemper in iuramento ſub-
intelligitur conditio. Si mihi fides præſtetur.
Ex qua regula, nonnullæ deducuntur illatio-
12 nes, & prima. † Seius dare iurat Titio decem,
Si Titius det ſibi Stichum, quem Tilius iura-
mento promiſit, quod ille primo promiſſum
ſeruare tenetur, qui primo fuit requiſitus, per
tex. in d cap. peruenit. vbi dicitur promitten-
tem non teneri, ſi quando conſtat reum con-
ditioni non paruiſſe, & hoc conſtare non po-
teſt, niſi fuerit requiſitus, & nō ſeruauerit pro-
miſſum: igitur qui requiſitus adimpleuerit pro-
miſſum, poteſt agere poſtea contra alium, vt
ſibi fides ſeruetur: quia qui ſub conditione
promiſit, non tenetur, niſi conditio adimplea-
tur. inſti de verbor. obliga. §. ex conditionali.
Oportet ergo illum prius implere, ſi petere
vult, aliàs petitio eſſet nulla, cum nulla ſit al-
terius mora. ff. de verb. oblig. l. ſi pupillus. Se-
13 cunda, ſi † promiſi te non offendere ſub pęna,
& poſtea tu offendis, ſi ego te offendo, non
inculpabor de pace fracta, nec committitur
pœna. Ita Io. Andr. in d reg. fruſtra. Abb. in c.
quemadmodum. in 3. not. de iureiur. Benè fa-
cit tex. in l. qui cum matre. §. libertus. ff. de bon.
liber. ibi, ignoſcendum eſt ei, ſi voluit vlciſci
prouocatus. Et non dicitur fractor pacis, qui
ex cauſa noua offendit. ſecundum Bar. elegan-
ter. in l. aut facta. §. cauſa. per illum tex. ff. de
pœnis. & ſequitur Dom. Anto. in cap. 2. de re-
nunc. Et in dubio præſumitur cauſa noua, ſe-
cundum Bal. ſolemniter in l. ſi prædium. in pen.
col. C. de ędil. act. Et cum iſtis concordat idem
Bal in l. cum proponas in prin. C. de naut. fęn.
dicēs, quòd in quacunque promiſsione, quam
quis facit alteri, ſemper intelligitur conditio,
niſi ex culpa alterius partis aliud euenerit.
Quinimmo ipſe prouocatus ſecundo offen-
dens, poterit petere pœnam à primo. ſecundū
Bar. Bal. & Imol. in l cum pater. § libertis ff. de
leg. 2. per illum tex. in ver. cæterum. Verum ſi
ambæ partes contraueniſſent, & non appare-
ret de proprietate, ſecus eſſet: quia exactio pę-
narum tunc compenſatur. per tex. ſing. in cap.
con-



14 ſtitutus. de pœnis. Tertia, † quòd licet per
prædicta videatur dicendū, quod clericus poſ-
ſit licitè contemnere Epiſcopum, ſi ab eo cō-
temnatur: quia dolus dolo compenſatur, &
fides non eſt ſeranda nō ſeruanti c. ſi ducturi.
32. q. 6. tamen cum non ſit æqualis comparatio
ſubditi ad Prælatum, & filij ad patrem, con-
trarium eſt dicendum. Et non obſtat tex. in c.
eſt diſt. 95. vbi habetur, Cur te habeam in Prin
cipem, cum tu me non habeas in Senatorem:
quia vt dicit Hugo, Hieronymus loquitur qđ
ſolet loqui vulgus, vel narrat ꝙ non debeat fie
ri, ſed quod ſolet accidere. Cū enim quis à Præ
lato ſuo ſe videt negligi, vel contemni iniuſtè,
ſtatim eum negligi, vel contemni iniuſtè, ſta-
tim eum negligit, vel paruipendit. ita Card. à
Turrecrem. in d. c. eſto nu. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum in interitum ſalutis æternæ vergens non obligat.*

2 *Iuramentum de tenendo ſecretum, quando non obſeruandum.*

3 *Iuramentum tenendi occultum, ſi p alios veritas ſciri non poteſt, propria auctoritate frangi poteſt.*

4 *Iuramentum, quod vergit in diſpendium ſalutis æternæ, non obligat.*

5 *Inter interitum, & diſpendium diſcrimen.*

6 *Iuramentum quod eſt contra ſalutem corporalem eſt, non ſeruandum.*

7 *Iuramentum non petendi alimenta à patre an ſit obligatorium,*

8 *Votum non ligat propter periculum mortis, vt iuramentum.*

9 *Iuramentum pręſtitum ratione iracundię, non valet.*

10 *Iuramentum præſtitum contra Canonica ſtatuta, non valet.*

11 *Iuramentum vbi maxima neceſsitate ſuperuenit, an obliget.*

12 *Iuramentum de re Eccleſiæ per pręlatum non repetenda, an ſit obligatorium.*

13 *Iuramentum vbi primum eſt licitum, & honeſtum, tunc eſt obligatorium.*

14 *Iuramentum ſecundum ſi obuiet primo promiſſo, quod obſeruandum.*

15 *Iuramentum, & votum, quando ſibi inuicem aduerſantur, quod obſeruandum nu. 17. vſque ad 20.*

16 *Iurans exercere opus corporale, an poſſit religionem ingredi.*

21 *Iurās ſeruare volumen ſtatutorum, quod ſeruandum, ſi ſunt duo contraria. vide quatuor Deciſiones. vſque ad nu. 23.*

23 *Statutis proprio iuramento confirmatis, an liceat alicui venire contra.*

24 *Statuentes an ex rationabili cauſa poſſint ſtatuta tollere abſque periurio, & nu 25. & 26.*

27 *Superior tollens ſtatutum Vniuerſitatis iuratum, an illi de Vniuerſitate teneantur ad obſeruantiam iuramenti.*

28 *Canonicus iurans ſeruare ſtatuta Eccleſiæ. vide etiam nu. 29.*

30 *Succeſſores iurantium, an ſint periuri veniendo contra ſtatutum iuratum.*

31 *Iuramentum an præſtari poſſit per procurarorem.*

32 *Iuramentum vt non obliget ſucceſſorem extende ad promiſsionem obedientiæ, ad votum, Matrimonium, & Excommunicationem, vſque ad nu. 36.*

37 *Iurans pro ſe, & ſucceſſoribus, non tenetur amplius iurare, ſed tantū recognoſcere tenetur ſe ſubditum Sed quid ſi nihil dixit de ſucceſſoribus. nu. ſeq.*

39 *Iuramentum præſtitum ſub nomine dignitatis, an tranſeat ad ſucceſſores.*

40 *Papa, & Imperator, an ardua tractare poſsint abſque conſilio procerum.*

## De regulis, quibus dignoſcitur iuramentum non ſeruandum. Cap. VII.

SVbſequenter conſiderandum eſt,
quando iuramentum non ſit ob
ligatorium: quod hiſce regulis
2 dignoſci poteſt. Quarum † pri-
ma ſit vbi iuſm vergit in interi-
tum ſalutis æternæ, nullo pacto eſt obligato-
rium. c. ſi vero. de iureiur. Quod, tunc dicitur,
cum iuratur aliquid quod eſt mortale in ſe, vt
corrumpere monialem, iugulare patrem, faue
re vſuris, &c. nam tunc talē iuramentum nul-

lo iure tenet, nec diuino, nec humano, cum
non ſit inuentum ad inducendam huiuſmodi
obligationem. 22. q. 4. c. inter cætera. ſed ad fa-
ciendam fidem. 22. q. 1. c. ita. Quare in his caſi-
bus poteſt iurans propria auctoritate contra-
uenire. 22. q. 4. c. 2. & c. in malis. & c. non eſt ob-
ligatorium de reg. iur. in 6. licet animo ſeruan-
di ſcienter illa illicita ſeruare iurauerit. c. 1. de
iureiur. in ſexto, in verbo, non ſeruanda. Vbi
Archid. & Franc. nam tale iuramentum potius
dicitur periurium. cap. animaduertendum. 22.
quæſt. 4. Quamuis debeat pęnitere. 22. quæſt.
4. c. 1 quia peccauit iurando. gl. in d. c. 1. vnde ei
indicenda eſt pœnitentia. c. cum quidam. § fi.
2 de iureiur. huiuſmodi eſt † iuramentum præſti-
tum de tenendo occultum: quia tale iuramen-
tum vt temerarium, non eſt ſeruandum, quan-
do de alterius præiudicio agitur, & ideo non
repellit à teſtimonio. Et ratio eſt: quia ſeruari
nequit abſque interitu ſalutis æternæ, quia in-
ducit mortale, ſcilicet taciturnitatẽ veritatis.
11. q. 3. c. quiſquis. de crim. falſi. cap. 1. probatur
ſpecificè, de teſtib. c intimauit. & c. conſtitutis.
el 1 & vtrobique per glo. & Innoc. in d. c. con-
ſtitutus. & cap. teſtimonium. eod. titu. Quare
ſic iurantes denunciandi ſunt non teneri iu-
ramento. d. c. conſtitutis. c. olim. de accuſa. &
ipſo iure non tenentur. de offic. ordin. c. quia
plerique. in fine, quòd capitulum, licet ponat
caſum ſpecialem, quando prælatus aſtrinxit
ſubditum iuramento ad non parendum ſupe-
riori inquirenti ſtatum Eccleſiarum, vel perſo-
narum: tamen ex eadem æquitate idem eſt, &
in alio caſu, quando deuenitur ad taciturnita-
tem veritatis in alterius præiudicium: hinc fit,
3 quòd † quando veritas per alios neſcitur, nec
ſciri poteſt, & agitur de alterius præiudicio,
debent, & poſſunt propria auctoritate con-
trauenire. 22. q. 4. per totum. d. c. ſi vero. el 1. vbi
tex. expreſſus, abſque metu periurij: imò vt di-
cit Innoc. in d. c. teſtimonium. ex quo non ſer-
uant, præſumuntur de peccato pœnituiſſe,
quod commiſerunt iurando, ex quo conclu-
ditur, quòd valet teſtimonium, etiam non da-
to, quòd pœnituerint. & hoc expreſsè tenet
Archid. 6. quæſt. 1. cap. quicunque. dicens, hanc
eſſe communem omnium Doctorum ſenten-
4 tiam. Secunda, † iuramentum, quod vergit in
diſpendium ſalutis æternæ, nullo pacto eſt ob-
ligatorium: optimus tex. in cap. 2. in verbo, di-
ſpendium. de pact. in 6. Quod tunc dicitur, cũ
iuratur aliquid, quod eſt veniale in ſe. facit
tex. in c. ſi aliquid. 22. quæſt. 4. optimè facit tex.
in d. c. 2. quia vbi tex. in c. ſi verò. dicit, interi-
tum ſalutis æternæ, ille dicit, diſpendiũ: quo ét
5 verbo vtitur † tex. in cap. cum contingat. titu.
noſtro. Sed planum eſt, quòd interitus de-
notat mortem, at diſpendium, damnum par-
tium: per quod patet, quòd multum etiam dif-
ferant. Archid. Ioan. Andr. & Geminia. in d. c.
6 2. Tertia, iuramentum † tale eſt, quod ſerua-
tum vergeret in interitum ſalutis corporalis,
non eſt ſeruandum. glo. in cap. dilectus. quod
met. cauſa & in cap. veniens. tit. noſtro. Quod
procedit, ſiue iuramentum tendat in mortem
alterius. c. 2. 22. q. 4. eſt contra officium pietatis,
& charitatis, nonnunquam adimplere ſacra-
mentum promiſſum, vt Herodes, qui iurauit,
quicquid petitum eſſet, daret filiæ Herodiadis,
& necem Ioannis præſtitit, ne promiſſum de-
negaret. eſt etiam tex. in §. quiſquis. 22. quæſt. 4.
qui affirmat non eſſe adimplendum iuramen-
tum denegandi alimenta fratri, aut ſororibus,
ſiue non petere alimenta ꝓ propria perſona.
7 Quare † Io. And. dicit, quòd filius emancipa-
tus, qui iurauit de cætero non petere alimenta
à patre ſuo, laborans inopia, hoc non obſtan-
te, illa petere poteſt. Hinc etiam Panor. in c. ſi
verò. tit. noſtro. inuehitur contra Cartuſienſes,
quòd non oſtante Regula, & voto, debent
carnes comedere, quando non aliter poſſent
mortem euadere quam per eſum carnium. fa-
cit tex. in cap. conſilium. §. cum autem. & §.
præterea. de obſeru. ieiun. vbi Innocentius III.
Bracharenſi Archiepiſcopo ſcribit, quod po-
teſt, & debet ſupportare illos, qui in quadrage-
ſima, vel in aliis ieiuniis ſolennibus infirmãtur
& carnes comedunt, & hoc, vt maius in eis
periculum euitetur. Vbi exponit glo. in verbo,
periculum, id eſt mortis. Tum etiam, quia ſicut
8 iuramentum, ita etiam votum † non ligat, pro-
pter periculum mortis, cum pari paſſu ambu-
lent. Quod verum eſt, quando ex aliquibus
probabilibus circunſtantiis medici affirmarẽt
infirmum moriturum abſque prædicto eſu car-
nium. Verum dum glo. in d cap. ſi vero. exem-
plificat de Roma, ipſam declarat, per aliam
gloſſ. 7. quæſt. 1. in cap. qualiter. quæ ſimpliciter
notat, quòd ſanum eſt ſtare Romæ: ſed quod
iuramentum non ſit ſeruandum, quando ver-
git in interitum ſalutis corporalis. glo. in dict.
cap. ſi verò. intelligit, quando mors vergeret di-
rectè in dictum interitum, ſecus verò, ſi occa-
ſionaliter: hinc dicit ſeruandum eſſe iuramen-
tum, ſi Gallicus iuraret ſe moraturum Ro-
mæ in Auguſto, licet occaſione talis iuramen-
ti poſſet vita temporalis adimi, ſi tunc Romæ
moraretur. glo. in d. c. ſi verò. Quod dicunt Do-
ctores verum, vbi de hoc non haberetur veri-
ſimilitudo, aliàs ſecus, vt quia à medicis iudica-
retur moriturus ex tali habitatione. Do. Ant.
in d. c. nu. 4. Quarta, quando iuramentum ver-
git in detrimentum omnium rerum. vel maio-
ris partis, ſine quibus non poſſet homo tem-
poralem



poralem vitam ducere. 22. quæſt. 4. cap. fi. §. fi.
9 Quinta, † quando iuramentum eſſet præſtitũ
ratione iracundiæ, & temeritatis, cum tunc
conſenſum voluntatis non videatur habere.
cap. quod Dauid. 22. q. 4. not. in cap. ex litteris,
extra de diuort. in cap. ſicut ex litteris. tit. no-
ſtro. Non enim iuramentum eſt vinculum ini-
quitatis. cap. inter. 22. q. 4. extr. eod. cap. quanto.
An vero ſit peccatum mortale iurare calore
10 iracundiæ, aliàs diximus. Sexta, † quando iu-
ramentũ eſſet contra Canonica ſtatuta. Exem-
plum habes in cap. ſi diligenti. de foro comp.
Vbi clerici etiam voluntarij, non poſſunt pa-
ciſci iuramento, vt ſæcularia iudicia ſubeant,
cum non ſit beneficium perſonale, cui renun-
ciari poſſit, ſed potius toti Collegio Eccleſia-
ſtico ſit publicè indultum, cui priuatorum pa-
ctio derogare non poteſt. & cum iuramentum
ſit contra Canonica ſtatuta interpoſitum. cap.
11 inſolita. cap. placuit. 11. q. 1. Septima, † vbi ſu-
peruenit maxima neceſſitas, & ſuperioris li-
centia haberi non poteſt. cap. anteceſſor. 11. q.
3. & ibi Gemin. ex quo tex. colligit Archidia.
& Turrecrem. quòd in promiſſis implendis
magis animus, quàm forma verborum debet
attendi, vnde immunis eſt à reatu periurij, qui
excommunicatus cõmunicat corpore, & non
animo, & hoc ex neceſſitate. Facit etiam tex.
in cap. conſilium. de obſeru. ieiun. & in c. licet.
de pęnit. & remiſſ. Et ratio eſt: quia res venit
ad illum caſum, de quo ſi cogitaſſet ab initio,
non iuraſſet. facit cap. ne quis arbitretur. 22 q.
2. Vel ſi iuraſſet, illicitum eſſet iuramentum.
12 Arch. in d. cap. animaduertendum. † Octaua,
ſi ſit præſtitum de re Eccleſiæ per prælatum
non repetenda c. noſti. de elect. c. 2. extra eod.
vbi Hoſt. Et ratio eſt: quia iuramentum non
debet eſſe vinculum iniquitatis, quia illaquea-
ret ad rem illicitam obſeruandam. contra cap.
cum quidam. & cap. ſicut. de iureiur. Item per
iuramentum non poteſt quis ſe ſubtrahere ab
onere publico. cap. ſi diligenti. de foro com-
pet. Sed hoc eſt onus publicum, quod incum-
bit prælato circa defenſionem iurium eccle-
ſię. 43. diſt. cap. ſi rector. Et melius in c. ſi quis
presbyterorum. de rebus eccleſiæ non alien.
ergo, &c. & multum benè facit d. c. ſi quis pre-
ſbyterorum. nam ibi punitur alienator, niſi ſi-
bi per celerem repetitionem perſpexerit. Pa-
norm. in d. cap. 2. Nona, quando iuramentum
eſſet metu grauiſſimo extortum, & ante iura-
mentum præceſſiſſet proteſtatio, quòd non
intendebat ſe obligare. l. qui aliena. §. cenſus. ff.
de acq. hæred. Nec intelligitur hoc facere in
fraudem, quia remouet fraudem. ff. de leg. 2. l.
cum pater. §. Titio. Bald. in d. c. ſi vero. titu. no-
13 ſtro. Decima, † vbi primum iuramentum eſt
licitum, & honeſtum, tunc illud eſt ſeruandũ,
& non ſecundum, quod eſt illicitum, eo ipſo,
quod primo iuramento licito obuiat, ſeu con-
trariatur. cap. veniens. cap. intellecto. de iureiu.
vbi tex. qui non dilapidator ſed tutor regni
eſſe debet, ſi iurauit non alienare, & poſtea
alienando iurauit non contrauenire, primum
iuramentum eſt ſeruãdum, & non ſecundum:
quia ſecundum contra primum non poteſt
ſeruari ſine præiudicio ſalutis æternæ. Et hoc
facit ad duas quæſtiones, quarum prima eſt de
Aduocato, qui iurauit defendere cauſas duo-
rum monaſteriorum inuicem litigantium:
quia tunc primum defendere debet. Facit tex.
in dict. cap. veniens, & l. operis. ff. locati. Ar-
chid. in cap. Epiſcopum. 7. q. 1. in glo. fi. Bald. in
d. cap. ſi vero: ſecunda quæſtio eſt, de muliere,
quæ iurauit non alienare rem dotalem, quam
poſtea alienauit cum iuramento, tunc debet
ſtare primo iuramento, & non valet venditio.
vt notatur in cap. cum contingat. de iureiurã.
cap. licet. eod. tit. in 6 Et ratio, quare venditio
non valeat, eſt, quia interdicitur à lege fauore
ipſius. d. cap. cum contingat. facit tex. in authẽ.
Sacramenta. C. ſi aduerſ. vendit. & non depen-
det à mera facultate iurantis, etenim ſi actus
diſpoſitio dependeret à mera facultate iuran-
tis, tunc actus etiam non iuratus valeret con-
tra iuramentum prius factum, v. g. Iuraui librũ
non alienare, & poſtea alienaui, valet aliena-
tio, licet ſim piurus. Inn. in c. dilecto. de præbẽ.
Itẽ iurat teſtator non mutare teſtm̃ & deinde
mutat, tenet teſtm̃ licet ſit periurus. Io. And. in
reg. qđ ſemel placuit. de reg. iur. in 6. & 13. q. 2.
14 c. vltima volũtas. Pariter † ſi ſecundũ iuramẽ-
tum obuiaret primo promiſſo non iurato, qđ
erat licitum, ſeruandum eſſet non iuramentũ,
ſed promiſſum: quod intellige, quando per iu-
ramentum fieret præiudicium alieno iuri, ſci-
licet illius, cui facta eſt promiſſio. Hinc fit,
quòd qui aliquam promittit ducere in vxorẽ,
deinde iurat cum alia contrahere tunc primũ
promiſſum, quamuis non ſit iuratum, ſeruare
tenetur. capitu. ſicut. de ſponſal. quia iuramen-
tum non debet eſſe vinculum iniquitatis. cap.
quanto. de iureiuran. Sic ſi aliquis alicui pro-
miſerit, quod eum liberaret à morte, & poſtea
iuret contrarium, non iuramentum, ſed pro-
miſſum eſſet ſeruandum: cum ad promiſſum
implendum ſit obligatus quo ad Deum, ac ſi
iuraſſet. c. iuramenti. 22. q. 5. Igitur de promiſſo
non præſumitur ſenſiſſe, & per conſequens ad
hoc non extenditur iuramentum, & hoc, ne
iuramentum dicatur temerarium: quia eſt con-
15 tra ius, & ſuam promiſſionem. Rurſum, † quid
dicendum, quando iuramentum, & votum ſi-
bi inuicem aduerſantur, quòd eorum erit ob-

ſeruandum? Reſp. & conſtituo quinque caſus,
quorum primus eſt, aſtrictus iuramento ad ali
quod opus corporale exercendum, ſi poſt iu-
ramentum nondum adimpletum vouet reli-
gionem, ſi potuit obtinere remiſsionem à par
te.iux.tex.in cap.1. tit. noſtro, tunc concluſio
eſt, quòd poteſt non obſtante iuraméto adim-
plere votum. Hęc concluſio probatur per tex.
in cap.præterea.1.de ſponſ. vbi habetur, quòd
licet fides ſit hincinde data ſimpliciter de ma-
trimonio contrahendo, & poſtea diſpliceat
contrahentibus, poſſunt ſibi fidem remittere,
ne deterius inde contingat. Et ratio eſt: quia
omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per
eaſdem diſſoluitur.cap.omnis res. de regu. iur.
l.nihil tam naturale.eod.tit. Tum etiam, quia
in iuramento ſubintelligenda eſt conditio, ſi
contrahentes in eadem voluntate permanſe-
rint.arg.extra. de iureiu. cap. quemadmodum.
cap ne quis arbitretur.22.q. 2. Secundus, aſtri-
16 ctus † iuramento ad opus corporale exercen-
dum, ſi non potuit à parte remiſſionem obti-
nere, poteſt religionem ingredi, ſi opus, quod
iurauit adimplere eſt expedibile in Religione,
licet Hoſt. in ſum. de iureiu. §. quis obligatus.
verſ.nunquid ergo. conſilium det, vt prius ob-
ſeruet iuramentum, & poſtea illam ingredia-
tur c.commiſſum. de ſponſ. Exemplum eſt de
ſcriptura, & ita intelligi poteſt glo.in cap.præ-
terea.diſt.51.quę dicit, quòd obligatus ad ſcri-
pturam libri iuramento, non impeditur ab in-
greſſu monaſterij. vt etiam tenet Inno. in cap.
ſi de oblig.ad ratioc. & nec fit iniuria illi, cui
ſeruire tenetur: quia inſtinctu Spiritus ſancti
fit.14 q.5.cap.dixit.arg.extr.de voto. c.ſcriptu-
ræ.de iureiu.c.peruenit, vbi non infringit pro-
poſitum, aut promiſſum, qui illud in melius
commutat.cap.admonere.33 quæſt.2. Tercius,
17 † qui iuraméto tenetur regere ciuitatem per
annum, iuramentum prius ſeruare debet, dein-
de votum. Et ratio eſt: quia opus illud non eſt
expedibile in Religione, ſi tamen prius adim-
pleat votum ingrediendo religionem, non vi
tiatur ingreſſus. Iſta concluſio eſt Hoſt. quàm
tamen dicit eſſe veram, quando non faceret in
fraudem, ſed vt Deo ſeruiret, ſed ſi faceret in
fraudem, vt euitaret laborem, ſecus eſſet, vt
ſentit Innoc. ita Card. à Turrecrem in d.c.prę-
18 terea. Quartus, quando vtrumque † poteſt
adimpleri, ſcilicet iuramentum prius emiſsũ,
& poſtea votum, tunc adimplendum eſt prius
iuramentum. Exemplum. Iuramento quis pro-
miſit Bertam accipere in vxorem, & poſtea re
ligionem vouit, tunc debet prius contrahere
matrimonium, & deinde ſi copula carnalis nõ
interceſſerit, poſt ratum matrimonium, Reli-
gionem ingredi poterit. c. commiſſum. extra
19 de ſponſal. Quintus, quando poſt † iuramentũ
ſubſequitur votum, & iuramentum non Deo,
ſed homini eſt præſtitum, tunc iuramentum
eſt ſeruandum. Et non obſtat tex.in d.c. ſcriptu
ræ & c.peruenit, quia reſpondetur, quod illud
verum eſt, quando iuramentum eſſet præſtitũ
Deo, ſed ſecus eſſet, quando iuramentũ præ-
ſtitum eſſet homini, quo caſu videtur Deum
velle in teſtem adducere.c.etſi Chriſtus. de iu-
reiur. Vnde quando homini iuratur, & non
ſeruatur, Deus contemnitur, proximus decipi-
tur, & deierans infamatur, & ideo difficilius
rumpitur triplex funiculus, quam vnicus, vel
duplex.cap 1.de treu.& pace. Gemin.in d.cap.
20 præterea. Quare † licet votum, (quia princi-
pale obiectum habet Deum, cum ſit promiſ-
ſio facta Deo) inducat maiorem obligatio-
nem, quàm iuramentum eſt fortius, & firmius,
quod fit homini: quia non ſolum ſicut votum
obligat, ſed vehemẽtius quia obligat, & Deo,
& proximo. Hinc fit, quòd difficilius ſummi
Pontifices abſoluunt à iuramento, quàm à vo-
to, vt ibi diximus. Rurſum, quid iuris, quando
in volumine ſtatutorum iuratorum ſunt duo
ſtatuta contraria, quod illorum debeat ſerua-
re iurans? reſpondeo apponendo diuerſas De-
ciſiones, quarum prima ſit. Quando alterum
ex contrarijs eſt illicitum, & tunc licet iurans
ſeruare ſtatuta in vno volumine exiſtentia, vi-
deatur iurare ſtatutum quodlibet ſeruare de
per ſe, vt probatur in c.1.de iureiur.in 6.& per
Archi.in c.inter cætera.22.q.4.tamen illud eſt
verum, quando eſſent licita, quia iuramentum
tantum refertur ad licitas, & rationabiles con
ſuetudines, & ita præſumitur fuiſſe de mente
iurantis. vt not.in cap. Quintauallis. de iureiu.
21 Secunda, † ſi vtrumque ſtatutum eſt licitum,
quod eſt poſſibile in duobus contrariis, ſecun-
dum notata per Ioan. Andr. in c.fi. de conſue-
tud. tunc ſi contrarietas poteſt aliqua diſtin-
ctione ſaluari, vtrumq; ſaluabitur in caſu ſuo.
arg.tex.in c.cum tu. de teſtib. c. cum expediat.
de elect.in 6. Tertia, quando non poteſt aliqua
diſtinctione ſaluari, & tunc ſi vnum eſt edi-
tum à ſuperiore, alterum ab inferiore, ſeruabi-
tur conditum à ſuperiore, etiam ſi prius con-
ditum. Clem.ne Romani.de elect. vbi lex infe-
rioris, non tollit legem ſuperioris. Hinc dicit
ibi Imola, quod aliqui affirmant quod capitulum
ſede vacante non poſſit reuocare conſtitutio-
nem Epiſcopi, cum habeat poteſtatem ab eo.
Verum Feder.de Senis diſputauit contrarium,
vt refert Ioan. Andr.in capitu. 1. de maior. &
obedien.in 6.quia non eſt verum quòd ab Epi-
ſcopo habeat poteſtatem Capitulum Sede
vacante, ſed à Papa, vel iure communi, vt pa-
tet ex cap.cum olim.2.cap. his, quæ. de maior.
&



& obedien.& eod tit.cap.1.in 6. Igitur regula,
quæ ſe habet, quòd lex inferioris non tollit le-
gem ſuperioris, procedit maximè, quando in-
ferior habet poteſtatem à ſuperiore, vt eſt in
cætu Cardinalium vacante ſede. Non enim po
teſt immutare, vel corrigere Sede vacante cõ-
ſtitutionem editam à Papa vt notat ibi Imol.
Quarta, ſi ambo ſtatuta ſunt condita à pari
auctoritate, & tunc ſeruabitur vltimum ſtatu-
tum, quia legum, & ſtatutorum proprium eſt,
ſecundum corrigere primum.cap.1.de conſti.
in 6. Et hæc procedunt, quando cõſtaret, quod
ipſorum eſſet prius, ſed quando dubitaretur
quid eſſet prius, & tunc ſeruandus eſſet ordo
ſcripturæ c.mandato.de præben. cap.penul.de
elect.in 6. Quod Geminianus intelligit, quan-
do in eodem volumine ſtatutorum ſunt con-
traria ſtatuta diuerſo tempore approbata, ſe-
cus ſi eodem tempore: quia tunc cum non ſit
dare prioritatem, vel poſterioritatẽ: quia quæ
eodem tempore confirmantur, eodem tem-
pore fieri videntur.glo.not.in l.2.C.de teſtam.
tat.fit vt neutrum ſit valiturum.arg.tex in l vbi
repugnantia.ff. de reg. iur. & iurans non obli-
gatur ad obſeruantiam alicuius. argu. tex. in
cap.imputari.de fide inſtrum.cap.fi. de iureiu.
in 6. Quod quidem dictum Geminiani impu-
gnat Francus in d.c.1.nu.8.de iureiu.in 6. Quid
23 verò † de ſtatutis, conſuetudinibus, & conſti
tutionibus proprio iuramento confirmatis,
an liceat alicui venire contra abſq; metu per-
iurij. & more meo ſolito hoc dubium expe-
diam, etiam per plures Deciſiones inſertis au-
ctoritatibus, quarum prima ſit. Prælati, & Ca-
nonici poſſunt licitè iurare in ſtatuta, & con-
ſuetudines eccleſiæ, verbi gratia. Eſt de con
ſuetudine eccleſiæ alicuius, vt nullus illi reci-
piatur in Epiſcopum, vel Canonicũ, niſi iuret
pro indemnitate eccleſiæ, vel aliud iuramentũ
præſtet dumtaxat de re licita, puta quòd num-
quam erit in Concilio, quòd illa eccleſia alte-
ri ſupponatur. ita tex. in c 1. de iureiuran. in 6.
Quod intellige poſt electionem: quia ſi ante,
eſſet Simoniacum; & ratio eſt: quia poſt ele-
ctionem nihil ſperat receptus à Canonicis, &
tale iuramentum eſt reſtringẽdum tantum ad
licita ita Archidiac.ibi. Si vero hoc iuramen-
tum exigeret ſuperior ante electionem, licitũ
eſſet. vt per gloſſam.8 queſt.3.in Summa. Frãc.
in d. cap. 1.num.1 Secunda, poſſunt ſtatuentes
24 † ex rationabili cauſa tollere ſtatutum, & eo
ſublato, augere numerũ Canonicorum abſq;
metu periurij. ita glo notabilis à ſimili. in cap.
in his.diſt.11.vbi Io.Andr.in cap.1 de his quæ
fiunt a maiori parte capit. extendit etiam ad
ſtatutum, vt iuramentum duret remanentibus
ſtatutis, ſed eis ſublatis, tollitur iuramentum,
ita Abb.in d.cap.1.num.7.Fel.in c. cum acceſ-
ſiſſent.num.11.de conſtit.Franc.in c.cum non
deceat.nu.3.de elec.in 6. Et ratio eſt: quia iurm
eatenus durat quatenus durat conſtitutio.c. ex
litteris.de conſtit.& illam velut acceſſoriũ ſe-
quitur naturam principalis, licet quandoque
acceſſorium ſit fortioris vinculi, quàm princi-
pale.cap.debitores.de iureiur. Vnde non vide-
tur de vlteriori tempore cogitatum per iuran
tem. ſed ſtatuentes poſſunt conſtitutionem
tollere.cap.cum omnes. cap. cum acceſſiſſent.
de conſtit.ergo. Hinc fit, quòd Rectores, & of-
ficiales locorum, vel Collegiorũ, poſſunt mu-
tare conſtitutiones iuratas. Hinc etiam fit, quod
iuramentum de obediendo Prælato, non ob-
ligat iurantem eo remoto. de hoc. de elect. c.
per venerabilem.in fi.vlt.glo. Sic nec iuramen
tum de ſeruando ſtatuto obligat illo remoto.
Henr.Boich.in cap.1.de his, quæ fiunt a maiori
25 par.Cap. Tertia, † non poſſunt ſtatuentes ſi-
ne cauſa abſque metu periurij auctoritate prò-
pria ſtatutum vel conſuetudinem tollere.glo.
in dict. cap. in his. vel propria auctoritate re-
formare. Ioan. Andr. in Decret. vnic.de cler.
non reſid.in 6.qui allegat tex.in cap.ſi verò.tit.
noſtro. cap. venerabilem. tit.noſtro, & quod
ibi not.Innoc. & Hoſt. Quarta, qui ſimplici-
ter contraueniunt conſtitutioni iuratæ non
incurrunt periurium: quia præſumuntur face-
re animo tollendi eam, & de hoc prius cogi-
taſſe, cum nemo præſumatur delinquere, nec
immemor propriæ ſalutis.1 q.7.cap.ſancimus.
Paul de Leazar.in Clem.1 de regul. Gemin.in
d c.in his. Quod intellige duobus concurren-
tibus: Primum eſt, quando collegialiter con-
trauenirent: Nam communiter tenetur, quòd
iuramentum quo ſingulares de Collegio, vel
Corpore iurarunt ſeruare conſtitutiones, vel
ſtatuta, non impedit, quo minus illa Collegia-
liter per eos, ad quos pertinet, tolli poſsint: ar-
ctat enim iuramentum ſingulares perſonas ad
illa ſeruanda. quamdiu ſunt ſtatuta, & ſic ſer-
uat totus orbis. Alias verò omnes ſtudentes
eſſent periurij, cum ſingulariter iurent ſeruare
ſtatuta Vniuerſitatis, quæ ipſi conſtituunt, quæ
per ſe poſtea Collegialiter correcta vel ſub-
lata, non ſeruant. Et ratio eſt: quia tali caſu vi-
dentur iuramentum remittere. arg. tex. in c. 2.
de ſponſ. Abb.in d.cap.1.num.7 Feli in d cap.
cum acceſſiſſent. Secundum, quando id quod
iurant, concerneret vtilitatem eorum, alias ſi
principaliter eorum vtilitatem concerneret,
ſecus eſſet: quia tunc videntur iurare Deo, &
per conſequens ſuo contrario facto non poſ-
ſunt rumpere conſtitutionem. Tertium, ſe-
cundum Innoc. in cap. dilecto. de præbend.
niſi conſtitutio iurata reſpiceret ſpiritualia.

Hinc dicit, quòd non valet receptio facta in
Canonicum contra iuramentum. Verum cum
iuramentum poſſit remitti quando Collegia-
liter fit contrauentio, videtur dictum Inno-
26 centij poſſe impugnari. Sexta, † Canonici, qui
iurant ſeruare contenta in ſtatuto, in vno caſu
non poſſunt venire contra ſtatutum, ſcilicet
quando iurant etiam expreſſim ſeruare id, qđ
continetur in ſtatuto, (verbi gratia) non au-
gere numerum, vel quod non recipient aliquē
Apoſtatam, &c. Ita Ioan. de Lign. quem ſequi-
tur Imol. in Clemen. 1. de Regul. Fel. in d. cap.
cum acceſſiſſent. In alio etiam caſu poſſunt
ſine culpa etiam nuda voluntate venire con-
tra, quando facerent ſpeciale ſtatutū, & cautè,
ſcilicet quòd iuramentum ſuper his ſtatutis
præſtandum non impedit illa tolli, vel mutari,
etiam nuda voluntate. Henric. in cap. 1. num. 5.
de his, quæ fiunt à maiori parte capit. Septi-
27 ma, † ſuperior, quando tollit ſtatutum Vni-
uerſitatis iuratum, non faciendo mentionem
de iuramento, tenentur nihilominus illi de
Vniuerſitate ad obſeruantiam iuramenti, ex
quo iuramentum eſt tale, quod poteſt ſeruari
ſine peccato, c. ſi vero. tit. noſtro. vt puta, con-
cernēs commodum ſingulorum. Et hoc ideò:
quia in dubio non eſt præſumendum, ſuperio-
rem voluiſſe tollere iuramentum. ita glo. val-
dè not. in cap. cum non deceat, de elect. in 6. Et
eſt vnum dictum valdè mirabile, vt ſtatuto
ſublato, remaneat iuramentum acceſſorium.
28 Octaua, † Canonicus in ſuis litteris, quando
fuit receptus in Canonicum, exiſtentibus tūc
clauſulis tollentibus ſtatuta, & conſuetudines
eccleſiæ, ſi deinde in ſua receptione iurat ſer-
uare eccleſiæ ſtatuta, & conſuetudines, non vi-
detur renunciare gratiis ſuarum litterarum
tollentium ſtatuta, & conſuetudines prædi-
ctas. ita Ioan. Andr. in regula inſpicimus. de
regu. iur. Francus in cap. 1. de iureiur. in 6. No-
29 na, † Canonicus qui tempore ſuæ receptio-
nis iurauit vt ſupra, & poſtea impetrauit gra-
tiam, & priuilegium cōtra dicta ſtatuta, vt ta-
lis impetratio non ſit ſubreptitia, debet expri-
mere in litteris, quòd ipſemet iurauerit, per
notata in c. cum non deceat, de elect. in 6. Vbi
habetur ibi, in glo. ſi. q. per generalem clauſu-
lam, non obſtantib. quibuſcunque ſtatutis, con-
ſuetudinibus, vel priuilegiis, nunquam intelli-
gitur derogatum, quando talia eſſent iurata,
niſi fiat ſpecialis mentio de iuramento, dato,
quòd apponeretur dictio, quibuſlibet, vel qui-
buſcunque, vel quomodolibet: quia etiam taci-
turnitas eius, quod redderet impetrantem dif-
ficiliorem, reddit reſcriptum ſubreptitium, vt
in c. poſtulaſti. de reſcrip. Tum etiam per no-
tata in cap. cum aliquibus. de reſcri. in 6. Vbi
Papa, faciendo gratiam vni perſonæ in vna
eccleſia, non videtur velle ſtatutis, & conſue-
tudinibus illius eccleſiæ derogare, niſi de eis
fiat ſpecialis mentio. Facit cap. conſtitutus. eo.
tit. Quod ſi fecerit mentionem de iuramento,
& tunc ſtabilienda eſt & altera Deciſio. Qui
vult impetrare contra ſtatuta iurata, impetran-
do, non incidit in periurium, & valet impetra-
tio, modo gratia fiat motu proprio à Summo
Pontifice. argum. cap. venientes. de iureiuran.
& ibi Ioan. Andr. Verum ſi ad inſtantiam
partis habetur gratia, & tunc periurus erit,
ſi abſque cauſa impetrauerit priuilegium con-
tra dicta ſtatuta, ſi iurauerit ſtatuta, & con-
tenta in eis obſeruare, niſi prius petat ab-
ſolutionem à iuramento, vt habetur per Ro-
tam, Deciſione 294. ſecus autem, ſi ex cau-
ſa rationabili ſuperueniente impetraſſet: quia
in quolibet iuramento intelligitur, ſi res in eo-
dem ſtatu permanſerit. vt in cap. quemadmo-
dum. de iureiur. & notatur in cap. cum inter
M. de renunc.

30 Rurſum, † an ſucceſſores iurantium ſeruare
ſtatutum, veniendo contra illud, dicantur per-
iuri? propono multas Deciſiones. & prima
eſt, Succeſſores iurātium ſeruare ſtatutum, ve-
niendo contra illud, non ſunt periuri: & ita ha
betis aliam Regulam, quando iuramentum nō
eſt obligatorium. Et ratio eſt: quia omne iura-
mentum eſt perſonale ex parte iurantis, quod
procedit etiam, ſi quis iuraret ſeruare ſtatuta
pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus. vt not. per Hoſt. &
Doct. in cap. veritatis. tit. noſtro. cum iuramen-
tum non tranſeat in tertiam perſonam. ita no.
glo. in Clem. non poteſt. de procur. in glo. fin.
Hinc fit, quòd ſi pater iurauerit fidelitatem
pro ſe, & filijs, quòd tale iuramentum non ex-
tenditur ad hæredes iurantis. C. de rebus cred.
l. generaliter. in prin. Et ratio eſt: quia iuramen-
tum ex parte iurantis eſt perſonale, & ideo
cum perſona finitur. Item nec poteſt quis iu-
rando promittere factum alienum, quod non
eſt in ſua poteſtate. ita Bald. in c. quæ in eccle-
ſiarum. nu. 38. de conſtitu. Tum etiam, quia
in ſpiritualibus numquam ligatur anima ſine
proprio conſenſu: quia licet ſit honeſtum,
quòd in ſpiritualibus obligationibus filius ſe-
quatur voluntatem patris, non tamen eſt ne-
ceſſarium. vt no. in cap. 1. de deſponſ. impub.
& in cap. ex litteris. de ſponſal. & in cap. vni-
co. de deſponſ. impub. lib. 6. Facit quod not. 24.
q. 3. in Summa.

Secunda. Licet poſſit conueniri coram Iu-
dice Eccleſiaſtico, & per illum cogi Eccleſia-
ſtica Cenſura ad obſeruantiam iuramenti. c.
ſi. de foro compet. in 6. non tamen eius hæres,
cum iuramentum ex parte iurantis ſit perſo-
nale:



nale: licet aſtringi poſſit ex obligatione præ-
deceſſoris ad obſeruantiam contractus. C. de
hæred. act. l. fin. C. de pact. l. pacto.

Tertia. Quæ in ſuperioribus duabus Deci-
ſionibus diximus, extende etiam ad iuramen-
tum populi, qui ſemper eſt idem, & tamē ſuc-
ceſſores iurantium non ligantur periurio. ita
multum notanter voluit Card. in clemen. 1. §.
nos. q. 3. de iureiuran.

Quarta. Cum iuramentum ſit actus Reli-
gionis, qui à perſona minimè ſeparatur. c. veri-
tatis. de iureiur. Bald. in l. vnica. §. ne autem. C.
31 de caduc. tollen. Hinc fit, † nuſquam poſſe
præſtari per procuratorem, cum tractetur de
obligatione ſpirituali, quæ ſpecialem conſen-
ſum exigit. cap. vnico. de procur. in 6. niſi in
tribus caſibus: Primus eſt, ſi haberet ſpeciale
mandatum. Secundus quando ratificat, & ita
ratihabitio comparatur ſpeciali mandato, &
locum habet, vbi requiritur ſpeciale mandatū,
vel quando ſcit, & non reuocat, quia ex quo
ſcit, videtur per conſenſum confirmare. ita tex.
vbi etiam Franc. in cap. fin. tit. noſtro. libro 6.
Sed aduerte, quòd id, quod diximus requiri
ſpeciale mandatum ad iurandum, ita intelli-
gendum eſt, vt in mandato exprimatur quali-
tas iuramenti. cap. fin. de iura. calum. in 6. Hinc
fit, quòd ſi procurator haberet ſpeciale man-
datum ad iurandum de calumnia, non poſſet
iurare de veritate dicenda. vt dicit ibi Franc.
Et ratio eſt: quia iuramentum per procurato-
rem, fit in animam Domini. c. 2. de teſti. in 6. Et
ideo non poteſt abſq; ſpeciali conſenſu illum
obligare: cum tangat animam iurantis. An ve-
ro procurator deierans, peccet? dic, quòd ſic,
cum auxilietur periurijs, quia per organum
eius exit mendacium. arg. 46. diſtin. cap. ſicut
non ſuo. Quod intellige, ſi ſcienter hoc fecerit.
Zabar. in clem. Romani. §. nos itaque. num. 15.
de iureiur. Rurſum, an poſſit præſtari iuramen
tum per procuratorē ad hoc deputatum, quan
do lex requirit iuramentum propria manu
exhiberi? Dic, quòd non c. ſi vero. el ſecondo.
de ſenten. excom. cum talis actus eius ſit con-
ditionis, quòd per alium geri non poſſit. Fa-
cit glo. in clem. 1. verbo, publicè. de vita, & ho
neſta. cleric.

32 Quinta. † Quemadmodum iuramentum
non obligat ſucceſſorem, ſic nec promiſſio
obedientiæ. ita Doct. communiter reſtringunt
tex. in c. cum olim. 1. de reſtit. ſpolia. aſſerentes
ibi, quòd obedientiæ promiſſio facta per vnū,
etiam Prælatum, alios non obligat, niſi de ip-
ſorum mandato promittatur, vel niſi alij pro
quibus etiam iuratur, ſcirent hanc obedientiā
à ſuo prçlato præſtari, vel eorum procuratore,
& hoc paterentur, quia tunc efficaciter ex iu-
ramento obligarentur, vel ex obedientia ſic
præſtita C. de iuramen. calum. l. 1. & 2. Panor.
in d. c. veritatis. nu. 4.

33 Sexta. Idem in voto: † vnde pater, qui ex vo
to aliquid promiſit pro ſuo ſucceſſore (verbi
gratia) vouit filium fore monachum, non co-
gitur filius illud adimplere: quia votum eſt per-
ſonale, & ideo ſolam perſonam vouētem ob-
ligat. Abb. in cap. olim. nu. 14. de reſti. ſpol. Doc.
in cap. licet. de voto.

34 Septima. † Idem in matrimonio. arg. tex. in
cap. vnico. §. porro. de deſponſ. impub. vbi pa-
rentes non poſſunt contrahere matrimonia,
vel ſponſalia pro filijs contradicentibus taci-
tè, vel expreſſè. cum in matrimoniis filius non
cenſeatur eſſe in poteſtate patris. cap. fi. de iu-
dic. libr. 6. licet filij poſſint contrahere etiam
contra expreſſam eorum voluntatem cap. ve-
niens. el primo. de ſponſ. Et aduerte, quòd filius
tacitè dicitur conſentire, quando pater con-
trahit pro filio tacente, & non contradicen-
te, niſi talis taciturnitas eſſet meticuloſa: quia
ſi tunc minæ, vel verbera fuiſſent in cauſa, vt
ille propter metum taceret, talis metus infrin-
geret matrimonium. ita tex. not. in cap. ex lit-
teris. de ſponſ. ita voluit glo. in c. accedens. de
conuerſ. coniug. in prin. Fran. in d. cap. vnico.
§. porro. num. 4.

35 Octaua. † In excommunicatione: quia ex-
communicatio non tranſgreditur perſonam
delinquentis. Hinc fit, quòd pro peccato ali-
cuius hominis, non poteſt eius familia excom-
municari: Nec filius: vel vxor, pro peccato
patris, aut mariti, niſi aliquo modo conſen-
tiat crimini illius. Cum nemo ſit excommuni-
candus, niſi pro peccato proprio mortali, &
talis ſit, qui aliter corrigi non poteſt. 11. q. 3. c.
nemo Epiſcoporum. Vnde cum peccatum Do
mini non ſit peccatum familiæ, nec peccatum
patris & filij, ergo deciſio vera. Ita probatur
in Sum. 24. q. 3. vbi etiam notatur, quòd quan-
doque vnus punitur pro alio ſine culpa, ſed
non ſine cauſa.

36 Nona. † Licet iuramentum ſit perſonale
ex parte iurantis, eſt tamen reale ex parte
eius, cui iuratur, hoc eſt, tranſit ad hæredes
eius, cui iuratur. Innoc. in d. cap. veritatis. &
ratio eſt: quia iuramentum aſſumit interpre-
tationem contractus illius, ſuper quo interpo-
nitur. probatur in l. vlti. C. de non numer. pecu.
Hinc eſt, quòd qui promittit Titio decem,
talis vtique promiſſio ad hæredes Titij tran-
ſit, ergo & iuramentum. Couar. de iureiur. par.
1. §. 5. nu. 4.

37 Decima. † Iurans, qui in iuramento fecit
mentionem de ſucceſſoribus illius, cui iuratur,
vt quia iurauit fidelitatem pro ſe, & ſucceſſo-

ribus ſuis non cogitur amplius iurare, ſed be-
ne tenetur ſe recognoſcere ſubditum, & va-
ſallum: Vnde licet arctari non poſſit ad repe-
tendum iuramentum, arctari tamen poteſt ad
renouandum ne contingat, quòd pereat me-
moria contractus temporis longinquitate,
& ita intelligitur tex. in d. cap. longinquitate.
12. quæſt. 2. Dom. Anto. Panor. & Henr. in d. c.
veritatis.

38 Vndecima.† iurans, qui nullam mentionem
fecit in iuramento de ſucceſſoribus, ſed ſim-
pliciter iurauit ſub nomine proprio, vel appo-
ſuit aliquod verbum perſonale: vt, promitto
tibi & tunc iurare cogitur cuilibet ſucceſſori.
2. q. 2. c. ſæpe. & cap. longinquitate. Imola in d.
Clemen. Romani. niſi is, cui iuratum fuit, re-
moueretur à dignitate: quia eo caſu non tene-
tur iurans ad iuramenti obſeruantiam: quia
intelligitur præſtitum perſonæ ratione digni-
tatis. & ita intelligitur tex. in c. venerabilem.
de elect. in fine. Pariter ex eodem textu nota-
tur, quòd ſi ille, qui iurauit in ſua prima inſti-
tutione, vt Canonicus, ſi renunciauit, & po-
ſtea iterum receptus eſt, quòd non eſt ligatus
ſuo antiquo iuramento, prout etiam no. in c.
2. de nou. oper. nuncia. Feder. de Sen. conſ. 264.
numero 1.

Duodecima. Si Dominus ſucceſſor dicit,
quòd ſuus prædeceſſor pro ſe ſolo accepit iu-
ramentum, non pro ſucceſſoribus, ſed vaſallus
aſſerit contrarium, tunc vaſallus, qui dicit, te-
nebitur hoc probare l. ei. ff. de probat. §. fi. Inſt.
de fideiuſ.

39 Tertiadecima.† iuramentum, quod eſt præ-
ſtitum ſimpliciter, ſub nomine dignitatis, tran
ſit ad ſucceſſores, quantumcunque nulla fuerit
facta mentio de ſucceſſoribus. Dom. Anto. Pa-
normit. & Bald. in d. cap. veritatis. Exemplum,
Si quis dixerit, promitto obedire Epiſcopo
Senenſi, vel Romano Pontifici: quia dignitas
non variatur ex diuerſitate præſidentium.
cap. liberti. 12. quæſt. 2. cap. ſi gratioſè. de reſcr.
in 6. Quinimmò, quando iuramentum præſta-
tur à dignitate dignitati, tũc tã ex parte iuran-
tis, quàm ex parte eius, cui iuratur, tranſit ad
ſucceſſores. Ita Bal. not. tex. in d. c. veritatis, vbi
iuramentum fuit præſtitum à dignitate, digni-
tati: quia Regia Maieſtas non moritur. arg. tex.
in d. c. ſi gratioſè.

Quartadecima. Imperator, qui eſt Domi-
nus mundi. ff. ad l. Rhod. l. deprecatio. Et Papa,
qui eſt primus ſuper omnes homines. 6. q. 4. c.
40 cuncta, & c. per principalem. debent† ardua
tractare, & ille cum conſilio procerum. 5. coll.
de prohib. feud. alie. c. Imperialem, & iſte cum
conſilio Cardinalium, adeo quòd ſine ipſis
geſta, non obſeruantur pro ſucceſſore, vt no-
tabiliter dicit Ioan. Mon. de hæret. c. ſuper eo.
lib. 6. vbi refert, ꝙ collationes Abbatiarum,
Epiſcopatuum, & ſuperiorum dignitatum, fa-
ctæ per Cœleſtinum ſine conſilio Cardinaliũ,
fuerunt reuocatæ per ſucceſſorem. Sed aduer-
te, quòd Gemin. in d. cap. ſuper eo, dicit quòd
communis eſt opinio, quòd Papa poſſit ſine
eis: quia ipſe eſt ſuper omnia conſilia. vide ibi
Franciũ.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iurare per Deum, an maius ſit, quàm iu-
rare per Euangelia. Diſtingue, vincula
duo magis ligant quàm vnum. ſub eod.
num. 1.*

2 *In iuramento an ſit neceſſarius tactus
ſcripturarum.*

3 *Iurare per membra Dei, prohibitum eſt.*

4 *Et in multis caſibus peccatum eſt mor-
tale.*

5 *Iurare per Deum, vel per oculos Chriſti,
quod maius peccatum.*

*Intellectus ſex ad tex. in c. ſi quis per ca-
pillum. 22. q. 1.*

6 *Iurare veraciter per falſos Deos, minus
peccatum eſt, quam iurare falſum per
verum Deum.*

7 *Iuramentum ſex modis dici poteſt incau
tum.*

8 *Iuramentum nunquam recipiendi præla-
tionem, an ſit validum. & nu. 13.*

9 *Iurare abſque neceſſitate, vel vtilitate,
peccatum eſt.*

10 *Verbum otioſum peccatum eſt, & partu
rit multos effectus.*

11 *Iuramentum non adhibita diligentia di-
cendi verum, quod peccatũ. & nu. ſeq.*

14 *Iuramentum ex ſui natura illicitum, nul-
lo pacto ſeruandum.*

15 *Iurans ſuperfluo comedere, & comedens
qualiter peccet.*

16 *Minimum non excuſat à peccato morta-
li in multis caſibus.*

17 *Vt in ſimonia, vbi datur intellectus ad c.
etſi quæſtiones. de ſimonia.*

18 *Furtum de minima re quandoque non ex
cuſat à mortali.*

Vſura



19 *Vſura etiam in minimo conſtituit pecca-
tum mortale.*

*Beneficij tenuitas non excuſat ab horis
dicendis.*

20 *Debitor non habens vnde ſoluat, etiam
in minimo, debet luere in corpus.*

21 *Minimum habetur in conſideratione in
duobus caſibus.*

22 *Iuramentum licèt ſuſtentet contractum
de iure ciuili, tamẽ præſtitum dolo, vel
metu, eſt ipſo iure nullum.*

## De quibuſdam Deciſionibus in materia Iuramenti. Cap. VIII.

SVbſequenter videbimus de qui-
buſdam dubijs per modum De-
ciſionis: quorum primum erit:
1 Licèt† ſecundum ſe maius ſit iu
rare per Deum, quàm per Euan-
gelia: cum Deus ſit maior omnibus, & cuius
gratia eſt Euangelium. c. ſi aliqua. 22. q. 1. vbi
Chriſoſtomus, tamen conſiderando iuramen
tum ex parte iurantis, tunc magis eſt obliga-
torium iuramentum illud, quod fit magis ſo-
lenniter. Vnde quo ad eccleſiam iuramentum,
quod fit tactis ſacroſanctis Euangelijs, magis
obligat, quàm ſimpliciter iurans Deum. facit
tex in c. Rurſum. qui cler. vel vouent. tum pro-
pter ſcandalum, tum propter maiorem delibe
rationem, quæ adhibetur tactis Euangelijs, &
maiorem ſolennitatem coram Iudice, & ſcri-
ptore, quod non ſic eſt in iuramento per Deũ,
vbi communi conſuetudine faciliter, & ſine
deliberatione, & pro minoribus iuratur: æqua-
liter vero hinc inde poſitis grauius eſt, ſi quis
per Deum iurãs, periuret, quàm ſi periuret per
Euangelium. Innoc. in d. c. etſi Chriſtus. Quod
ſi quis obijciat, quòd duo vincula magis ligãt,
quàm vnum, & triplex, quàm duo. diſtin. 13. c.
duo. Et qui plures offendit, plus peccat. diſt. 94.
c. ſi quis autem legationem. & 11. q. 3. c. præci-
puè. Quare cum quis iurat falſum per creatu-
ram, tunc contemnit creaturam, & Creatorẽ
in creatura. Sed qui iurat falſum per Deum, cõ
temnit ſolum Deum, ergò videtur quòd ma-
gis peccet, qui iurat falſum per creaturam, quã
per Creatorem: Nam reſpondeo, quòd qui iu-
rat per creaturam, contemnit tantum Deum
in creatura, non autem Deum in ſe. Sed qui iu
rat per Creatorem, propriè cõtemnit Deum.
Et ideò cum Creator in infinitum melior ſit
in ſe, quàm in creatura, magis peccat falſum
iurans per Deum, quàm per creaturam: Sicut
qui blaſphemat aliquem in propria perſona,
quàm in familia, maiorem ei facit iniuriam.
Archid. in c. manet. nu. 5. 22. q. 1.

2 Secunda Deciſio. Iuramentum,† quod pars
defert parti, licèt poſſit fieri, & præſtari prout
placet ambabus partibus. ff de iureiuran l. 3. §.
vlt. Innoc. in d. cap. etſi Chriſtus. tamen in iura
mentis, quæ à iure præcipiuntur, vt eſt iuramẽ
tum teſtis de calumnia, ſemper eſt iurandum
ſecundum Innoc. ſuper ſancta Dei Euangelia.
11. q. 3 cap. non flagitetur. de iuram. calum. c. vl
timo. ita quòd ipſa Euangelia tangantur. cap.
hortamur. 3. q. 9. Idem in omnibus alijs iura-
mentis, quæ à iure, vel à iudice, vel à partibus
deferuntur. 1. q. 3 cap. quoties. de conſecra. di-
ſtin. 2. cap. ego Berengarius. c. quoties. §. 1. ibi,
ſuper ſancta. de purg. Canon. vbi dicit Innoc.
non ſufficere habere coram ſe Euangelium.
Et idem eſt, ſi partes promiſerint aliquid iura
re nulla forma ſpecifica. Hoſtienſ. & Innoc. in
d c. etſi Chriſtus. Archid. in cap. vt circa. num.
3. de elect. in 6. Verum glo. in Clem. 1. § por-
rò. verſi. tacta. de hæret. reſtringit ſupradicta
ſolum in caſibus, in quibus expreſsè à iure re-
quireretur tactus Euangeliorum, aliàs ſuffice-
ret tãgere quemlibet alium librum, vel aliam
ſcripturam, & ita eſt hodie generalis conſue-
tudo, vt refert Francus. in d. c. vt circa. num. 9.
Et hæc intellige in iuramento obligatorio. Ve
rùm ſi à iure non requireretur tactus ſcriptu-
rarum, tunc ſufficeret iuramentum verbaliter
præſtitum non tactis ſcripturis: & ita debet in
telligi quod notat Innocentius. in c. cum con-
tingat. de iureiur.

3 Tertia.† Iurare per membra Dei prohibi-
tum eſt. per text. in c. ſi quis per capillum. 22. q.
1. ne diuinam naturam huiuſmodi membra
habere credamus, ſicut quidam falſo dixerunt.
22. q. 3. c. vlt. verſi Antropomorphitæ, ſic dicti,
ob id quòd Deum humana membra habere,
quæ in diuinis libris ſcripta ſunt arbitrantur, cũ
tamen Deus Spiritus ſit incorporeus, nec enĩ
membris diſtinguitur, nec corporis mole cen
4 ſetur. In his tamen caſibus† iurare per mem-
bra Dei, peccatum eſt mortale. Primus, quan
do iurando crederet Deum eſſe corporeum,
nobiſque ſimilem ita text. in d. cap. ſi quis per
capillum, ibi, Dei. Vbi Dei nomine diuinam
naturam intelligit: Nam diuina perſona, ſci-
licet Dei filius, habet talia ſecundum quod
eſt homo, per quæ iurare prohibemur. Ita Ar-
5 chid. ibi, vbi etiam quærit.† Si vnus iurat fal-
ſum per Deum, & alius falſum iurat per ocu-
los Chriſti, quod eſt maius peccatum, & ma-
gis pœnale? & videtur, quòd maius peccatum
ſit

ſit illius, qui iurat per Deum. d. c. mouet. Tamē
Dominus Hugo Cardinalis dicebat, quòd ma
gis pœnale, & maius peccatum eſt, iurare fal-
ſum per oculos Chriſti. Sed hoc inquit Arch.
eſt ex circunſtantia ingratitudinis: quia qui ſic
iurat, ingratus eſt, quòd Deus factus eſt homo
pro eo. Secundus, quando iurans per mem-
bra Dei, & ſciens non habere, peierare non me
tueret, & ita etiam intelligitur tex. in d. cap. ſi
quis per capillum. ſecundum Archid. ibi. Ter-
tius, ſecundum Card. ibi qui quodam exquiſi-
ſito modo iurandi diuidunt Chriſtum, quaſi
membratim, qui valdè rationabiliter ſunt re-
darguendi. Quartus, quando iuratio fieret per
membra Chriſti honeſta non affirmando, ſed
deteſtando, & vituperando: quamuis per iram
d. c. ſi quis per capillum: niſi iracundia tanta eſ-
ſet vt dementiæ compararetur: quia tunc non
eſſet peccatum mortale. arg. 2. q 3. cap. ſi quis
iratus. & c. notandum. Ita Hoſt. in tit. de male-
dic. §. quæritur. colum. 1. Quintus indifferen-
ter iurantes per Dei, vel Virginis matris mem
bra quæcunque, etiam honeſta, ſentit glo. in c.
2. de maledic. dum allegat tex. in d. c. ſi quis per
capillum, eſſe blaſphemos. Quæ quidem opi-
nio, eo caſu eſſet admittenda, vbi quis hiſce
aſſuetus eſſet vti iurationibus, nam tunc pro-
pter contemptum ſatis præſumptum diuinæ
maieſtatis, exiſtimarem eum eſſe blaſphemum
grauiſſimeque eſſe puniendum, non quidem
pœna ſtatuta, ſcilicet mortis, vt in Auth. vt nō
luxur. contra natur. ſed arbitrio Iudicis, vt con-
cludit Couar. de pact. 1. parte. §. 1. nu. 7. In alijs
autem caſibus iuratio per membra Chriſti ho
neſta, ſi deſit contemptus, non eſſet mortale
peccatum. vt colligitur ex Angelo, in verbo,
Iuramentum. 3. q. 12. Sextus eſt, quando aliquis
iurat per membra Dei, quæ in alijs hominibus
reputantur inhoneſta, d. c. ſi quis per capillum.
nam tunc blaſphemus verus eſt. Archid ibi. cū
talia iuramenta fieri non poſſint abſque maxi
ma iniuria diuini nominis. Blaſphemia ſiquidē
eſt, propriè vituperium, atque conuitium cum
diminutione honoris. Vnde licet Chriſtus re
vera habuerit illa membra, vt quilibet alius ve
rus, & integer homo, eaque ratione illa nomi-
nantes non mentiantur. Tamen dum illa in
in Chriſti ignominiam, & vituperium nomi-
nant, uolentes ex ipſo modo pronunciandi in
nuere aliquid eſſe in Chriſto ignominioſum,
& vituperabile, blaſphemi veri ſunt. Hinc Ca-
rolus Cæſar lege lata in Toletano conuentu
pœnas ſtatutas in blaſphemos ſanxit infligen-
das contra iurantes membra Chriſt, & Deipa
ræ Virginis. Couar. qui ſupra. Alfonſ. à Caſt.
lib. 1. de iuſta hæret. punit. c. 12. Et ex his habe-
tis ſex intellectus ad d. c. ſi quis per capillum.

6 Quarta. † Minus malum eſt iurare veraci-
ter per falſos Deos, quàm falſum per verum
Deum, ſi in iuramento conſidarabimus id, qđ
aſſeritur. c. mouet. 22. q. 1. Et ratio eſt: quia ex
illa parte aſſeritur verum, ſcilicet iurare per
falſos Deos, ſed iurare per Deum verum, aſſe-
ritur falſum. Sed reſpiciendo ad illud, quod
iuratur, maius malum eſt iurare verum per fal
ſos Deos, quàm falſum per verum Deum. Et
ratio eſt: quia qui iurat verum per falſos Deos,
committit idolatriam, quia iurat cum venera
tione idolorum: Sed qui iurat falſum per verū
Deum, committit periurium; & dubio procul
maius eſt peccatum idolatria. ita Turrecrem.
in d c. mouet.

7 Quinta. † Iuxta D. Bonauent. & Archid. in
cap. omne. 22. quæſt. 1. Iuramentum contingit
ſex modis poſſe dici incautum. Primo modo
quando iuratur aliquid, quod ſimpliciter ver-
git in ſalutis detrimentū, ſicut cū aliquis iurat
ſe futurū aliquid quod nō poteſt ſine peccato
mortali conſumari. Secundo dicitur incautum
cum iurat aliquid, quod vergit in ſalutis ſuæ di-
ſpendium, & perfectionis impedimentum, pu
ta, cum quis iurat proferre verba otioſa, vel
non intraturum Religionem. Tertio, cum quis
iurat in omnem euentum, quod in vno caſu
contingente vergit in ſalutis diſpendium, &
alio caſu contingente vergit in ſalutis profe-
8 ctum ſicut † cum aliquis iurat ſe nunquam re-
cepturum prælationem, quod quidem eſt in ſa
lutis diſpendium, ſi vtilis ſit, & Canonicè eliga
tur. Tunc autem vergit in ſalutis profectum, ſi
ſit perſona inutilis ſibi, & aliis ad ſtatū illum
promoueri. Card. à Turrecrem. in cap. ſi ali-
quid, 22. q. 4. Quæ quidem iuramenta Archid.
ibi dicit vergere in peiorē exitum. Qui etiam
addit quartum, cum iuratur aliquid, quod eſt
veniale, de quo ſupra in ſecundo, puta come-
dere plus debito. cap. quinque. de conſecr.
diſtin. 5. Quinto cum iuratur aliquid indiffe-
rens, quod ex circunſtantia effici poteſt mor-
tale, vel ueniale, puta non tranſire per talem
uiam, qui quidem tranſitus, poteſt mihi afferre
peccatum mortale, ob mulierem, quam laſci-
uè amo, vel veniale, puta dicendi verba otio-
ſa. Sexto cum iuramentum excludit opus cha-
ritatis, vt quod non dabit eleemoſinam iſti

Sexta. Cum cupiditas, & affectus iurandi
ſit illa, quæ prohibetur præcepto Domini, &
non actus. cap. non eſt. 22. quæſtio prima. Hinc
9 fit quod qui iurat non † compulſus vtilitate
propria, vel alterius, aut neceſſitate, peccat.
Deeſt enim ei iudicium, & diſcretio, quæ ſunt
comites iuramenti: quod eſt contra aliquos,
qui habent iuramentum pro magno, & eſt eis
ſuaue & delectabile tota die habentes in ore
per



per Deum, & S. Iacobum, cum de omni verbo
otioſo reddituri ſimus rationem, c. quoties. 22.
10 q. 5. & dicitur verbum otioſum, † quod caret
aut vtilitate rectitudinis, aut neceſsitate ratio
nis. De quo verbo dicit B. Bernardus: Leuis qui-
dem res eſt ſermo, quia leuiter nolat, ſed gra-
uiter vulnerat, leuiter tranſit, ſed grauiter vrit,
leuiter penetrat, ſed non leuiter profertur, leui
ter exit, ſed nō leuiter reuocatur, facile volat,
atque ideò facilè violat charitatem.

11 Septima. Qui non adhibita † omni diligen-
tia, & non inſpecta omni circunſtantia circa
inquiſitionem veritatis iuramento firmat qđ
putat verum, quod eſt falſum, dicitur temerè
iurare, ideſt ſine iudicio, & ſine diſcretione.
An verò peccatum ſit mortale? dic, quòd tan-
ta poteſt eſſe temeritas, vt iurans peccet mor
taliter. Sed ſi diligens eſt, ſed non ex toto, pec
cat venialiter. Sed ſi omnem diligentiam ad-
hiberet, non peccaret. cap. homines. 22. q. 2. Ex
12 quo † textu habentur tres modi iurandi fal-
ſum. Primus, re tantum, vt cum quis putans
verum, quod eſt falſum, adhibita omni diligen
tia iurat verum eſſe. Secundus, animo tantum,
cum quis credit aliquid eſſe falſum, quod eſt
verum, & tamen pro vero iurat. Tertius re, &
animo ſimul, vt cum quis ſcit falſum eſſe, & ta
men ex certa ſcientia iurat verum eſſe. Primus
non peccat, ſed ſecundus, & tertius mortali-
ter Archi. in d. c. homines.

13 Octaua. † Qui iurat non ſe recepturum præ
lationem, tunc licet quādoque hoc poſſit ver-
gere in ſalutis profectum, vt ſi ſit ſibi, & alijs
perſona inutilis ad ſtatum illum promoueri,
tamen pertinaciter reſiſtendo eo caſu, quo vti
lis eſt, & Canonicè eligitur, atque a ſuperiore
ſibi iniungitur, peccaret. ita D. Thom. qui hoc
probat exemplo Moyſi, & Hieremię, qui cum
renuiſſent prælationis officium, ad vltimum
humiliter obedierunt. Vnde huiuſmodi iura-
mentum incautum reputatur, quia quantum
in ſe eſt, diuinæ prouidentiæ præiudicat, &
quodammodo impugnat diuinæ iuſtitiæ per-
fectionem, & Spiritusſancti inſpirationem, &
obedientiam ad ſuperiores, excludit. Turrecr.
in c. ſi aliquid. 22. q. 4.

14 Nona. † Qui temerè iurat quod ſui natura
illicitum eſt, vt committere adulterium, vel
fornicationem, & quod ſeruatum vergit in in
teritum, vtriuſque ſalutis, ideſt animæ, vel cor-
poris, vel in diſpendium ſalutis ſpiritualis, ideſt
committere peccatum veniale & tunc nullo
modo debet illud obſeruare: ſed poteſt pro-
pria autoritate venire contrà, licet debeat
pœnitentiam agere. c. Sacramento. 22. quæſt.
4. cap. in malis. ead. quæſt. vbi Archid. exponit
ſiue de mortalibus, ſiue de venialibus. Sed q d
15 ſi quis † propterea quod iurauit, quòd ſuper-
fluè comederet, vel verbum otioſum diceret,
ſuperfluè comedit, vel verba otioſa dixit, no-
tat Hugo in cap. ſi aliquid. 22. q. 4. quòd talis
mortaliter peccat, nō quia comedit ſuperfluè,
vel verbum otioſum dixit, quod in ſe veniale
eſt, ſed quia tranſgreditur illud præceptum. In
malis promiſsis reſcinde fidem. Alij dicunt,
ſic tranſgrediendo non peccat, niſi venialiter:
quia ſi illa autoritas intelligatur generaliter,
quod extendatur ad maia, venialia, quantum
ad illa, non eſt præceptum, & in hac ſententia
reſidet Archid. in d. c. in malis.

16 Decima. † Minimum, quod quis promittit
non obſeruare, non obſeruando mortaliter
peccat in his caſibus. Primus eſt, quādo mens
verbo non concordat. Secundus, in iuramen-
to aſſertorio, cum inuocatur Deus in teſtem
falſi: & ſic habes caſum, vbi modicum non ex-
cuſat à peccato mortali. Alius caſus eſt in Si-
17 monia: nam quantumcunque modicum † ſit
quod datur, inducit Simoniam, ſi detur ex pa-
cto. cap. ſi quis præbendam. 1. q. 3. cap. ex tuæ.
cap. tua. extra de Simon. vbi pacto interueniē-
te, etiam ſex ſolidi inducunt Simoniā, & quan
doque ſex oboli 1. q. 1 c. iudices. & tremiſsis, id-
eſt tertia pars ſolidi 1. q. 1. cap. placuit. Et non
obſtat tex. in cap. & ſi quæſtiones. extra. de Si-
monia. vbi modicum excuſat à Simonia: quia
tex. ille loquitur quando modicum profertur
ex liberalitate, & recipitur, vel quando ſumus
in dubio, quia modicum præſumptiuè nō præ
ſumitur datum propter intentionem habendi
ſpirituale. Ita Dom. Anton. & Panor. in d cap.
18 ex tuæ. Item alius † eſt caſus in furto: quia in
furto non diſtinguitur quantitas. 14. q. 6. c. fin.
quia vbi committitur illicitum, quantitas rei
non expectatur. 17. q. 4. c. quicunque. Et quanti
tas munerum, diuerſitatem iurium non indu-
cit 1. q. 1. cap. iudices. & c. placuit: vnde furtum
committitur pro vna gallina, & ouo, propter
frequentiam delicti Inſti. de rerum diuiſ. §. gal
linarum. Quod intellige, quando furando mi-
nimum, habebat voluntatem furandi & ma-
gnum. Vel quando auferret minimum inuito
Domino, quod quādo ſit, vide quæ ſcripſimus
par. 1. lib. 2. in noſtris Deciſ. c. 93. num. 27. Rur-
19 ſum † in vſura. Nā quicquid ſorti accedit, vſu-
ra eſt. c. pleriſque. 14. q. 3. vbi quidquid verifica
tur, etiam in modico, ideſt in illo, hoc eſt ſalci
tia, vt ibi per Archid. facit etiam tex. in c. cum
tu. de vſur. pariter beneficium tenue habens,
non excuſatur ab horis canonicis dicendis:
quia ſibi imputari debet, quòd permiſit ſe ad
beneficium tenue promoueri. argum. c. hor-
rendus. 32 q. 5. ad hoc diſt. 91. cap. clericus vi-
ctum. Et recipiendo beneficium obligat ſe ad
horas

horas, & alia onera beneficij ſupportanda. no. Flor. in cap. niſi, cum pridem. de renun. vbi dicit, quòd inter recipientem, & conferentem beneficium oritur contractus, ita quòd ex eo beneficiatus debet compelli nedum ad horas dicendas, ſed quæcunque onera beneficio incumbentia ſubire. de cler. nō reſid. per totum.

20 Idem debitor non habens † vnde ſoluat, regulariter in corpus luere debet. l. ſi id, quod. ff. de iuriſdi. omn. iudic. quam regulam declarat gl. 1. in fine. in reg peccatum. de reg. iur. in 6. Amplia, procedere, etiam ſi in vno nummo deficeret, ſecundum Bald. in l. cum ſit. de ſepul. viol. niſi fortè per errorem hoc factum eſſet, ſecundum Bal. in l. quamuis. in fi. ff. de condit. & demon. Socin. in ſuis fallen. Reg. 81. Rurſum, quāuis

21 † de minimis non habeatur ratio: tamen fallit in horis recitandis: Etenim ſi conſultò omitteret vnam horam, peccatum eſſet mortale, licèt vna hora ad comparationem horarum dici poſſet minimum, vt diximus infrà de pœnis non recit. hor. Canon. c. 51. lib. 2. Item per minimam læſionem ſententia Iudicis retractatur. l & maioribus. C. de appel. capitu. 1. de appel. in 6. Alios caſus vide vt ſupra cap. 93. num. 28.

22 Vndecima. Iuramentum † licèt ſuſtenret cōtractum, qui prohibitus eſt de iure ciuili, ſi tamen eſt dolo, vel metu præſtitum, eſt ipſo iure nullum. tex. optimus in cap. 2 de pact. in 6. vbi licet lex ciuilis improbet pactum patri à filia factum, dum nuptui traderetur, vt nullum regreſſum haberet ad bona paterna ſi tamen iuramento non vi, vel dolo præſtito firmatum fuerit, ab ea omninò obſeruari debet. Verum ſi iuramentum interponitur aliàs ſuper actu à iure non prohibito, tunc ſi eſt præſtitum per metum, indiget abſolutione. ita tenet Dom. Nicol. in c. contingat. in 2. col. & plenè per eū in cap ſi verò. de iureiu. & idem eſt dicendum, quando interuenit dolus, vt nullum ſit iuramentum, & non indigeat abſolutione; Nam ex quo dolus aufert conſenſum ab actu. l. 1. l. eleganter. ff de dolo. iuramentum nō obligat. vt voluit Io. And in c. 1. de commod & Feder. in ſuo conſi. 96. Ex quo enim ceſſat voluntas, non ligat iuramentum. vt in c. veniens. capitu. Quintauallis. de iureiu.

### *SVMMARIVM.*

1 *Iuramētum magis obligat, quàm ſimplex promiſſio.*

2 *Explicantur verba text. in c. iuramenti. 22. q. 5.*

3 *Inter iuramentum, & ſimplicem loquelā nullum eſt diſcrimen quo ad Deum, ſed quo ad Eccleſiam ſic nu. ſeq.*

5 *Diſcrimen magnum eſt inter iuramentum, & ſimplicem promiſſionem in tribus caſibus. nu. 6. & ſeq.*

8 *Obligatio iurata plures habet effectus, quam non iurata.*

9 *Donatio facta à patre filio iurata, valet, ſic & pauperibus. nu ſeq.*

11 *Iuramentum firmat quæ ſunt de iure prohibita.*

12 *Vel illa, ad quæ firmanda adhibetur, ſi ſunt ſecundum ius.*

13 *Vel etiam quæ ſunt præter ius, vt qui iurat ſoluere vſuras.*

14 *Iuramento firmatur actus probibitus in fauorem publicum ſecundario.*

15 *Iuramentum contra bonos mores dicitur dupliciter.*

16 *Iuramentum aſſumit naturā contractus ſuper quo interponitur.*

17 *Iuramentum appoſitum in teſtamento habet vim clauſulæ codicillaris.*

18 *Iuramentum confirmatorium cōtractus tranſit ad hæredes.*

19 *Iuramentum promiſſorium inducit fortiorem obligationem, quàm votum.*

20 *Iuramento ſtatur in his, quæ dependent à conſcientia. vide nu. 26.*

21 *Iuramento ſtatur deponentis apud hoſpitem fardellum clauſum, & ſigillatum.*

22 *Iuramento etiam ſtatur deponentis ignoraſſe ſe eſſe conſanguineos, vel affines.*

23 *Iuramento ſtatur viri ſe cognouiſſe mulierem ad domum traductam.*

24 *Conſcientiæ alicuius iuratæ in tribus caſibus non ſtatur.*

25 *Nuncio ſimplici iurato an ſit credendū.*

27 *Iuramentum eſt in ſpecifica forma ſeruandum.*

28 *Ad iuramentum quis præſumitur magis deliberatè acceſiſſe*

29 *Iuramentum non ſubijcitur diſpoſitioni laicorum.*

Clau-



30 *Clauſula non obſtante, nunquam tollit actum iuratum.*

## De viribus & virtute iuramenti. Cap. IX.

COnferendo vnum in locum plures iuramenti effectus, ille primum locū obtineat, † quòd magis obligat iuramentum, quam ſimplex promiſſio, cum in ſimplici loquela nullum ſit diuini numinis teſtimonium. At iuramentum ſiue aſſertoriū, ſiue promiſſorium, ſemper cum diuini numinis teſtimonio fit. tunc iure pontificio multi competunt iuramento effectus, quos nequaquam habet ſimplex promiſſio, ſicut conſtat in Authē. Sacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit. c. cum cōtingat. de iureiuran. Verum huic dicto

2 obſtat textus † in cap. iuramenti. 22. q. 5. cuius verba hæc ſunt. Dominus inter loquelam noſtram, & inter iuramentum nullam vult eſſe diſtantiam: quia ſicut in iuramento nullam cōuenit eſſe perfidiam, ita quoque in verbis noſtris nullum debet eſſe mendacium: quia vtrūque & periurium, & mendacium diuini iudicij pœna damnatur, dicente Scriptura, Os, qđ mentitur, occidit animam. Ex quibus verbis

3 colligitur quòd inter iuramentum, † & ſimplicem loquelam Deus non facit differētiam. Hinc Hoſt. in cap. venientes. de iureiu. cuius ſententiam recenſitis alijs opinionibus approbat ibi Panor. in fine. dicens, quòd ſi primo aliquod licitum promiſi abſque iuramento, ad illud obſeruandum obligor apud Deum, ac ſi iuraſſem. d. c. iuramenti. Facit etiam tex. in cap. 1. de pact & expreſſius in c. qualiter. eo. tit. vbi dicitur, ſtudiosè agendum eſt, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur. Vnde pondera verbum illud generale, promittuntur: & illud opere compleantur. Facit etiam illud Pſalm. Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. diſt. 23. cap. Pſalmiſta Vnde ſi poſt illam ſimplicem promiſſionem ſubſequeretur iuramentum contrarium illi, tunc non iuramentū, ſed ſimplex promiſſio eſſet ſeruanda: videtur enim iuramentum temerarium contra promiſſionem ſuam, argum. d. c. iuramenti. bonus text in c. ex literis. & c. ſicut. de ſponſal. vbi Innoc. in d. c. ſicut. dicit, quòd ſi primo contraxi ſponſalia cum vna ſine iuramento, deindè cōtraxi cum alia cum iuramento, valent priora, licet ſine iuramento, quaſi non valeat iuramētum contra promiſſionem alteri factam. Ex quibus omnibus concluditur, quòd nulla eſt differentia inter ſimplicem loquelam, & iuramentum: quia ſicut quis compellitur ad obſeruantiam iuramenti, ita debet compelli ad obſeruantiam promiſſionis, ſeu pacti. d. c. iuramenti. & c. Pſalmiſta. Sed hæc dubitatio ſatis congruè poteſt multipliciter diſſolui. Et pri-

4 mo ſic intelligendo, quòd Deus † non facit differentiam ſcilicet quo ad interitum ſalutis, quia vterque peccat mortaliter, iuxta illud: Os, quod mentitur; occidit animam, Sapient. 1. & d. capitu. iuramenti, qua ratione quiſque meretur priuari, & priuatus eſt gratia Dei, & vita æterna. 25. diſtin. cap. vnum. §. alias, ea demum Sed reſpectu quantitatis reatus, magis peccat, qui venit contra iuramentum, & illud non obſeruat quam qui ſimplicem promiſſionem. Simile eſt in voto ſolenni, & ſimplici. cap. rurſum. cap. conſuluit, qui cleric. vel vouent. Et ratio eſt: quia iſte magis contemnit Deum, qui firmauit promiſſionem ſuam per iuramentum, & tranſgreſſus eſt. 22. q. 1. cap. mouet. cap. 1. de iudic. cap. querelam. titu. noſtro. Ideo iuramentum adijcit maius vinculum. cap. ſuper eo. de conſanguin. & affinita. cap. præterea. 2. de ſponſal. Et tanto maius, quanto id, quod præſtatio eſt ſanctius. d. cap. mouet. Igitur prima ſolutio eſt, quòd licèt Deus non faciat differentiam, quando ſcilicet ſimplex loquela tenderet ad mēdacium, & ad fallendum, & non eſſet fraus in modico. Eccleſia tamen facit differētiam: quia ſimplex mendax de crimine emendatus non eſt infamis, nec punitur de falſo, & poteſt promoueri, quòd ſecus eſt de mendace iurato. cap. teſtimonium. de teſtib. Secundo reſponderi poteſt, quòd præallegata illa autoritas, Deus

5 non facit, &c. † intelligitur quando iuramenti, & ſimpliciter promiſſionis datur validitas: ſed quando ſimplex promiſſio eſſet nulla, tunc Deus facit differentiam. Exemplum in cap. debitores. de iureiu. vbi ſimplex promiſſio ſoluēdi vſuras eſt nulla, propter turpitudinem recipientis. Iuramentum verò valet: quia Deus turpiter non recipit, nec iurans peccauit: ita Panormi. in d. capitu. debitores nume. 3. in fin. Tertio quo ad ſoliditatem maximè differt

6 † ſimplex promiſſio à iuramento. 22. quæſtio. 1. capitu. 1. Etenim obligatio, quæ oritur ex conuentione iurata, plures effectus ſortitur, & habet, qui ſimplici promiſſioni non conueniunt, notatur in capitu. conſtitutus. de reſcript. per Henric. in d. capitu. debitores. Quar-

7 tò † poteſt reſponderi, maximum eſſe diſcrimen ex modo proferendi: quia ad veritatem ſimplicis aſſertionis ſatis eſt habere in animo id facere quod affirmat. cap. beatus. 22. quæſt. 2. quāuis non ſit certus quid faciet, quare licèt propoſitum ſine cauſa detractet, non eſt mendax.

dax. Vt ſi ego modo dico me à prandio dor-
miturum, & poſtea nolo. Sed in iuramento nõ
ſatis eſt id in animo habere, ſed requiritur ꝙ
habeat in animo antequam iuret adeo fir-
mum, & certum vt niſi impoſſibile fiat factũ,
vel in deteriorem exitum vergat, neutiquam
liceat contra iuramentum facere Sotus lib. 8.
de iuſti. & iure. q. 1. arti. 7. Secundus effectus
8 † eſt: quia obligatio, quæ oritur ex iurata con-
uentione, plures habet effectus, quam habet
non iurata. v. g. confeſſio abſente parte non
præiudicat, nec plenè probat. l. certum. §. ſi q̃s
abſens. ff. de confeſſ. glo. in c. fin. de confeſſ. ta-
men fallit, niſi talis confeſſio eſſet iurata, vt
notat Barto. in l. cum quis. §. codicillis. ff. de le
gat. 3. ſenſit etiam Bar. in l. 1. C. res inter alios
acta. vbi dicit, quòd ſi parte abſente quis di-
cat. In veritate ſum debitor talis, ꝙ confeſſio
præiudicat. per gl. 3. q. 7. c. quoties. quia tantum
eſt dicere, in veritate, quantum ſi iuretur. Pa-
norm. in c. etſi Chriſtus. de iureiur. ergo patet,
quòd iuramentum habet validare confeſſionẽ
factam abſente parte. Adde Philip. Corn cõſi.
113. incip. Circa. in litera A. in prima parte. &
Bald. in conſi. 344. in 4. parte. Sic licèt promit-
tens factum alienum, regulariter nõ teneatur.
vt l. ſtipulatio iſta in prin. & in §. quæſitum. de
verb. ſignifi. & in § ſi quis alij. Inſtit. de inutili
ſtipulat. Fallit tamen, quando interueniret iu-
ramentum eo modo, quo valere poteſt. Rur-
9 ſum, † quamuis donatio facta à patre filio in
poteſtate, non valeat regulariter. l. donare. ff.
de donat. inter vir. & vxor. l. 2. C. de inoffi. do-
nat. vbi hoc notatur per Doctores. Tamen fal
lit, vbi pater filio donat in poteſtate, & iurat
non reuocare, ſecundum Bald. in l. irritam. C.
de vſu. pro donat. Et ſequuntur nouiſſimi.
Sic lex ſecunda. C. de reſcind. vendit. locum nõ
habet, vbi ſuper contractu interueniſſet iura-
mentum ex certa ſcientia. vt not. Bal. in l. quæ
ſub conditione. §. 1. ff. de cond. Inſtit. niſi ad-
uerſarius eum induceret ad iurãdum ſuis per-
ſuaſionibus: quia tunc non obſtante iuramen-
to à tali ſcientia retractari poteſt venditio
quantumcunque iurata, ſicut etiam retractari
poſſet, ſi interpoſitum eſſet iuramentum per
errorem facti, vt colligitur ex not. in textu in
10 d. l. 2. verſi. Nono quæro. Pariter licèt † dona-
tio facta pauperibus non valeat, niſi quis præ-
ſens ſit, qui pro eis donationem recipiat, tenet
gloſſa. & Barto. in l. illud. C. de ſacroſan. eccleſ.
fallit, niſi eſſet interpoſitum iuramentum, quia
tunc valebit donatio, dato, quòd nullus reci-
piat pro eis, & iurans compellitur ad obſer-
uantiam iuramenti. ita tenet Dom Anton. de
Butr. & Abbas. in cap. ſicut. el 2. de iureiur. Sic
mulier Velleiano renunciare non poteſt regu
lariter. gloſſa. & ibi Doct. in cap. ſi diligenti. ex
tra de foro compet. tamen fallit, quando inter
uenit iuramentum, cum tunc abſque dubio illi
renunciare poſſit. extra. de iureiur. c. cum con-
tingat. Et dicit Io. Andr. in d. cap. ſi diligenti. &
præſumitur tunc certiorata, vt voluit Archid.
in c. 2 de pact. in ſexto ſecundum Dom. Anto.
in d. cap. ſi diligenti Et hoc etiam voluit Bart.
in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. vide plenius in
11 d. cap. cum contingat. Tertius effectus † iura-
menti eſt, quòd firmat, & facit tenere ea, quæ
ſunt de iure prohibita. c. cum contingat. extra
de iureiu. cap. licet. eod. tit. in 6. c. quamuis. de
pact. lib. 6. verum quia contra hoc facit text in
c. quanto. extra. de iureiur. in cap. conſtitutio-
nem §. cæterum. de verb. ſignifi. cap. nõ eſt ob-
ligatorium. de reg. iur. in ſexto. ideo oportet
vt plures conſtituamus caſus ſcitu dignos; ad
dignoſcendum quando iuramentum firmat
de iure prohibita, vel non. Quorum primus
12 ſit iſte. † Iuramentum firmat illa, ad quæ fir-
manda adhibetur, ſi ſunt ſecundum ius, & à iu
re approbata. vt in c. ſignificaſti. de elect. c. 1.
de iureiu. lib. 6. & d. c. licet. Exemplum: Lex ci-
uilis prohibuit alienationem rei dotalis, mu-
lier iuxta hanc prohibitionem promiſit, & iu-
rauit ſe non alienaturam dotem, tunc tale iu-
ramentum, quia eſt appoſitum circa ea, quæ
ſunt ſecundum ius, eſt omnino ſeruãdum, niſi
vi, aut dolo fuerit præſtitum. d. c. licet. ita vt ſi
ſequatur alienatio iurata, nihil illa valeat, pro-
pter iuramentum primum. glo. eſt ſingul. in d.
c. licet. in glo. fina. quam tenet Bart. in l. ſi præ-
dium. C. de iure dot. & in l. ſi quis pro eo. in ter
tio membro principali. ff. de fideiuſſor. vide
Alexan. in l. duobus reis. §. idem Pomponius. ff.
de iureiur. vbi dicit, quod illa glo. in terminis
ſuis eſt magis communiter approbata. eam di
cit ſingularem Iaſon. in Auth. Sacramenta pu-
berum. C. ſi aduerſ. vend. in col. 17. in quinta li-
mitatione, vbi eam extendit ad minores. Qui
etiam limitat dictam gloſſam, vt procedat, q̃n
ille cũ quo celebratur alienatio, vel actus, ſcie
bat talem actum fieri contra iurm prius præſti
tum: ſecus ſi ignorabat, prout in dubio præſu-
mitur: quia tunc valebit actus non obſtante iu
ramento. Imola. in l. cum vir. in pen. charta. ff.
de vſuca. & ante eum Io. Faber. Inſti. quib. alie
nare licet vel non. in prin. Alex. conſi. 381. Se-
13 cundus caſus eſt. † Iuramentum firmat ea, ad
quæ firmanda adhibetur, licèt non ſint ſecun-
dum ius, ſed præter ius. cap. debitores. extra de
iureiur. Vnde qui promittit ſoluere vſuras, non
promittit aliquid contra ius, nam non eſt in-
tentio iuris, quòd verè, & irrecuperabiliter ſol
uatur, ſed potius numeretur, quia numeratione
facta, debitor impleuit quod iurauit, & auto
ritate



ritate eiuſdẽ iuris poſtea repetit. vt notat. Ho-
ſtien. in d. c. debitores. quod totum fit ob reue
rentiam iuriſiurandi, & non propter vſurarij
iuſtitiam. Vnde ea ratione fit acceſſorium for
tius eſſe quam principale; Inde etiam fit, quod
debitor ſoluens vſuras, non peccet: quia hoc
facit ob reuerentiam diuini numinis, propter
iuramentum. l. qui per ſalutem. ff. de iureiur. no
tat. Bald in d. c. debitores. Inde etiam fit, quòd
licèt ſcienter debitum ſoluat, tamen poteſt re
petere, quod eſt contra tex. in l. cuius ff. de reg.
iur. l. 1. ff. de condict. indeb. Et hoc ob obſeruã-
tiam iuriſiurandi. Innoc. in d. cap. debitores.
14 Quartus † effectus. Iuramẽto firmatur actus
prohibitus in fauorem publicum, ſed ſecunda
rio, & non principaliter. c. cum contingat, ex-
tra de iureiuran. c. licet. eo. tit. lib. 6. Franc. Aret.
conſi. 9. Decius, conſil. 432. num. 22. Bart. in l. ſi
quis pro eo. ff. de fideiuſſor. Calder. c. 9. de iure-
iur. Hinc dicit Francus, in d. cap. licet, non ſolũ
mulieres, quando alienant ſuas dotes, non poſ
ſe venire contra, ſi per ipſas appoſitum eſſet
iuramentum de non alienando, ſed etiam quã
do conſentirent alienationibus dotium factis
per ſuos maritos, vel alias perſonas. Et ſi dica-
tur, hoc iuramentum eſſe contra bonos mo-
res, ergo non eſt obligatorium. vt in Regula,
non eſt obligatorium. de regul. iur lib. ſexto.
15 Reſpondeo, quòd † iuramentum poteſt eſſe
contra bonos mores dupliciter: vel contra bo
nos mores ciuiles vel contra bonos mores na
turales. Vnde quando dicitur, non eſſe obliga-
torium iuramentum contra bonos mores, de-
bet intelligi, non de ciuilibus; ſic enim quæli-
bet lex fundatur ſuper bonos mores ciuiles, &
rationẽ. diſt. 4. c. erit autem. c. conſuetudo. diſt.
1. Sed quando eſt contra bonos mores natu-
rales, quia præſtatur ſuper continente in ſe ali-
quam turpitudinem, & inſtinctum naturalem:
naturalia enim ſunt immutabilia. diſtinct. 5. in
princ. Ideo iuramentum contrarium non va-
let; quia eſt præſtitum ſuper immutabili, & ſic
ſuper non dependente à poteſtate iurantis, vt
quando præſtaretur ſuper legem editam in fa-
uorem publicum: quia non poteſt ius publicũ
à perſona priuata remitti. l. ius publicum. ff. de
pactis. Secus quando fundatur lex principali-
ter ſuper fauorem priuatum, licet ſecundario
illud cedat in fauorem publicum: nam tũc va-
let iuramentum contrarium. c. cum contingat.
ti. noſtro. & cap. contingit. Rurſum ſi iuramen-
tum apponitur ad confirmationem eorum,
quæ ſunt prohibita propter ſui turpitudinem,
vt occidere hominem, fauere vſuris, furtum
committere nullo pacto eſt iuramentum ſer-
uandum: c. inter cætera. 22. q. 4. c. non eſt obli-
gatorium. cap. in malis promiſſis. de reg. iur. in
16 ſexto. Quintus † effectus principalis iuramen-
ti eſt quia aſſumit naturam contractus, ſuper
quo interponitur. l. ſi. C de non numer. pecun.
vbi iuramentum, quo quis iurauit ſoluere pe-
cuniam ſibi mutuo numeratam, eam conditio
nem habet, vt intra biennium poſſit qui iura-
uit, opponere exceptionem non numeratę pe-
cuniæ: quia hæc promiſſio ſoluendi pecuniam
numeratam, hanc naturam habet, quod poſſit
intra biennium opponi exceptio non nume-
ratæ pecuniæ. Idem conſtat in cap. ſi. de pro-
cur, lib. ſexto. Vbi qui iurat non reuocare pro
curatorem, licet periurus ſit, ſi eum reuocaue-
rit, tamen reuocatio tenet: quia conditio, &
natura huius actus illa eſt, vt libera ſit procu-
ratoris ad negotia, vel litis reuocatio: cũ nemo
poſſit inuito Dño ipſius nomine aliquid age-
re. Sic ſi iuro promiſi Titio domũ vendere, &
non alteri, & demũ alteri illam domum ven-
didero, & tradidero, profectò licet periurus
ſim, nihilominus tamen ſecunda uenditio te-
net: quia hęc eſt natura actus promiſſi vt ante
traditionem nullam perfectionẽ habeat, quæ
irreuocabilis ſit ſaltem in hoc ſenſu, vt contra
rius actus teneat, ſi is perfectè fiat. l. quoties. C.
de rei vendic. Idem etiam probatur in c. quem
admodum, extra. de iureiur. Et tandẽ qui vel-
let corroborare hunc quintum effectum, vi-
deat Marcum Antonium in tracta. de virtute
iuramenti. ſeptuageſimoſeptimo effectu. colu.
fin qui illum corroborat duodecim fundamẽ-
tis notandis, & poſtea limitat octo modis. Vi
de etiam Iaſonem, in l. ſi conuenerit. in 2. & 3.
colum. ff. de iuriſdict. omnium iudic. Sextus
17 eſt, quod † iuramentum appoſitum in teſta-
mento, habet vim clauſulæ codicillaris, & ſic
operatur repetitionem à venientibus ab inte-
ſtato, tex. ſingul. in l. cum pater §. filius matrẽ.
ff. de legat. 2. Facit c. ad noſtram. de iureiuran.
Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. Soc. in ſuis
fallen. Reg. 398. vbi per dictum text. inquit, ꝙ
iurans videtur opponere clauſulam, vt ſi non
valet quod ago, vt ago, ideſt teſtamentum, va
let vt valere poteſt ideſt iure codicillorum.
18 Septimus eſt, quòd † licèt iuramentum non
tranſeat ad hæredes, cum ſit perſonale, cap. ve
ritatis. de iureiur. tamen non procedit in iura-
mento confirmatorio contractus, ſicut in ca-
ſu tex. in c. cum contingat. extra. eod. & in cap.
licet. eod. tit. in 6. quia ſicut eius contractus va-
lidatus tranſit ad hæredes, eodem modo tran-
ſit effectus iuramenti tamquam eius ſequela.
Ita pulchrè Paul. de Caſt. conſi. 65. & 67. Idem
videtur velle Felyn. in cap. cum ſit generale,
colum. 6. de foro compet. Octauus, quod iura-
mentum promiſſorium inducit fortiorem, &
firmiorem obligationem, quam votum, ea ra-
tione

tione: quia nõ ſolum ſicut votum obligat, per
illud pſal. relatum. cap. 1. de voto. Redde Deo
vota tua. Sic Iuramentum per illud diuinum.
Redde Deo iuramenta tua. c. etſi Chriſtus. de
iureiuran. Et per illud præceptum: Non aſſu-
mes nomen Dei tui in vanũ, ſed propter hoc,
quod iuramentum non ſolum obligat Deo,
ſed etiam proximo, adeò quòd licèt Summi
Pontifices paſſim abſoluant iuſta de cauſa à
voto, à iuramento tamen quo iurans obliga-
tur proximo, non abſoluunt, niſi de conſenſu
eius: tum, quia licèt votum metu emiſſum ſit
ipſo iure nullum, per cap. 1. de his. quæ vi. Iura-
mentum tamen metu contractum eſt validũ.
c. verum. de iureiu. c. ad audientiam c. Abbas,
vbi glo. ſolennis, de his, quę vi. quamuis votum
poſſit dici magis obligatorium alia ratione,
quia inducit maiorem obligationem, quàm iu
ramentum, ea ratione: quia principale obie-
ctum eſt ipſe Deus. Arch in ſum. 22. q. 1. Item
votum ſolenne plus obligat quo ad modum
obligandi, quàm iuramentum, quatenus tradit
actualiter hoc quod promittitur. D. Thom. in
4 ſent. diſt. 38. q. 1. art. 3. q. 3. ad ſecundum. No-
20 nus, quia † in his, quæ dependent ab animo ali
cuius, ſtandum eſt ipſius iuramento. glo. not.
Inſtitut. de action. §. ſed iſte. glo in l. at qui na-
tura. §. me abſente. in gloſſa magna. ff. de neg.
geſt. gloſſa in l. 1. §. 2. ff. de itin actuque priu. &
ibi Bart. & tex. in cap. paſtoralis de raptor. Fa-
cit etiam tex. in cap. ſi verò. el 2. de ſentent. ex-
commu. in c. vt circa. §. alioquin. de elect. in 6.
c. præſentium. extra. de teſtib. cap. paſtoralis.
extra de except. vbi gloſſa dicit, quòd tunc iu
ramentum eſt legitima probatio. Idem voluit
gloſſa. in verbo, ſaltem. in cap. ſtatutum. §. 1. de
21 reſcrip. in 6. Hinc infertur, † quòd deponentis
apud hoſpitem valiſiam, vel fardellum clau-
ſum, & ſigillatum, ſtatur iuramento de rebus
in eo exiſtentibus, ſi ſibi per hoſpitem diſsigil
latum, & apertum retradatur. doctrina eſt Bar
toli, qui refert Innocen. in l. in actionibus. col.
fin. ff. de in lit iur. vbi vide Iaſon. col. penul. qui
hanc dicit eſſe communem ſententiam. Idem
in l. ſi quando. col. antepen. C. vnde vi Infertur
etiam hac ratione, quòd in his, quæ dependẽt
ab animo, ſtandum eſt ipſius iuramento, quòd
ignorantia regulariter probetur per iuramen
tum. glo. ordinaria in Reg. Præſumitur. de reg.
iur. lib 6. gloſſa in cap. innotuit. de elect. pro-
bat text. in cap. ſi verò, el ſecondo. de ſentent.
excom. vbi qui percutit clericum, probabiliter
ignorans eum eſſe clericum, excommunicatus
non eſt, ignorantia tamen probari poteſt per
22 proprium iuramentum. Sic cõtrahentes † ma-
trimonium in caſibus prohibitis, iuxta Clem.
1. de conſang. & affin. ſunt excommunicati, vt
ibi dicitur, ſi tamen probabiliter ignorauerint
ſe eſſe conſanguineos, vel affines, & tunc tales
non ligat dicta Cõſtitutio: quæ quidem igno-
rantia probatur per iuramentum proprium,
cum agatur de his, quæ ſunt intrinſeca cordi.
de elect. cap. vt circa. in 6. & in cap. nulli lice-
re. cap. ſi vero. de ſenten. excommun. Imol in
Clem. 1. colum. mihi quinta. de conſangui. &
23 affin. Rurſum † infertur quòd ſi impubes de-
ſponſata, & traducta ad domum viri, poſtea
pubes facta petit licentiam alteri nubendi, nõ
auditur, ſi vir iurat ſe eam cognouiſſe. capitu.
continebatur. de deſpon. impub. quamuis mu-
lier negauerit ſe eſſe cognitam: nam ſtatur aſ-
ſertioni iuratæ ipſius mariti. cap. ſi quis vxorẽ.
33. q. 1. quod intellige, quando ſimul cohabita-
uerint, & ita propriè intelligitur text. in d. c. ſi
quis vxorem. & c. continebatur: quia illa puel-
la fuit traducta à marito ad domum, & hoc
propter fauorem animæ. vt per Archid. in d. c.
continebatur: nam vt dicit Tancr. in d. c. con-
tinebatur. vbicunque vertitur periculum ani-
mæ, poteſt exigi iuramentum à Reo, etiam ſi
24 actor nihil probauerit. In tribus † tamen caſi-
bus non ſtatur conſcientiæ alicuius. Et primus
eſt in his, quæ poſſunt aliàs legitimè probari.
cap. ex parte. de offi. ordin. c. ſicut nobis. de ſen.
excom. Hinc non eſt credendum ſuper verita-
te carnalis copulæ viri teſtimonio etiam affir
mantis cum iuramento, ſi mulier contrarium
probauerit per teſtes, vel alia legitima docu-
menta. de præſump. cap. illud. cap. litteris. & de
teſtibus. cap. præterea. Et ratio eſt: quia tunc
demum ad ſuffragium iuramenti recurrendũ
eſt, cum aliæ probationes deeſſe noſcuntur. c.
ſicut conſuetudo. de prob. Henric. in cap. ſi ve-
ro. el 2. de ſent. excom. Secundo, quando eſſet
magna præſumptio contra aſſerentem: quia
tunc nunquam ſtaretur dicto ipſius etiam cũ
iuramento, & etiam pendentibus ab animo.
Bar. in l. inter omnes. 1. §. rectè. in vlt. colum. ff.
de furt Innoc. & Paul de Leazar. in cap. cogno
ſcentes. de conſtit. arg tex. in l. ſi verò conuitij.
C. de iureiur. vide glo. ſing. in cap. propoſuiſti.
in verbo habetur. diſtin. 82. Tertius non ſtatur
iuramento aſſerentis quando perſona non eſ-
ſet fide digna. Bald. ſingulariter. in l. falſus. in 3.
col. & in 3. oppoſitione. C. de furt. gloſſa in c.
ſignificaſti. el 1. verſi. ſi eſt ita. extra. de homici.
25 Hinc licèt regulariter nuncio † ſimplici iura-
to ſit credendum, quòd aliquem citauerit, niſi
ex aduerſo validæ offerantur probationes. ex-
tra. de teſtib. capitu. cum nobis. Innoc. in cap.
quoniam contra. extra. de probat. tamen nun-
cio vili vtique forſan non eſſet credendum.
vnde Archi. in d. cap propoſuiſti. dicit: Dicas
audacter, quòd eſt arbitrarium an ſit creden-
dum



dum nuncio ſimplici, quamuis iurato. argum.
ad hoc. extra. de iureiur. c. vlt. Nam nimis gra-
ue eſt, quòd vni nuncio quamuis iurato forſi-
tan vili contra Epiſcopum vnum contrarium
iurantem crederetur: cùm ſic Epiſcopus poſſit
damnari abſens, nec audiretur appellans. Hoc
etiam ſentit Hoſtien. in cap. cum paraci. extra.
de appel. Præter tamen iſtos caſus, in his, quæ
dependent ab animo, ſtandum eſt ipſius iura-
26 mento. † Et ratio eſt: quia non eſt veriſimile,
quòd quis ſit immemor ſuæ ſalutis. 1. quæſt. 7.
cap. ſancimus. Tum etiam, quia illi teſti magis
credendum eſt, qui melius veritatem nouit, ex
trà. qui matr. accuſ. poſſ. cap. videtur. Sed nullus
poſt Deum ita nouit conſcientiã omnis, ſicut
ille, de cuius conſcientia agitur, ergo. Tum
etiam, quia deficientibus probationibus, de-
bet facere homo quod poteſt. 22. q 2. cap. fa-
ciat. & quia impoſſibilium nulla eſt obligatio.
27 l. impoſſibilium. ff. de regu. iur. Decimus † eſt,
quòd iuramentum eſt in ſpecifica forma ſer-
uandum. c. debitores. de iureiur. vbi qui iurat
ſoluere vſuras, tenetur ſeruare iuramentum
in forma, & ſoluere vſuras, licèt poſtea debito
ri competat repetitio vſurarum poſt ſolutio-
nem. Hinc Hoſtien. Ioan. And. & Imola, in ſpe
cie. in cap. ad noſtram. de iureiuran. aſſerunt,
quòd ſi quis Titio iuramento promiſerit ſol-
uere centum, non poterit compenſationem
obijcere: ſed tenetur iuramentum adimplere
ſpecificè, hoc eſt ſoluere, cum compenſatio
non ſit vera, ſed ficta ſolutio. l. ſi cum filio. ff. de
compenſa. l. 3. ff. eo. quod quidem dictum an ſit
verum. vide Couar. in rub. de pact. in 1. par §.
28 4. num. 9. Vndecimus † eſt, quia ad iuramentũ
quis præſumitur magis deliberatè acceſſiſſe.
Anton. in cap. ſi diligenti. col. 5. de foro com-
pet. Bar. in l ſciendum. colum. 2. de verb. oblig.
Alexan. conſi. 8. Viſis, ad finem. lib. 5. Hinc di-
cit Dom. Anto. ibi, quòd licèt mulier non poſ-
ſit renunciare Velleiano. Et ratio eſt: quia quà
facilitate mulier inducitur ad fideiubendum,
ex qua habet Velleianum, & eadem facilitate
inducitur ad renunciandum. l. doli. ff. de noua.
tamen fallit, quando eſt iuratum, quia iuramẽ
tum roborat ipſam renunciationem: Et hoc
quia præſumitur ad iuramentum venire cum
deliberatione, & quia ibi adeſt duplex conſen
ſus. C. ad Velleia. Auth. ſine auiæ, & quod not.
glo. de iureiur. c. cum contingat. & cap. ex re-
ſcripto, vbi etiam dicit, quòd propter iuramẽ-
tum mulier etiam præſumitur certificata, vt
notatur de pact. c quamuis. lib 6.
29 Duodecimus. † Iuramentum tanquam ſpiri
tuale non ſubijcitur diſpoſitioni laicorum. Vn
de vbicunque dubitatur an iurm ſit licitum,
vel illicitum, non põt Princeps ſæcularis co-
gnoſcere, ſed illud ſpectat ad forum Eccleſia-
ſticum. c. venerabilem. ibi, ad noſtrum iudiciũ.
de elect. c. nouit. de iudi. c. tua. de ord. cognit.
c. lator. in fi. qui fil. ſint legit. An verò ad ſolum
Papam pertineat cognitio, dic, ꝙ in negotijs
arduis, & inter magnas perſonas ad ipſum ſo-
lum pertinet, vel qñ vellet dare licentiam cõ-
traueniendi ſine permutatione, vel alia com-
mutatione in melius. Ita Panor. intelligit tex.
in d. c. venerabilem. quòd eſt ſemper menti te-
nendum pro limitatione illius capituli, aliàs
poſſet etiam epiſcopus interpretari iuramen-
tum. Ita Spec. titulo. de legat. §. nunc offeren-
dum. verſi. 23. allegat c. ſignificante. extra. de pĩ
30 gnor. Tertiuſdecimus. † Clauſula, non obſtan
te, nunquam tollit actum iuratum, vel conſti-
tutionem iuratam. glo. eſt ſingul. in cap. cum
non deceat. in glo. fi. de elect. in 6. probat tex.
in c. conſtitutus. de reſcrip. gloſſa in Clem. du-
dum. verſi. pact. de ſepult. niſi ꝙ fiat ſpecialis
mentio de iuramento, dato, quòd apponere-
tur dictio, quibuslibet, vel quibuſcunque, vel
quomodolibet, de quibus in text. in d cap. cum
non deceat. Et fortius haberet locum, quando
fuiſſet iuratum expreſsè id, quod continetur in
ſtatuto. ita glo. in d. c. quæ quidem gloſſa pro-
cedit, ſiue dicta clauſula apponatur in iure, ſi-
ue in reſcriptis, ſiue in priuilegijs, ſecundum
Doct. in d. c. cum non deceat. Et non obſtat ſi
quis dicat, quòd ſublato ſtatuto, videatur tol-
li iuramentum, quod eſt acceſſorium, & per
conſequens ſi quis ſuſtulit ſtatutum, priuile-
gium, vel conſuetudinem in eccleſia iuramen
to firmatam, quod quacunque de cauſa quis
abſit, etiam ſi vtilitatẽ eccleſiæ proſequatur,
nihil percipiat, quòd videtur tollere iuramen-
tum: quia Panorm. in d. c. conſtitutus, intelligit
illud procedere, quando quis ſcienter tolleret
ſtatutum iuratum: quia tunc iuramentum tol-
litur, ſublato ſtatuto. Sed quando tollens ſtatu
tum ignorabat iuramentum, tunc etiam ſi ap
poneretur clauſula, non obſtante, non eſt ſub-
latum iuramentum: quia non videtur habere
animum tollendi illud, cum iuramentum obli
get Deo. pro hoc in c. debitores. de iureiuran.
Hæc ſanè de viribus iuramenti vtcunque ex-
plicauimus, non ignari, multa à Deciſionibus,
& præcipuè à Mar. Ant. in tract. de virtute iu-
ram. hac in re tractari, qui quidem habetur in
3. vol. tractatuum. Sed hæc pro aliquali eius
cognitione ſufficere arbitramur.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpenſatio non vinculum iuramenti, ſed*
*materiam reſpicit.*

2 *Diſpenſatio non in iuramentis aſſertoris, ſed tantum in promiſſorijs contingit.*

3 *Diſpenſatio ſuper iuramẽtis conſueuit bifariam fieri.*

4 *Regula ad diſcernendum quæ nam iuramenta Papa, vel Epiſcopus diſpenſet.*

5 *Abſolutiones à iuramento vt dentur, quandoque expedit.*

6 *Capitulum an Sede vacante poſsit à iuramento abſoluere.*

7 *Abſolutio an poſsit peti elapſo termino ſolutionis vſurarum.*

8 *In relaxatione iuramenti an ſit citanda pars.*

9 *Iuramenti relaxatio peti ſolet ad duplicem finem.*

10 *Abſolutio facta ab Epiſcopo eſt valida, etiam abſentibus abſoluendis.*

11 *Iuramentum Iudex ex officio in quibus caſibus poſsit relaxare.*

12 *Diſpenſatio iuramenti licèt ſit manifeſtè vtile, & licitũ, poteſt ex cauſa remitti.*

13 *Abſolutio facta à Papa à iuramento in foro fori, præſumitur facta ex cauſa.*

14 *In iuramento quod ſeruari non poteſt ſine peccato, nulla eſt neceſſaria abſolutio. & nu. 21.*

15 *Summus Pontifex, quandoque ſine cauſa poteſt à iuramento abſoluere.*

16 *Iuramentum, quod principaliter reſpicit commodum hominis, an poſsit à Papa remitti. & an à parte, nu. ſeq.*

18 *In iuramentis dolo, vi, aut metu extortis, quãdoque nõ eſt neceſſaria diſpẽſatio.*

19 *Iuramenta quæ Papa, & quæ Epiſcopus relaxet.*

20 *Abſolutio poteſt peti, quando iuramentum continet turpitudinem ex parte ſuſcipientis.*

22 *In iuramento ſupererogationis, an ſit neceſſaria abſolutio.*

23 *In iuramentis indifferentibus diſpenſatio neceſſaria non eſt.*

24 *Iuramenta irritare ad quem pertineat.*

25 *Iuramẽta quæ partes ſibi inuicem remittere poſsint. nu. 26. & 27.*

## An in iuramentum cadat diſpenſatio. Cap. X.

PRiuſquam deſcendamus ad regu-
las generales, quibus poſſit di-
gnoſci quænam iuramenta ſolus
Papa, & quæ Epiſcopi relaxare
poſsint. Item in quæ ſint diſpen-
ſabilia, mutabilia, aut reiterabilia, vel denique
remiſsibilia per ipſam partem, cui iuratum eſt
aliqua nos ad huius capituli faciliorem expe-
ditionem prænotare oportet, quorum primũ
1 erit: quòd diſpenſatio † non reſpicit vinculũ
iuramenti, vt aliquid contra iuramentum fiat,
quandoquidem iuramenti vis, eiuſque obſerua-
tio, ſub præcepto diuino continetur. cap. etſi
Chriſtus. ibi. Redde Deo. tit. noſtro, atq; adeò
cum diſpenſatio contra ius diuinum dari non
poſsit, fit vt diſpenſatio reſpiciat materiam iu-
ramenti & ad id tendat, vt quod ſub iuramen-
tum cadebat, amplius non cadat: (verbi gra-
tia) ſi quis iurauerit ieiunium, quod poſtea eſt
obſtaculum maioris boni, per diſpenſationem
tollitur. Sotus libro 8. de iuſt. & iure. q. 1. art. 9.
Couar. in rub. de pact. 1. par. §. 3. num. 3. verſi.
Tertio. Secundum illud erit conſiderandum,
2 quòd quando dicitur, poſſe diſpenſari in † iu-
ramentis, non eſt intelligendum in iuramentis
aſſertorijs, quæ ſunt de præterito, vel præſen-
ti: quia in talibus iurans ſtatim aut verum, vel
falſum aſſerit. cap. homines. 22. q 2. & cap. is au-
tem. Vnde veritas præſens poſtquam iuratum
eſt, mutari non poteſt: nam ad præterita non
eſt potentia, & ideo non cadit diſpenſatio:
quia diſpenſare in ipſo actu iurandi, eſſet con-
tra præceptum diuinum, quod eleganter ex-
plicat D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 9. Igitur diſpenſa-
tio in iuramento promiſſorio tantum contin-
3 gere poterit. Tertium illud adnotare † debe-
mus, quòd ſuper iuramentis conſueuit bifariã
diſpenſari, directè, & indirectè. Directè, vt Pa-
pa, quo ad beneficia Eccleſiaſtica, in quorum
diſpenſatione pleniſsima fungitur poteſtate.
Item diſpenſat Eccleſia ex officio propter cau-
ſam, vt in iuramento coacto, cuius diſpenſatio
in odium illius fit, qui vim intulit, & vbi quis
deceptionem aliquam, vel nimiam facilitatẽ
circa conſilium iurandi allegaret. Fit etiam
diſpenſatio ob alias cauſas 15. q. 6. c. nos ſan-
ctorum. & c. iuratos. Et in ſumma, vbicunque
cedit in commune bonum, niſi tertiæ perſonæ
iniuria fiat, legitima non poteſt eſſe diſpenſa-
tio. At indirectè diſpenſatur, quando ſubtrahit
materia iuramenti. Vt ſi Papa Epiſcopum fun-
ctione ſua priuet, aut Regẽ Regno, vel ſubdi-
tos abſoluit, ne iuramento obedientiæ illi am-
plius teneantur. Sotus, qui ſupra. in fine. Qui-
bus



bus ſic præiactis, multæ regulæ circa diſpen-
ſationem iuramentorum poſſunt coligi: qua-
rum prima eſt. Ad diſcernẽdum in quibuſnam
4 † iuramẽtis ſolus Papa diſpenſare poſſit, & in
quibus Epiſcopi, ad id conijcendi ſunt oculi,
vtrum ſi eſſent vota, ſolus Papa, an Epiſcopi
poſſint illa remittere. (Exempli gratia) In tri-
bus Votis, nempe, Religionis, Caſtitatis, &
Hieroſolimitanæ peregrinationis, ſolus Papa
diſpenſare poteſt: fit ergo conſequens, vt in
ſimilibus iuramentis earum trium religionum
ad ſolum ipſum diſpenſare pertineat. At quia
in alijs omnibus Votis, nempe aliarum pere-
grinationum, ieiuniorũ, &c. Item nõ ludendi,
aut non venandi, Epiſcopi diſpenſare poſſunt,
fit vt in ſimilibus iuramentis fortiori ratione
ijdem Epiſcopi diſpenſandi facultate fungan-
tur. At quando dicimus Epiſcopos poſſe diſ-
penſare, intellige, dare abſolutionem à iura-
mento, quæ illis vtique competit ratione pu-
5 blici officij, quod gerunt: quia expedit † aliquã-
do Republicæ, vt tales abſolutiones dentur,
& communi bono ſunt vtiles, vel in pœnam
humanæ ſæuitiæ, quæ contingit iuramentis
extortis ad ſolutionem vſurarum. capit. 1.
cap. debitores. titu. noſtro. vel propter iura-
menta metu extorta: nã talia iuramenta preſti-
ta iurantẽ obligant ad eorum obſeruantiam,
datur enim ex ea cauſa abſolutio, quæ ab Epi-
ſcopo ratione publici officij poteſt concedi,
cap. ſi verò. cap. cum quidam. tit noſtro alius
autem prælatus citrà Eiſcopum, qui nõ habeat
Epiſcopalem iuriſdictionẽ non puto, ꝙ poſſit
abſoluere à iuramento, ſicut nec in voto diſ-
penſare põt ſicut notatur in cap. 1. de voto in
6. Ita Panorm in cap. quanto. num. 8. tit. no-
6 ſtro. An verò † Capitulũ Sede vacante poſſit
diſpenſare? Reſp. ꝙ de iure puto, ꝙ ſic: Cũ ſede
vocante ſuccedat in ſpiritualibus, & tpalibus
de ſuplen. neglig. prælat. cap. pen. & vlt. Et
in Capitulum tranſeunt omnia, quæ pertinẽt
ad Epiſcopum ipſo iure: Vnde poteſt etiã iudi-
care de hæreſi. cap. ad abolendam. de hæret.
Et hoc eſt iuriſdictionale. Io. And. in addit.
ad Specu. de offic. deleg. §. nũc de Epiſcoporũ.
verſ. ſed nunquid Legatus, ergò ſuccedit Ca-
pitulũ. & non obſtat, quòd prelati inferiores
Epiſcopo non diſpenſant, ſed Capitulum eſt
inferius Epiſcopo? Innoc. in cap. 2. de eo, qui
furt. ordin. recep. Nam reſpondeo, quòd Ca-
pitulum quatenus ſuccedit Epiſcopo, non eſt
inferius, ſed illi par: quia gerit vices Epiſcopi,
vnde quãuis iure capituli diſpenſare non poſſit
de ſimon. c. ex inſinuante. tamen iure Epiſcopi
poteſt. ita Franc. Zabar. conſ. 35. col. 3. An
7 † verò poſſit peti abſolutio, poſtquam elapſus
eſt terminus ſolutionis vſurarũ Fede. de Senis,
conſ. 288. dicit, quòd non, quia iam incidit in
periurium, & fruſtra poſtulat legis auxilium,
qui committit in legem. cap. quia fruſtra. de
vſur. ſed debet ſoluere vſuras, & poſtea repete-
re. c. debitores extrà, de iureiur. Sed cũ iurans
ſit obligatus ad duo, ad ſoluendũ in termino,
& ad ſoluendũ ſimpliciter, dici poteſt, quòd
qui non ſoluit in termino, incidit in periuriũ,
ſed quantenus remanet obligatus poſt termi-
num, põteſt petere abſolutionem de periurio,
tamen ſibi imponenda eſt pœnitentia. Ita vi-
detur tenere Diuus Anton. tit. 10. de abſolu-
8 tione iuramenti. verſ. nonus caſus. Rurſũ † an
ſit vocanda pars aduerſa, cum quis ſibi petit
relaxari iuramentum factũ ad inſtantiã ipſius,
Panormit. in conſ. 12. in 2. par. nu. 6. & in cap.
1. tit. noſtro, dicit, quòd vbicunque iuramẽtũ
eſt obligatoriũ ex parte obligantis ſe, & ali-
quam vtilitatem continet ex parte recipientis,
nequaquam debet relaxari niſi vocata parte.
Cuius ratio eſt: quia ex quo per abſolutionis
actũ preiudicium irrogatur parti, in eo, quod
ſibi vtilitas adimitur, debet pars vocari: quia
nihil debet fieri in præiudicium abſentis. cap.
1. extrà, de cauſ. poſſeſſ. & ſi aliter fiat, abſo-
lutio nõ valet. ita etiã tenet Albericus in rubr.
C. de vuſur. in fine. & Imola in Clemen. diſ-
pendioſam. verſ. Nota bene gloſſ. de iudic. &
eſt communis opinio, vt per Philippum De-
cium, in cap. qua fronte. in vlt. colum. de ap-
pel. Ex quibus verbis colligitur, non eſſe vo-
candam partem, quando conſtaret notoriè
iuramentum continere turpitudinẽ ex parte
recipientis, ita quòd pateat certum eſſe, nullã
defenſionẽ competere in hoc. At ſi manife-
ſte nõ conſtaret de turpitudine illius, vt quia
nõ conſtat, quòd iurauit ſoluere vſuras, quia
contractus erat ſub forma licita conceptus,
tunc in relaxatione à iuramento, neceſſaria
erit partis citatio, vt in cap. debitores. extrà,
de iureiur. Ioan. Andr. Federicus, & Cardin.
Sic etiam non eſſet vocanda pars, quando nõ
ageretur de præiudicio partis vel de modico.
Exempli gratia, de ſecundo. Vt ſi eſſet præ-
ſtitum iuramentum de non petendo relaxa-
tionem à iuramento, tunc Innoc. in d. c. de-
bitores. dicit, ꝙ cum relaxatio ab illo ſit mo-
dici præiudicij, poterit Iudex ex officio ſuo
etiam in abſentia partis, relaxare. Sequitur
Imola, in d. Clem. Diſpendioſam. Sic Oldra-
dus conſ. 120. quod incipit, ad duplicem, dicit,
9 † quòd ſi petitur relaxatio iuramenti ad finem
habilitandi perſonam, vt non obſtante iura-
mento poſſit detegere fraudem contractus,
tunc tallis relaxatio poteſt fieri non citata
parte: quia de grandi præiudicio creditoris
non agitur: remanet enim creditori omne ius

ſaluum ad debitum defendendum. Sed ſi ſit ad
hunc finem relaxatio, vt obligatio, quæ con-
tracta erat ſuper vſuris, ex toto tollatur, tunc
neceſſaria eſt partis vocatio. Contrarium ta-
men in vtroque caſu conſuluit Bertrand. in
conſi. 114. par. 2. dixitque videri verius, & ma-
gis communiter teneri, vt in quacunque rela-
xatione iuramenti, pars, quæ inde lædi poteſt,
citetur, alioquin relaxatio eſt nulla. Adde etiã
Socin. conſi. 50. Nec etiam eſſet neceſſaria ci-
tatio partis, quando periculum eſſet in mora:
vel quando iuraſſet non vocare creditorem
in iudicio. Fely. in c. 1. de iureiur. Decius vbi ſu
10 pra. qui ponit prædictas limitationes. An † ve
rò valida ſit abſolutio facta ab Epiſcopo ab-
ſentibus abſoluendis? Dic, quòd ſic: quia priui-
legium poteſt conferri etiam abſenti. cap. 1. §.
adijciebatur: & §. ex parte. de conceſſ. præben.
in 6. ſicut etiam donatur abſenti. l. abſenti. ff. de
donationib. C. de donat. l. non ambigitur. & l.
ſi aliquid. Sic etiam abſens de beneficio inue-
ſtitur. c. accedens. de præbend. & cap. ſi tibi ab
ſenti. eod. lib. ſic etiam à ſententia interdicti,
& ſuſpenſionis poteſt abſolui abſens. Innoc.
dicit notabiliter in cap. cum deſideres. de ſent.
11 excom. An † verò Iudex poſſit relaxare iura-
mentum debitori ex ſuo officio? Oldra. conſi.
186. dicit, quòd ſic, in duobus caſibus. & pri-
mus eſt, quando creditor, qui ex ordine tene-
tur remittere ſacramentum de ſoluendis vſu-
ris, ſeu in fraudem vſurarum extortũ. iux. text.
in cap. 1. de iureiur. ad illud relaxandum induci
non poteſt, Immò contumaciter id facere re-
cuſat. arg tex. in cap. cum quidam. §. vlt. de iu-
reiur. cap. conſtitutus. de teſtibus 15. q. 6. capit.
autoritatem. Secundus, ſi abſens ſit creditor,
vt à parte moneri non poſſit. argu. ff. de fidei-
com. libert. l. ſi eum ſeruum. §. ſi quis ſeruum.
Et hæc fuit ſententia Innoc. & clarius Hoſt. in
c. debitores. extra de iureiur. Secunda regula.
12 † Diſpenſatio, quæ tantum in iuramento pro
miſſorio contingere poteſt, ſi iuramentum
eſt manifeſtè vtile, & licitum, poteſt remitti
ex cauſa: quia ſine cauſa non poteſt, ex quo iu
ramentum eſt licitum; & eſt iuſta cauſa, ſi tur
pitudinem continet ex parte recipientis, licèt
ex parte præſtantis ſit licitum. cap. ſi vero. ex-
tra. de iureiur. vel propter ſcandalum euitan-
dum, vt notat gl. in cap. quanto. tit. noſtro. Vel
ſi prorogetur in multis malum exemplum, &
hoc ad tempus, vel in perpetuum. gl. in d. cap.
quanto. 25. q. 1. cap. fin. verſi. ipſi namque. capit.
verum. cap. ea te. cap. ſi verò. tit. noſtro. Archi.
15. q. 6. cap. autoritatem. D. Thom. 2. 2. q. 89. art.
9. vbi Caiet. vel maior vtilitas imminet in cõ-
mutatione, ſicut dicimus in Voto. vt not. In-
nocen. in capitu. debitores. titu. noſtro. Vel ſub-
eſt aliqua iuſta cauſa. 15. quæſt. 6. cap. nos ſan-
ctorum. & dicto cap. autoritatem. Hæc tamen
iuſta diſpenſandi cauſa ſaltem requiritur in
materia concernente Dei honorem, & reue-
rentiam, vt fabricandi eccleſiam, vel ingrediẽ
di Religionem: nam tunc cum obligatio ſit
Deo quæſita, nullus illam poteſt remittere prę
ter Deum. 24. q. 1. cap. manet. 23. q. 4. cap. is qui.
13 Si tamen Papa alium † abſoluit, præſumitur
in dubio cauſa quo ad eccleſiam militantem,
vt in ſimili notat gloſſa. in cap. non eſt. extra.
de voto. & per Legiſtas. in l. fin. C. ſi contra ius
vel vtilit. public. ſed quo ad Deum, diſpenſa-
tus abſque cauſa, non eſt tutus. vt ſingul. dicit
Innoc. in cap. cum inter. de renuncia. glo. in d.
cap. non eſt, quam communiter ſequuntur Do
cto. ibi. Quod quidem dictum extẽde, vbicun-
que Papa diſpenſat contra ius diuinum ſine
cauſa, vt tunc ille, cum quo diſpenſat, non ſit
tutus quo ad Deum. Ratio eſt: quia Papa tene-
tur defendere ius diuinum vſque ad animam,
& ſanguinem. 25. q. 1. cap. ſunt quidam. Vnde
dicit Archid. in cap. quæ ad perpetuam. 25. q.
1. quòd licèt Papa poſſit diſpenſare ſuper vo-
to, & ſuper decimis, tamẽ ſi diſpenſat ſine cau
ſa peccat. Et quòd ille non ſit tutus, cum quo
ſuus prælatus diſpenſat ſine cauſa, tenet Do.
Thom. in 2. 2. q. 88. art. vlt. vltrà medium. An ve
rò hoc ſimpliciter procedat? glo. in d. capitu.
non eſt. dicit, quòd tunc diſpenſatus ſine cau-
ſa, non eſt tutus in conſcientia, ſi facta eſt ad
inſtantiam partis. Quam gloſſam etiam ſequi
tur Dom. Card. in Clem. 2. in §. 1. in 11. quæſt.
de pœnit. & remiſſ.

14 Tertia, † quando iuramentum ex parte iurã
tis non poteſt ſeruari ſine interitu, & ſine di-
ſpendio ſalutis æternæ: Vt quia iurauit com-
mittere peccatum mortale, vel veniale, & tũc
nulla petitur abſolutio: peccatum enim fuit
iurando, non tranſgrediendo. c. in litteris. de
iureiuran.

15 Quarta, † in materia pertinenti ad liberam
Romani Pontificis diſpenſationem, poteſt Ro
manus Pontifex ſine cauſa abſoluere. vt Doct.
in c. quanto. tit. noſtro. & in cap. conſtitutus. de
reſcrip. vbi Abb. & Fel. v. g. Eſt præſtitum iura-
mentum, q. Canonici nullum recipiant in eo-
rum Collegium vltra numerũ, tunc poteſt Pa-
pa abſoluere à tali iuřo ſine cauſa: quia in iura
mento intelligitur excepta autoritas ſuperio-
ris, & per conſequens Papa. tex. in cap. venien-
tes. de iureiur. facit tex. in cap. ad noſtram. eod.
tit. Sic ſi quis iurauerit non alienare res eccle-
ſiaſticas, poterit ex diſpenſatione Romani Põ
tificis alienationem rerum eccleſiaſticarũ per
mittere, & alienare. Faciũt multa, quæ Felinus
more ſuo ſolito accumulat in cap. quæ in ec-
cleſia-



cleſiarum. nu. 4. extra. de conſtit.

16 Quinta, † iuramentum ſi fuit præſtitum pri
uato ſuper aliquo contractu, vel conuentio-
ne, vt ſoluendi id, quod ei debebat, non poteſt
ſummus Pontifex eius obligationem per di-
ſpenſationem remittere, ſed compellendus eſt
iurans ad eius obſeruantiam, de iureiur. c. etſi
Chriſtus: niſi ſubſit cauſa, quæ iuſtam efficiat
iuramenti remiſſionem: cum tale iuramẽtum
reſpiciat principaliter commodum hominis.
Archid. in d. cap. autoritatem. Quinimò puto,
quòd nec in melius poteſt Papa tale iuramen
tum commutare inuito eo, cui acquiſita eſt
obligatio: quia vnum pro alio inuito credito-
re ſolui non poteſt. ff. ſi cer. pet. l. 2. Inſtit. quib.
mod. tol. oblig. in prin. Innoc. in cap. inquiſitio
nis. de ſent. excom. Et hoc non accidit ex mi-
nori facultate Papæ, neque ex dignitate iura-
menti, ſed ex natura contractus, qui iuramen-
to confirmatur. Enimuero qui facultatem nõ
habet tollendi alteri quod ſuum eſt, nequit ei
iniuriam inferre cui præſtitum eſt iuramen-
tum, illud relaxando, vt etiam concludit So-
tus. d. art 9. in fine. poſſet tamen ille, in cuius
17 † fauorem præſtitum eſt iuramentum illam
ſponte abſoluere cap. 1. de iureiur. cap. ſignifi-
cauit. de cenſi. c. 2. de ſponſ. & idem de dilatio
ne ſolutionis faciendæ, ſi iuratum fuerit quod
fiat circa ſtatutum diem. de ſponſ. cap. præte-
rea. 1. Vel ſi iuramentum concerneret vtilita-
tem vtriuſque contrahentium, vt quia aliqui iu
rant ad inuicem aliquid facere, ſecus tamen
eſſet, vbi quis ſimpliciter iuraret ad commo-
dum ſuum: nam non poterit ſibi remittere iu-
ramentum, ne autorizet in facto proprio, nec
alius remittere poterit ſine cauſa. Speculat. in
tit. de legat. §. nunc. verſi. Hoc quoque. Panor.
in cap. quanto. num. 8. tit. noſtro. In his tamen
caſibus, quibus Romanus Pontifex poteſt à iu
ramẽto abſoluere, neceſſarium eſt quod ſciat
pactum iuratum, & ſcientiam habeat actus iu
rati. ita glo. celebris. in cap. cum non deceat.
de elect. in 6. quę aſſeuerat generales Canonũ,
vel ſtatutorum derogationes, minimè tollere
ſtatutum iuratum, quam gloſſam exiſtimant
etiam ſingularem in cap. conſtitutus. Abbas
col. 3. & Felyn. col. 2. de reſcript.

18 Sexta, † in iuramentis dolo, vi, aut metu ex-
tortis, non eſt neceſſaria diſpenſatio in duo-
bus caſibus. Primus eſt, quando contractus ſu
per quo præſtatur, eſt à lege reprobatus in fa-
uorem iurantis: nam tale iuramentum nõ eſt
obligatorium, & ſic eſt caſus à contrario non
cauillando litteram. in cap. cum contingat. de
iureiur. in c. licet. eo. lib. 6. & in cap. quamuis. de
pact. eo. lib. Nam omnia illa iura excipiunt ca
ſus in quibus dolus interuenit. & idem proba-
tur, quando interuenit uis, aut metus, ex quo
enim talia iuramenta veniunt contra legem,
non ligãt, niſi ſint omnino voluntaria. Fateor
tamen tutius eſſe, quòd in his caſibus petatur
abſolutio, vt ſentiunt ibi Doct. ſed primum no
tabiliter probatur ex illis iuribus, illa non ca-
uillando. Sic etiam licèt iuramentum non ve-
niat contra diſpoſitum a iure, ſi tamen inter-
ueniret dolus, qui iurantis excluderet mẽtem,
& quia ceſſante dolo non ſe obligaſſet, poteſt
quis cõtrauenire nulla petita abſolutione. text.
optimus in lege tres fratres ff. de pact. & in l.
ſoror. C. de collat. Et ratio eſt: quia vbi interce
dit dolus, ibi excluditur voluntas. l. 1. ff. de do-
lo. & iuramentum non obligat vltra mentem
iurantis. cap. veniens. cap. quanto. cap. Quinta-
19 uallis. tit. noſtro. In † alijs autem iuramentis,
ſi ſunt dolo, aut vi, aut metu extorta. Epiſco-
pus diſpenſat. 15. q. 6. c. 1. & 2. c. cum contingat.
de iureiur. Immo quandoque ex cauſa diſpen-
ſare poterit in iuramentis licitè præſtitis. vt 15.
q 6. cap. nos ſanctorum. & cap. iuratos. vbi ob
aliquod crimen commiſſum, vt propter ex-
communicationem, remittitur iuramentum
fidelitatis præſtitum excommunicato, pari-
ter vbi iuramentum ambiguitatem habet. li-
citum ne ſit, conducens, vel nociuum, ſeu ſim-
pliciter in genere, vel in tali caſu, tunc Epiſco-
pus diſpenſare poteſt, quod intelligitur exce-
ptis illis tribus, Papæ reſeruatis. Ita colligitur
ex D. Thom. 2. 2. q. 88. arti. 10. & 89 art. 9. Subin-
telligitur etiam, niſi eſſemus in magnis perſo-
nis, & arduis negotijs, propter ſcandalum. arg.
tex. in cap. maiores. extra de baptiſ vbi maio-
res cauſæ ſunt Papæ reſeruandæ. Vel niſi ſimus
in multum dubijs, quia tunc recurrendum eſt
ad ſummum Pontificem, & ita poteſt intelli-
gi. cap. venerabilem. extra. de elect. Sed in alijs
poterit Epiſcopus ratione ſolius ſuæ diœce-
ſis, ſed Papa reſpectu totius orbis, vt ſentit Spe
cul. vbi ſupra, poteſt vel commutare, vel abſol-
uere. ſubintelligitur etiam, niſi iuramenta ſint
expreſſe reſeruata ſummo Pontifici, vt ſunt
iuramenta ſuper ſtatutis collegiorum ſchola-
rium, & eccleſiarum quæ ſunt Papæ, quorum
diſpenſationes ſeruat.

20 Septima, † quando iuramentum continet
turpitudinem ex parte ſuſcipientis, & maximè
concurrente turpitudine materiæ ſuper qua
præſtatur; & tunc iuramentum obligat, & põt
peti abſolutio non obſtante contradictione
aduerſarij. Iſte eſt caſus in c. 1. & c. debitores.
& c. verum. & c. ſi verò. tit. noſtro.

21 Octaua, † in iuramẽtis promiſſorijs illicitis,
vt quia continent peccatũ, v. g. de homicidio
perpetrãdo, vel nociuis, vt q̃ ſunt maioris bo
ni impeditiuæ, vt non ingrediendi Religionẽ,


diſpen-

diſpenſatio non eſt neceſſaria.c. in malis.c.iurauit. cap.quod Dauid.22.q.1. Pro ſecundo facit cap.peruenit.tit.noſtro.D.Tho.2.2.quęſtio. 88. articul.9. peccatum enim fuit in iurando, ſed non in contraueniendo.vt in.cap. quanto, eod.tit. Quare huiuſmodi iuramenta nulla indigent diſpenſatione, ſed rem iuratam in ſua nuda natura relinquunt Vnde qui iurauit furtum facere, monialem corrumpere, propria autoritate venire poteſt contra iuramentũ licet debeat pœnitere de temerario iuramento vt in c.ad audientiam.in fi.de ſponſ.22. q.4 c. 1.& ſequen.Innoc.in c. venerabilem. de elect.

22 Quod idem † dicendum eſt de eo,qui iurauit aliquod opus ſupererogationis non facere, nã perinde eſt ac ſi non iuraſſet:Conſultius tamẽ eſſet contra iuramentum facere, tametſi illud adimplere non ſit peccatum:niſi opus ſupererogationis caſum neceſſarium conſtitueret, vt dicũt Summiſtæ in verb.iuramentum.Quibus non obſtat tex.in c.cum quidam.§ fi. de iureiur quo probatur neceſſariam eſſe abſolutionem à iuramento illicito, & contrario rationi. Etenim iuramentum de non loquendo patri,aut matri, ſorori,vel fratri, aut eis non exibere charitatis ſubſidia eſt contra charitatem erga proximum,& erga patrem, eſt contrariũ paternæ reuerentiæ. Item non ſubuenire, repugnat rationi naturali. cap. inter cætera. 22. quæſtio. quarta. Nam reſpondetur, quod vera eſt aſſertio, quòd in iuramentis manifeſtè illicitis nulla ſit neceſſaria abſolutio, quia dum text. in d. cap. cum quidam. §. vltim. dicit, neceſſariam eſſe abſolutionem, intelligi debet à peccato quod commiſerunt iurantes, cum promiſerint ſeruare id, quod in diſpendum ſalutis æternæ manifeſtè vergebat. Igitur abſolutio non eſt neceſſaria à iuramento, ſed à peccato, quod iurans commiſerat ita temere iurando, ſic Couar. intelligit illum text. tit. de pact. in initio ſecundæ partis, num.4.circa finẽ Pariter ſi ego iuraui non reuelare ſecretum mihi per te dicendum, debet intelligi de honeſto, & non alteri nociuo, quia tunc poſſum reuelare, non tamen omnibus, ſed illi, qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe, vt puta ſacerdoti qui admoneat illum, vel oret pro illo. arg. tex. in cap. hoc videtur.22 q.5.& ibi glo.vide tex.iuncta gloſſa in cap.nerui. in verſ. contagione. diſt.13.

23 Nona, † in iuramentis indifferentibus,vt nõ loqui Petro, vel cum eo non comedere, non ingredi domum eius, aut non negociari, ſeu non accipere mutuũ, diſpenſatio neceſſaria non eſt: cum talia iuramenta militent contra charitatem, & ita non ſunt obligatoria, cap. in malis, 22.q.2 niſi ideò iurauit vt vitet occaſionẽ peccandi, quã ſolet incurrere quis ex familaritate illius,Vel ſi id, quod iuratur, quod eſt indifferẽs, ex circunſtãtia aliqua efficiatur veniale. Ponit exemplum Archidiaconus de eo, qui iurat non negociari, vel non accipere mutuum: nam ſi talis veniret ad caſum: in quo non poſſet aliter viuere, niſi veniat contra iuramentum, tunc ſecundũ Archidiac. quærenda eſt abſolutio à iuramento. vt refert Do Anton. in cap cum quidam. de iureiur. Aſtenſis lib.1.de iurament. art.11. circa princ. Archid. Flor. de abſolut. & diſpenſ. iuram. cap.6. verſ. tertius modus.

24 Decima, † ad vnũ quemque pertinet irritare iuramentum, quòd à ſibi ſubdito factum eſt, & circa ea, quæ eius poteſtati ſubduntur, vt pater irritare poteſt iuramentum puellæ, & vir vxoris, vt habetur per D. Tom.2.2.q.89. Facit tex in cap. venientes, tit.noſtro, vbi in iuramento intelligitur excepta autoritas ſuperioris, quando illi præiudicat. Hinc per illum tex. habetur, quòd ſi inferior fecerit ſtatutum iuratum de ſententijs ſtatim mandandis executioni, non obſtante appellatione, tenetur quidem appellationi ad ſuperiorẽ interpoſitæ deferre nõ obſtãte iuramento, quod nõ potuit præiudicium facere iuri ſuperioris: quia ius hoc habet, vt ad eum appelletur.

25 Vndecima. † Iuramentm, quod pertinet principaliter ad Dei fauorem, cultum vel religionem, partes ſibi inuicem remitere non poſſunt: Quinimmò vt dicitur per Panorm. in c. quãto tit. noſtro, nec Papa remittit, ſine cauſa Si verò tale iurammentũ ſit factũ in fauorẽ hominis,& ille ſponte obligationem remittit, nõ indiget iurans alia abſolutione: quia Deus videtur etiam remittere: cum ad vtilitatem alterius iuramentum receperit, not.in cap.1. de iureiur. ad idem cap.2. deſponſ. Exemplum primi: vt ſi duo iurent, quòd ibunt vltrà mare militare pro Deo, ſcilicet bellando contra infideles, vel quòd intrabunt Religionem, vel quòd dicẽt duo, vel tria pſalteri ad inuicẽ Aut ſi qui artifices iurent, quòd de lucro dabunt certam portionẽ fabriæ alterius Eccleſiæ vel in alios pios vſus.Si tñ aliqui iurẽt quod vltrà mare ſimul ibunt, remittere ſibi poſſunt vt ſimul non eant, ſed remittere non poſſunt ſibi quin vadant. At quando ſumus in dubio, an talia iuramenta videantur facta intuitu pietatis,vel in fauorem hominis, ut ſi quis amico iuraret pondus auri in dotem ſuę filiæ elargiri, tunc cum huiuſmodi promiſſiones ſint ancipites,videndũ eſt quo animo fiant: nã ſi promiſſio fiat homini in gratiam ipſius,humano more, iuramentum poteſt ab illo relaxari,ſicut ipſa puella idẽ ſibi pręſtitum iuramentũ remittere poſſet:



Sed ſi promiſſio fiat intuitu pietatis, & religionis,naturam iam induit voti,quod ab homine relaxari non poteſt.Igitur quando talia iuramenta abſolutè fiunt,ita vt fecit, diſcernere nequeat quem animum habuerit, cenſenda ſunt propter naturam materiæ vota iuramento firmata. Summa Aſtenſ. Archiepiſ. Floren. vbi ſupra.Sotus lib.8.de iuſti. & iure. q.5.art.9. verſ.ſecundum argumentum.

26 Duodecima. Iuramentum, † quod reſpicit principaliter commodum, quod abſque iuramento facere tenebatur, partes ſibi remittere non poſſunt: quia propter ſalutem animarum videtur iuratum. Vt ſi carnifices iurent, quòd carnes infectas. aut corruptas pro ſanis non vendant, aut mercatores vt carius non vendãt merces ſuas.Aſtenſ.art.11.col.pen.

27 Tertiadecima† primum promiſſum per iuramentum licitum, & permiſſum poteſt propria autoritate abſque ſuperioris facultate in melius commutari,vt in perpetuum votum religionis.c.peruenit. ext.de iureiu. Facit text. in c.ſcripturæ.de voto.l.fi.ff. qui ſatiſda.cogan. verbi gratia, iurauit quis ire ad ſepulchrũ, vel cõtrahere matrimonium cum aliqua,propria autoritate, poteſt contrauenire, ingrediendo religionem.argu.tex.in d.c.ſcripturæ. Sic ſi cõiuges iurarẽt nunquam diuertere abinuicem, tunc ſi vellent ingredi Religionem, poſſent: quia commutarent iuramentum in melius. Io. And.in c.tua nos.2.de iureiu.Verum ſi iuramẽtum concerneret vtilitatem priuatam,tunc ſine conſenſu illius,cui præſtitum fuit, etiam in melius commutari non poteſt: nec prodeſt in hoc ſuperioris autoritas. not.titu. noſtro.cap. quanto. per Inno.in cap.cum inter.de renunc. Rurſum,ſi implementum iuramenti concerneret honorem Dei, tunc fieri non poteſt commutatio, quando id in quod commutatur iuramentum,dubium eſſet an ſit maius bonum. Innoc.in d.cap.peruenit, vel quando illud maius bonum eſſet manifeſtum, & euidens, ſed obſeruatio eius,quod iurauit,non impedit,vel perturbat maius bonum,puta, quia iurauit ire ad ſanctum Iacobum, & tunc intendit ire ad ſepulchrum, quia poteſt implere primum, & poſtea ire ad ſepulchrum. Vnde in tali commutatione ſi vellet primum in ſecundum cõmutare, requiritur autoritas ſuperioris, ſaltẽ Epiſcopi; quia ſicut poteſt votum commutare,ita & iuramentum.vt not.Innoc.in cap.debitores. extra. de iureiur. At ſi non poſſet ſeruare iuramentum ſine turbatione maioris boni, & tunc non poteſt primum in ſecundum commutare ſine ſuperioris autoritate.Exemplum. Iurauit quis ſeruire vni hoſpitali, poſtea vult ſeruire alteri hoſpitali magis religioſo, & populoſo, certè non poterit illi ſeruire ſine ſuperioris autoritate:quia ſic liberaret ſe propria autoritate ab obligatione. Abb. in d. c. peruenit.nu.2.

### *SVMMARIVM.*

1 *Periurium multipliciter dicitur.*

2 *Periurium ſecundum Decretiſtas capitur propriè,& impropriè.*

3 *Iuramenta, quæ obligent ſub mortali,ad diſcernendum,Regula.*

4 *Iuramentum per falſos Deos, eſt ſpecies blaſphemiæ.*

5 *Iurare per falſos Deos, an ſit minus peccatum, quàm mendaciter per verum Deum.*

6 *Periurium in ſe, & ſecundum ſe eſt malum.*

7 *Periurium an maius crimen homicidio, & adulterio.nu.ſeq.*

9 *Votum ſimplex frangens, an peior ſit adultero.*

10 *Periurium magna emphaſi probibetur, & quare.*

11 *Periurantis pœna quando infamia,& de alijs pœnis,& nu.ſeq.*

12 *Clericus, an priuetur beneficio ratione periurij.*

13 *Audiens iurare falſum, & tacens, nunquid peccet.*

14 *Denunciare an teneatur qui videt proximum vicinum in committẽdo peccato.*

15 *Vniuerſitas ſi iuramẽto promiſit aliquid dare,& mortui ſunt iurantes,num ſucceſſores teneantur idipſum adimplere ſub pœna periurij.*

## De Periurio. Cap. XI.

SVbſequenter conſiderandum eſt
de periurio. Et primo de multi-
plici acceptione periurij Secun-
dò de qualitate, & quantitate
peccati. Tertiò de pœna per-
iurij. Quartò de quibuſdam dubijs. Circa pri-
mum ſciendum eſt,quòd periurium multipli ci
1 ter dicitur,† & primò,periurium dicitur falſa

iuratio ignoranter facta. Et iſtud habita om-
ni diligentia nullum peccatum inducit. 22. q.
2. cap. homines, ſed non habita omni diligen-
tia peccatum eſt veniale diſt. 32. §. verum. in fi.
verum ſi non adhibere diligentiam proueni-
ret ex ignorantia iuris, vel facti, craſſa, & ſu-
pina, eſſet mortale. 22. q. 5. in gloſſa. in c. qui de
ierat. Secundò modo, periurium dicitur falſa
iuratio ſcienter facta. Et tunc ſi hoc contin-
gat extra iudicium, peccatum eſt mortale. 22.
q. 2. cap. homines. facit enim contra Dei præ-
ceptum. Leuit. 19. Non periurabis in nomine
meo. Si verò iuraret ſolenniter coram iudice
in iudicio, tunc non ſolum peccaret mortali-
ter, ſed ſi lata eſſet contra eum ſententia dif-
finitiua in cauſa accuſationis, eſſet infamis. 6.
q. 1. cap. infames. Tertiò modo dicitur periu-
rium coram Deo vera iuratio, cum credulita-
te falſi. Vt qui iurat verum, quod credit falſum.
ita Io. Calder. in cap. quanto. de iureiu qui idẽ
dicit de eo, qui credit venire contra iuramen
tũ, & non venit, vt ſi credebat iuramento non
eſſe ſatisfactum, cui tamen erat ſatisfactum:
quod ſatis placet Panormitano, cum Deus re-
ſpiciat animum, & non manum. 14. q. 5. cap. ſi
quid inueniſti. de pœnit. diſt 1. cap. ſi propter-
ea. & cap. ſi cui. Quartò modo dicitur per-
iurium, indiſcreta, & incauta iuratio. Et iſtud
quandoque eſt peccatum mortale, vt ſi quis
iuraſſet incautè aliquod illicitum adimplerẽ,
vt furari, &c. Et ita intelligitur tex in cap. qui
ſacramento. 22. q. 4. Quandoque eſt veniale,
vt quando quis temerè iuraſſet ſine neceſſita-
te, vel vtilitate, ſeu iocosè. 25. diſt cap. vnum.
not. glo. in cap. Archidiaconum diſt. 85. Quin
tò modo dicitur periurium tranſgreſſio iura-
menti, & iſtud quandoque nullum peccatum
eſt, vt in illicitis. 22. q. 4. cap. in malis: peccatum
enim eſt in iurando, ſed non in contrauenien-
do, quin etiam nullo modo tale iuramentum
eſt ſeruandum. 22. q. 4. cap. 1. 2. & 3. Si verò ſit
tranſgreſſio iuramenti liciti, eſt mortale pec-
catum. 6. q. 1. c. quicunque. 22. q. 1. cap. animad-
uertendum. Sed conſiderandum eſt, ꝙ nõ om
ne periurium dicitur propriè periurium: nam
2 quoddam † dicitur periurium ſimpliciter, &
quoddam ſecundum quid, vel ſecundum Ca-
noniſtas, quoddã propriè, ſeu ſtrictè, & quod-
dam impropriè, & largè. Periurium ſimplici-
ter eſt illud, cui deeſt primus comes, nempe
veritas, aduerſatur enim præcipuo potiſſimo-
que fini iuramenti, qui eſt veritatis confirma-
tio, & atteſtatio. cap. etſi Chriſtus. de iureiur.
Huiuſmodi eſt falſa iuratio ſcienter facta, &
omne aſſertorium periurium, quod fit contra
mentem, ſcilicet quoties quis iurat id, quod
credit eſſe falſum, vt eſt illud, de quo mentio-
nem fecimus in tertia ſpecie periurij. Reliqua
verò illicita iuramenta tametſi ſuo gradu di-
cantur periuria, ſortiuntur tamen hoc nomen
ſecundum quid, quoniam in illis ſaluatur veri
tas, quæ finis eſt iuramenti, in intentione iuran
tis, vt in prima, & quarta ſpecie diximus, & in
ſexta. Quod idem accidere poteſt in iuramẽ-
3 tis promiſſorijs. Ex his igitur † habes fidiſſi-
mam regulam ad diſcernendum, quænam iu-
ramenta obligent ſub peccato mortali, & quę
non. nam aſſertoria, confirmatoria, & teſtifi-
catoria, quæ pro ſuo fine habent veritatem,
ſemper obligant ſub mortali reatu. Hinc dixi
mus in 1. lib c. 14. quòd omne periurium aſſer-
torium, quod eſt de re præſenti, vel præterita
obligat ad mortale. Omne inquam in quacun
que materia etiam leuiſſima, & quocunque fi-
ne, etiam ſanctiſſimo. Iuramenta verò, quæ
ſunt obligatoria, quæ reſultant ex iuramento
promiſsionis, & tunc illorum grauitas ex na-
tura obiecti pendanda venit, vnde ſi in re leui
contingeret, peccatum veniale eſſet. Igitur
periurium prout eſt de promiſſoria, non erit
ſemper mortale, ſed prout eſt aſſertorium, ex
ſui natura erit peccatum mortale. His etiam
accedit iuramentum illud, quod ſiue veraci-
4 ter ſiue † mendaciter fit per falſos Deos, quod
quidem iuramentum eſt ſpecies blaſphemiæ,
de qua loquitur tex in cap. mouet. 22. quæſt. 1.
& eſt idolatria: quia qui per falſos Deos iurat,
inſigne blaſphemiæ genus Deo impingit: ſa-
nè qui honorem vni Deo debitum alijs, qui
non ſunt eo digni, impartitur, & eos actione
illa iurandi colit, ac ſi illis aut ſupplicaret, aut
turificaret. Hinc Chriſoſt. Idolatriam inquit
facit omnis, qui per aliud Deo iurat Idolatria
verò magis ſceleſtum ſacrilegium eſt, quam
5 periurium. Et nec te † moueat illud Auguſt.
in d. cap. mouet. quòd minus malum eſt vera-
citer iurare per falſos Deos, quam mendaci-
ter per verum Deum: quia illud intelligitur
quatenus ad rationem pertinet periurij, cuius
quidem ſubſtantia eſt falſum iurare: nam mi-
nus malũ eſt veraciter iurare per falſos Deos,
quàm mendaciter iurare per Deum verum. Et
ad idem addit id, quod ſubdit, quòd quanto
id, per quod iuratur ſanctius eſt, magis eſt pœ
nale periurium. Ita Sotus. lib. 8. de iuſti. & iure.
quæſt. 2. arti. 2. Non autem quantum ad id, per
quod iuratur. Rurſum iurare per creaturas
more gentili, quamuis qui iurat Chriſtianus
ſit, vt per Solem, & Mercurium, peccatum eſt
mortale. cap. clericum. 22. quæſt. 1. Et hæc cir-
ca primum. Verum circa qualitatem peccati
6 notandum eſt, † ꝙ periurium eſt malum, non
tantum in ſe, ſed etiam ſecundum ſe, ita quòd
nullo modo poteſt fieri bonum. Cuius ratio
eſt



eſt duplex. Vna quia plerunque periuriũ clau-
dit in ſe mendacium, quod eſt ſecundum ſe
malum c. primum. 22. q. 2. Secunda autem ra-
tio eſt generalis, quia omnis periurans ſum-
mæ veritati contumeliam facit, dum eam ad
eius confirmationem inducit, ad quod nõ de-
beret aſſumi, & ideò quia deordinat hominẽ,
non tantum ad proximum, ſed etiam ad Deũ:
inde eſt, ꝙ ſemper eſt malum. Immò non ſo-
lum eſt malum, ſed eſt † maius malũm, quàm
7 homicidium: cum periurium ſit contra ratio-
nis ordinem directè, & immediatè reſpicien-
tem Deum. Et homicidium eſt contra ratio-
nis ordinem directè, & immediatè, reſpicien-
tem proximum. Item periurium eſt præuarica
tio præcepti prioris tabulæ, qua eius detrahi-
tur & honori, & reuerentiæ. Homicidium ve-
rò eſt contra præceptũ ſecundæ tabulæ. Quod
ſi quis obiiciat hac ratione poſſe cõcludi gra-
uius eſſe in dominica facere opus ſeruile, quã
homicidium, eo ꝙ mandatum de ſeruandis fe-
ſtis attinet ad priorem tabulam: nam reſpon-
deo, quòd feſtorum præſcriptio, quæ ab eccle-
ſia ſeruantur non eſt de iure diuino, ſed dun-
taxat humano: & ideò violatio feſti non eſt
ita graue peccatum, quàm homicidium, vel
furtum. Qui vero id, quod de iure diuino de ce
lebrandis feſtis cautum eſt, tranſgrederetur,
grauius, quàm homicida peccaret, puta, qui
nullum in tota vita obſeruaret tempus, quod
dicaret cultui diuino. Hæc Sotus, quæ quidem
opinio videtur probari per text. in cap. ille. 22.
quæſt. 5. vbi reddit rationem: quare periurans
vincit homicidam: quia homicida corpus oc-
cidit, ille animam. Verum gloſſa ibi, in verbo,
vincit, dicit, non intelligas, quòd plus peccet
periurus, quàm homicida: quia immò ille plus
peccat, quia per periurium creatorem tantum
offendimus, & nos tantummodo maculamus,
ſed per homicidium Dei iuſſa ſuperbè contẽ-
nimus, & proximo impia crudelitate noce-
mus, & nosipſos crudeliori gladio trucida-
mus. ita tex. in c. 1. diſtin. 13. Rurſum, quod ad
effectum irregularitatis magis cenſetur homi
cidium, & magis horrendum vt inquit Panor.
num. 6. c. fin. de tempor. ordin. Item, quo ad
effectum diſpenſationis: nam poteſt Epiſco-
pus diſpenſare ceſſante infamia. Io. Andr. in d.
c. fin. Sed periurium dicitur vincere homici-
dium, quia maius damnum facit: Enimuerò
maius damnum eſt in amiſſione vnius animæ,
quàm mille corporum. 24. q. 3. c. ſi habes. Vin-
8 cit etiam adulterium, † quia tanto peccatum
eſt grauius, quanto corrũpit ordinem dignio-
rem ſi æque corrumpit ipſum, ſicut ordo mĩ-
nus dignus corrumpitur per aliud peccatum.
Certum eſt autem, quòd ille ordo eſt dignior,
qui debet eſſe hominis ad Deum immediatè,
& directè, quam ille, qui debet eſſe ab proxi-
mum, & ad Deum proximo mediatè. Primus
autem ordo corrumpitur per periurium. Se-
cundus per adulterium: nec ordo ſecundus
corrumpitur perfectius per adulterium, quàm
primus per periurium. Adulterium enim non
eſt propinquius maximæ iniurię, quæ poſſit eſſe
contra Deum. Immo è conuerſo: periurium
enim propinquius eſt blaſphemiæ, quæ eſt con
tra Deum ex eius odio, quàm adulterium ho-
micidio. Ita Rich. 3. diſt. 39. q. 4. art. 2. Sic etiam
9 idem dicimus in voto, † nam frangens ſimplex
votum, peior eſt adultero. cap melior. 27. q. 1.
Quod intellige, non quo ad Eccleſiam, quan-
tum ad veniam, vel pœnam: cum frangens
ſimplex votum, triennij pœna puniatur. vt 27.
diſt. c. ſi vir & adulter ſeptennij, & hoc ideo,
quia fractor voti minus ſcandalizat Eccleſiam
quàm frangens ſimplex votum, ſed quo ad cul-
pam: cum ſit maius peccatum, quia in Deum
ſpecialius committitur. arg. 17. q 4. cap. ſicut 2.
quia frangens ſimplex votum, ſpirituale con-
iugium violat, adulter carnale: iſte offendit
Deum, ille homines, & tanto maius peccatum
committitur, quanto maior eſt ille, cui infer-
tur iniuria. cap. mouet. 22. q. 1. vel dicitur maius
peccatum, quia frangens votum à maiori prę-
mio cadit. gloſſ. in d. cap. mouet. Sed vt ad iu-
ramentum deueniamus, & vt ſciamus quàm
graue ſit peccatum periurium, illud ſciendum
10 eſt, † quòd alia mendacia ſimpliciter prohi-
bentur, at periurium cum magna emphaſi, Le-
uit. 19. Non periurabis in nomine meo. Nec
pollues nomen Dei tui. Ego Dominus. Et Exo-
di 20. Non ſatis Deus duxit nos admonitos fa
cere ne nomen eius in vanum aſſumeremus,
ſed ſubdit. Neque enim habebit inſontem
Deus eum, qui aſſumpſerit nomen Dei in va-
num. & C. de iureiur. Iuſiurandi inquit Religio
violata, ſatis Deum vltorem habet: Quapro-
pter etſi Reſpublica nõ perinde, ac homicidia,
periuria vlciſcatur, non ideo exiſtimandum
eſt non eſſe grauioris culpæ. Vnde 21. q. 1. cap.
mouet, ait Auguſtinus, grauiſſimam eſſe pœ-
nam periurij, & apud Deum, & apud Eccleſiã.
Et idem in c. in nouo. 22. q. 1. dicit in nouo te-
ſtamento dictum eſt, ne omnino iuremus: qđ
quidem mihi ideo dictum videtur, non quia
verum iurare peccatum eſt, ſed quia peiera-
re immane peccatum eſt, à quo longe nos eſſe
voluit, q omnino ne iuremus admonuit. Qua-
11 re † & periuri, & infames iure habentur. 6. q.
1. cap infames. & c. quicunque. extra. de teſt. c.
teſtimonium. vbi Panor. qui dicit dicta iura
debere intelligi de infamia canonica. glo. in
d. cap. quicunque. facit gloſ. in cap. illi, qui
ead.

ead. quæſt. verum quia vtrum periuri ſint in-
fames multi, multa, & diuerſa dixerunt: ideo
tu dic ſecundum Panorm. in d.c. teſtimonium,
quòd aut loquimur de iuramento aſſertorio,
quod eſt de præterito, vel præſẽti: aut promiſ-
ſorio, quod eſt de futuro. Si de primo, periu-
rus non eſt infamis, nec ſecundum iura ciui-
lia, nec Canonica. Exemplum de eo, qui falſum
teſtimonium dixit, niſi fuiſſet condemnatus, &
declaratus vt falſus teſtis. ff. de iure fiſci. l. eius,
qui delatorem. in prin. ibi, oportet conſtare
prius. de hęret. c. cum ſecundum. in fi. lib. 6 quia
tunc efficeretur infamis non tam ratione iu-
ramenti, quàm falſitatis, quo caſu etiam emen
datus non admitteretur in teſtem: quia ex quo
ſemel deliquit in illo officio ſemper ſuſpenſus
eſt in illo. vt in l. ſi aliquid. C. de ſuſce & ar. lib.
10. eſt tex. in terminis. in cap. quicunque ſciens.
6. quæſt. 1. niſi verteretur iuramentum in eius
præiudicium. Faciunt dicta per Panorm. in
cap. intelleximus. numero 14. de iudic. ſi vero
iurauit de futuro, verbi gratia, dare aliquid in
futurum, & non ſeruauit, & tunc ſi iurat ſi-
bi, vel Deo, non efficitur infamis, ſecus ſi
iurauit ei, cum quo contraxit: quia hoc caſu
plus deliquit, offendens Deum, & proximum.
arg. tex. in c. 1. diſt. 13. & ita in effectu voluit
glo. & Bart. poſt eam. in l. Lucius. ff. de his, qui
12 no. in. † verum ſi eſſemus in iuramento teme-
rario, & tunc tale iuramentum, quod dicitur
illicitum. c. ſi. 22. q. 4. non repellit à teſtimonio,
ſicut nec à dignitate. c. ſicut noſtris. de iureiur.
glo. in c. Archidiaconum. diſtin. 85. ſed in foro
pœnitentiali imponitur pœnitentia tantum
vnius anni. 22. q. 4. c. qui ſacramento. Sed ſi iu-
ramentum temerarium fieret in coniuratio-
nibus, vel conſpirationibus illicitis, ſi clerici,
vel monachi commiſerint ſunt degradandi: ſi
laici excommunicandi, & fiunt infames. 11. q.
1. c. conſpirationum. & c. coniurationum. Nec
admittuntur hi tales in teſtimonium. cap. per
tuas. extra de ſimon. niſi agatur de generali
ſtatu Eccleſiæ, vbi quidem interrogantur, & ſi
dicunt contra eum, in quem conſpirauerunt,
dummodo per alios legitimè comprobetur,
ſententia valet. Sed & ad detegendam conſpi-
rationem admittuntur, & coguntur, vbi alij
teſtes deficiunt. extra de teſtib. cog. cap. fi. ne
tantum maleficium maneat impunitum. Vtrũ
autem periurus Clericus priuetur beneficio.
vide Abb. in c. ex parte. nu. 2. de reſcr. Et an per-
iurus ratione certi beneficij priuetur omnibus
beneficijs. vide eundem in c. tua nos. el 1. de iu-
reiur. Poſtremo circa periurium poſſent multa
dubia oriri. & primum. An neceſſitas excuſet à
peccato, ſi quis nõ ſatisfaciat rei promiſſæ ali-
cui cum iuramento, vide quæ diximus. lib. 2. in
noſtris deciſ. in 1. par. c. 18. num. 24. Secundum.
Quid de illo, qui prouocat ad iurandum eum,
quem ſcit, vel probabiliter credit, falſum iura-
turum, vel recipit ab eo iuramentum veritati
contrarium, & ſcienter. vide ſup. in 1. par lib. 2.
cap. 16. nu. 10. & in 2. par. vbi ſup. c. 4. Tertiũ,
13 pone quòd aliquis audiat aliquem iurare, † &
ipſe ſcit, & tacet. nunquid peccat? Auguſt.
mouet hanc quæſtionem. in c. hoc videtur.
22. queſt. 5. & dicit hanc eſſe difficilẽ, & for-
te ob autoritatem Leuit. quæ dicit, quòd ani-
ma, quæ audierit vocem iurantis falſum, te-
ſtiſque fuerit, quia aut vidit, aut conſcius eſt,
niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuam.
Præterea non caret ſcrupulo ſocietatis occul-
tæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. 83.
diſt. c. error. c. facientis. diſt. 86. Econtrario vi-
detur quod peccet manifeſtando, nam qui cri-
men occultum pandit, non errorem corrigit,
ſed errorem prodit. 11. q. 1. cap. ſi peccauerit.
Tandem hanc quæſtionem ſic ſoluit. Augu. in
d. c. hoc videtur, quòd ſufficit audienti, vt ſe
ſoluat ab hoc peccati vinculo, ſi indicet tali-
bus, qui magis poſſunt prodeſſe, quam obeſſe
periuro. Siue eum corrigendo, ſiue admonen-
do, ſiue Deum placando pro eo, vt ſunt ſacer-
dotes, vel honeſti, atque diſcreti parentes. Et
14 † ad hanc denunciationem tenetur quilibet
ſecũdum omnes, qui viderit aliquem vicinum
præcipitio, ideſt in committendo peccato. d.
c. hoc videtur. Sed ad denuntiandum crimen
iam commiſſum dicunt fere Doctores om-
nes, quòd tenentur Prælati ex præcepto: alij
vero non tenentur, niſi ex conſilio. Et intelli-
gas Prælatos largè tam Eccleſiaſticos, quam
ſęculares, etiam patremfamilias circa ſuam fa
miliam. 23. q 4. cap. duo iſta. & ead. quæſt. 5. c.
15 non putes. Quartũ † vniuerſitas alicuius col-
legij, vel ciuitatis obligauit ſe iuramento ad
aliquid, mortui ſint iurantes, quæritur, an ſuc-
ceſſores ſint periuri, ſi tranſgrediantur. Reſpõ.
quòd non: quia obligatio ex parte iurantis eſt
perſonalis, vnde non tranſit ad ſucceſſores
quo ad periculũ periurij, tenetur tamen adim-
plere. arg. extra. eod. cap. veritatis: cum omnes
obligationes anteceſſorum tranſeant ad ſuc-
ceſſores. extra, de ſolut. c. 1. c. tua. de vſur. Item,
quia idem pupulus eſt hodie qui fuit centum
annis retro. 7. q. 1. c. denique. Et hæc de iuramẽ-
to dicta ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Votum deſignat promiſſionem quæ Deo fit, & deſiderium.*

2 *Votum diuerſa ſortitur vocabula, & quo*





*liter in voto tria conſiderantur.*

3 *Propoſitum, quod in ſolis finibus cogitationis ſtat, an obliget apud Deum.*

4 *Votum qualiter definiatur, & eius explicatio.*

5 *Definitionis perfectio conſtat ex genere, & differentijs.*

6 *Promiſſio ad conſtituendum votum ſola non ſufficit, niſi ſit deliberatio.*

7 *Deliberatio, quàm neceſſaria, & de hac multa ſingularia.*

8 *Deliberationis plenitudo, quæ neceſſaria ad votum, & quotuplex.*

9 *Votum in puerili ætate emiſſum validum eſt.*

10 *Vota mulierum in partu & in infirmitatibus, ac virorum, an valeant.*

11 *Votum de re illicita non eſt obligatorium: cum talis promiſſio non ſit in gratiam Dei, neque de indifferenti. num. 17.*

12 *Iepte in vouendo fuit incautus, & in reddendo impius.*

13 *Votum ſe non defendendi, etiam ſi ab alio interficiatur, an validum.*

14 *Votum, vbi ſalus corporalis, vel ſpiritualis amittitur, vel peccatum mortale incurritur, non eſt ſeruandum. Et idem de pacto, iuramento, conſuetudine, prę-cepto, lege, vel alio ſimili vinculo.*

15 *Mihi vindictam, & ego retribuam quomodo intelligatur.*

16 *Verba Apoſt. 12. ad Rom. Nos voſmetipſos defendentes, exponuntur.*

18 *Voti materia non eſt propriè opus præcepti. Nec id, quod ſit in baptiſmo. nu. ſequenti.*

19 *Votum quod ſit in baptiſmo quale.*

20 *Voti communis tranſgreſſio non facit ſpeciale peccatum.*

21 *Votum propriè ſit Deo, ſed an fieri poſſit ſanctis, & prælatis. nu. ſeq.*

23 *Sex genera hominum ſunt, quæ vota emittere non poſſunt.*

*Epiſcopus, clericus ſęcularis. nu. 24. ſeruus. nu. 25 puer. vide nu. 26. vxor. nu. 27. niſi in duobus caſibus.*

28 *Vouere an quis poſſit per alium.*

29 *Votorum multifariæ ſpecies.*

30 *Monachus quale votum emittat.*

31 *Voti obligatio ſemel extincta per irritationem an in vxore reuiuiſcat.*

32 *Vouens religionem, & ingrediens intentione ſtatim exeundi, an voto ſatisfaciat.*

33 *Vouens religionem, & non ingrediens, an poſſit cogi per monaſterium.*

34 *Votum ſolenne an magis obliget, quàm ſimplex.*

35 *Votum ſolenne dupliciter ſolennizatur.*

36 *Votum ſolenne an dirimat matrimonium præcedens.*

37 *Ad votum ſolenne quatuor neceſſaria.*

38 *Votum ſolenne non poteſt dici de futuro.*

39 *Votum an ex ſola promiſſione obedientiæ ſolennizetur.*

40 *Voti ſolennis adinuentionis ratio duplex aſſignatur.*

41 *Profeſſio tacita quando fiat.*

42 *Habitus nouitiorum ſuſceptio quando inducat tacitam profeſſionem.*

43 *Et an tacitè profeſſus facta expreſſa profeſſione cogatur in genere ad profeſſionem.*

44 *Votum filij, qui promiſit ſe ſeruiturum in adulta ætate, an poſſit pater irritare.*

45 *Votum vxoris quale vir irritet.*

46 *Votum adimplere impeditus non peccat. & an debeat per alium adimplere. numeru 53.*

47 *Votum quot modis irritetur.*

48 *Votum dandi calicem filio liberato, an ſit licitum.*

49 *Votum non petendi diſpenſationem à Papa, non valet.*

50 *Votum an quis poſſit adimplere per alium.*

51 *Votum viſitandi ſepulchrum duplici reſpectu fieri poteſt.*

*Impoſſibilitas an liberat à voto, eſt tamẽ cauſa diſpenſationis.*

52 *Vouens viſitare ſepulchrum, ſi mortuus*
*eſt in itinere, an à voto liberetur, & qd*
*ſi infirmetur.*
54 *Votum viſitandi ſepulchrum, quando di-*
*catur factum in ſubſidium.*
55 *Votum non comedendi carnes, quando*
*ſine peccato frangi poſſit.*

## De Voto. Cap. XII.

PRæter ea, quæ in prima parte. lib.
2. cap. 1. cum ſequentibus diximus
de voto, duo reſtant expli-
canda. & primum, verba ipſius
definitionis. Secundum, quædã
dubia pertinentia ad ipſam materiam, de qua
agitur. 27. q. 1. per totum. & 27. diſt. per totum.
& extr. eo. atque repetitur in 6. in illa diſt. 27.
Incipit Gratianus tractare continentiam cle-
ricorum, & proſequitur vſque ad 35. quæſt. 1.
vbi ponitur quando poſſit fieri matrimonium
inter vouentes, ſed priuſquam votum ipſum
quid ſit, explicemus, hoc primum de nomine
1 notandum eſt: ſignificat enim † vouere eam
præciſè pollicitationem, quæ fit Deo, ad diffe-
rentiam promiſſionis, ſponſionis & pollicita-
tionis, quæ communia verba ſunt, & fiunt vel
Deo, vel hominibus. Atverò, quia id, quod à
Deo votis, hoc eſt oblatis promiſſionibus de-
poſcimus, valde deſideramus, inde vſu venit, vt
deſiderium ipſum votum dicatur. Vnde voti
compotes dicimur, & pro voto ſuccedere gau
demus, dũ noſtra aſſequimur deſideria. Et vo-
ta facere idem eſt, quòd optare, & precari. Hic
autem non vſurpatur nomen in hoc poſterio-
ri, ſed in priori ſignificatu, vt vouere ſit vota
emittere, & quòd Latinè dicitur, vota ſuſcipe-
re, hoc eſt aliquid Deo ſanctè polliceri. Verum
2 † votum hoc, diuerſa ſortitur vocabula ſecun-
dum diuerſos ſtatus. Nam cum quis in origi-
ne diſponit aliquid boni facere, dicitur delibe-
ratio. cap. qui bona. 17. q. 1. ibi, ex deliberatio-
ne: at ſi proponit in voluntate id firmiter ſe fa-
cturum, dicitur propoſitum. cap. neque viduas.
27. q. 1. ibi, propoſito. Sed ſi accedit promiſſio,
dicitur propriè votum, & indiſſolubiliter te-
netur illud ſeruare. c. qui poſt votum. de regu.
in 6. Ita glo. in d. cap. neque, vel ſecundum Io.
And. in cap. 2. extra, eo. in voto ſunt tres partes,
ſcilicet initium, confirmatio & conſumatio,
vt hic per eum, qui remittit ad beatum Tho-
mam. 2. 2. q. 87. art. 1. vbi dicit, quòd votum ha-
bet in ſe obligationem annexam, ſecus in pro-
miſſione, quæ fit homini, quia requiritur ver-
borum expreſſio, vel conſenſus. Sed quo ad
Deum ſufficeret ſolus animus deliberatus, &
ſic illud, quod dicitur in d. cap. 2. quòd ſicut
propoſitum non obligat hominem. l. ſi repe-
3 tendi. C de cond. ob cauſam. † ita nec ob-
ligat Deo debet intelligi quando ſtatur in ſo-
lis finibus cogitationis: quia primi motus non
ſunt in poteſtate hominis. l. cogitationis pœ-
nam. ff. de pœnis. Secus ſi firmauit in mente
Deo aliquid facere, tunc enim quo ad Deum,
qui interrogat cor, & non manum. 4. q. 5. cap.
ſi quid inueniſti, efficaciter obligatur. Et ſic
tria ſunt conſideranda. Primo initium, & ſecũ-
dum Hoſt. in d. cap. 2. ex hoc non obligatur
homo, aliàs pauci eſſent, qui non eſſent obli-
gati. Secundo confirmatio, quando confirmat
in mente, & tunc iſte eſt obligatus Deo, ita
loquitur. cap. qui bona. 17. q. 1. Non autem ob-
ligatur Eccleſiæ: quia Eccleſia de hoc non iu-
dicat. c. 1. vt Eccleſ. benef. Tertio eſt conſum-
matio, quæ fit per verborum expreſſionem, Et
tunc Eccleſia poteſt ipſum compellere. c. li-
cet. extra. eod. Quæ verò ſint conſideranda, vt
votum propriè dicatur, & vt quis verè emit-
tat votum, dic, quòd tria ex parte vouentis, ra-
tionis deliberatio, propoſitum voluntatis, &
promiſſio, in qua demum voti ratio perfici-
tur, vt nos diximus in 1. par. lib. 2. cap. 21. nu. 2.
Quod quidem votum ſic definiri poteſt poſt
multifariam Doctorum definitionem. Votum
eſt promiſſio deliberatæ voluntatis Deo de
his, quæ Dei ſunt facta propter bonum finem.
Diximus, eſt promiſſio: quia ad cõſtituendum
votum non ſufficit ſolum propoſitum, etiam
præcedente deliberatione, niſi ſequatur pro-
miſſio ſaltem corde facta. ita D. Thom. 2. 2. q.
88. art. 1. Nam licet promiſsio homini fieri nõ
poſsit niſi ꝑ verba, aut alia ſigna exteriora, ta-
men Deo fieri poteſt ſolo corde. Ipſe enim re-
ſpicit cor, & non manum. d. c. ſi quid inueniſti.
licet quo ad eccleſiam multũ operetur, quòd
quis exprimat votum, quia tunc ſemper po-
teſt cogi ad illud perficiendum. Ita gloſſ. in
ſum. 16. q. 1. Archi in d. c. qui bona. & in c. pro-
clius. circa fi. 20. q. 3. Diximus. Deliberatæ vo-
luntatis, ad differentiam, votorum, quæ fiunt
ex ſurreptione, in quibus non inuenitur plena
ratio voti. Per hoc, quod dicitur Deo facta,
vbi intelligitur: vel Diuis, ſeparatur à promiſ-
ſione, quę fit hominibus, conſtituitu que in re-
ligionis genere. Adiectum eſt autem de his,
quæ Dei ſunt; ad explicandum materiam con-
ſiliorum, quæ propria eſt, ac peculiaris voti, li-
cet extendatur ad præceptum. propter bonum
finem dicitur, ad excludendum vota facta
propter finem malum, quæ licet ſint de re bo-
na, non tamen propriè loquendo ſunt vot
Sed modò ex ipſa definitione multa deduca-
mus; a-



5 mus; & primum colligo † definitionis perfe-
ctionem, quæ conſtat ex genere, & differen-
tijs, genus enim eſt promiſſio ex deliberatio-
ne, & propoſito proficiſcens. Per hoc autem,
quod dicitur Deo facta, datur differentia à
promiſſione, quæ fit hominibus. Sic dum dici-
tur, de his, quæ Dei ſunt, explicatur propria
materia voti, quæ eſt conſiliorum, ad differen-
tiam votorum, quæ ſunt præceptorum, quæ
non ſunt propriè peculiaris illorum materia.
6 Secundum colligo, † ꝙ ſola promiſſio nõ va-
let, niſi præcedat deliberatio cum propoſito.
tex. eſt in c. litteraturam. de voto. qui ſimplici-
ter dicit, ꝙ ſi aliquis animo propoſuiſſet, quòd
religionem eſſet ingreſſus, nihilominus non
obligatur: quia iura facientia mentionem de
propoſito, intelligũtur de propoſito cum de-
liberatione, & animo ſe obligandi. Igitur pro-
miſſio non conſtituit votum, niſi cum pro-
7 poſito ſequatur deliberatio. Sic etiam † deli-
beratio omnibus neceſſaria eſt, quæ indiſcuſ-
ſos hominum calores poteſt refrænare. 2. q. 6.
c. anteriorum. Et deliberatio ſæpe hominem
retrahit, & facit videre bonum, quod ante ma
lum apparebat. 11. q. 3. cap. illa, & c. cum apud.
Et laudabilis eſt cautela deliberationis, cum
qua totum ratio regit, & furor ſibi nihil ven-
dicat. d. c. illa. & ſeq. Hinc ſnĩæ ſunt cum deli-
beratione proferendæ. Clem. paſtoralis. §. ve-
rum. de re iudic. in extrauag. Ioan. XXII. exe-
crabilis. §. nos itaque. 21. q. 3. cap. cum apud. &
cap. ſequen. Et conſilia non ſunt præcipitanda,
& opera: tempore enim indigemus ad delibe-
randum, vt maturius agamus. diſt. 50. cap. pon-
deret. circa principium. Sic eccleſiæ negotia
maxima cum deliberatione ſunt explenda. 45.
diſtin. cap. licet, ideſt, ſic concilia cum delibe-
ratione magna fieri debent: Hinc dicuntur eſ-
ſe maioris autoritatis, quàm Decretales epi-
ſtolæ. diſt. 20. cap. de quibus. arg. tex. in cap. pru-
dentiam. §. illa. de offic. deleg. Sic intra decem
dierum ſpatium appellatione facta vtrũ quie-
ſcendum ſit ab ea, eſt deliberandum. 2. quæſt.
6. cap anteriorum. Sic pro conuitio non eſt ha
bendum, quod fit ſine deliberatione. 2. q. 3. cap.
ſi quis iratus. Et princeps, qui omni lege ſolu-
tus eſt. l. princeps. ff. de legib. deliberatione vti
debet in agibilibus. cap. deliberatione. de offi.
deleg. in 6. Dubium enim non eſt omni, quæ
conſilio recto geruntur, iure, meritoque, ef-
fectu, & firmitate niti. C. de repud. l. 3. Et veri-
tas ſæpius examinata citius ſplendeſcit in lu-
cem. Poſtremò in tantum quidam moram
deliberationis extendunt, quod bonum, quod
conſequi intendebant perdunt. 17. quæſtio. 1.
cap. qui bona. Vnde qui ex deliberatione ad
meliora non proficiunt, etiam ab eis bonis,
quæ habere videntur cadunt. d. cap. qui bona.
Tertium ad votum requiritur plenitudo deli-
8 berationis, plenitudo enim deliberationis † bi
fariam conſiderari poteſt. Vno modo, vt op-
ponitur ſubreptioni, ſcilicet ſubitanea, vbi
nulla eſt ratio culpæ, vel meriti, & talis deli-
beratio neceſſaria eſt ad votum. Alio modo
plena deliberatio, quæ ſufficiens eſt ad votum,
in eo conſiſtit, quòd homo cognoſcat quid
faciat, quæ alio modo vocatur ſemiplena:
Hinc fit, quòd ſi quis ita percitus, aut calore,
ſeu mortis metu, quæ rationis iudicium tolle-
rent, votum emitteret, non obligaretur. Vbi
tamen illa rationis lux perſtat, quæ facere po-
teſt, aut meritum, aut mortale crimen, votum
obligat. Nam ſi talis promiſsio facta homini
obligaret, quando eo iudicio pecuniam pol-
licetur, aut vxorem ei ſponderet: ergo obligat
etiam reſpectu Dei: Non enim remiſsior eſt
Deus in exigendis promiſsis, quàm homo. Rur
ſum deliberatio hæc, cognoſcẽdo quid facias,
ſufficiens eſt ad meritum, & ad mortalem cul-
pam, ergo ad voti obligationem, quod quidẽ
ſub mortali reatu obligat c. licet. extra de vo-
to. Definita eſt expreſsè hæc concluſio in c. ve-
nientis. tit. noſtro. Vbi Alex. III. dum commu-
9 tat † votum in puerili ætate factum quadam
facilitate ſine plena deliberatione emiſſum,
colligitur efficaciter obligare, & ſic votum po
tius procedens ex quadam facilitate animi,
quàm diſcretionis iudicio, non impedit obli-
gationem Deo quærendam. ita Panor. in d. c.
veniens. qui dicit. Ad hoc tenebis ſemper mẽ-
ti iſtum tex. quia neſcio elibi ita clarum. Et ra-
tio eſt: nam vt aliquis iracundia accenſus, aut
repentino motu, dummodo ſit rationis com-
pos, põt votum frangere, & mortaliter pecca-
re, ita & eadẽ paſsione dominante, põt votũ
emittere, & per votum Deo obligari: Neque
enim maior libertas ad aliquid promittendũ,
quàm ad ſeruandum promiſſum deſideratur.
facit gl. in c. 1. de delict. puero. & 17. q. 4. c. ſunt
opes. Vbi illi, qui tumultuario mentis impulſu,
non iudicio opes Eccleſiæ contulerunt, & de
voti leuitate taxantur, & nihilominus tan-
quam ſacrilegi habentur, ſi eas reuocant. Et
ex his decidi poſſunt multæ quæſtiones, ſcili-
10 cet quid de votis † mulierum, quæ faciunt in
partu, vel in infirmitatibus, vel anguſtijs ſuis,
vel ſuorum. Aut etiam viri, quæ faciunt moti
ex aliqua anguſtia, nunquid ea ſeruare tenean-
tur? quia ſi habuerunt intentionem obligandi
ſe Deo, cogitantes de cauſa, quæ mouebat eos
ad mouendum, ſcilicet infirmitate, aut pericu-
lo, & de fine, ideſt, de euaſione periculi, pro-
pter quod euitandum vouerant, tenenda sũt,
licet ex tribulatione emiſſa ſint, iuxta illud Pſ.
Reddam

Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt la-
bia mea, & locutum eſt os meum in tribula-
tione mea. arg 17. q. 4. cap. ſunt opes: Nec enim
ſiunt hæc vota ſine deliberatione, ex quo vo-
uentes ſunt in ſana mente. Idem credo de iura
mentis, quæ non vergunt in deteriorem exi-
tum. Aſten. lib. 1. de voto. art. 2. Quamobrem
fallax redditur Angeli Regula in verbo Votũ,
qui dicit, quòd ad perpendendum an ſubitum
votum fuerit validum, videndum eſt nempe,
ſi tranſacta anguſtia periculi eum qui vouit,
pœnitet, vel eſt malè contentus, quia tunc ſi-
gnum eſt votum non tenere: nam parum ve-
ritatis habere videtur: quia etiam ſi diu delibe
res, poteſt fieri, vt poſt facti te tæderet, vt in-
quit Sotus. de inſtit. & iure lib. 7 q. 1. art. Quar
tum, cum ſuppoſita natura voti, ſit promiſſio
facta Deo. & promiſſio eſt rei, quam quis in
alterius gratiam facere diſponit, hinc fit ꝙ de
11 re † nulla illicita fieri licitè poteſt votum q a
tale votum ſi fieret, comminatio potius eſſet,
quàm promiſsio: nam promiſsio eſt non niſi
beneficij, ergo promittere Deo aliquem oc-
cidere, aut furari, potius eſſet comminatio,
quàm promiſsio. quare tale votum non eſſet
obligatorium: quia Deus reſpuit obligationẽ
oblatam ſibi contra ſemetipſum. Vnde Iſi-
dorus, & habetur 22. q. 4. in malis promiſsis re-
ſcinde fidem, in turpi voto muta decretum. Et
in talibus magis placent Deo tranſgreſſores,
quàm obſeruatores, etiam ſi interuenerit iu-
ramentum. vt dicit Hoſt. in ſum. de iureiuran.
12 nu. 2. Sed ſi obiicitur de Iepte, † qui propter
votum filiam ſuam interfecit. Iudic. 11. & ta-
men in Hebr. 11. numeratur inter eos, qui per
fidem vicerunt regna. Reſpon. quòd ipſe in vo
uendo fuit incautus, & in reddendo votum,
impius, ſed de illa impietate cum pœnituit, &
ideo ſanctis annumeratus fuit. Richar. 1111.
diſt. 38. q. 3. cap. 1. Nam cum primum vidit filiã
ſuam, ſcidit veſtimenta ſua, & dixit Heu me,
filia, decepiſti me &c. aperui os meum ad Do-
minum, & aliud facere non poteram: vbi aper
tè fatetur vouiſſe ſine diſcretione. Fuit quoque
impius in reddendo: quia fecit contra præce-
13 ptum, Non occides. Pariter cum quis † ex-
preſsè voueret ſe non defendere, tale votum
tanquàm temerarium non obligaret Nam iſta
14 † eſt regula, quòd quandocunque aliquid vo-
uetur, vel promittitur, quo facto ſalus cor-
poralis, vel ſpiritualis amittitur, vel pec
catum mortale incurritur, non eſt ſeruandum
votum. Sicut nec promiſſum pactum, nec iu-
ramentum, nec præceptum, nec conſuetudo,
nec lex neq; aliud ſimile vinculum. 22. q. 4. cap.
ſi. & cap. inter cætera. de iureiur. cap. quanto. Et
ratio eſt: quia cum talis promiſsio ſit de re il-
licita, ideò non eſt facta in gratiam Dei, & per
conſequens non eſt obligatoria. Nec obſtat
dictum illud, quod ſi quis percuſſerit te maxil-
lam: præbe illi & alterã: quia intelligo in pro-
priis terminis, quod leuem offenſionem non
tendentem ad occaſionem, vel mutilationem
debet quis cum patientia ferre, & alteram ma
15 xillam præbere. Nec obſtat, quod † dicitur,
Mihi vindictam, & ego retribuam, quia illud
eſt verum, quòd non debet fieri vindicta, quan
tumcunque ſit offenſio, ſed ſe tueri, ac tuendo
defendere vitam, auctoritas iã dicta non pro-
hibet. Aliud eſt enim vindicta, & aliud defen-
16 ſio, vt patet. Nec † illud Apoſtoli obſtat. Nec
vos defendentes, &c. quia intelligitur, quando
aliter, quàm ſe defendendo euadere poterant.
Et hoc eſt, quod ſubditur. Date locum iræ, vel
ſecundo poteſt intelligi. Non vos defendentes
à martyrio amore Domini noſtri Ieſu Chriſti.
17 Quintum, † cum votum in gratiam, hono-
remque Dei fieri debeat, non ſolum de re in-
uiſa fieri non debet, quod eſſet iniquum, verũ
neque de re, quæ illi non eſt accepta, quippè
quod cum Deo in gloriam non cedat, vanum
eſt; vt ſi quis voueat vngues die ſabbathi non
reſcindere, aut iter die Iouis, aut Martis non
arripere, & hæc vota dicuntur de re indifferen
ti, de quibus in prima parte. lib. 2. num. 26. cap.
18 21, diximus. Sextum † cum propria materia
voti ſit ſupererogationis, infertur, quòd opus
præcepti, quatenus eſt neceſsitatis, non eſt ma
teria voti, benè tamen quatenus eſt in noſtra
voluntate. Materia enim voti eſt illa, quæ eius
ratione fit debita, ergo quatenus opus eſt le-
gis obligatione debitum, non cadit ſub voto:
quia non pendet ex noſtra voluntate vt ſit de-
bitum, ſed ex legis neceſsitate. At verò quia
præcepti neceſsitas non eſt ſimpliciter neceſ-
ſitas, ſicut illa, quæ eſt mori, aut non volare
ſed voluntariè illud adimplemus, aut tranſgre
dimur, hac ratione cadere poteſt ſub voto, nõ
quidem, vt ad id obligemur, ad quod non
tenebamur, ſed vt ad id, ad quod tenebamur
gemina ſimus obligatione aſtricti. Sed de his
diximus ſupra in prima parte. c. 21. nu. 18. Se-
19 ptimum, nec in hac definitione † includitur
votum, qđ fit in baptiſmo, quod quidem votũ
Magiſter Sentent. 4. diſt. 38. appellat votum
cõmune eo, quod omnes in baptiſmo faciunt,
nam diabolo, & pompis eius renunciare pro-
mittunt, & tale fit de eis, quæ ſunt neceſſaria
ad ſalutem. de conſecr. diſt. 4. cap. prima. 1. q. 1.
cap. ſi quis. §. ecce. ibi enim diminutè inueni-
tur ratio voti quia votum propriè eſt quid vo
luntarium, & reſpectu principij, à quo proce-
dit, & reſpectu eius ꝙ vouetur: ſed illa obli-
gatio, quæ habet aliquid neceſſitatis, habet in-
com-



completè rationem voti, & huiuſmodi eſt vo-
tum commune, quod eſt de his, ad quæ im-
plenda omnis homo tenetur, vt abrenuncia-
re diabolo, & omnibus põpis eius, ideſt mor-
talibus peccatis, tenere fidem catholicam, ſer-
uare Decalogum, & breuiter omnia illa, ſine
quibus non eſt ſalus. Hinc cum huiuſmodi vo
tũ non ſit propriè votum, & non habeat com
20 pletè rationem voti; fit, quòd † Chriſtianus
tranſgrediens Chriſtianiſmi præcepta, non du
plici, ſed ſimplici peccato delinquit, quod ma
nifeſtum ſignum eſt, illic nos non obligari ni-
ſi ſimpliciter, nullo ſuperaddito voto, quod
ex verbis illic prolatis conſtat. Nam recipiẽs
baptiſmum ſolum, profert hæc verba. Abre-
nuncio, & volo, & credo: quorum verborum
nullum promisſionem, quæ eſt de eſſentia vo-
ti ſignificat, quare per nullam iſtorum verbo-
rum votum propriè emittitur: Neque enim
abrenunciare, eſt promittere, ſed exſpoliare
ſe anteacta vita, neque velle eſſe Chriſtianum,
eſt promiſsionem emittere: & credere, ad ſo-
lum fidei aſſenſum refertur. Sotus lib. 7. de iuſt.
& iure. q. 1. art. 3. Igitur cum non ſit propriè
votum, fit quòd trangreſsio voti communis
nõ faciat ſpeciale peccatum, ſed tãtum addat
peccato ſpecialem deformitatẽ: magis enim
peccat baptizatus eodem genere peccati, quã
non baptizatus, vt patet ad Hæbr. 10. Quãto
putatis deteriora ſupplicia mereri, qui ſangui-
nem teſtamenti pollutum, & cæt. Ita Archid.
& Turrecrem. in d. cap. prima. Infertur etiã,
quòd cum baptiſmus non ſit propriè votum,
fit, quòd paruulus. qui non habet vſum liberi
arbitrij, poteſt per alium obligari, vt per pa-
trinum. cap. paruuli. cap. cum pro paruulis. de
conſecr. diſt. 4. quod fieri non poſſet, ſi eſſet
propriè votum, cum ſit propriè de his, ad quę
non omnes tenentur, & per conſequens de eo,
quod eſt omnino volũtarium. vt per Turrecr.
in d. cap. prima. num. 3. Octauum, cum votum
ſupererogationis debeat eſſe de his quæ Dei
ſunt, infertur non eſſe obligatorium votum
emiſſum de bono ſupererogationis ad malum
finem, verum de his diximus in 1. part. lib. 2. c.
21 21. nu. 22. Nonum, cum † de forma voti ſit, ꝙ
fiat Deo. c. magnæ. §. 1. de voto; infertur, quòd
promiſsio, quæ fit homini, non ſit votum, ſed
tantum, quæ fit Deo: quia cum homo obligat
ſe ad faciendum aliquod bonum, nulli autem
à Deo poteſt homo de iure obligare ſe totũ;
quia ſibi ſoli competit poteſtas de iure ſuper
hominem totum. Et nullus poteſt recipere ob-
ligationem de iure, niſi conueniat ei de iure
poteſtas in illam rem, & ideò ſoli Deo poteſt
fieri votum, propriè loquendo de voto. Rich.
22 4. diſtin. 38. q. 2. art. 1. An vero votum, † quod
fit ſanctis, vel prælatis, ad religionem perti-
neat, quandoquidem religio habet ſolum
Deum pro obiecto, ita vt poſsit eſſe materia
voti. Exemplum, Vouet quis Beatæ Virgini,
aut D. Petro, aut D. Iacobo peregrinationem,
vel Religioſus ait præpoſito. Voueo Deo, ꝙ
ero tibi obediens. Vel promittit obedientiam
Deo, & Beato Benedicto, aut Dominico, aut
huiuſmodi vota facta ſanctis, videantur facta
Deo. Reſp. ſanctos bifariam conſiderari, vno
modo, vt homines, aut Angelos, qui puræ ſunt
Creaturæ, & iſto modo dicit S. Thom. quòd
promiſsio illis facta non eſt votum, niſi idip-
ſum quod ſanctis ꝓmittimus, offerimus Deo,
Itaque votum, quod facimus Beatæ Virgini,
non eſt votum, niſi quia quod ipſi promitti-
mus, offerimus Deo, nimirum, ei pollicentes
quod hoc, vel illud faciemus in honorem Vir
ginis. Secundo vero modo conſiderantur, vt
Deus eſt in illis, non quomodocunq; per gra-
tiam, vt in viatoribus, ſed per gloriam, quaſi in
his, qui ratione ſtatus ſuam ipſius præſentem
diuinitatem participant. Et ſic vouere ſanctis,
eſt vouere Deo, qui eſt in ipſis. Sotus lib 7. de
iuſt. & iure. q. 2. art. 3. in fi. Decimum votum, vt
in ſuperioribus patet, eſt promiſsio, quæ fit
Deo, Deus autem qui auctor eſt naturalium
legum, non vult aliena ſurripi, vt ſibi tribuan-
tur, quare neque eleemoſynas, quæ de rapina
fiunt, gratas habet. cap. non eſt putanda. 2. q. 1.
Qui autem in aliena eſt poteſtate, non eſt ſui
iuris. Hinc fit quòd nullus per promiſsionem
poteſt ſe firmiter obligare ad illud quòd eſt
in alterius poteſtate. Sex autem ſunt genera
23 eorum, qui non † ſunt omnimodo in poteſta-
te ſua, ſed alterius, & ideo non habent liberam
facultatem vouendi, ſcilicet Religioſus, Epi-
ſcopus, clericus ſæcularis, ſeruus, filiusfamilias,
& vxor. De religioſo eſt tex. in cap. monacho.
20. q. 4. & loquitur D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 8. &
Panorm. in cap. ſcripturæ de voto. & nos in-
fra atque in prima parte, lib. 2. cap. 27. Sic Epi-
ſcopus votum, per quod inter eum, & ſuam ec-
cleſiam vinculum diſſoluatur, emittere prohi-
betur, extra. de renunc. c niſi cum pridem. in fi.
nec etiam aliud, per quod Eccleſiæ ſuæ graui-
ter præiudicetur. extra. de iureiur. cap. ſicut no-
ſtris. Vnde non poteſt votum peregrinationis,
per quod diu ab eccleſia ſua abſentari opor-
teret, emittere ſine licentia ſui ſuperioris. cap.
magnæ. extra, eod. Votum tamen abſtinentiæ,
& eleemoſynæ tẽperatè poteſt emittere. arg.
8. q. 1. cap. Clemens. de teſtam. c. relatum. 2. &
breuiter emittere poteſt omne, & quodlibet
votum, per quod præbeat bonum exemplum.
24 d. c magnæ. §. 1. Clericus † etiam ſæcularis nõ
poteſt ſine licentia prælati peregrinationis vo
tum

tum emittere.de conſecr diſt.5.cap. non opor
ter. nec aliud, per quod relinquere oporteat
eccleſiam ſuam.arg de renunc. cap. admonet,
excepto tamen voto ingrediendi religionem,
ſufficit enim tali caſu licentiam petere. 19.q.2.
25 cap.duæ.Seruus etiam per † votum, per quod
paratur præiudicium dominicæ poteſtati, nõ
obligatur.arg.tex.in c.relatum.de ſent.excom.
& in cap.ſi ſeruus ſciente.diſt.54.Hinc non po
teſt ordinem ſuſcipere, vel religionem ingredi
ignorante Domino. d. cap. ſi ſeruus. Si autem
eſſet tale votum, quod non impediret ſerui-
tiũ Domini, puta dicere aliquas orationes, &
tunc poteſt ſeruus. ita concludunt Docto. &
præcipuè Ananias in d. cap. ſcripturæ. num.5.
De filiofamilias pariter diſtinguendum eſt,
prout nos diximus in prima parte lib 2. cap.
26 26. Sed an † puer, vel puella qui intrauit mo-
naſterium infra annos pubertatis, poſſit reuo-
cari per patrem, vel tutorem, quamuis ſtete-
rint in monaſterio per annum, & diem, dic
quòd ſic:niſi pater conſenſerit, vel ratum ha-
buerit. 20.q 2.cap.1.& 2 de regu.cap. ſi quis au
tem: niſi monaſterium ſit tantum remotum,
quod ad patrem, ſeu tutorem infrà tantum tẽ-
pus nequeat notitia peruenire; tunc enim ma-
ius tempus conuenit indulgeri.vt 17.q. 2.cap.ſi
quis incognitus. Tali itaque caſu patria pote-
ſtas tales vouentes excuſat à tranſgreſſione
votorũ:quia quod lege permittente fit, pęnam
non meretur.ff.de iudic.l.qui autoritate.& 22.
q. 1. cap. pueri. Nec pater peccet reuocando,
quia vtitur iure ſuo.arg.ff. de iniur. l. iniuriarũ
actio.Sed hodie dicta quæſtio non poteſt pro-
cedere, cum ſecundum Concil. Trident. nemo
validè profiteri poſſit, niſi expleat annos 16.
27 Vxor etiam ſine † conſenſu viri vouere non
poteſt.cap.manifeſtum.cap.noluit 33. quæſtio.
5.vbi idem dicendum de voto, quod de licen-
tia viri emiſit: quia ſemper in huiuſmodi votis
debet obedire viro, licet vir peccet.d cap.no-
luit. Si vero vetaret votum, quod fuit
emiſſum abſque ſua licentia, non peccaret.In-
nocen.in d.cap.ſcripturæ. Quod idem intel-
ligunt quidam in viro, quod intellige, quan-
do emitteret votum, per quod circa debitum
reddendum præiudicaret vxori: quia licet vir
ſit ſuperior, quia caput.d. capitu. manifeſtum,
tamen in tali caſu non ad imparia iudican-
tur.32.q.1 cap.ſi quis vxorem.32.q.5 præcepit
Dominus.& cap. Chriſtiana Religio. & cap.
hæc imago. Vnde non poſſet vir emittere vo-
tum peregrinationis, & abſtinentiæ:quia præ-
iudicaret vxori quo ad debitum reddendum.
Hinc dixit Bar.in quæſtionibus, quòd ſi vir pe-
regrinationem vouit, & poſtea matrimoniũ
contraxit, quòd vxore contradicente adim-
plere non poteſt, cum vir, & vxor quo ad de-
bitum reddendum, ad paria iudicentur.d.cap.
manifeſtum.§. in præmiſsis. 33. q. 5. Excipitur
tamen votum peregrinationis vltramarinæ,
quod viri, vel mulieres, ſi ſint potentes, facere
poſſunt altero inuito.cap.ex multa.§.in tanta.
extra. eod. ſed non vouens poteſt vouentem
ſequi, ſi vult.cap.quod ſuper.§.fin. eod. tit. Ex-
cipitur etiam votum continentiæ, quod poſt-
quam de communi conſenſu autoritate Diœ-
ceſani factum fuerit, neuter poteſt reuocare.
de conuerſ.coniug.cap. 1. & cap. pen. Vndeci-
mum, cum votum ſit promiſsio facta Deo,
28 hinc fit, quòd quis † per alium vouere non
poſsit, ſicut neque pœnitentiam accipere. vt
de pœnit.diſt.1.c.quem pœnitet.glo.in c. pre-
sbyter.diſt. 82. Quod intellige, quo ad effectũ
exciſionis cauſarum peccatorum ſequentium:
quia ieiunio vnius, alterius caro non domatur.
Sed quo ad effectum ſolutionis debiti pecca-
torum pręcedentium, tunc poteſt alius in cha-
ritate exiſtens ieiunare, ſatisfaciendo ꝓ alio,
licet ſit potens.vt inquit D.Thom. ſed non eſt
præmittendum, vt alius pro alio ſatisfaciat,
niſi defectus aliquis appareat in pœnitente,
vel corporalis, per quem ſit impotens ad ſuſti-
nendum, vel ſpiritualis, per quẽ non ſit prom-
ptus ad portandum pœnam. Archid. in cap.
pœnitentia.de pœn.diſt. 3. Poteſt tamen quis
iurare pro alio. cap. tibi Domino.diſtin.63.&
matrimonium contrahere.cap.procurator. de
procur.lib.6 qui debet ad hoc habere ſpeciale
mandatum.Archid.in d.cap. tibi Domino. nu.
3.& in cap.nec illud.30.q..vlt. & de his omni-
bus vide glo.in cap.ſciendum.27.q.1.Item po-
teſt quis orare, ieiunare, facere eleemoſynas,
& celebrare pro exiſtentibus in purgatorio.
13.q.2.in præſenti.& cap.pro obedientibus. &
c.animæ defunctorum.& cap. tempus. & cap.
non eſt.de pœnit.diſtin.1.cap.1. Duodecimum
29 colligo ex omnibus ſupradictis, † varias eſſe
ſpecies votorum. Nam aliud eſt tacitum, aliud
expreſſum.vt ſupra.num.4. aliud deliberatum,
& aliud ſubreptitium, ibi.nu.4. Item aliud vo-
luntarium, aliud neceſſarium, ſeu commune.
vt num.19. Rurſum licitum, & illicitum, atque
indifferens.vt nu. 11. & 17. Et hæc quoad pri-
mum. Sed modo deueniamus ad aliquas de-
ciſiones, quarum hæc ſit prima. Monachus
30 † ſine licentia Abbatis ſui, votum emittere
non debet.cap.monacho. 20. q. 4. Et ratio eſt:
quia renunciauit voluntati propriæ.12. q. 1. c.
non dicatis, & ſuam voluntatem in alium con
tulit, verum ſi votum eſſet de rebus Monacho
licitis, vt ſi vouerit dicere vnum Pſalterium,
vel aliquam aliam orationem, vbi nihil mali
poteſt contingere, tale votum tenetur ſeruare.
ſecun-



ſecundum Inn.& Hoſt in d.cap. ſcripturæ. Ar-
chid.in cap.admonere.nu. 4. 33. q. 2. Henrich.
Boich.in d.c.ſcripturæ.nu.3.& ita intelligi po-
teſt tex.in d.c.Monacho. in verbo frangẽdum,
ex quo textu hr̃, ꝙ Monacho non licet vo tum
emittere, quod ſi voueret, frangendũ erit: vbi
nota, quod ſi erat frangendum, ergo tenuit:
quia id, quod nullum eſt, frangi non poteſt.
Ad hoc de deſponſ. impub. cap. ad diſſoluen-
dum. extra de reſcrip.cap. fin. Sed non eſt ſer-
uandum citra autoritatem ſuperioris, vt dicit
Archid.in d. cap. Monacho. Verum ſi obſer-
uatio voti poſſet præbere materiam vagan-
di, vel ſcandalizandi fratres, vel minuendi
debitum obſequium, tunc tale votum nullum
prorſus eſt.d.cap.Monacho, in verbo frangen-
dum. Quod quidem verbum poteſt exponi
de facto, ſicut patet aliàs extr. de rebus eccle.
non alien.cap. ſi quis presbyterorum. diſt. 27.
cap.presbyteris. Exemplum, ſi quis emiſerit vo
tum peregrinationis, vel abſtinentiæ, cuius
obſeruatio in primo caſu occaſio vagandi eſ-
ſet.20.quæſtio.3.cap.2.& 3. & in ſecundo ſcan-
dalum, cum debeat ſe fratribus aſſimilare.arg.
41.diſt.cap.quiſquis.& c.fi. At ſi votum voue-
rit ingrediendi arctiorem Religionem, tunc
tale votum validum eſt licentia petita, licet
non obtenta.cap.licet. de Regul. Quod ſi vo-
uerit antequam monaſterium ingrederetur,
tunc etiam ſine licentia Abbatis ipſum exequi
non debet.arg.35.q.5.cap. noluit, cum omnia
temporalia bona videatur mutaſſe in Reli-
gionis obſeruationem.glo. in c.admonere. 33.
q. 2.per tex.in cap.ſcripturæ. de voto. Si tamen
talis primo votum temporale adimpleret, &
poſtea ad Religionem migraret, tutius vide-
retur:quia tunc vtrumque adimpleret. arg. ex-
tra.eod.cap.per tuas, & melius in c. commiſ-
ſum.de ſponſal.
31 Secunda. Licet voti † obligatio ſemel extin-
cta per irritationem prælati nunquam reuiui-
ſcat, ita vt votum prælato mortuo ſit adim-
plendum, vt nos diximus lib. 2. in prima par.c.
27.nu.5.tamen ſecus eſt de vxore, quæ ad præ-
ceptum viri frangit votum abſtinentiæ, ſcili-
cet, ꝙ eo mortuo facta vidua tenetur exequi
votum ſuum. Et idem dico de pœnitente infir-
mo, quòd recuperata ſanitate, tenetur exequi
pœnitentiam.26.q.6.c.ſi quis de corpore.& q.
7.c.1. per regulam illam. Quod ſi quid debet
fieri, & impeditur ne fiat, remoto impedimen-
to faciendum eſt.arg.7.q.1.cap.eos. & 33. q.2.
cap.antiqui. Facit ad hoc 8.diſt. cap quæ con-
tra. vbi Archid. in verb. inſtaurandum, ponit
quæſtionem. Quòd ſi quis iurauit id, quod ſine
peccato poteſt ſeruare, vult tamen contraue-
nire, & agere pœnitentiam de periurio, dubi-
tatur, vtrum poſſit? & dicit quòd non quia ſem
per tenetur illud animplere ſi poteſt ſine pec-
cato:etiam ſi tempus adimplendi præteriit. Sic
filius tenetur adimplere votum, poſtquam ef-
fectus eſt ſui iuris, etiam ſi votum emiſerit tẽ-
pore, quo habebat patrem. Ita Io. de Anan. in
d.cap.ſcripturæ.

Tertia. Vouens ingredi religionem, licèt ſi
cum cauſa exierit, poſt ingreſſum voto ſatiſ-
fecerit, & non peccauerit, vt nos diximus in
32 prima parte.lib.2.c.24 nu. 4. Tamen ſi † poſt
votum tale pęnitens de voto, intraret ea intẽ-
tione, vt ſtatim exiret, non videtur ſatisfacere
voto ſuo:quia ipſe in vouendo hoc nõ inten-
debat, & habebat ex malignitate propoſitum
malignandi. Et in his, quę Domino offeruntur.
Deus magis penſat intẽtionem, quam factum:
quare tenetur ſaltem experiri an ſibi expediat
in Religione manere, non autem tenetur ad
perpetuo manendum.ſecundum D.Thomam,
quem ſequitur Archid in c.ſcimus. nu. 3. 12.q.
1.concordat glo.in c. quod Dei timorem, de
ſtatu monach. & ibi Inno.& Turrecre. 20.q.1.
in ſumma.nu.6.
33 Quarta. Aliquis † promiſit intrare aliquod
monaſterium, licet tale votum ſimplex ſit, &
de futuro, tamen monaſterium poteſt agere
contra talem, vt votum adimpleat; etiam ſi in
genere vouerit hoc, ſcilicet aliquam Religio-
nem ingredi, & non dixit quam: nihilominus
eccleſia poteſt ipſum compellere, vt intret vnã
de approbatis, & hoc quando ſibi fuerit facta
fides in iudicio, quia de occultis iudicare non
habet.cap.erubeſcant.diſt.32. c. conſuluit. 2. q.
4. niſi in foro pœnitentiali. extr. de voto. c. per
tuas & de pœnit.& remiſſ.cap. omnis. ſecun-
dum Hoſt. qui ita not.extr.de cenſi c.ex parte.
Quæ Decretalis etiam facit expreſsè pro eo
quod dictum eſt, quòd licet nulli ſpecialiter
ſit facta promiſsio, ſiue votum, tamen vouens
obligatur, ita vt Monaſterium poſſit agere cõ-
tra vouentem, vt inter Monaſterium. Inno. in
d.c ex parte.
34 Quinta, † licet de natura voti non ſit, quòd
ſolenniter vouens magis obligetur, quàm vo-
uens ſimpliciter.cap.rurſum.qui clerici, vel vo
uent. tamen illud intelligitur quo ad genus
peccati: quia vterque peccat mortaliter, tam
tranſgrediens votum ſimplex; quàm ſolenne.
d.capitu.rurſus. Vbi dicit text. quòd ſimplex
votum apud Deum non minus obligat, quàm
ſolenne, dicit gloſſa 1. ideſt non minori tem-
pore, quia vtrumque in perpetuum obligat Et
vtriuſque fractio eſt mortale peccatum. Sed
non quantum ad grauitatem, nec quantum
35 ad impedimẽtum matrimonij. Vnde † votum
ſolenne, quod duobus modis tantum ſo-

lennizatur, ſcilicet per ſuſceptionem ſacri ordinis, & per profeſſionem ad certam regulam more debito, videlicet in manu illius, qui poteſt recipere hanc profeſſionem. cap. 1. de voto. in 6. ſi præcedit matrimonium, impedit, & dirimit matrimonium ſequens. & c. 1. & 2. qui cler. vel vouen & de cler coniug. cap. ſanè ſacerdotes. & d. cap. 1. At votum ſimplex impedit ne matrimonium cõtrahatur, contractum tamen non dirimit. Hoc eſt poſt votum ſimplex non debet contrahi matrimonium. ſi tamen de facto contrahitur, tenet nec illud dirimitur: quia ſimplex votum ſoluitur ſuperueniente matrimonio. 27. diſt. c. ſi vir. 27. diſt. 1. c. nuptiarum. cap. meminimus. qui cler. vel vouent cum ſimilibus. & cap. conſuluit. An vero talis contrahens poſſit debitum non ſolum reddere, ſed etiam exigere, diximus, quòd ſic, in prima parte. lib. 2. c. 24. nu. 20. Ratio autem, quare matrimonium poſt votum ſolenne ſit nullum, non autem poſt votum ſimplex, eſt, quia ille qui facit votum ſolenne, contrahit matrimonium ſpirituale cum Deo, quod eſt multo dignius, quàm carnale matrimonium. Ait enim Apoſt. ad Corinth. 11. Deſpõdi enim vos vni viro, &c. ſed matrimonium carnale impedit matrimonium aliud contrahi, & illud poſt contractum dirimit, ergo & votum ſolenne, cum per votum dederit poteſtatem alteri ſuper ſeipſum ad continentiæ promiſſæ obſeruationem: qui autem dedit rem alicui ad aliquem vſum, non poteſt eandem rem dare alteri ad vſum contrarium. Si autem quæritur,
36 an † votum ſolenne dirimat matrimonium præcedens? & tunc reſpondeo, quòd dirimit, ſi nõ eſt carnale matrimonium conſummatum. cap. verum. cap ex publico. de conuer. coniug. ſed ſi eſt conſumatum, regulariter nõ dirimit. vt extra de conuerſ. coniug. cap. 1. cap. quidam. cap. cum ſis. cap. vxoratus. ita quòd coniunx conſumato matrimonio non poteſt religionem ingredi, ſiue matrimonium fuerit conſumatum carnali copula violenta, vt quia ſponſa violenter fuerit cognita a viro ſponſo, ſiue non: Nam poſt talem cognitionem violentam ſi ſponſa fuiſſet monaſterium ingreſſa, reddenda eſſet marito, qui iure ſuo vſus eſt. arg. extra. de elect. cap. cum Eccleſia Vulterana. in fine. quia ex quo cognoſcitur, præſumitur conſentire. cap. inſuper. qui matr. accuſ. poſſ. & hoc intellige de ſponſa de præſenti. ita Hoſt. in ſumma. de conuerſ. coniug. §. & vtrum. verſ. quid ſi virgo. Quam opinionem videtur approbare. Archidiac in ſum. 33. q. 5. cum gloſ. ſua vltima. Si verò copula violenta interuenerit poſt ingreſſum Religionis, verbi gratia, ſi ſponſus violenter rapuit ſponſam de præſenti ingreſſam monaſterium, & profiteri volẽtem, quam oppreſſit, quæ poſtea profitetur, tunc ſi ſponſus ipſam repetet, non poteſt illam repetere: quia quæ contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi. ff. qui ſatiſd. cogant. l. quoties. Cum ergo contra ius, & vitioſe oppreſſa fuerit quo ad facientem, habetur pro non facto. Immo comprimens deliquit, & pœnam meretur, quia priuauit illam priuilegio virginitatis & per conſequens aureolæ, & conſecrationis. vt not. 32. q. 5. c. reuera. & c. ille. Item deliquit, quia fuit amator ardentior in vxorem. 32. q. 4. cap. origo. Item ſacrilegus, & excommunicatus, opprimendo Religioſam, licet non profeſſam. cap religioſo. de ſent. excom. lib. 6. Item, quia ius ſibi dicit in re propria, contra illud. 16. q. 6. cap. placuit. C. de iudic. l. nullus. igitur cum deliquerit, eſt propter ſui odium repellendus, aliàs daretur cauſa malignandi contra illud. 10. q. 1. c. legi. de diuor. c. quanto. in fi. Henric. Boich. in c. vxoratus. nu. 4. vſque ad nu. 7. de conuerſ. coniug.

37 Sexta. † Ad ſolennizationem voti neceſſaria ſunt quatuor, ſine quibus non erit votum huiuſmodi ſolenne, quamuis publicè fiat coram omnibus. Primum conſenſus de præſenti ad perpetuam continentiam, vel ad Religionem. Secundum notificatio eiuſdem perſonæ facta coram publica perſona. Tertium. Traductio facta in manu publicæ perſonæ. Quartũ, approbatio, & receptio facta per illam publicam perſonam. Perſona verò publica quo ad hoc dicitur Epiſcopus. 27. q. 1. c. viduitatis, vel eius Vicarius, qui ſupra hoc habet eius manmandatum ſpeciale, vel generale. Item Abbas, vel Abbatiſſa, extrà. qui cler. vel vouent. c. veniens. Item quicunque alius prælatus alicuius Religionis, ad quem hoc ſpectat ſecundum ſui ordinis ſtatuta, vel alius de mandato Abbatis, vt Monachus, extra de donat. c. inter dilectos, vide Innoc. extra de regul. ſuper cap. porre-
38 ctum. Hinc nota, quòd non † poteſt dici votum ſolenne, quando fit de futuro, per ea, quæ notantur in c. rurſum. qui cler. vel vouen. de voto. in 6. c. 1. Vnde dicitur votum ſolenne, quando eſt profeſſionis præſentis, alias cenſetur ſemper ſimplex, licet certo reſpectu votum ſolẽne dici poſſit illud, quod factũ eſt publicè præſentibus Notario, & teſtibus, quamuis ſtrictè nõ: Vnde concludit Innoc. in cap. per tuas, de voto, quòd licet votum ſolẽne certo reſpectu impediret matrimonium contrahendum, non tamen dirimeret contractum: quia nõ eſt ſtrictè ſolenne. Eſt tamen aduertendum, ꝙ licet coniugium tollat votum ſimplex, non tamen hoc facit coniugium ſpirituale, quod eſt notabile, quaſi dicat Innoc. quòd ſi contraxiſſet matri-





monium poſt hoc votum, valuiſſet. de voto. in 6. cap. vnico. Ex quo apparet, quòd matrimonium carnale plus operatur quàm ſpirituale.
39 Sed an votum ex † ſola promiſſione obedientiæ ſolennizetur: dic quòd non ita tenet Inno. & Hoſt. in c. conſuluit. qui cler. vel vou. Pau. & Imo. in Clem. 1. de relig. dom. niſi promittatur obedientia monachalis: quia tunc vr̃ voluntati ſuæ ex toto renunciare, & in manibus ſuperioris ex toto committere. 12. q. 1. cap. non dicatis, ad hoc. quia ſæculares clerici promittunt obedientiam, & tamen non profitentur. de maior. & obed. c. 3. & 4. Item quia obedientia promitti poteſt ſine aliis ſubſtantialibus regulæ, vt patet in fratribus militiæ beatæ Virginis, qui licet promittant obedientiam, vtuntur matrimonio proprio, quorum regula approbata eſt per ſedem Apoſtolicam. ita refert Guil. in d. Clem.

40 Septima. † Etſi votum ſimplex ſicut ſolenne æque obliget apud Deum, tamen duplex aſſignatur ratio apud Doctores adinuentionis huius voti ſolennis; prima eſt, publicæ honeſtatis iuſtitia: valde enim inhoneſtum eſſet, ſi Monachus contraheret matrimoniũ relicto clauſtro. Et idem de eo, qui totaliter alligatus eſt eccleſiæ per ordinis ſacri ſuſceptionem. 84. diſt. c. cum in prætenſo. & cap. ſeq. Quod adeò verum eſt, ꝙ Monachus poſt votum ſolenne per ingreſſum Religionis ipſo facto ſi contrahere præſumpſerit matrimonium, ſententiam excommunicationis incurrit. per cap. eos, qui. de conſang. & affin. in clem. Secunda eſt, quia per votum ſolenne transfert vouens poteſtatem, & dominium ſui corporis in alium, vt puta Abbatem, per profeſſionem ad hoc. 19. q. 3. c. ſtatuimus, cum ſimilibus. & per ſuſceptionẽ ſacri ordinis. ergo cum nõ ſit dominus ſui corporis: quia iam in alium tranſtulit, non poteſt transferre in mulierem: Hinc fit, quòd votum ſolenne præcedens matrimonium facit vouentes omnino perſonas illegitimas ad contrahendum, & per conſequens quod nullum ſit matrimonium contractum poſt ipſum votum. vt dicit Archid. & Franc. in cap. 1. de voto. in 6.

Octaua. Votum etiam ſolennizatur per tacitam profeſſionem, factam alicui de Religionibus approbatis quantum ad matrimonium dirimendum. d. c. quod votum. de voto. lib. 6.
41 Quæ † quidem tacita profeſſio tunc dicitur fieri, quando conſtat expreſsè, quando conſtitutus in ætate legitima hodie ſecundum Cõc. Trid. ingediens Religionem habuit deliberatum animum relinquendi ſæculum, & euidenter cõſtat eum vitam voluiſſe mutare. vt dicit tex. in c. nõ ſolnm. de reg. in 6. vbi etiam Archi. Hoc autem duobus modis conſtare poteſt. Primus eſt, per propriam confeſſionem ipſius ingreſſi. vt dicit Innoc. in c. conſulti ſumus. de regul. vbi in terminis decidit iſtam quæſtio-
42 nem, dicens, † quòd ſuſceptio habitus nouitiorum cum propoſito relinquendi ſæculum, inducit tacitam profeſſionem, & ſolennizat votum, & impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum, conſtat etiã dicit ipſe, quia quando intrauit, ſic proteſtatus eſt, ſcilicet quòd vult ſæculum relinquere, & mutare vitam, & habitum, & abdicat à ſe proprietatem bonorum ſuorum, & ſimilia. Idem tenet Dom. Anto. in d. c. conſulti. & in c. ſtatutum. in fi. eod. tit. de regul. Vnde narrat de quodam ſuo ſocio, qui ingreſſus fuit Ordinem montis Oliueti, & dum reſpiceret retro Bononiam, dixit, Stes cum Deo munde, amodò tecum nullum volo habere participium, dicit enim per illa verba Dom. Ant. quòd ille ſocius ſuus, qui vocabatur Fr. Nicola. fuit profeſſus tacitè.

43 Nona. † Suſcipientes habitum Religionis eo animo, vt ad ſæculum non redeant, nulla facta ibi profeſſione, tunc ad mitiorem Religionem cogendi ſunt tranſire, ſi auſteritatem religionis, ad quam migraſſe noſcuntur, ſeruare noluerint. ita determinat gloſ. in cap. ſuper eo. de regul. Et ſic patet, quòd tacitè profeſſus obligatur religioni in genere, licet non in ſpecie. & alia gloſſa ſuper verbo, votum, dicit, ex quo renunciauerunt ſæculo generaliter, nondum facta profeſſione alicuius religionis, cogendi ſunt remanere, vel ibi, vel ad mitiorem tranſire, ſi ſponte voluerint. Hoc idem probat tex, in cap. conſulti ſumus. de regul. vbi dicitur, ꝙ ſi is, qui conuertitur, propoſuerit abſolutè vitam mutare, vt ſub habitu Regulari omnipotenti Deo de cætero famuletur, ſubdit text. in reſponſione, quòd debet vt regulariter viuat, ad laxiorem ſaltem regulam pertranſire. Hoc idem probat tex. in cap. ſtatuimus. eod. tit. cum dicit, quòd nouitij in probatione poſiti ad priorem ſtatum redire poſſunt infra annum, niſi euidenter appareat, quòd tales abſolutè voluerunt vitam mutare, & in religione perpetuo Domino ſeruire; Fit etiam tacita profeſſio alio modo, prout nos diximus in prima parte lib. 3. cap. 5. nu. 26.

44 Decima. † Filius adhuc impubes votum emiſit ſe ſeruaturum cõtinentiam, vel ingreſſurum Religionem, cum venerit ad ętatem legitimam, vel cum pater eius obierit, pater habita notitia voti, illud reuocauit, quæritur, nunquid pater poſſit illud irritare contradicendo. Reſp. Hugo, ꝙ ſic: vnde irritato voto, non tenebitur illud filius ſeruare: niſi iterum

voueat, vel iuret: quia obligatio ſemel extincta
non reuiuiſcit. Nec pater, vel tutor peccat in
reuocando: quia hoc ſibi conceditur iure, & à
Deo. Inno. in c. ſcripturę. de voto, qui etiam di-
cit, ꝙ ſi impubes doli capax fecerit votum ab-
ſtinentiæ, vel peregrinationis, vel aliud, debet
complere, poſtquam paternam exiuerit pote-
ſtatem, quia potuit ſe obligare Deo, ſicut, &
diabolo. c. 1. de delict. puer. Cum huiuſmodi ta
men eſt facile diſpenſandum, cum ſint inex-
perti. c. venientis. extra de voto. An vero pater
conſentire dicatur voto emiſſo per filium, ſi
ſcit, & non contradicit? dic quòd ſic: dicitur
enim conſentire tacitè. cap. 1. 31. q. 3.

Vndecima. Quamuis vir poſſit irritare vo-
tum vxoris ante matrimonium emiſſum, ta-
men ſi ante matrimonium contractum obli-
45 gauit ſe † mulier alicui homini, non poſſet
poſt cõtractum matrimonium vir eius deobli
gari ab illa obligatione. Idem credit Rod. ſi
poſt contractum matrimoniũ iuraret aliquid
alicui, quod ipſa poſſet contradicente viro fa-
cere; quia vir non poſſet tale iuramentum irri-
tare. not. in d. c. manifeſtum. Et in ſumma, vir,
illa ſola vota vxoris poteſt reuocare, quæ ipſa
ſine ſcandalo viri implere non poteſt, vt de
ieiunando, ad matutinas ſurgendo, & in ca-
miſia de nocte iacendo, alia autem non poteſt
reuocare, nec vxor tenetur eius reuocationi
obedire, vt ſi voueret quòd aliquid de proprio
daret, ſi paraphernalia haberet, vel ſi voueret
aliquot Pater noſter, vel Pſalmos ſingulis die-
bus dicere. ita Ioan. Anan. in d. cap. ſcripturæ.
numero 10.

Duodecima. Votum adimplere impeditus,
46 † non peccat. d. c. noluit. Nec etiam peccat il-
le, qui vetat, vt maritus vxori, vel pater filiæ,
vel Dominus ſeruo, Abbas religioſo: quia qui
vtitur iure ſuo, nemini facit iniuriam. l. iniuria-
rum. ff. de iniur. c. cum eccleſia Vulterana de
elect. Ius ergo dat ſibi poteſtatem, vt poſſit
inhibere, ergo non peccat prohibendo. Sicut
nec illi peccant, qui propter poteſtatem non
obſeruant: quia faciunt lege permittente. l.
Gracchus. C. de adult. c. noluit. 33. q. 5.

47 Tertiadecima. Votum † irritatur non ſolum
ſuperioris autoritate, ſed etiam ex defectu cõ-
ditionis generalis, vel ſpecialis in voto appo-
ſitæ, vel ſubintellectæ. Exemplum, de generali,
vt voueo ire ad S. Iacobum ſi vixero. Vel ſi po
tero, aut ſi Deo placuerit, faciã hoc, vel aliud:
hæ ſunt conditiones generales, quæ in quoli-
bet actu intelliguntur. 16. q. 1. c. in parochia.
c. non eſt. de voto. 22. q. 2. c. Beatus Paulus. &
de multis huiuſmodi conditionibus habetur
per tex. in cap quemadmodum. de iureiur. Itẽ
ſi ſit conditio ſpecialis. Vt ſi filius meus libe-
rabitur, offero pallium tali eccleſiæ, ibo ad S.
Iacobum. Hæ ſunt ſpeciales, quæ non ſubin-
telliguntur niſi exprimantur. ff. de verb. oblig.
l. vbi autem. & l ſi repetendi. C. de condict. ob
cauſ. vnde dicit glo. quòd ex defectu harum
conditionum mutatur votum: quia non arcta-
tur quis ad votum adimplendum, niſi tales cõ-
ditiones extiterint: ideo ſi filius non liberabi-
tur, non tenetur adimplere. 32. quæſt. 2. cap. ſi.
& de reſtit. ſpol. cap. olim. de condit. appoſit.
cap. verum.

48 Quadrageſima. Qui † ita vouit, ſi filius meus
liberabitur, dabo eccleſiæ calicem, filio libe-
rato poteſt Rector eccleſiæ agere ad petendũ
calicem, quem offerendum vouet, cum tale
votum computetur inter vota licita. arg. tex.
in c. ex parte. de cenſibus. & de ſeru. non ord.
cap. eo libentius. Et ita communis eſt ſenten-
tia Theologorũ: Licet honeſtius ſit, ſecundum
Innoc. vt liberaliter Deo offeratur calix, & po
ſtea pro ſanitate, vel quouis alio modo preci-
bus ſupplicetur. 1. q. 1. cap. iudices. & q. 2. cap.
quam pio. Et non obſtat, quòd dicit Innocen.
quòd tale votum ſit ab initio illicitum, cum
vouens intendat à Deo aliquo facto emere
ſanitatem, quod ſimoniacum eſt. 1. q. 1. cap. qui
ſtudet. Nam reſpondetur: quod ſecundum hoc
inter Deum, & hominem nulla pactio inter-
cedit, ſine qua expreſſa non intercedit ſimo-
nia. 1. q. 2. cap. quam pio. Et ſi de mentali aga-
tur, vix eſt homo, qui pro Deo aliquid faciat,
quin ab eo ſperet habere aliquam remunera-
tionem, præterquam quod ipſe Deus promit-
tit ſecundum opera ſe facturum. extra de ſum.
trin. c. 1. §. vlti. Tum etiam, quia cum Deo non
committitur ſimonia. ita no. 82. diſt. c. presby-
ter, in fi. gloſſæ. Et hanc opinionem tenet Ar-
chid. in c. ſcimus. 12. q. 1.

49 Decimaquinta. † Votum non petendi di-
ſpenſationem à Summo Pontifice non valet.
ita Rich. in 4. Sent. diſtin. 18. Felin. in conſi. 26.
numero 10.

50 Decimaſexta. Qui † vouet viſitare ſepul-
chrum, ipſo adimplere valente, tenetur per
ſeipſum, & non per alium exequi ſuum votum.
cap. magnæ. §. 1. verſ. cum vox clamet prophe-
tica. de voto. Quod intellige, ſiue votum ſit
perſonale, vt quia vouit illud viſitare cauſa
deuotionis, ſiue ſit reale, vt quia vouit ire pro-
pter ſubſidium; quia in vtroque caſu tenetur
adimplere per ſe, licet admitti poſſit compen-
ſatio. d. c. magnæ.

51 Decimaſeptima. † Votum quis emiſit viſi-
tare ſepulchrum, quod quidem duplici reſpe-
ctu viſitari poteſt, vno modo cauſa deuotio-
nis, & vt videat illam terram, & alio modo
cã dandi ſubſidiũ. Primo caſu eſt deobligatus
à voto



à voto, ſi impeditus eſſet iuſto, & perpetuo
impedimento, ita vt nullo modo, poſſit adim-
plere, per ſe, cum in omni voto perſonali ſub-
intelligatur conditio illa, ſi potero. Et hoc eſt
verum ſecundum Hoſtien. quando impedimẽ-
tum poſt votum ſuperueniret: Nam ſi tempo-
re, quo votum emiſit, impeditus erat, videtur
vouere vt redimat, alias cenſeri debet irriſo-
rium. arg. d. cap. magnæ. & cap. quod ſuper his.
§. rurſum, & ſic nota, quòd impoſſibilitas non
liberat, eſt tamen cauſa commutationis. tex. in
d. cap. quod ſuper his. Idem ſi moritur, libera-
tus eſt à voto: quia dictum votum extingui-
tur cum perſona, & ideo hæres non tenetur
adimplere, ſed ſi temporali impedimento eſ-
ſet detentus, tunc taliter impedito datur dila-
tio. dict. cap. quod ſuper his. §. vnde credimus,
quod etiam exemplificari poteſt in illo, qui
vouit quòd cras ſumet religionem, & aliquo
caſu impeditus non intrat, nam poſtea tene-
tur intrare; & ratio eſt: propter duo in voto
ipſa implicita. Vnum, vt intret, aliud, vt cras.
Vnde dies præfixus non fuit appoſitus ad fi-
niendam, ſed ad dilatandam obligationem,
quare non finitur per lapſum ipſius. arg. tex. in
l. Celſus. de arbitr. extra, de dolo, & contu c. cũ
dilecti. Sic ſi votum ſit de aliqua re, verbi gra-
tia. Promiſſa ſunt aliqua, habendo mentem, &
oculum ad certam rem, vt fructus qui colli-
guntur ex tali fundo centum corbes, tunc ſi
fructus non colligerentur illo anno, liberatur
promittens, & expectatur tempus, quo colli-
guntur, quod non eſſet, ſi ſimpliciter centum
voto promiſiſſet: quia ſemper remanet obliga-
tus. quia genus perire non poteſt. ita Do. Ant.
in d. c. quod ſuper his.

52 Decimaoctaua. Quis † vouit viſitare ſepul-
chrum, iuit ille ad illud viſitandum cauſa deuo
tionis ad perficiendum votum, mortuus eſt in
itinere, excuſatus eſt à voto, nec hæres tene-
tur. Sed quid ſi ille, qui vouit, iuit, & infirmatur
in itinere, dic ꝙ excuſatur a voto: niſi tẽpore
voti eſſet impeditus: quia tunc dicitur velle
adimplere per alium. ſecundem Hoſt. quem ſe-
quitur Io. de Ana. nu. 16. de voto.

53 Decimanona. Qui † vouit viſitare ſepul-
chrum cauſa dandi ſubſidium, & tunc eo non
valente ob aliquod impedimentum illud viſi-
tare, debet per alios explere, & ſi moriendo
non mandaret expleri, poſſent hæredes com-
pelli. d. cap. licet. vel vt adimpleant votum pa-
tris & expenſas & ſubſidium, quod pater, vel
teſtator facturus erat, ipſi faciant: cum ex vo-
to nudo obligatio naſcatur. ff. de pollicit. l. 2. in
prin. Et nuda promiſſio facta ciuitati, obligat.
ff. de pollicit. l. pactum, multo fortius facta
Deo, vel in ſubſidium terræ ſanctæ: quia Deus
inter ſimplicem loquelam, & iuramentum
nullam facit differentiam. cap. iuramenti. 22.
quæſt. 5. arg. tex. in cap. 1. & 3. de pact. Dom. An
to. & Henric. in d. cap. licet, de voto. & ex his
etiam infertur, quòd obligatus ad factum,
quod poſtea fit impoſſibile, tenetur ad inte-
reſſe: Nam ſi quis eſſet obligatus ſcribere li-
brum, licet poſtea fiat cæcus, vel amittat ma-
nus, non tamen eſt liberatus, immo ſuccedit
obligatio ad intereſſe. ita probatur per tex. in
c. quod ſuper his. & ibi Ioan. de Anan. extra,
de voto.

54 Vigeſima. † Votum, quis emiſit viſitare ſe-
pulchrum, & ibi aliquid dare. Huiuſmodi
votum potius dicitur factum in ſubſidium ter-
ræ ſanctæ: quam cauſa deuotionis: cum ex tali-
bus oblationibus viuant illi fratres, qui mo-
rantur ibi: Nam non haberent aliquid vnde
viuerent, niſi ex illis eleemoſinis. Ita Ioan. de
Anan. in d. c. licet.

55 Vigeſimaprima. † Emiſit quis votum de car
nibus non edendis, infirmatur, ita vt medici di
cant ipſum in magno periculo eſſe, niſi veſca-
tur carnibus, & non aliter euadere poſſe: de
præcepto ſuperioris poteſt carnes comedere:
quia caſus eſt neceſſitatis, & in huiuſmodi vo-
to tacita ineſt conditio, niſi neceſſitas cogeret
vel præceptum maioris adeſſet, & ad hoc fa-
cit expreſſe quod notat Rayn. in Sum. de votis.
§. ſequitur videre. Archi. in cap non ſolum. nu.
2. 32. q. 8. Immo dicit Turrecrem. in d. cap. non
ſolum, quod credit etiam ſine præcepto maio-
ris, ſi à medicis certificaretur quod aliter non
poſſent mortem euadere. Pariter Ioan. And.
in cap. fi. extra. de obſeru. ieiun. putat quòd vo-
uens non comedere carnes ſexta feria, poteſt
illas comedere ſi in illa feria feſtum Natiuita-
tis Domini occurrerit: quia votum debet in-
telligi de eſu non licito. cap petitio. de iureiur.
& cap. ad noſtram de verb. ſignif. cap. ſuper
quibuſdam. Si vero illum caſum in voto inclu
dere intendiſſet, vt ſi vouiſſet nunquam come
dere carnes, vel non comedere etiam die alias
permiſſo, ſecus eſſet: Sed tu tene contra, vt vi-
detur expreſſum ibi, in d. cap. fin. nec voto, &
ibi gloſ. vlti. Et non obſtat quòd dicit Ioan.
Andr. quod votum debet intelligi de eſu non
licito: quia reſpondit, quod iſti vouenti eſus
illa die dicitur non licitus, etiam ſi illa die
feſtum Natiuitatis occurrat. Ita Zabar. in d.
cap fin. in fi.

## *SVMMARIVM.*

1 *Feſtum quid, & quotuplex.*
2 *Dies omnes poſſent dici dominici, ſed*

*propter excellentiam dies dominica dicitur quæ in multis eſt priuilegiata.*

3 *Feſtiuitates ſanctorum, quòd agantur in terris, multiplici de cauſa fuit inſtitutum.*

4 *Feſtum, & feria vnde dicantur.*

5 *Feriæ in temporaneas, repentinas, atque ſolennes diſtinguntur.*

6 *Opus ſeruile triplex.*

7 *Dies diuerſimodè computatur.*

8 *Diebus feriatis an liceat aliquid facere.*

9 *Mercari, & multa alia facere diebus feſtis non licet.*

10 *Citatio in feſtum an valeat.*

11 *Iuramentum in diebus feſtis dari non debet, nec genuflexo fieri.*

12 *Iuſtitiæ executio in diebus feſtis fieri nō debet, niſi in duobus caſibus.*

13 *Mercatus diebus feſtis adire an ſit peccatum mortale.*

14 *Teſtis non poteſt diebus feſtis iurare, ſed benè deponere.*

15 *Matrimonij contractus poteſt fieri dieb. feſtis, vel copula carnalis, vel ſolennitates, non.*

16 *Nuptialis ſolennitas quare in quibuſdā diebus feriatis ſit prohibita, redditur ratio.*

17 *A coitu coniugali abſtinendum eſt in diebus ſolennibus.*

18 *Debitum petere, vel reddere, quod peccatum in his diebus.*

19 *Ludicra in diebus feſtis ſunt omnino extirpanda.*

20 *Vacandum eſt diebus feſtis circa quinque.*

21 *Excommunicatio die feſto an fieri poſsit ſine peccato, & nu. ſeq.*

23 *Operationes multæ ſunt licitæ die feſto.*

24 *Feſti ob excellentiam detrahitur abſtinentiæ, & macerationi carnis.*

25 *Feſtiuitates Epiſcopus cum populo, & clero præcipere poteſt.*

26 *Canonizatio ſanctorum nō Epiſcopo, ſed tantum ſummo Pontifici reſeruatur.*

27 *Canonizare ſanctum quinque rationibus ad ſolum Papam pertinet.*

28 *Preces porrigere alicui defuncto, quem ſanctum quis credit, an liceat.*

29 *Canonizatio ſanctorum multa requirit.*

30 *Miraculum vt ſit, quatuor requiruntur, aliàs niſi illa concurrant, non eſt miraculum.*

31 *Ferijs ob neceſsitates hominum inductis poteſt per partes renunciari, vnde eis inuitis iudex non poteſt procedere.*

32 *Iudex an cogatur in cauſis, de quibus in Clemen. ſæpè. procedere tempore feriarum.*

33 *Bellandum non eſt in aliquibus diebus.*

## De diebus feſtis. Cap. XIII.

QVia non tantum in diebus dominicis abſtinendum eſt ab operibus ſeruilibus, & Deo vacādum iuxta tex. in c. ieiunia. de cōſecr. diſt. 3. ſed etiam in aliquibus feſtis, quæ per eccleſiam indicuntur: ideo ad maiorem inſtructionem interſerendus eſt titulus de diebus feſtis. Quare adnotandum eſt ad
1 eius intelligentiam, quòd † feſtum eſt dies ob reuerentiam Dei, vel alicuius Sancti ad celebrandum hominibus inſtituta. Et eſt triplex feſtum, ſcilicet, Summum, Medium, & Simplex. Summa feſta, quę & ſolennia dicuntur, ſecundum aliquos ſunt quatuor, ſcilicet feſtum Natiuitatis Chriſti, feſtum Paſchæ, feſtum Pentecoſtes, & feſtum Aſſumptionis B. Virginis, de quibus tex. expreſſus in cap. alma mater. de ſenten. excommuni. lib. 6. Alij dicunt, quod ſunt ſeptem, & addunt illi hæc tria, ſcilicet feſtum patroni, qui ciuitatem conuertit ad fidem, feſtum Sanctiſsimi Sacramenti, de quo pleniſsimè in Clemen. ſi Dominum, de reliqu. & vener. ſanct. & feſtum omnium Sanctorum. Feſta media ſunt alia feſta Beatæ Virginis, vt feſtum Annunciationis, Natiuitatis, &c. & feſta Apoſtolorum. Et nota quòd feſta Virginis glorioſæ, ſunt principaliter quatuor, Annunciatio in Vere, Aſſumptio in Æſtate, Natiuitas in Autumno, & Purificatio in Hieme, quæ ſunt ad modum lapidum precioſorum, & coronæ in anni circulo collocata. Feſta ſimplicia ſunt ſicut Confeſſorum, Virginum, & Martirum. Feſtum autem dicitur à feria, quaſi feriatum, ſic ſumitur. de conſecr. diſt. 3. cap. 1. in princ. extra. de fer. cap. conqueſtus. Vel dicũtur dies feſti, ideſt ocioſi, & religionis, quaſi in eis ſola res diuina agenda ſit. facit tex. in c. ieiunia. de conſecr. diſt. 3.

2 Secundo ſciendum eſt, quod † licet omnes dies dici poſſint Dominici, cum omnes a Deo facti ſint; ſcilicet quo ad cauſam efficientem, ipſe enim dixit Geneſ. 1. Fiat lux, & facta eſt lux, tamen ob quaſdam prærogatiuas, inter omnes dies hebdomadæ hæc dies Dominica dicitur dies Domini, eſtque veneranda, cum dicatur præ aliis diebus quandam habere excellentiam, quæ in multis videri poteſt, & per iura corroborari: nam per ea, quæ diximus in noſtris Deciſionibus. lib. 2. c. 34. nu. 4. illa die conſecrantur Epiſcopi. c. quod die. 73. diſt. vbi inquit Archid. ibi, quòd Epiſcopi debent conſecrari die Dominico, more Apoſtolorum, qui de mandato Domini impoſuerunt manus Paulo, & Barnabę die Dominica, & dicit inſignia, quæ fecit Dominns in illa die, quia eodem die Dominus reſurrexit, & reſurgendo cęlos aperuit, detentos diu in inferno ad paradiſum euexit paracletum miſit, fabricam mundi incępit, ſed non incarnatus. Item minores ordines in diebus Dominicis, & in aliis feſtiuitatibus pręcipuis conferuntur. de temp. ordin. c. 1. & c. de eo. Hoſt. c. 2. nu. 2. de feriis.

Item die Dominico Epiſcopus non debet abeſſe ab Eccleſia ſua, ſed ibi decet diuinis officijs intereſſe, & in ea ſacerdotali more præcipitur reſidere. c. Epiſcopus. de conſecr. diſtin. 3. niſi infirmitate, vel alia cauſa fuerit impeditus, quia infirmitas in multis caſibus excuſat. 7. q. 1. c. nihil. 5. q. 3. c. ſi ægrotans. 91. diſtin. c. clericus. Sed nota, quod per diem Dominicum. Archid. in d. cap. Epiſcopus, intelligit omnes dies ſummè feſtiuos.

Item die Dominico nullus Epiſcopus, vel infra cauſas audire præſumit. 15. quæſtio. 4. per totum.

Item die Dominica ab omnibus miſſa vſque ad finem eſt audienda. de conſecra. diſt. 1. cap. miſſas.

Item die Dominico non eſt ieiunandum. de conſecr. diſt. 3. c. ieiunium. c. conſilium. de obſeru. ieiun. Sic die Dominico Euchariſtia infirmis miniſtranda, debet conſecrari die Dominico, quia illa dies, eſt dies Domini, propter excellentiam; tamen ob neceſsitatem poterit conſecrari alijs diebus ferialibus: quia neceſſitas non ſubiacet legi. cap. quanto. de conſuet. Ad vnum tamen aduerte, quod Antichriſtus diem Dominicum, & diem Sabbati faciet cuſtodire, vt per hoc ad ſe Chriſtianos, & Iudæos cautius attrahere poſsit. vt habetur in c. peruenit. de conſecr. diſt. 3. Quod optimè facit contra vetulas multarum regionum, quæ in Sabbato, aut prorſus abſtinent ab operibus ſeruilibus, aut à certis, aut à nendo, vel ſuendo Tales enim in hoc Iudaizare videtur, vt dicit d. c. peruenit. quòd diligenter memoriæ commendabis. Item hic ſolus dies, niſi aliud feſtum incidat in hebdomada, eſt venerandus ob reuerentiam Domini. Quare hac ratione dies Dominicus, qui vocabatur dies Solis. C. de fer. l. omnes. ritè à veteribus mutatus eſt in diem Dominicum, vt ibi per Hoſt.

Tertio ſciendũ eſt, quod multiplici de cau-
3 ſa † inſtitutum fuit, vt feſtiuitates Sanctorum in terris agamus, & prima eſt: nam cum ſanctis honorem impendimus, Deum in ſanctis honoramus, & ipſum in eis prædicamus: quia qui ſanctis honorē tribuit, illum ſpecialiter honorat, qui eos ſanctificauit. Secunda eſt, propter auxilium noſtræ infirmitatis: quia enim per nos ſalutem habere non poſſumus, ideo ſanctorum interceſsionibus indigemus, à quib. vt adiuuari mereamur, merito ipſos honorare debemus; legitur enim 3. Reg. 1. quòd Berſabeæ, quæ interpretatur puteus ſocietatis, ideſt eccleſia triumphans, filio ſuo, ideſt eccleſiæ militanti, regnum ſuis precibus obtinuit. Tertia eſt, propter augmentum noſtræ ſecuritatis, & ad ſpei noſtræ ſubleuationem, vt per ſanctorũ gloriam, quæ nobis in eadem feſtiuitate proponitur, noſtra ſpes, & ſecuritas augeatur, ſi enim homines mortales nobis ſimiles potuerunt ita per ſua merita ſublimari, conſtat, & nos ſimiliter poſſe, cũ manus Domini breuiata non ſit. Quarta eſt, propter exemplũ noſtræ imitationis: cum enim eorum feſtiuitates recenſentur ad eorum imitationē prouocamur, vt. ſ. eorum exemplo terrena contemnamus, & cœleſtia deſideremus. Quinta eſt, propter debitum mutuæ viciſsitudinis: Sancti enim de nobis in cœlo feſtum faciunt: quia gaudium eſt Angelis Dei, & animabus ſāctis, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente; vt igitur eis viciſsitudinem rependamus, iuſtum eſt, vt quia ipſi de nobis feſtum agunt in cœlis, & nos de ipſis feſtum agamus in terris. Hæc Gulielmus Antiſiodorenſis Epiſcopus in ſumma ſua de officio.

Quarto, cum feſtum dicatur à feria, ideo
4 ſciendum eſt, quòd apud Latinos dicantur † feriæ, à ferio, ferias, quod eſt ceſſo, ceſſas, quia omni die ceſſandum eſt à malo, vel ſecundum Iſidor. feriæ à fando nuncupatæ ſunt, & quod quolibet die fabatur, hoc eſt loquebatur Deus in principio creationis mundi, vt patet Gen. 1. vel feriæ dicuntur, à fabricando, quia quolibet die aliquid fabricauit Deus, vel dicuntur feriæ quaſi feſtiuæ, vnde Papias, feriati dies ſunt, in quibus res diuina fit: & ſic feriæ dicuntur, quaſi feſtiui dies.

5 Quinto notandum eſt,ꝙ † feriarum quædā
ſunt temporaneæ,quædam repētinæ, & quædā
ſolennes. Temporaneæ ſunt, quæ dantur pro
fructibus colligendis, & ſunt duorum men-
ſium, & gratia meſsium, & vindemiarum, &
ſecundum diuerſas regiones citius, aut tardius
indicuntur,aut præconizantur, nam meſſes in
calidis regionibus in feſto S.Ioannis,vel circa,
incidunt:in montanis tardius,ad hoc.C.de fe-
riis l.publicos. & l.omnes dies. ff. eod. l. præſi-
des. & ff. de off. proconſ. l. ſed in aliam.In his
autem non poteſt fieri proceſſus iudicialis,niſi
de conſenſu.extra eod.c.conqueſtus. Repenti-
næ verò feriæ ſunt quas Imperator indicit, vel
propter victoriam, quam habuit, vel quia ei
natus eſt filius, vel huiuſmodi, & dicuntur re-
pentinæ:quia repente, ſiue ſubitò indicuntur,
& nullus præter Principem indicere poteſt.
C.de fer.l.nullo. Feriæ vero ſolennes, ſiue fe-
ſtiuæ,ſunt quædam præcipuè ſolennitates,quæ
indicuntur ad honorem Dei, & ſanctorum
eius, de quibus in c. conqueſtus, extra, de fer.
gloſſa, in verbo, feriarum. in Clem. ſæpe. de
verb. ſignif.

Sextò notandum eſt, quòd conuenienter
traditum eſt inter præcepta diuina præceptū
de obſeruatione alicuius diei, ſcilicet Sabba-
ti,in quo ſpecialiter vacandum eſt Deo, iuxta
S.Thom.ſecunda,ſecundæ.q 122. art. 4. & ab-
ſtinendum ab operibus ſeruilibus, ſecundum
illud Leuit.23.Omne opus ſeruile non facietis
6 in eo,opus † autem ſeruile dicitur, à ſeruitute.
Eſt autem triplex ſeruitus,vna quidem,qua ho
mo ſeruit peccato. ſecundum Io. c. 8. Qui fa-
cit peccatum,ſeruus eſt peccati: & ſecundum
hoc,omne opus peccati dicitur ſeruile. Alia
verò ſeruitus eſt, qua homo ſeruit homini, ſe-
cundum corpus.Tertia autem eſt ſeruitus Dei,
de qua Luc. 1.Seruiamus illi in ſanctitate,& iu
ſtitia,& ſecundum hoc opus ſeruile,poſſet di-
ci opus latriæ,quod pertinet ad Dei ſeruitium
Quibus ſic poſitis,conſtituamus plures Deci-
ſiones, quarum.

Prima:ſecundum diuerſitatem eorum, quæ
7 geruntur,diuerſimodè dies † incipit, & termi-
natur,quia quantum ad officij celebrationem,
de veſpera in veſperam fit computatio. vt in
cap. 2. in princ.extra,de fer. Quantum verò ad
ordinandum,incipit dies à veſpera, & finit in
mane ſequenti.vt 75.diſtin. c. quod à patribus.
Quo ad iudicandum, incipit ab ortu ſolis, &
finitur in occaſu,cum iam iudex pro tribunali
honeſtè ſedere non poteſt. vt extra de offic.
deleg.cap.conſuluit. Quo ad ſoluendum, ſiue
quo ad contractus, dies incipit à medietate
noctis præcedentis,& finitur in medietate no
ctis ſequentis.vt in dicta Decreta. conſuluit.&
ff.eo.tit.l.more Romano. Quo ad træugas ob-
ſeruandas,dies incipit ab ortu ſolis, & finitur
in occaſu. vt extra de treug.& pace. capitu. 1.
Quo ad eſum carnium,incipit poſt cœnam.c.
de eſu.de conſecr.diſt. 3.glo in cap. 2. de fer.li-
cet gloſſa tenuerit contrarium in c. 1. de con-
ſecr.diſtin. 3.

Secunda,licèt diebus feſtis abſtinendum ſit
ab operibus ſeruilibus, tamen quædam ſunt
8 officia, † quæ humana neceſſitas feſtiuis die-
bus exigit exerceri, vt officium coquendi ſcri-
bendi. & præparandi cibaria, & hac neceſſi-
tate excusātur coqui,laniones,ſcriptores.Præ-
terea ſi magna neceſsitas ita efflagitauerit,
nullum ſeruile opus eſt, quòd in feſtiuis die-
bus non liceat exercere, omnia autem ſpiri-
tualia ſine neceſsitate licet facere in diebus fe
ſtis,vt eſt,lectiones doctrinæ ſcholaribus lege
re & in libris ſtudere,& prædicare.arg. c.irre-
ligioſa.de conſecr.diſt. 3. Archid.in c.peruenit.
nu. 3.& in c.ieiunia.de conſecr.diſt. 3.

Tertia, cum vt ſupra diximus debeamus
abſtinere ab omni ſeruili opere. Hinc fit,vt à
mechanicis agriculturis, & ab aliis ſæcularib.
9 negotijs, † ſcilicet mercaturis, iuditijs, ſacra-
mentis,abſtinere debeamus.cap. 1. de ferijs.Ve
rum quo ad mercaturas,adeo procedit,vt etiā
contraria conſuetudo non excuſet, cum ſit
praua, non excuſat inquàm à pœna ſpirituali,
licet bene a pœna temporali, vt tradit Abb.
in c.cum venerabilis.de conſuet. nā licet mer-
catura in ſe non ſit peccatum, tamen de facili
in mercatura incurritur peccatum, cum diffi-
cile ſit inter ementes, & vendentes non inter-
uenire peccatum.c.qualitas.de pęnit.diſt. 5. vn-
de propter propinquitatem ad peccatū, pro-
hibetur ſaltem his temporibus. Simile in c. etſi
Chriſtus.de iureiur. Item abſtrahuntur homi-
nes à contemplatione, & veneratione Crea-
toris, cui debent inſiſtere his diebus, ex cauſa
tamen poſſet mercatus concedi his diebus.
arg.tex.in cap.licet.& cap.fin.extr.de fer.Pari-
ter nec diebus feſtruis licer iudicare, vnde nec
ſententia lata, nec iudicialis proceſſus factus
in feſtis ob Dei reuerentiam ſeruandis, etiam
ſi partes conſentiant,tenent:niſi neceſsitas co-
gat, vt ſi res eſſet tempore peritura. vel pietas
ſuadeat, vt ſi ſit cauſa debilium, vel miſerabi-
lium perſonarum, & hoc in diebus expreſsis,
extra eod. cap. conqueſtus; Illis autem feriis,
quæ gratia meſsium, aut vindemiarum ſunt
introductæ poſſunt partes renunciare, & tunc
Iudicials proceſſus, aut ſententia valet, non
autem vt ſupra diximus, feriis ſolennibus in-
troductis in fauorem Dei. cap. ſi diligenti. de
foro competen. l. ſi vnus ff. de pact. adeò, quòd
etiam compromittendo in aliquem, tanquam
in



in arbitrum, non poſſunt renunciare: nam
arbiter procedit ad inſtar Iudicis, & tenetur
ſeruare ferias ſolennes. l omnes. C. eodem.
quod ſecùs eſt in arbitratore, cum ſit quidam
amicabilis compoſitor, & mediator pacis. c. 1.
ext. eod. & l. fin. C. eod. Rurſum, nec ferijs repē
tinis partes poſſunt renunciare, cum non ſint
introductæ in earum fauorem. d. l. omnes dies,
prope finem. Abb. in d. c. conqueſtus. eo tit. nu.
10. & 11.
10 Quarta: citatio facta in die † feriata, vel ad
diem feriatam per Papam, vel autoritate Pa-
pæ, & ex certa ſciētia ipſius, qui ſuper hoc cor
rigi non poteſt. vt 9. q. 3. c. aliorum. impugna-
ri non poteſt. & ita poteſt intelligi. c. cum dile
cti. de dolo. & contum. & de accuſat. c. veniēs.
in prin. Sed citatio facta per alium iudicem in
feriorem, ſeu autoritate alterius iudicis infe-
rioris, ſi ſit ad reſpondendum, & procedendū
in die feriata, valet, ſi in citatione, exprimatur
talis caſus, qui poſſit tractari, & ſuper quo poſ
ſet procedi tempore feriato, ſicut ſunt cauſæ
alimentorum pupillorum, vel miſerabilium
perſonarum, quæ his diebus tractari poſſunt:
quia in operibus miſericordiæ diſtinctio die-
rum non eſt habenda. 76. diſtinct. cap. vtinam.
& de confecr. diſt. 5. cap. nunquam. & cum pro
ceſſus in illa cauſa valet, per conſequens, & ci-
tatio, quæ eſt de proceſſu. vt extr. de probat c.
quoniam contra falſam Archid. in cap. placi-
ta. 15. q. 4. at ſi in citatione non exprimitur ta-
lis caſus qui poſſit tractari die feriato, tunc ſe
cundum com. talis citatio non tenet per l. dies
feſtos. C. eod. vbi habetur, quòd ſilere debet
horrida vox præconis. Ita concludit Abbas
contra Ioan. And. in cap. conqueſtus. num. 20.
ext. eod. vbi dicit, quòd in citatione eſt triplex
actus. ſ. præceptum de citando. Secundus, exe-
cutio præcepti. ſ. actus citationis; Tertius eſt,
proceſſus, qui fit vigore citationis. Vnde nullus
actus iſtorum trium poteſt fieri die feriato. Fa
cit tex. in cap. 1. eod. titu. At citatio facta in diē
feriatam, quæ non eſſet in honorem Dei, ſed
in fauorem hominum, ſi caderet in diem non
feriatam, teneret. Ita Zabar. in Clem. 1. quæſt.
3. de iudic. Rurſum, nec citatio valet, ſi fit die
non feriata pro die feriata. i vt compareat ta-
li die feſto; nam talis citatio nō valet, & ideò
alia eſt neceſſaria; Et ratio eſt: quia vbi cita-
tio fit ad diem feriatam, eſt temeraria, & con
tra ius, & ideo non debet aliquo modo affice
re citatum. cap. bonæ. el 2. de elect. & quæ con-
tra ius fiunt, pro infectis ſunt habenda. l. non
dubium. C. de legib. reg. quæ cōtra ius. de reg.
iur. in 6. Et ideò cauti ſint iudices circa formā
citationis, vt quando diem aſsignent ad com-
parendum, ſic dicant. Talem diem tibi aſsigna
mus, & ſi forſan tunc dies feriatus occurrat,
aſsignamus tibi diem non feriatum proximè
ſubſequentem, & hoc quia poſſet eſſe, quòd
apud ſe non eſſet feriatus dies, ſed apud citatū
ſic. ita Hoſt. in c. conqueſtus. nu. 4. de fer.
Quinta, in diebus feſtis debent homines
11 † abſtinere à ſacramentis, niſi cauſa faciendæ
pacis, vel pro fide, pro obedientia, pro fama.
extr. de elect. cap. ſignificaſti. Item abſtinere
debent à genuflexione in diebus feſtis. 30. diſt.
cap. fin. 76 diſt. cap. ſcire. cum tales dies depu-
tentur altiſsimo, cui orandum eſt cum facie
ſurſum, & non deorſum. Fallit tamen in multis
caſibus: quorum Primus eſt, vt non liceat in pu
blico genuflectere, ſecùs autem in ſecreto. Ar-
chid. in d. cap. fin. ext. eod. cap. quoniam. Secun
dus eſt in eleuatione corporis Chriſti. cap. ſa-
nè. extr. de celeb. miſſ. vbi omni die quis debet
genua flectere. Tertius, ex pœnitentia licebit
genua flectere, atque in benedictionibus nu-
bentium, & ſimilibus. Quartus, cum Epiſcopi
conſecratio, vel clericorum ordinatio cele-
bratur, tunc enim conſecrans, & conſecratus,
tantum genua flectere poſſunt, ſecundum qđ
modus conſecrationis requirit. Ita Dom. Ant.
de But. in d. cap. quoniam. Aſtenſ. de fer. lib. 1.
titu. 23.
12 Sexta, ad mortem nullus Iudex † in diebus
feſtis condemnare, vel iuſtitiæ executionem
facere debet, quia his diebus abſtinendum eſt
ob Dei reuerentiam, & ne homines abſtrahā-
tur à contemplatione, ita vt non poſsint per
hoc intendere diuinis Et non obſtat, quòd
condemnare ad mortem ſit licitum, cum ſit
ordinatum ad finem iuſtitiæ: nam dicitur in
hoc Iudex miniſter Dei, & benè meretur Iu-
dex benè iudicando, & condemnando. 23. q. 5.
cap. non eſt crudelis. & cap. qui malos. & cap.
miles. & cap. cum miniſter. Vndè in Pſal. Bea-
tus, qui facit iuſtitiam in omni tempore. Nam
reſpond. quòd iſta non prohibentur, quia in
ſe ſunt mala, ſed ne homines abſtrahantur à
contemplatione, & non poſsint per hoc in-
tendere diuinis, & ſæpe litigando incidant in
peccatum, & deſperationem. Vnde debent
eſſe his diebus quieti. vnde Pſalmus Beatus,
qui facit iuſtitiam in omni tempore, ſubau-
diendum eſt, competenti. argum. de auto. &
vſu Pall. cap. penul. excipit tamen has quæſtio-
nes, latronem publicum, & nocturnum depo-
pulatorem agrorum. de immunit. eccleſi. capi.
inter. in quibus puniendis, ſummi numinis ſpe
ratur venia, & multorum ſalus, & incolumi-
tas procuratur. C. de fer. l. pen. Ita Abbas. in
cap. 1. num. 2. & 6. extra eod. Item excipitur vr-
gens neceſsitas. capitu. licèt. de ferijs. & quo
ad appellationem faciendam. C. eod. l. 1. Item
vbicun-

vbicunque in mora vertitur imminens, & vr-
gens periculum animarum, quæ ſunt omnibus
temporalibus proponendæ. 12. q. 2. cap. præci-
pimus. l. ſancimus. C. de ſacroſan. Eccleſ.

13 Septima ire ad mercatus † qui in Dominica,
ca, vel alijs feſtis maximè præcipuis fiunt, non
eſt peccatum, ſi hoc fit pro neceſſitate: At ſi fit
ex improba cupiditate lucrandi, vt faciũt mer
catores, qui ex improba cupiditate lucrandi
propter frequentandos mercatus, & nundinas,
vix, aut nunquam Eccleſias intrant, mortali-
ter peccant. Mercatus autem, qui fiunt de vi-
ctualibus competentibus ipſis feſtis, non ſunt
illiciti, aut facile prohibendi, dum tamen pro
pter hoc euntes ad tales mercatus non dimit-
tant audire diuina officia. Aſtenſ de fer. lib.
1. tit. 23.

Octaua. teſtium depoſitio die feſto facta,
14 † licèt valeat, cum ſit actus extraiudicialis, &
fieri poſſit in ſecreto, exemplo Danielis, vt
vult gl. in Clem. fi. de offic. deleg. & not. Spec.
tit. de fer. §. 11. verſi. ſed quid ſi tunc. Tamen ſi
iuramentum interpoſuerit teſtis die feſto, non
tenet. Et ita actus depoſitionis trahitur ad a-
ctum iuramenti, & ad eius tempus. l. ſi quan-
do. C. de teſti. & ibi not. & in Authen. de teſti.
§. pen. coll. 7. & de teſtib. c. venerabili. Ex cauſa
tamen neceſſitatis iuramentum factum die fe-
riata, validum eſſet, vt ſi ſunt teſtes valetudina
rij, vel periculum eſſet in mora diuturna. vt in
c. quoniam frequenter, vt lite non conteſt. An
verò poſſit fieri talis depoſitio teſtiũ ſine pec-
cato, dico, quòd non: etiam partibus conſen-
tientibus, & teſtibus, intelligendo, de ferijs,
quibus non poteſt renunciari per partes, tum
quia Notarius malè facit ſcribendo, & exer-
cendo officium ſuum propter lucrum, tum q̃a
debet attendere diuinis, & de facili poteſt in-
cidere in periurium in deponendo falſum: vn-
de mercatus in ſe licitus eſt, & eſt actus extra-
iudicialis, & tamen non licet, vt in d. c. 1. de fer.
ita Abb. ibi. nu. 9.

15 Nona. diebus feriatis † matrimonium ſine
celebri ſolennitate licitè poteſt contrahi, quia
in contrahendo nulla reperitur cauſa prohibi
tionis, cum non fiant conuiuia, nec exercetur
comercium carnale; ſed tantum interuenit cõ
ſenſus de preſenti, in quo nullum reperitur pec
catum, immò eſt Sacramentum, vt in c. debi-
tum. ext. de big. Sic videmus in ſimili, ꝙ ſecun-
dum leges non licet intra tempus luctus mu-
lieri nubere, poteſt tamen ſine pœna aliqua
intra hoc tempus ſponſa effici: quia ceſſat ra-
tio prohibitionis, cum per hoc non fiat ſangui
nis perturbatio, ſeu commixtio. vt l. ſolet. ff. de
his, qui not. infam. ita gl. in c. Cappellanus. ext.
de ferijs. quæ ſentit, quòd matrimonium quo-
cunque tempore contrahi poteſt, ſed ipſa nu-
ptialia, conuiuia, ſeu nuptiales ſolennitates, &
ſolennes traductiones, & carnis commixtio,
prohibetur his diebus feriatis. ita glo. not. quæ
hoc vult. 33. q. 4. c. non oportet. Eſt etiam tex.
in c. nec vxorem. ead. cauſa. & q. vbi ſimplici-
ter dicit, nec vxorem ducere licet, &c. & ſic
ſimpliciter nõ prohibet ſolennitatem, ſed du-
cere ad domum. Ita etiam probatur in c. non
oportet, vbi prohibentur conuiuia hoc tem-
pore. Et per hoc infertur, quòd non ſolũ hæc
prohibitio procedit in virginibus, ſed etiam
in viduis, quæ etiam ſine ſolennitate iuris non
debent coniungi hoc tempore, nec duci ad do
mum. Ita Abbas, poſt multas opiniones affir-
mat. in c. cappellanus. nu. 2. & 4. de ferijs. Quan
quam Hoſt. & alij ſequaces, videantur ſentire,
quòd tam conſenſus, quàm ſolennitas, in die-
bus feriatis, de quibus diximus in prima parte
lib. 2. c. 85. nu. 27. interdicantur. ex eo, quòd ta-
libus diebus eccleſia non interponit autorita-
tem ſuam, nec ſine autoritate eccleſiæ matri-
monium eſt contrahendum, aliàs clandeſtinũ
iudicatur. Sed re vera Hoſt. fuit ſatis auſterus
ad violandum litteras textuales Canonum, &
Decretorum: nam quantum poteſt capi ex tex
tu c. non oportet. cum tribus ſeq. 33. q. 4. & ex
tex. totius tituli de matrimo. contrac. contra in
terdict. eccleſ. & ex c. cappellanus. de fer. Sola
ſponſæ traductio, & celebritas nuptiarum, cõ-
prehenditur prohiberi. Et ita communiter te-
nent Doct. moderni in d. c. cappellanus. Ratio
16 † autem prohibitionis, quare ab Aduentu Do
mini noſtri Ieſu Chriſti, vſque in diem Epipha
niæ, & à feria quarta Cinerum vſque in octa-
uam Paſchatis incluſiuè, ſit prohibita nuptia-
lis ſolennitas, & traductio ſponſæ ad domum
ſponſi, eſt, quia iſtis temporibus occurrunt ſo-
lenniſſimæ feſtiuitates, quia tempore Aduen-
tus occurrit feſtiuitas Natiuitatis Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, cum Circũciſione, & Epipha-
nia. Tempore ſeptuageſimæ occurrit memo-
ria paſſionis mortis, & reſurrectionis D. N. I.
C. quibus ſolennitatibus conſueuerunt fideles
plus quam alijs vacare deuotionis actibus, &
ſpiritualibus exercitijs magis diligenter in-
tendere, & ſumere ſanctam Euchariſtiam. de
conſecra. diſtin. 2. capitu. etſi non frequentius.
& capitu. in cœna Domini. & capitu. omnis.
extra. de pœniten. & remiſſio. per ſolennem
autem nuptiarum celebrationem propter fe-
ſta, quæ ibi quamplurimum indiſcretè fiunt,
& in aliquibus partibus cum maioribus ex-
penſis, quàm ſit dos, & donatio propter
nuptias, euagationes, & diſſolutiones quam-
plurimum exercentur, & reſoluuntur quaſi
omnino, & in totum contemplationes cœle-
ſtium



ſtium gaudiorũ, Cum illa tempora ſint potius
ordinata ad lamenta, vt fiat debita prępara-
tio ad perceptionem tam excellentis ſacramẽ
ti, vt dicit Apoſt. 1. Corinth. 11. Probet autẽ
ſeipſum homo, & ſic de pane i. lo edat, & de
calice bibat Et ideo prohibitũ eſt ſupradictis
temporibus nuptias celebrari.

17 Decima, † in die Natiuitatis Domini, & re-
liquis feſtiuitatibus abſtinendũ eſt dicit Aug. à
proprijs vxoribus. 33. q. 4. cap. Chriſtiano. vbi
dicitur, ꝙ à licitis etiam abſtinendum eſt ad
tempus, vt facilius impetrari poſſit quod po-
ſtulatur. & cap. quotieſcũque. ead. quæſt. qua-
re non licèt temporibns ſacris petere debitum
Hoc tamen communiter tenetur pro conſilio
in his, qui diu in matrimonio extiterũt. Et ratio
eſt: quia licèt actus matrimonialis culpa ca-
reat, tamen quia rationem deprimit propter
carnalẽ delectationem, hominẽ reddit ineptũ
ad ſpiritalia, & ideò in diebus, in quibus præ-
cipuè ſpiritualibus eſt vacandũ, nõ licet petere
18 debitũ. Verũ dicit S. Th. quòd exigens † aliqua
infirmitate, vt puta concupiſcentia, & dele-
ctationis cauſa ductus, venialiter tantũ peccat
niſi cõmitaretur nimicus contẽptus temporis,
vel exhortationis eccleſiæ. ita quòd propter
tempus, etiam ſi Deus præcepiſſet, non ab-
ſtinerent: quia tunc peccatũ eſſet mortale. Idẽ
etiam dicit S. Thom. & Pet. de Palude, quòd
ſi quis ad lubricum carnis, & ſuam infirmitatẽ
cuius eſt conſcius, vel conſcia, vehementer ti-
met, & propter hoc petit, venialiter peccat:
Exactus autẽ reddens, ſi non poteſt cautè, &
ſine periculo ſubterfugere, & differre, nõ pec-
cat reddendo Hoc etiã tenet Richar. in 4. Sen.
diſt. 32. artic. 3. q. 1. Quod quidem propter lu-
bricũ carnis eſt diuinitus ordinatũ, vt ſemper
petenti debitum reddatur, ne aliqua occaſio
peccati detur, ſalua tamen debita honeſtate,
quia nõ oportet, quòd ſtatim in publico, vel
in locis ſacris. Ita Card. à Turrecrem. in cap.
ſciatis, num. 5. 6. & 7. 33 q. 3. & Ioan. à Capiſt.
in ſua ſum. de matr. num 298.

Vndecima. In feſtis ludicra, quæ exercen-
19 tur, † ſunt omnino extirpanda. c. cũ decorẽ
de vita, & honeſt. cleric. l. dies feſtos. C. de
ferijs. quæ quidẽ ludicra, dicuntur narrationes
rerũ inhoneſtarũ & tales ludi non debent fieri
in eccleſiis, nec etiam per clericos vbicunque
Quinimò dicit Canon. Clericũ non debere
intereſſe iſtis ludis, & ſpectaculis, niſi fierent
ad pias cauſas, vt in repræſentatione paſſionis
Chriſti, & ad cõpunctionẽ dummodo irriſio-
nes nõ miſceantur. arg. de conſecr. diſt. 2. cap.
ſemel, & diſt. 4. cap. quęris, in fi. pariter pro-
hibetur & choreæ, Clemẽ. 1. de celebr. miſſ.

Duodecima. Quinque ſũ quibus in diebus
20 feſtiuis ſpecialiter vacandum eſt à † dignè fe-
riantibus. Primo quidem vacandum diuinis
laudibus, hymnis, & cãticis ſpiritualibus Deo
pſallendo, vt de cõſecr. diſt. 3. cap. ieiunia. &
ſecundũ illud Pſal. 80. Exultate Deo adiutori
noſtro, iubilate Deo Iacob. Secundò, vacan-
dũ eſt cõcionibus, & regularibus diſciplinis,
ſecundum illud Eccleſiaſt. 38. Sapientiã ſcribe
in tẽpore vacuitatis, ideſt vacationis feſtiuæ,
& qui minoratur actu, ideſt, mũdano opere,
percipiet illã. Tertiò, vacãdũ eſt meditationi
ſanctæ, vt puta: quam glorioſus eſt Deus in
poteſtate ſua, quã potens in rerum creatione,
quam pius, & largus ijs, qui benè colunt eum.
Quartò, vacandũ eſt deuotæ orationi, tunc
autem maximè & fiducialius orãdus eſt Deus,
orandi ſunt ſancti, quando eorum feſta cele-
brantur, & eorũ gloria cõmemoratur. Matt.
7. & Luc. 11. Petite & accipietis. Quintò, va-
candum eſt eleemoſinarũ largitionibus, debẽt
enim largiores eleemoſinæ fieri in feſtis, quã
in alijs diebus. Hoc enim multum iuuat ad
impetrandum Dei, & ſanctorum gratiã, Pro-
uerb. 18 Donũ hõinis dilatat viã eius, &c. Hæc
Turrecrem. in c. 1 nu. 8. de conſecr. diſt. 3.

21 Decimatertia. † Diebus feriatis poſſunt agi
omnia ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictonis,
vt emancipare, adoptare, excõmunicare, &
abſoluere, vbi cauſæ cognitio non requiritur,
l. actus. C. de ferijs. Idẽ firmat Feder. de Senis
conſil. ſuo 11. vbi plus dicit in excommunica-
22 tione, † vt valeat, etiam, vbi requiritur cauſæ
cognitio, licèt enim tunc ſit iniuſta, ſcilicet la
ta tẽpore feriato, tamen quantũ ad Eccleſiã
militatem, ſaltẽ contemni non debet. Hinc
concludit idẽ Feder. de Sen. vbi ſupra, quòd
excommunicatio lata in citatum tempore fe-
riato, propter meſſes, nõ comparentẽ teneat,
licèt ſit iniuſta. Hinc infert ipſe, num. 3. quòd
hodie Romana Curia facit ſolennes proceſ-
ſus, vt plurimum diebus ſolennibus, vt etiam
patet in c. 1. de iudic. & in Clem. & execu-
tores gratiarum omni tẽpore ſuos proceſſus
faciunt generales, ſentẽtiam latam continẽtes
& contrafaciens, incidit in ſententiam. Item
ſi quis quocunque die trãſgreſſus fuerit ſtatu-
tum Epiſcopi ſententiam excommunicationis
cõtinens. vt ſi quis die Dominico luſit ad azar
dum, vel viſitat monaſterium monialium con
tra ſtatuta pœnalia ipſius Epiſcopi, incidit in
Canonem latæ ſententię. Si ergò ſtatuta Epiſ-
copi quę autoritatem ſumunt ab ipſo Epiſ-
copo, ligant die Dominico, quare ergo Epiſ-
copus non poteſt ligare die Dominico, cum
etiam ſtatuta Epiſcopi fieri poſſint die Domi-
nico. Præterea excommunicatio, & abſolu-
tio paribus paſſibus ambulant, & qui poteſt
vnum,

vnum, poteſt & aliud, & vtraque requirit cauſæ cognitionem, vt probatur in eo, quod legitur, & notatur in cap. cum inferior. de maior. & obed. Sed tempore feriato poteſt quis abſolui, & omni die recipi, cum cõuerſus fuerit, vt not. per Hoſt. in Sum. de fer. §. quid in eis. verſi. ſed quæ pertinent. vbi etiam dicit, quòd excommunicatio, quæ cauſæ cognitionẽ non requirit, vt in notorijs, tali tempore poteſt ferri. Cum ergo cauſæ cognitio non ſit de ſubſtantia talis excommunicationis, poterit ferri tali tempore, licèt iniuſtè, cum cauſa non ſit de ſubſtantia excommunicationis. Quod ſi quis opponeret quòd iuriſdictio ordinarij eſt ſuſpenſa tempore feriato. ff. de fer. l. 1. & l. ſi feriatis. extra. eod. tit. cap. conqueſtus. Sed talis ſententia fuit lata tempore feriato, cuius iuriſdictio erat ſuſpenſa, igitur ſententia non iniuſta, ſed nulla fuit. Ita hanc quæſtionem determinauit Dom. Io. And. in cap. præſenti. de ſententia excommunicationis, in ſexto, per text. 12. q. 2. c. alienationes. Item ſententia excommunicationis requirit cognitionem, & cognitio ſeſſionem. 3. q. 6. § ſed notandum. verſic. ſi quis. & ff. de offic. Proconſ. l. nec quicquam. §. vbi decretum. Sed tali tempore ſederi non poteſt, ergo &c. Nam reſpondeo ad primum, ꝙ argumentum procederet quando iuriſdictio Ordinarij eſſet ſuſpenſa ſimpliciter, & abſolutè. Sed iuriſdictio Ordinarij eſt ſuſpenſa tempore feriato in his, & circa ea, quæ de iuris neceſſitate ad ſui eſſe, & ad ſuam ſubſtantiam requirunt cognitionem, & iudicialem indaginẽ. Cum ergo ad ſubſtantiam iuſtæ excommunicationis requiratur cauſæ cognitio, & debitus ordo, quæ interuenire non poſſunt tempore feriato, ſequitur, quòd talis ſententia non eſt iuſta, ſed iniuſta, ergo meretur abſolutionem, & quamdiu non erit abſolutus, vt excommunicatus vitari debet, non tamen eſt nulla, quia excommunicatio requirit cauſæ cognitionẽ, non ad ſui neceſſitatem & ſubſtantiam, ſed ad ſui iuſtitiam. vt in cap. ſacro. de ſenten. excom. ergo &c. vnde ſi quis ex falſa cauſa excommunicetur, quia creditur contumax, cum non ſit, nihilominus eſt excommunicatus, licèt ſine onere debeat abſolui. vt in c. venerabilibus. de ſenten. excommu. lib. 6. Igitur iuriſdictio ordinarij, quantum ad iuſtam ſententiam excommunicationis quæ ferri non poteſt ſine cauſæ cognitione, eſt ſuſpenſa, ſed quia cauſæ cognitio non eſt neceſſaria ad ſubſtantiam excommunicationis, vt patet in d. c. ſacro. ſequitur, quod tempore feriato lata, tenet. Sed ad ſecundum argumentum fortè ſuſtineri poteſt, quòd quando cum cauſæ cognitione iudicialiter, vel ſine cauſæ cognitione ſolenniter pro tribunali ſedens publicè Iudex tulit ſentẽtiam excommunicationis, tali tempore non teneat ſententia ipſo iure. Si verò non ſic, ſed de plano, & in occulto tulit eam, tunc in vtroque caſu valet ſententia excommunicationis. Quæ quidem concluſio, quòd excommunicatio lata die feriato, teneat, licèt ſit iniuſta procedit, ſiue ſint feriæ meſſium, ſiue ſolẽnes, ſiue repentinæ. vt affirmat Abbas. in cap. conqueſtus. extra de fer. num. 17. vbi etiam no. nume. 18. quòd actus ſpectantes ad voluntariam iuriſdictionem vbi neceſſitas ceſſat, vel pietas, explicitè tenent, ſed peccant exercentes tales actus illo tempore feriato. per tex. in c. 1. extra. de fer. & in fine, vti etiam iuramenta non debent præſtari extraiudicialiter, ergo & actus voluntariæ iuriſdictionis videntur inhibiti.

Decimaquarta. Multæ operationes ſunt,
23 quas licitum † eſt fieri diebus feſtiuis, primo quidem excipitur operatio ſpiritualis: quia talis cum ſit ſecundum ſpiritum, ſiue mentem, ſecundum quam homo non eſt ſeruus hominis: ſed ſecundum corpus, non poteſt dici propriè ſeruilis; Ex quo ſequitur correlariè, quòd docere, cõſulere, prædicare verbo, aut ſcripto, ſit licitum die Dominica. ita Archid. in c. ieiunia. de conſecr. diſt. 3. argu. in c. irreligioſa. ead. diſt. adde quòd dixit idem Archi. in cap. peruenit. ead. diſt. de ſtudio, vide Butr. & Abba. in cap. 1. extra. de fer. vbi allegat S. Thom. 2. 2. q. 122. artic. 4. vbi dicit, quòd nullus actus ſpiritualis exercitij eſt contra obſeruantias Sabbati, putà ſi quis doceat verbo, aut ſcripto. vbi nu. 18. dicit glo. quòd lector diuinæ legis, aut Doctor in die Sabbati ab opere ſuo non deſinit. Secundò quòd lectiones ſcholaribus notare, aut legere licitum eſt die feſto. Tertio, diſputare, aut etiam publicas repetitiones facere pro veritatis dilucidatione licitum eſt. Quartò, in lectionibus libros corrigere die feſto ſine magno tamen labore licitum videtur. Quintò, ſcribere aliquid, vt colligendo aliqua vtilia ad legendum, vel prædicandum licitum videtur. Sextò in operibus miſericordiæ diſtinctio dierum non eſt habenda. 76. diſt. c. vtinã. de conſecr. diſt. 5 c. nunquam.

Decimaquinta. Propter excellentiam feſti
24 † detrahitur abſtinentiæ, & macerationi carnis: hinc ſi feſtum Natiuitatis occurrit ſexta feria, licitum eſt carnes comedere, exceptis profeſſis, & vouentibus. cap. explicari. extra. de obſeru. ieiun. Ex quo textu colligitur, quòd in die feſto non ſolum ſpiritualiter homines gaudere debẽt, ſed etiam cum honeſtate poſſunt in cibis aliquam delectationem accipere. Pariter facit etiam ille text. vt ceſſante iactantia poſſint tũc homines licitè vti veſtibus precioſis,



ſis, in venerationem feſtiuitatis. Ita Abb. in d. capitu.

25 Decimaſexta. Feſtiuitates † quas Epiſcopus cum clero, & populo præcepit obſeruari, ſunt obſeruandæ. Ita not. in c. conqueſtus. extra. de fer. Ita etiam eſt tex. in c. 1. de conſecr. diſt. 3. c. 1. ibi. cum populo. quem tex. ponderat Io. de Anania. in d. cap. conqueſtus. num. 4. Et hoc intellige de ſanctis canonizatis: quia Epiſcopus
26 etiam cum † populo ſanctum Canonizare nõ poteſt. glo. in d. cap. 1. de conſecr. diſt. 3. cap. audiuimus. extrà. de reliq. & vener. ſanctor. cap. 1. eod. titu. in 6. Ratio verò quare reſeruetur Canonizatio Sanctorum Summo Pontifici,
27 eſt multiplex: tum † quia iſta eſt de maioribus cauſis; quæ inter Chriſtianos proponi poſſet, & ſic eſt ad ſedem Apoſtolicam referenda. cap. maiores. de baptiſ. tum quia miracula attribuuntur fidei; Hæc igitur quæſtio cum ſit de fide, præcipuè eſt ad ſedem Apoſtolicam referenda. 24. q. 1. cap. quoties. tum, quia ad Papam ſpectat declarare dubia ſcripturarum. c. per venerabilem, qui filij ſint legit. multo fortius dubia ſanctitatis; quia circa maiora maius dubium vertitur, ideò &c. de elect. lib. 6. c. vbi periculum. tum, ne propter multorum Epiſcoporum ſimplicitatem, populum decipi contingat. cap. 1. & 2. de reliq. & vener. ſanct. Vltimò, ne in infinitum contingat ſanctos multiplicari, & ſic deuotionem refrigeſcere, & ſanctitatem vileſcere. 80. diſt. c. Epiſcopi.

28 Per canonizationem † hæc conſequitur ſanctus, quòd Eccleſia pro eo ſolenniter, & pro aliquibus ſolennius dicit officium. cap. vnico. de reliq. & vener. ſanct. in 6. Item inter alios ſanctos in Litanijs nominatur, & inuocatur. Et ſi Eccleſia in Canonizatione erraret, quod non eſt credendum, licèt accidere poſſet. de ſenten. excommu. cap. à nobis. 2. nihilominus, preces in honorem talis acceptæ, & gratæ ſunt per fidem enim Chriſti omnia purgantur. cap. per veſtra. de cohab. cleric. & mulier. & eſtò, quòd veritas canonizationis deficiat, non deficit fides. de baptiſ. c. debitum. de presbyt. non baptizato. c. 2. & 3. glo. in d. c. vnico.

Licet ſolennes preces publicè emittere, vel ſolenne officium publice dicere quis nequeat, pro aliquo, qui nondum eſt canonizatus, tamẽ alicui defuncto, quem ſanctum credit, licet cuilibet preces porrigere, vt pro ipſo ad Deũ intercedat, vt dixerunt Innoc. & Hoſt. eod. tit. c. 1. gloſſa in d. c. vnico.

29 Multa requiruntur † ad Canonizandum ſanctos. & Primo: An illi, de quo canonizando quæritur, prior vita teſtimonium præbeat pro laboribus multis, moribus caſtis, actibus ſtrenuis. 61. diſt. c. miramur: oportet enim hoc præſenti teſtificatione prædicari, & bonæ famæ præconijs non teneri. 12. q. 2. c. quatuor. Et maximè quæri debet de ſimplicitate, & humilitate: quia ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Item debet quæri, an in vita perſecutiones paſſus fuerit. q. 1. cap. omnis qui. & cap. ibi adunari. & an paſſus fuerit ex charitate. Quærendum eſt etiam de miraculis factis in vita, & poſt mortẽ. Dixi de miraculis: quia ad hoc vt quis tanquam ſanctus Canonizetur, probanda eſt frequentia miraculorum, & per eoſdem teſtes, & nõ ſufficit probare per duos teſtes forte vnum miraculum ad inuocationẽ ipſius ſancti factum tali die, & aliud factum eadem die, vel ſeq. per alios teſtes per inuocationem Sancti eiuſdem, quia diuerſi probant, nec concordant in idem, nec in eundem actum. Inſtit. de duobus reis §. 1. extra. de reſtit. c. licèt ex quadam. Archid. in c. nec mirum. 26. q. 5.

30 Vt ſit miraculum † quatuor requiruntur. Primum, vt ſit contra naturam. i. præter ordinem naturæ. Tho. 1. p. q. 100. art. 4. vt de virga Moyſi mutata in ſerpentem, & de aſina loquente ad Balaam. cap. cum ex iniuncto. de hæret. Secundum, vt miraculum ex Deo, & non ex arte cõtingat, nec ex diabolo, nam miracula quandoque fiunt per malos. 1. q. 1. cap. teneamus. & c. prophetauit. D. Thom p. 1. q. 100. art. 1. & 22. q. 178. arti. 2. Neceſſe eſt enim martyres à Deo impetraſſe quæ mandant. 50. diſtin. cap. ſi quis præpoſtera. Tertium, quod ſit euidens. Quartum, quod ſit ad corroborationem fidei. Herba enim miniſterio hominis tranſit in vitrũ, ſed hoc nihil ad corroborationem fidei: Et ideò ad Canonizationem niſi hæc quatuor concurrant, miracula non prodeſſent: & miraculum propriè non diceretur, ſed potius miraculoſum, vel mirum: nam ſi ſit contra naturã, & non ſit à Deo, & non ſit euidens, & apparet, non eſt miraculum: ſicut de pane, qui tranſubſtãtiatur in corpus Chriſti. c. cum Marthæ. de celebrãt. miſſ. ſic ſi ſit contra naturam, & non ſit à Deo, non eſt miraculum, ſicut quod fecerunt Magi Pharaonis, quia fecerũt ranas, & ſerpentes. Similiter ſi ſit contra naturam, & à Deo, & ſit apparens, & non ſit ad corroborationem fidei, non eſt miraculum, ſicut ſi naſcitur aliquis tripes. Arch. in d. c. teneamus. De Martyribus tamen non fit tanta examinatio, ſed quæritur de miraculis, & cauſa, propter quam paſſi ſunt. arg. de conſecr. diſt. 4. c. cathecuminum. & c. baptiſmi vicem. vt dicit Aſten. lib. 6. tit. 29. art. 5.

31 Decimaſeptima. † Ferijs ob neceſſitates hominum inductis vt ſunt feriæ meſſium, & vindemiarum, poteſt per partes renunciari. capit. finali. de fer. in fine. Eis autem inuitis procedere

tedere non poteſt Iudex, adeò quòd ſi procedat, ſententia lata parte inuita, vel abſente, eſt ipſo iure nulla, præter appellationem aliquā l.1. ff. de ferijs. Fallit tamen hoc, quādo in litteris commiſſionis eſſet appoſitum, vt poſſit procedi ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij: quia tunc Iudex etiam inuitis partibus poteſt procedere tempore harum feriarū.d. Clem. ſæpe. quamuis nō tempore feriarum inductarum in honorē Dei, & Sanctorum. Ita voluit text à contrario ſenſu, d. Clem. Quod extendè, licèt ſint cauſæ matrimoniales, beneficiales, vſurarum, & decimarum. Pariter nec iudex poteſt procedere tēpore feriarū repētinarum: quia cū in Clem. ſæpè. non permittatur tali tempore, vt Iudex poſſit agere, ergo videtur prohibitum, argum. de præſump. cap. nonne. & capi. 2. de transla. prælat. Ita confirmat gloſſ. in verbo, feriarū in d.Clem.

32 Decimaoctaua. † Iudex nō cogitur in cauſis, de quibus in Clemen. ſæpè. de verb. ſignifi. procedere tēpore feriato ob neceſſitates hominum, ſecundū formam d. Clem. ſed poteſt ſi vult. Ita gloſſa, in verbo valeat: quia dum dicit, quòd valeat, ſeu poſſit procedere ſummariè, & de plano, &c. nō per hoc cogitur: quia non quicquid iudicis poteſtati committitur, id iuris neceſſitati ſubijcitur. ff. de iudic.l. nō quicquid, & ff. de offic. pręſ.l. ſępè. de offic. deleg. c. cōſuluit. Et per hoc infert gloſſa, & dat conſilium, quòd ſi viderit aliquā partiū lædi grauiter ex tali proceſſu tali tēpore faciēdo, quòd debebit ſuperſedere, cum & hoc facere poſſit. Et quia Iudex debet prouidere vtilitati cauſę, & partium. capi. accedens. vt lite nō conteſt. cap. ſtatutū.§. inſuper. de reſcript. in 6. Ad hoc quod not. Specu. de arbrit. in fin. verſ. ſed nunquid tunc ſedere. Vbi dicit, quòd arbiter, in cuius compromiſſo renunciatū eſt huiuſmodi ferijs, non tenetur tali tēpore procedere, ſi non vult.

33 Decimanona. Bellandum, † non eſt feria quinta ob honorem Aſcenſionis, & Cęnæ, de cōſecr. diſt.1. cap. porrò, & diſtin 3.c. litteris, nec feria ſexta ob reuerentiā Paſionis, nec die Sabbati: quia & illa die corpus iacuit in ſepulchro, & propter metum Iudeorū Apoſtoli latuerunt. de conſecr. diſt.3. cap. Sabbato. nec die Dominico, ob reuerētiā reſurrectionis. 75. diſt. cap. quod die Dominico. Et idē videtur in alijs feſtis, capit. fin. de ferijs, Hoſtien. in cap. 1. de treuga, & pace.

*SVMMARIVM.*

1 *Corpora ſanctorū ſine autoritate Papæ non poſſunt transferri de loco ad locū.*

2 *Reliquiæ an poſſint alicui Eccleſiæ cōcedi abſque autoritate Papæ.*

3 *Reliquiæ ſanctorū an poſſint cauſa deuotionis furtiuè tolli.*

4 *Reliquiæ ſi de loco tollantur, an ſit execrata Eccleſia.*

5 *Cōſecratio altaris an poſſit fieri ſine reliquijs.*

6 *Reliquiarum loco in altari an ſit laudabile ponere corpus Chriſti.*

7 *Reliquiæ vendi non poſſunt, & quare.*

8 *Reliquias an in pceſſionibus poſſint abſque peccato in minoribus conſtituti, portare.*

9 *Reliquiæ de nouo inuentæ an ſint venerandæ. num. 10. & 11.*

12 *Venerandus non eſt ſanctus, donec per Papam ſit approbatus.*

13 *Deus laudandus eſt in ſanctis ſuis.*

## De reliquijs, & veneratione ſanctorum. Cap. XIIII.

PRæterea, q̄ diximus in noſtris Deciſ. par. 1. lib. 2. cap. 2. & habetur de materia. de conſecr. diſt. 1. c. placuit, & cap. corpora. & diſt. 23. cap. nō liceat. & repetitur in 6 & in Clemen. His poſſunt addi deciſiones, quarum prima,

1 Licèt † corpora ſanctorū ſine autoritate ſummi Pontificis nō poſſint transferri de loco ad locum, modo ſint tradita perpetuæ ſepulturæ. cap. corpora. de conſecr. diſt. 1. & ibi gloſ. quę allegat tex. in l. vlt. C. de reli. niſi neceſſitats immineret puta ignis, aut deprædationis, quia tunc ſufficere videtur autoritas pręſidis prouincię. l. 1. C. eod. tit. tamen non
2 prohibetur per tex. in d. cap. corpora. vt † reliquiæ aliquæ, quę ſunt in aliqua Eccleſia, non poſſint concedi alicui in aliqua Eccleſia ſine conſenſu Papę aut Epiſcopi, ita Hugo, quem refert Turrecr. in d.c. corpora. nu. 2. vbicūque maiori reuerētia trāſferentiū poſſint venerari, vt dicit etiā Mag. Auſt. de Anchona, quē refert Turrecre. in d. cap. corpora. num 3.

3 Secunda. Reliquiæ † ſanctorū etiā cauſa deuotionis non poſſunt furtiuè recipi de loco abſque peccato ſacrilegij, & furti, niſi eſſent apud infideles recorditæ: quia tunc licitè poſſunt



ſunt det terris infidelium ſurripi, qui illas iniuſtè poſſident, & de eorum dominio auferri, & ad loca Chriſtianorum tranſportari Aliàs prę ter hunc caſum ſacrilegium cum furto committunt auferendo ſacrum de ſacro, vel ſacrū de non ſacro. cap. quiſquis. 17. q. 4. vbi Archid. ibi dicit. num. 3. quòd ſacrilegium eſt propriè ſacrarum rerum furtum, etiam ſi cauſa deuotionis fiat: quia deuotio non eſt exercenda cū iniuria alterius, ſed modo talis furtiua ſublatio reliquiarum fieret cum iniuria ſanctæ ſynodi Maguntinenſis quæ. c. corpora. de conſecra. diſt. 1. inſtituit, & Apoſtolicæ ſedis, quæ illud capitulum confirmauit, cuius autoritas contemneretur. Ita Archid. & Turrecrema. in d.c. corpora.

4 Tertia. Reliquiæ † licet tollantur de eccleſia, non per hoc execratur eccleſia. Quod intellige de reliquijs, quæ ſunt in eccleſia in capſa, vel in arca, ſecus autem de reliquijs, quæ ſunt ſub tabulis altaris. ita Dom. Abb. in cap. 2. nu. 1. de iure pat. Et ſic nota, quòd poteſt Epiſcopus execrare locum ſacrum, ideſt facere non ſacrum, quia auferendo rem ſacram de loco, remanet locus profanus. Et hoc non debet fieri niſi ab Epiſcopo, vel alio de eius mandato. c. placuit. vbi Arch. not. de conſe. diſt. 1.

5 Quarta. Non debet altare † conſecrari ſine reliquis, ſi fieri poteſt. c. placuit. de conſecr. diſtin. 1. Non tamen ſecūdum Hug. reliquiæ ſunt de ſubſtantia conſecrationis eccleſiæ, vel altaris, & ideo non minus conſecrabitur eccleſia, vel altare, ſi illæ non habeantur. Quod Hoſt. in ſum. intelligit dictum cap. placuit. de altaribus infixis, non autem de tabula, ſiue altari portatili. Quam quidem ſententiam ſequitur Gulielmus in ration. dicens. ſanè ſine reliquijs non fit conſecratio altaris fixi, bene autem viatici, ſiue portatilis. ita refert Turrecrem. illam approbando. in d. cap. placuit. licet Hugo. de conſecra. diſtin. 1. cap. nullus. quem refert Zab. in cap. ad hæc. num. 8. eod. tit. dicat ſimpliciter, quòd reliquiæ non ſunt de ſubſtantia, ſed de neceſſitate. Vnde qui illas non poſuit, puniēdus eſt, tanquam tranſgreſſor. Quot vero reliquiæ ponendæ ſint, non eſt numerus ſtatutus, ſed arbitrarius. de offic. deleg. c. de cauſis. Dicit tamen Io. Andr. ſe expertum, quòd aliqui Epiſcopi quærunt reliquias trium ſanctorum, putantes id de ſubſtantia, quod ſibi non placet, li
6 cet ſit commendabilis deuotio. An vero † laudabile ſit loco reliquiarum apponere corpus Chriſti: Quidam dicunt, quòd ſic Innoc. ſuper hoc habito conſilio dixit contrarium, quam reſponſionem laudat Arch. in d. cap. placuit: quia cum corpus Chriſti cibus ſit animæ. cap. non iſte. cap. panis. de conſecra. diſt. 2. non debet ſeruari niſi ad opus infirmorum. cap. tribus gradibus. ead. diſt. & ideo non debet poni ad alium vſum, quam ad quem inſtitutum fuerit, puta ad refectionem animarū. vnde Chriſtus dixit, accipite & manducate ex hoc omnes, & non dixit, reſeruate, vel recondite.

7 Quinta. Reliquiæ † vendi non poſſunt. ita glo. in cap. 2. de reliq. & vener. ſanct. quia reliquiæ ſanctorum martyrum, vel ipſi martyres vendi non poſſunt. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. nemo: quia ſacra res non recipit æſtimationē. l. ſacer. §. vlt. ff. de rer. diuiſ. ideo non poteſt vēdi pretio, quia ſine pretio venditio non conſiſtit. Inſti. de emp. & vendi. §. pretium. ff. eo. l. 2. §. ſine pretio. Item quia ſpiritualia vendi non poſſunt, nec ſpiritualibus annexa. de iure patron. c. de iure. & qui ſpiritualia vendit, capitale crimen committit. 1. q. 1. cap. qui ſtudet. & quod gloſſa dicit de martyribus, idem eſt de ſanctis alijs, quia ęſtimationem non recipiunt. Ant. de But. in c. 2. num. 8. tit. noſtro. Item nec paſſim oſtendi debent cauſa queſtus, vt habeātur largiores eleemoſinæ: quia hæc eſt quædā larga venditio. Abb. in d.c. 2.

8 Sexta. † Vaſa ſacra, vbi cōtinentur reliquię, licet ſecundum Hugo. & gl. in cap. non liceat. diſtin. 23. ex concilio Bracharenſi prohibetur omnibus in minoribus ordinibus conſtitutis illa portare in proceſſionibus. Tamen vt dicit Turrecrem. in d. cap. non liceat. debet intelligi tex. ille de vaſis ſacris, ideſt, calice, & patena, tum quia vocat ea altaris, tum quia conſuetudo eſt in oppoſitum: quia in multis locis videmus, quòd vbi plures reliquiæ portandæ ſunt, non ſolum ſubdiaconi portant, ſed etiam in minoribus ordinibus conſtituti.

9 Septima. † Reliquiæ de nouo inuentæ non ſunt venerandæ in publico ſine autoritate Papæ. Et intelligo, reliquias nouas omnino nouas: nam antiquas venientes de nouo, venerari licet, modo ſint reliquiæ ſancti canonizati, & hoc ſi certum eſſet, aliàs vbi oriretur aliqua dubitatio, tunc non ſunt venerandæ publicè abſque autoritate ſummi Pontificis. & ita tex. in c. 2. tit. noſtro procedit in duobus caſibus. Primus eſt, quando eſſent reliquiæ nouæ. Secūdus, quando dubium eſſet an reliquiæ ſint ſancti canonizati. ita Dom. Ant. de Butr. & Pano. in d. cap. 2.

10 An vero † ad reliquias nouas liceat ſecretè deuotionem habere, & eas venerari. Dic, q̄ ſic. argum. tex. in d. cap. 2. Ita Dom. Anton. ibi. num. 6.

11 Octaua. Reliquiæ † ſanctorum ſunt aliquo modo venerandæ. Nam ſicut vult Augu. 1. de ciuit. Dei. Qui ad aliquem afficitur, ea, quæ de eo relinquuntur, poſt mortem venerantur, nō tantum

tantum corpus,& partes corporis, ſed etiam aliqua exteriora, vt veſtes, & ſimilia. Sed manifeſtum eſt, quòd ſanctos Dei venerari debemus tanquam Chriſti membra filios, & amicos,& interceſſores noſtros. Et ideò reliquias Sanctorum qualeſcunque in eorum memoriā honore congruo venerari debemus. Vnde & ipſe Chriſtus huiuſmodi reliquias conuenienter honorat in præſentia earum miracula faciendo. Aſtenſ.lib.1.de actib:latr.tit.6.arti 3,in fi.verſi.vtrum.

Nona. Licèt publicè non ſit venerandus
12 † aliquis ſanctus donec per Papam ſit approbatus,quia quem approbat,eſt approbatus, &
quem reprobat,reprobatus eſt.24 queſt.1.cap. hæc eſt fides. & cap. quoniam vetuſto. tamen licet cuilibet in ſecreto alicui defuncto, quem ſanctum credit, preces porrigere, quamuis nō poſſet ei ſolennes preces publicè emittere. vel officium ſolenne dicere. vt dixerunt Innoc. & Hoſt.extr.de reliq.& vener.ſanct.

13 Decima. Cum Deus ſit † laudandus in ſanctis ſuis, laudando quæ ſancti fecerunt in Dei virtute, & ſanctorum reliquias venerando.gl. 2.& tex.in clem.1.de reliq.& vener.ſanctor.& c.2.& c. glorioſus.eod.titu.in 6. Hinc infertur, quòd ex laudibus impenſis familiæ Dominus laudatur, ſicut in vituperijs familiæ Dominus blaſphematur: maximè ſi illi de familia ſunt honorabiliores grauitate maturi, & pleni eloquio.11.q.5.cap. habet hoc.ita Zabar, in clem. 1.in prin.de reliq.& vener.ſanct.

*SVMMARIVM.*

1 *Sacramentum generatim ſumptum multipliciter ſumitur.*
2 *Conſecratio vnde,& quotuplex dicatur.*
3 *Conſecratio Eccleſiæ, & altaris quare fiat.& nu.5.*
4 *Eccleſiæ nomen multipliciter accipitur.*
6 *In conſecratione Eccleſiarum ritus, qui obſeruatur,plenus eſt myſterijs.*
7 *Miſſa non eſt de ſubſtantia conſecrationis,ſed de ſolennitate.*
8 *Conſecratio Eccleſiæ hodie fieri poteſt ab Epiſcopo.*
9 *Conſecrare Epiſcopus Eccleſiam non debet abſque ſufficienti dote, aliàs punitur.*
10 *Procuratio vt pro viſitatione,ſic pro cōſecratione recipi poteſt.*
11 *Conſecratio qualiter probetur.& n. u.1*
12 *Conſecratio tam in ſolennibus, quā in priuatis diebus fieri poteſt. Quod ſecus. eſt in collatione ordinum, vel in chriſmate.*
13 *Conſecratio Eccleſiæ per pecuniam dicitur potius execratio, quàm conſecratio.*
14 *Reconſecranda Eccleſia in quatuor caſibus eſt.*
15 *Altare in quinque caſibus poteſt reconſecrari.*
16 *Eccleſia poteſt conſecrari,& reconſecrari ſine altari,& econuerſo.*
17 *Eccleſia in quibus caſibus non reconſecranda,ſed reconcilianda ſit.*
18 *Homicidium ſi fit ſub Eccleſia in camera,vel in cella,non indiget reconciliatione.*
19 *Propter homicidium commiſſum à ſe ipſo Eccleſia reconcilianda eſt.*
20 *Eccleſia non conſecrata an reconciliari debeat, ſi ſanguine, vel ſemine ſit polluta.*
21 *Miſſa in conſecratione, à quo ſit cantanda.*
22 *Altare vt conſecrari debet ab Epiſcopo,ita & execrari.*
23 *Veſtimenta Eccleſiæ debent eſſe honeſta, & ſacrata.*
24 *Veſtes ſacræ non ſunt in profanos vſus redigendæ, ſed vetuſtate conſumptæ ſunt cremandæ.*
25 *Veſtis ſacra quamdiu in ea adeſt forma, non eſt iterum conſecranda.*
26 *Sacrum quando trahat, vel non trahat ad ſe non ſacrum.*
27 *Conſecrato calice ſi vinum in illum mittatur,non tranſit in ſanguinem.*
28 *Conſecrare an liceat in calice de alia materia,quam de auro, argento, vel plumbo.*
29 *Conſecratio Epiſcopi intra quod tempus peti debeat,& vbi facienda.nu.30.*
31 *Conſecrationem an Vicarius poſsit exequi.*

Con-



32 *Conſecrandus an ante,& qua diſcuſſione examinandus.*
33 *Conſecrationis tempus in Epiſcopū quando incipiat currere.*
34 *Conſecrationis velum quando imponendum,& ſolis virginibus,& ab Epiſcopo,& qualiter.*
35 *Velum quadruplex in iure pontificio aſsignatur.*
36 *Conſecrationis Euchariſtiæ plures caſus aſsignantur: & primo, an illam impediat defectus ex parte conſecrantis.*
37 *An defectus vitæ. An defectus ex parte materiæ.nu.39. Et quæ ſit materia.nu. 38. An defectus intentionis conſecrantis.num.40. An defectus ex parte formæ,vel ſolennitatis.nu.41.& 42.*

## De conſecratione Eccleſię vel altaris. Cap. XV.

MOre noſtro ſolito ad faciliorem intelligentiam dicendorum aliqua præmittemus. Deinde ad deciſiones deueniemus. Vt igitur faciliorem reddam hanc materiam,præmitto primum,ſecundum Arch. in c. 1.de conſecra.diſtin.1. quòd Sacramentorum
1 † generatim ſumpto hoc vocabulo,quædam
ſunt ſalutaria, quædam veneratoria, quædam miniſtratoria, & quædam præparatoria. Salutaria ſunt illa, quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, vt Baptiſmus, Euchariſtia, Confirmatio, Pœnitentia, Extrema vnctio. De hoc etiam in glo. no.1. in c. veniens de tranſact. veneratoria ſunt feſtiuitates,quæ per certa anni tempora in alicuius ſacræ rei memoriam venerabiliter celebrantur. Miniſtratoria ſunt officia omnia eccleſiaſtica nocturna, ſiue diurna: Et dicuntur miniſtratoria, quia per ea miniſtratur,& exhibetur Latria Deo, & quia per ea reliqua ſacramenta eccleſiaſtica conficiuntur, miniſtrantur,& celebrātur. Præparatoria ſunt, quæ omnibus ſacramentis celebrandis præparantur,& fiunt, vt Eccleſia, Altaria, eccleſiaſtica varia ornamenta, & generatim omnia eccleſiaſtica vtenſilia, & eorum conſecratio, ſecundum Hugo. in d.c. 1.ſic etiam glo. in c. fin. 1. quæſt 3. dicit, quod conſecratio altaris eſt Sacramentum largo modo ſumptum,cum ſit ſacræ rei ſignum. extra.de ſimo. c.cum ſit Romana. Secundo ſciendum eſt, quòd conſecra-
2 re, † eſt ſimul ſacrare.24.quæſtio.3.cap. pudenda. Vel cum alio ſacrare.iuxta glo.in cap. Epiſcopus 23. diſtin. Et hæc conſecratio dicitur multiplex. Vt Eccleſiæ vel altaris, vt in Decretali.& in 6.eod.titu. & de conſecra.diſtin.1. Item Epiſcopi. De hac diſtinct.65 per totum. Item Virginum. vt 20. quæſt.1.capitu. placuit. Item eſt conſecratio Corporis, & ſanguinis Chriſti,de conſecr.diſtin.2. per totum. & cap. quia. Item rei inanimatæ, vt calicis,&c.capit. vt calix.de conſecr. diſtin.1. Tertiò ſciendum, quòd conſecratio altaris præcipue conſiſtit in coniunctione menſæ, ideſt lapidis ſuperioris, & ſtructuræ inferioris, ſecundum Innocen. in rubr. & Zabar. in cap.1.titu. noſtro, qui etiam dicit, quòd coniunctio deſignat coniunctionem fidelis animæ ad Deum. ſimile de big. c.
3 debitum. Quartò † notandum, quòd res inani
matæ vt Eccleſia, altare, & huiuſmodi alia, ideo conſecrantur, vt per hoc ſpecialiter diuino cultui deputentur, & ad eas, & ad ſacramenta, quæ in eis celebrantur, maior deuotio recipiatur,& in maiori reuerentia habeantur. Et etiam piè eſt credendum quòd ex hoc cæteris paribus diuina virtus ibi adſiſtat ad gratiam libentius infundendam. Nam ipſe, qui habet in cœlis habitationem, viſitator, & adiutor eſt loci illius. Et inde eſt quòd ante conſecrationem emundantur, & exorcizantur, vt inde virtus inimici pellatur. Et ſimiliter Eccleſiæ, quæ ſanguinis effuſione, aut cuiuſquam ſemine fuerint pollutæ, reconciliantur, quia per peccatum ibi commiſſum apparet ibi aliqua operatio inimici.de conſecra.diſt.1.cap. Eccleſias. Hæc Thom. 3.q.82.art 3.capit.3. Quinto aliter conſecratur homo,& aliter alia res; nā homo conſecratur, ideſt ordinatur, vel voto conuerſionis obligatur, alia res conſecratur, ideſt deputatur vtilitati Eccleſiæ, & talis res dici poteſt ſancta, vel ſacra, non quia ſit ſancta in ſe, vel ſacrata, ſed quia rei ſacræ oblata. vnde qui res Eccleſiæ rapit, ſacrilegium committit. item res quandoque conſecratur, quando aliquam conſecrationem, vel benedictionem recipit vt calix, panis, altare,& huiuſmodi. Ita Archid. hæc no. in cap. nulli.12. quæſt.1. Sextò
4 † ſciendum eſt, quòd Eccleſia multipliciter
ſumitur. Nam quandoque vocatur oratoriū. diſtin.42.cap.pen.& vlt.16. quæſt.5. cap. lator. Quandoque domus orationis. cap. cum Eccleſia.de immun.eccl.in 6.c.& hoc diximus.16.q. 7. Quandoque eccleſia non conſecrata. d c.cū eccleſia.tit.noſtro.c.1.& 2. licèt proprie Eccleſia non conſecrata dicatur Baſilica, & conſecrata eccleſia. Aliquando templum. diſt.88.c. Eijciens.1.q.3.c.ex multis. Aliquando tabernaculum.de conſ.diſt.1.c.1.diſt.36.c.fi. Quando-

I que

que domus Dei. 1.q.3.c.non ſolum. cap.decet.
de immun.eccl.in 6. Et eſt ratio: quia ibi Deus
ſpecialiter inhabitat, vnde in ea habitantes
Chriſtus protegit. Domus enim tutiſſimum re
fugium, & receptaculum eſſe dicitur.l pleriq́ʒ.
ff.de in ius voc. Hæc Archid. & Io. And.in cap.
1.de conſecr. eccl.in 6. Sed modo ad deciſio-
nes deſcendamus. Et prima. Vt eccleſiæ con-
5 ſecrentur † conuenienter ab eccleſia inſtitutũ
fuit pluribus ex cauſis, quarum prima, vt dia-
bolus,& poteſtas eius penitus expellatur, vt re
fert Gregor. in dialog.lib.3. quòd cum quædã
eccleſia Arrianorum fidelibus reddita conſe-
craretur, & reliquiæ ſancti Sebaſtiani,& bea-
tæ Agathæ illuc delatæ fuiſſent, populus ibi-
dem congregatus, porcum repente inter pe-
des huc, illucque diſcurrentem ſenſerunt, qui
fores eccleſiæ repetens, à nullo videri potuit,
omneſque in admirationem commouit, quod
idcirco Dominus oſtendit, vt cunctis patefa-
ceret quòd de loco eodem immundus habita
tor exiret. Secundo conſecratur eccleſia, vt ad
eam confugientes ſaluentur. Vnde aliquæ ec-
cleſiæ poſt dedicationem à principibus priui-
legiantur, vt ad eam confugientes ſaluentur.
facit tex.in cap.reos.23.q.5. Hinc in tabernacu
lum legitur fugiſſe Ioab, & cornu altaris ap-
prehendiſſe.3.Reg.2. Tertio, vt ibidem oratio
nes exaudiantur. Hinc in miſſa dedicationis
dicitur. Concede vt omnes, qui deprecaturi
conueniunt, ex quacunque tribulatione con-
ſolationis tuæ beneficia conſequantur. Quar-
to, vt in ea laudes Deo ſoluantur, quod fit ſe-
ptem horis. Quinto, vt ibidem dignè eccleſia-
ſtica ſacramenta miniſtrentur, vt patet quaſi
per totam diſtinctionem primam.de conſecr.

6 Secunda. Ritus, qui † in eccleſiarum conſe-
cratione obſeruatur, plenus eſt myſterijs, vt
ad plenum exponitur per Card. à Turrecre.in
c.omnes baſilicæ.nu.4.de conſecr.diſt.1. & eſt
conueniens cum ea, quæ per eccleſiam ſtatuan
tur, ab ipſo Chriſto ordinentur. qui dicit Matt.
18. Vbicunque fuerint duo, vel tres in nomine
meo, in medio eorum ſum. Sed iſta in conſe-
cratione eccleſiarũ ab eccleſia ordinata ſunt,
ergo accipienda ſunt ac ſi à Chriſto ordinata
ſint. Ita Turrecr. vbi ſup.

7 Tertia. Si † miſſa in conſecratione præter-
mittatur, eccleſia erit conſecrata, cum miſſa
non ſit de ſubſtantia conſecrationis, ſed de ſo
lennitate, & ſic quamuis miſſa prętermittatur,
modo forma conſecrationis debita obſerua-
ta fuerit, erit eccleſia conſecrata. Facit a ſimi-
li: Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi habent
determinata tempora, in quibus debeant or-
dinari, & nihilominus, ſi alio tempore ordi-
nentur, ordines recipiunt, licet debeant depo-
ni.diſt. 77.c. ſubdiaconus. De hoc vide glo.in
c.omnes.de conſec.diſt.1.

Quarta. Licet conſecratio olim fieri non
poterat ſine mandato Papæ, de conſecra.diſt.
1.cap. de locorum. cum quatuor capitulis ſe-
8 quentibus, tamen hodie † poteſt eccleſia con-
ſecrari ab Epiſcopo.cap.2.& 3. extra eod.cap.
nemo.de conſecra.diſtin.1.12. quæſt.2.capitu.
bonæ. Non tamen poteſt conſecratio, vel re-
conciliatio alij delegari, niſi is, cui delegatur,
Epiſcopus eſſet. cap.aqua. extra eod. cap. quæ
delegari.de offic deleg. quia Epiſcopus ea quæ
ſunt ordinis, ſiue dignitatis minori ſe delegare
non poteſt. ita Hoſt. eod.titu.noſtro. nume.2.
Aſtenſ.eo.titu. lib.6.titu.29. Verum non debet
9 Epiſcopus † aliquam eccleſiam conſecrare,
immo nec primarium lapidem ponere. iuxta.
text.in cap. nemo. de conſecra. diſtinct.1. niſi
ei prius dos ſufficienter aſſignetur a fundato-
re.d.cap nemo. Quod ſi epiſcopus non ad re-
quiſitionem alterius, ſed per ſe conſecrauerit
Eccleſiam abſque dote, & tunc ſi habet pro-
prium præter bona eccleſiaſtica, tenetur eam
dotare. argum.d.cap.nemo. Sicut tenetur pro-
uidere illi quem ordinat ſine titulo. de præ-
ben.cap 2.& cap.Epiſcopus.& cap.cum ſecun
dum. Quod ſi proprium non habet, tunc tene
tur dotare de reditibus ſuis, verum ſi reditus
eſſent tenues, tunc fiet de bonis eccleſiæ, ſi ta-
men ſine læſione ipſius fieri poteſt. argum. de
donat. capit. Apoſtolicæ. Alioquin delictum
perſonæ nõ debet in damnum eccleſiæ redun
dare. 15.q.6.cap. ſi Epiſcopum. c.delictum. de
reg.iur.in 6.

10 Quinta. Poteſt Epiſcopus † exigere procu-
rationem, hoc eſt prandium, quando vadit ad
conſecrandam eccleſiam. cap. cum ſit Roma-
na. de ſimo. etiam quantumcunque eccleſia
conſecranda ſit vicina Epiſcopatui, ſecundum
Hoſtien.& Dom. Abb.in d.cap. cum Romana.
cum iſta procuratio quæ eſt annexa viſitatio-
ni,& conſecrationi, non detur pro labore, ſed
præſtetur in ſignum ſuperioritatis, & vt faci-
lius prælati inducantur ad viſitandum, & con
ſecrandũ. ita no.per Innoc.in c.cum Romana.
de cenſi. propter defectũ tñ facultatum eccle-
ſiæ debet Epiſcopus proprijs ſumptibus eccle
ſiam conſecrare. ita gl.in d c.cum ſit. Qualiter
11 aũt probetur † conſecratio eccleſiæ, dic ꝙ per
libros antiquos, & fines diœceſum. ita Fel.in c.
cum cauſam. de procur ſic ẽt libri antiqui pro
bant, qñ in eis nõ continetur aliquid, ꝙ ſit val
de præiudiciale. ita Do. Abb.in d.c.cũ cauſam.
12 Sexta. Conſecratio † fieri poteſt in diebus
tam ſolennibus, & dominicis, quam priuatis.
eo.tit.c.2. Licet ordines ſacri non conferantur
niſi certis diebus, cap.1.& 2.de temp.ordin.75.
diſt.



diſt.c.vlt. & Chriſma certo tẽpore conficitur
c. omni tempore. de conſecr diſt.4.

13 Septima. Eccleſia, † quæ per interuentũ pe-
cuniæ ex pacto promiſſæ conſecratur, potius
dicitur execratio, & profana actio, quàm cõ-
ſecratio. cap. eccleſia. 1. quæſt.4. nam talem
cõſecrationem Deus execrat, & abominatur.
Vnde Iſ.1. Dominus ait: incenſũ abominatio
eſt mihi. Dicitur tamen execrata Eccleſia, nõ
in ſe, quia locus ſanctus eſt & cõſecratus, mo-
do debita forma eccleſię fuerit obſeruata, ſed
dicitur execrata in deteſtationem illius, qui
eã pactione conſecrauit. Vt dicatur execrata,
quantum ad eum, cui obeſt actus talis conſe-
crationis, & tranſit in eum maledictio exce-
crationis. ſic per Malach.2. dicit Dominus in
dignis ſacerdotibus. Maledicã benedictioni-
bus veſtris, nõ quòd benedictiones in ſe eſſent
maledictę, ſed quia fiebant, & tranſibant in
maledictionem benedicentis. Ita Turrecr. in
cap. eccleſia. 1.q.4.

14 Octaua. Eccleſia † in his caſibus eſt conſe-
cranda. Primus, quando conſecrata eſt non
tamen in forma eccleſię quia tunc debet re-
conſecrari. de conſecr. diſti. 1. cap. Eccleſias.
Archid. 1.q.4.c. eccleſia.in glo.3. Et idem in-
telligo in altari non ſecundũ formam eccleſię
conſecrato. Secundus. Cum dubitatur de eius
conſecratione, quia de hoc non apparet ali-
qua ſcriptura in inſtrumento dotations, vel
in libro eccleſię vel in columna, vel in tabula
marmorea, nec etiam apparet vnus teſtis de
viſu, vel auditu, de conſecrat.diſt.1.c. ſolem-
nitates. Et quod quelibet dictarum probatio-
num ſufficiat, & intellge, tales ſemiplenas
probationes deficere, quando de hoc non
eſſet contentio per quam vel tolleretur pro-
batio, vel appareret quòd tali probationi fi-
des adhiberi non poſſit, ſcilicet quando altari
pręiudicium fieret. Aſtenſ. lib.6. titu.29.art.2.
Tertius. quando eccleſia ſic comburitur quòd
parietes ſint cõbuſti, vel diruti, vel notabiliter
decruſtati in toto, vel in maiori parte, vt in
cap. eccleſiijs. de conſecr. diſtinc.1. Secus ſi
ſolum tectum exuſtum fuerit, tit. noſtro, cap.
ligneis. Quartus. Si tota eccleſia, vel maior
pars deſtructa, vel dirupta eſt, ſimul, vel ſucce-
ſſiue ante reędificationem. ita Turrecr. in c.
eccleſię. de conſecr. diſtinct.1. Quintus, quã-
do conſtat omnia, quę ſolent fieri in conſe-
cratione rite, & ſolemniter eſſe acta, ſed dubi-
tatur, an conſecratus fuerit Eps, q̃uis tunc ſe-
cundũ Hugo eſt reeõſecranda, diſt.68. c. pre-
ſbyteri.

Nona. Altare in multis caſibus poteſt re-
15 conſecrari. † Primus ſi mẽſa vel tabula altaris.
i. pars ſuperior altaris fuerit mota. i. ſecundum
locũ vel enormiter vltra medietatẽ fracta ſit
ſecundum Hoſt. cap.1. Et hoc intelligitur de
tabula affixa, tabula enim cõſecrata, q̃ nõ eſt
affixa de loco ad locũ trãsfertur, nec tñ com-
ſecratur, dum tamen lapis ſuperior non ſepa-
retur ab eo, cui compaginatur. Vnde ſi men-
ſa moueatur cum cohęrentibus ſibi non opor
tet propter hoc altare conſecrari, vt patet in
altare portatili. de conſec. diſtinct.1.cap. con-
cedimus. ſcd's eſt, ſi aliquis de lapidibus menſã
tangentibus fuerit motus, ſecundum Bert. ext.
eo.ca.1. Quod intellige de lapidibus princi-
palibus, vt ſi ſup quatuor columnas fundata ſit
menſa altaris, & vna earum fuerit mota, men-
ſa nihilominus remanente immota. Secus eſt
de lapidibus parietis, vel de ipſo pariete, cui
lateraliter compaginatum eſt altare in quibuſ
dam eccleſiis: quia propter motionem illius
parietis, vel lapidum nõ reconſecrabit altare
ſi maneat immotum. Tertius quando altare
ex toto deſtructum eſt, & tunc reædificatur,
quia tunc debet reconſecrari. Quartus caſus
eſt, quando ſigillum altaris, ideſt lapis, quo
ſigillantur reliquiæ, fractum ſit, vel diminutũ
fuerit, recõſecrandum eſt altare.c.eccleſię, de
conſec. diſt.1.c. quod in dubijs. extra eod.
Quintus caſus eſt, quando tãtum additur al-
tari, quod amittit formam, quam habebat:
quia forma dat eſſe rei, quia tunc cõſecrandũ
eſt, arg.5.q.2.c. hoc ius: propter modicũ tamẽ
additamentum non execratur, quia tunc ſa-
crum trahit ad ſe non ſacrum extra eod.cap.
quòd in dubijs. Sextus, quãdo dubitatur vtrũ
altare ſit conſecratum, de conſec. diſt.1.c. ec-
cleſia. ſed quia ſupra mentionem fecimus de
ſigillo, ideo ſciendum eſt, quòd ſigillũ dicitur
quaſi altare ſignans, demonſtrat enim, & ſi-
gnat cuius eſt, ſicut de ſigno dicitur, de con-
ſecrat. diſtinct.1.ca. ſignũ. Hinc ſigillum dici-
tur titulus, quia vt ille declarat materiã libri,
c. inter dilectos, de fide inſtr. verſ. nã in ipſo,
ſic illud manifeſtat altare cõſecratum. Vnde
titulus, dicitur a Titan quod eſt ſol, vel dici-
tur titulus, quia ſolet intitulari ſub nomine ali
cuius ſãcti. Vocat etiã Hoſtienſ ſigillũ ſepul-
chrũ vt dicit Ioan. Andr. in rub. eodẽ tit.

16 Decima. Eccleſia † poteſt conſecrari, &
recõſecrari ſine altari, & ecõuerſo: q̃a alia eſt
cõſecratio eccleſię, alia altaris, ext.eo.c.1. & c.
quod in dubijs. & ſępe fit hęc ſine illa, & ſępe
execratur eccleſia, & non altare, & econuerſo
vnde deſtructa eccleſia, & non altare, eccle-
ſia reconſecrabitur, & non altare. Et non ob-
ſtat text.in c.ſi motum. de conſecr.diſt.1. quia
ibi nomine eccleſiæ intelligitur altare, ſicut
econtra nomine altaris intelligitur eccleſia. 1.
q.3.c.quæſitum. Secus tamen videtur de recon

ciliatione : quia adeo annexa ſunt eccleſia, &
altare, vt vnum ſine alio violari non poſſit.
vt no. in c. 1. eod. tit. ſecundum Hoſt.
17 Vndecima. † Eccleſia non reconſecratio-
ne, ſed reconciliatione indiget in multis caſi-
bus. & Primus, propter effuſionem ſanguinis,
violentam, & iniurioſam. cap. propoſuiſti. c.
fin. eod. tit. Non tamen pro quacunque ſangui
nis effuſione, quia ſi efflueret ſanguis e nare,
vel ore, vel cicatrice, vel minutione; aut etiam
ex menſtruo, vel aliter, naturaliter, aut ſorte
ludo, vel caſu fortuito, aut ſi quodcunque ani-
mal ibi occidatur, ſecus eſſent. Sed an reconci
liabitur eccleſia, ſi occiſus eſt martyr. Dic ꝙ
ſic. quia licèt paſſio martyris ſit Deo grata, &
accepta, actio tamen perſecutionis eſt Deo, &
diſplicens, & odioſa, vnde reconcilianda pro-
pter actionem effuſoris ſanguinis, & non pro-
pter paſſionem. Turrecr. in cap. ſi motum. nu.
2. de conſe. diſtin. 1. Reconciliatur autem Ec-
cleſia per aquam cum vino, & cinere benedi-
ctam. Et per aquam deſignatur populus. de ce-
leb. miſſ. cap. cum Marthæ. §. quæſiuiſti. & per
vinum mixtum aquæ deſignatur vnio Deita-
tis, & humanitatis, & per cinerem, memoria
paſſionis. Zabar. in c. propoſuiſti. eod. tit.

Hæc tamen reconciliatio facienda eſt per
Epiſcopum, non autem per ſacerdotem. capit.
aqua. eo. titu. Epiſcopum dico proprium, idest
diœceſanum, vel per alium de licentia illius.
12. q. 1. cap. Pontifices, vel vacante epiſcopatu
de licentia Capituli. de hæret. cap. ad abolen-
dam, & tunc ille poterit aquam benedicere.
Dicit tamen Hoſtienſis, quòd Epiſcopus recon
cilians debet eſſe indutus pontificalibus, ſed
fatetur non ſeruari. Poteſt etiam fieri per ſacer
dotem de indulto ſummi Pontificis. Hinc di-
cit Innoc. in d. cap. aqua. ſe vidiſſe quòd Papa
pluribus Epiſcopis indulſit, quòd poſſent per
ſimplices ſacerdotes reconciliare: aqua tamen
prius benedicta per Epiſcopum, ſed Hoſtienſ.
dicit, quòd Clemens IIII. hoc non de facili cō
cedebat, niſi de eccleſijs non conſecratis. ita
Ioan. Andr. & Zabar. in d. cap. aqua. Et nota,
quòd licet reconciliatio eccleſiæ demandari
non poſſit ſimplici ſacerdoti, tamen reconci-
liatio pœnitentium, & infirmorum ſic. 26. q.
6. cap. presbyteri. & cap. agnouimus quod in-
tellige quo ad reconciliationem priuatam: nā
ſolennem poteſt ſolus Epiſcopus. facit ead. q.
cap. 1. Zabar. in d. cap. aqua nume. 7. Item quid
ſi modica ſit ſanguinis effuſio, vel leuis, vt ſi
quis forte cum contendit cum aliquo in eccle
ſia, impetu facto offendat in nares eius, vel eū
vngue aliquantulum excoriet, & inde aliquan
tulum ſanguinis effluat, dic, ꝙ non eſt reconci
18 lianda. Rurſum, quid ſi † ſub eccleſia occida-
tur in cella, camera, vel ſpelunca. Dic, quòd
non eſt reconcilianda: quia extra eccleſiam
factum eſt homicidium. vt not. Ioan. And. in
19 cap. 1. eo. tit. lib. 6. in gloſſa tertia. Item † quid
ſi quis ſanæ mentis ſeipſum occidat in eccle-
ſia, vel vulneret animo irato, tunc ſi nota eſt
talis actio, erit reconcilianda eccleſia: quia ta-
lis ſanguis iniurioſus eſt, & horribilis, vt patet:
quia clericus ſeipſum animo irato feriens ex-
communicatus eſt. cap. contingit. 1. de ſenten.
excommu. Rurſum, quid ſi ligno, vel lapide ca
dente in eccleſia occidatur. Dic, quòd non eſt
reconcilianda: quia ibi propriè nō eſt factum
homicidium. ita Turrecrem. in cap. eccleſijs.
num. 12. de conſec. diſtin. 1. Cætera circa hanc
materiam diximus in prima par. noſtrarum
Deciſ. lib. 2. de ſacrilegio. Secundus caſus eſt
propter ſeminis cuiuſcunque effuſionem, ma-
ris, vel fœminæ, clerici, vel laici, hæretici, vel
pagani, naturaliter, ſiue innaturaliter, ſtudio-
ſe, & cum libidine peccandi. d. cap. propoſui-
ſti. & cap. vni. eod. titu. in 6. quando effuſio ſit
magna & notoria, ac fornicatoria: quia ſi oc-
culta, non eſt reconcilianda. Item nec ſi mo-
dica. Tertius caſus eſt, in quo eccleſia indiget
reconciliatione, ſi in eccleſia ſint ſepulti ex-
communicati, vnus, vel plures, quo caſu etiam
parietes eccleſiæ ſunt radendi. de conſecr. diſt.
1. cap. eccleſiam. cap. conſuluiſti. tit. noſtro. Et
hoc intellige de excommunicatis impœni-
tentibus, ſecus de excommunicatis, qui morte
præuenti abſolui non potuerunt. argu. de ſent.
excommun. cap. is cui. §. 1. in 6. à contrario ſen
ſu. Quartus, quādo eccleſia, vel cœmiterium,
vel aliud quodcunque ſacrum ab Epiſcopo pu
blicè excommunicato conſecretur, vel bene-
dicatur, nam tunc proculdubio reconciliatio-
ne eget, ante quam fideles vtantur talibus tan-
quam ſacris. vt not. de ſacr. iter. cap. 2. nam ſi
corpus excommunicati mortui, execrat ec-
cleſiam, vel cœmiterium. d. cap. conſuluiſti. &
cap. eccleſiam. multo fortius vbi ipſa conſecra
tio tranſit per manus, & os excommunicati.
arg. in l. Domitius. de teſta. Secus in ſacramen-
tis, quæ intrinſecus operantur, vt dicit Hoſt. ita
Henric. in d. c. propoſuiſti. Turre. in c. ſi motū.
Quintus, propter exuſtionem, vt quando pa-
rietes ſunt interius decruſtati, & exterius.
20 Duodecima. Si eccleſia non † conſecrata
fuerit ſemine, vel ſanguinis effuſione polluta,
debet lauari aqua exorcizata, ne diuinæ lau-
dis ſuſpendantur organa. extr. eod. capit. ſi ec-
cleſia. ſuſpenderentur enim in expectatione
Epiſcopi. Et hoc ſecundum Rod. fieri poteſt
per ſimplicem ſacerdotem, requiritur tamen
autoritas Epiſcopi, ſi tamen interim cele-
bratur, non incurritur irregularitas. Et ſic nota





differentiam inter eccleſiam non conſecratā,
& conſecratam: nam ſi prima fuerit polluta,
poteſt per presbyterum reconciliari de auto-
ritate Epiſcopi. Secunda etiam per alterum
cum Epiſcopi autoritate, non tamen Epiſco-
po inferiorem. Quod ſi quis obijceret, quòd
eccleſia non conſecrata gaudet immunitate,
ſicut conſecrata. de immu. eccle. cap. pen. ergo
ſicut conſecrata per ſolum Epiſcopum recon
ciliatur. d. cap. aqua. ita & iſta. Hoſt. dicit, quòd
argumentum non procedit: plus enim pecca-
uit violans conſecratam, & ideo ad aliorum
terrorem maior ſolennitas requiritur facit de
ſenten. excom. c. cum illorum. de ætа. & quali.
c. cum bonæ.
21 Decimatertia. Miſſa † in reconciliatione,
vel conſecratione eccleſiæ vel altaris debet
cantari ab Epiſcopo, qui conſecrat: cum con-
ſecratio eccleſiæ, vel altaris non poſſit fieri,
niſi per Epiſcopum. diſt. 25. cap. perlectis. Ve-
rum, quia miſſa non eſt de ſubſtantia conſecra
tionis, ſi magna viget neceſſitas, poteſt illa cā
tari per alium ſacerdotem iuſſu Epiſcopi. d. c.
perlectis Quod idem dic, de miſſa reconcilia-
tionis. Turrecr. in c. de fabricæ. nu. 3. de conſec.
diſtin. 1.
22 Decimaquarta. Sicut † altare conſecrari nō
debet niſi ab Epiſcopo, ſic non debet execra-
ri, vel deſtrui niſi ab Epiſcopo, vel ab aliquo,
eius mandato. Ita Turrecre. in cap. placuit. de
conſecr. diſt. 1.
23 Decimaquinta. Veſtimenta † eccleſiæ, qui-
bus Domino miniſtratur, honeſta debēt eſſe,
& ſacrata, & ideò debent tantum tractari ab
hominibus ſacratis, & non à non ſacratis. Qui
tamen abſque veſtibus ſacratis, domo, & alta
ri, & calice & corporali, & veſtibus conſecra-
ret, modo ſacerdos, verba proferat ſuper debi
tam materiam cum intentione conſecrandi,
tunc tali caſu conſecraret, ſed mortaliter pec-
caret, qui ſine illis conficere, aut celebrare
præſumeret. facit tex. in cap. Eccleſiaſtica. diſt.
23. cum iſta non ſint de ſubſtantia, ſed de ſolē
nitate, & reuerentia ſacramenti. ita Turrecre.
in capit. concedimus. nume. 5. de conſecratio.
diſtinct. 1.
24 Decimaſexta. † Veſtes ſacræ nō ſunt in alios
vſus accipiendæ, vel redigendæ, ſed potius ſi
ſunt inutiles vel vetuſtate conſumptæ, ſunt cre
mandæ, & cineres condi debent ſub pauimen
to, vel alio loco tuto, & honeſto, ne pedibus in
trantium conculcentur. Quod idem dicendū
eſt de vaſis ſacris, vel de pallis altaris, & ratio
eſt: quia Deo dicata ad vſus profanos non de-
bent reuerti. 12. q. 2. c. nulli. & diſt. 54. c. ex anti-
quis. Et nota, quòd palla ſecundum Rod. dici-
tur quandoque veſtis, qua operitur altare, &
quandoque dicitur corporale, vbi Corpus Do
minicum inuoluitur. Hinc fit, quòd monaſte-
rium, vel eccleſia, vel hoſpitale, ex quo autori
tate Epiſcopi eſt ædificatum, nullo modo con
uerti debet in habitaculū ſæculare, vel in alios
profanos vſus. extr. de relig. dom. c. ad hæc. 19.
q. 3. c. quæ ſemel. cum ſacræ ædes ædificatæ etiā
dirupto ædificio ſacræ remanent. Inſtit. de rer.
diuiſ. §. nullius. arg. de conſecr. diſt. 1 c. digna.
25 Decimaſeptima. Sacræ veſtis † quamdiu re
manet forma, non eſt iterum conſecranda, li-
cèt per plures partes, vel pluries reficiatur, ſe-
cus ſi forma mutetur, ſiue ſoluatur, quod idem
diximus in reconſecratione eccleſiæ.
26 Decimaoctaua. Sacrum † tanquam dignius
trahit ad ſe non ſacrum. c. 2. eo. tit. Quod intel
lige, quando ſacrum, & non ſacrum ſunt eiuſ-
dem naturæ, & ſubſtantiæ. & ex commixtio-
ne confunduntur, vt in oleo ſacro, & non ſa-
cro, quia tunc ſacrum trahit ad ſe non ſacrū.
d. c. 2. & 13 q. 2. c. non æſtimemus. Idem intelli
ge etiam in alijs rebus, modo ſint eiuſdem ſub
ſtantiæ, & naturæ. Vnde in reficiendis ſacris
veſtibus filum non ſacrum, ſiue pannus, non
ſacer poteſt apponi, nec eſt opus noua conſe-
cratione. ita Hoſt. in d. c. 2. allegans Inſtitu. de
rer. diu. §. cum ex aliena. & §. quod ſi partim.
& §. ſi cum. Sic ſi eccleſiæ conſecratæ in lon-
gitudine, vel latitudine aliquid adijcitur, non
reconſecrabitur: quia ſacrum trahit ad ſe non
ſacrum. Quod ſi ſacrum, & non ſacrum ſit di-
uerſæ ſubſtantiæ, & naturæ. & tunc ſacrū non
trahit ad ſe non ſacrum: cum ſeparatorum ſe-
parata debet eſſe ratio. l. repetita. C. de Epiſc.
& cler. cap. quia ſæpe in prin. de præben in 6.
27 cap. vnic. verſi. ſecus. eod titu. in 6. Et ideò † ſi
poſt calicis conſecrationem vinum mittatur
in calicem, illud quidém non tranſit in ſan-
guinem, nec ſanguini commiſcetur. cap. cum
Marthæ. §. quæſiuiſti. verſi. præterea de celebr.
miſſ. Et eſt ratio, quia poſt conſecrationem
calicis eſt ibi verum corpus, & verus ſanguis
Chriſti, & ſic ſanguis, & vinum ſuper infuſio-
nis ſunt penitus diuerſæ ſubſtantiæ, & naturæ,
ita innuit D. Abbas & affirmat Henricus in d.
c. 2. extr. eod. nu. 2.
28 Decimanona. Non licèt † conſecrare cali-
cem; niſi ſit de auro, argento, vel de plumbo.
c. vt calix de conſecr. diſt. 1. & c. vaſa: quia non
debet eſſe de ære, aut auricalco, quia ob vini
virtutem eruginem parit, & vomitum prouo
cat: nec de ligno, quia cum ſit poroſum, abſor
beret ſanguinem. Nec etiam de vitro quia cū
vitrum ſit fragile, ſi de illo calix fieret, pericu-
lum eſſet effuſionis. Hæc in d. c. vt calix. & hæc
circa conſecrationem eccleſiæ, vel altaris. ve-
rū reperitur alia conſecratio ſcilicet Epiſcopi.

Vigeſima. Epiſcopus electus debet petere
29 conſecrationem † intra tres menſes à tẽpore
electionis. cap. poſtquam diſt. 50. Immo ſe-
cundum Rod. à tempore cõfirmationis vt di-
cit Hug. eadem diſt. cap. quantũ. Quod ſi in-
tra tres menſes munus conſecrationis non ſu-
ceperit, multiplici pœna punitur, cap. quoniã.
diſtinct. 75. cap. ſed hodie per concil. Trident.
ſeſſ 7 cap. 9. & ſeſſ. 23. c. 2. ad fructuum perce-
ptorum reſtitutionẽ tenetur, quod ſi poſtea in
tra totidem menſes id facere neglexerint, ec-
cleſiis ipſo iure ſunt priuati, vt ibi per concil.
niſi ex iuſta cauſa differatur. cap non oportet.
cap. conſtitutum 7. q. 1.
30 Vigeſimaprima. Cõſecratio † ſi extra Ro-
manam curiam fiat, in eccleſia, ad quam pro-
moti fuerint, aut in prouincia, ſi cõmode fieri
poteſt celebratur. vt habetur in concil. Trid.
ſeſſ 23 cap. 2. Quę quidem conſecratio debet
fieri ad minus à tribus Epiſcopis, & alijs ſuffra-
ganeis, aliàs ſufficenter vocatis, licet fortè nõ
venientibus. cap. nec Epiſcopi, & ibi Henric.
de temp. ord. Et ſic tres ſunt de ſubſtantia cõ-
ſecrationis, vt dicit Hoſt. & Ber. in cap. ſi Ar-
chiepiſcopus. de tempor. ord. Archiepiſcopus
verò qui ordinat Epiſcopum, includitur cum
tribus. Et ideo non eſſet conſecratus, ſi eſſent
pauciorres. diſt. 63. cap. porrò. Licèt vnus ſit
principaliter conſecrans. Epiſcopus verò ex-
emptus debet conſecrari à Papa, vel ab alio
de eius mandato. Sed nõ exemptus à metro-
politano, vel Primatę, vel Patriarcha ſuo, vel
alio de eius mandato. Archiepiſcopus verò, &
Patriarcha conſecrari debet ab omnibus ſuis
31 ſuffraganeis ſaltẽ à tribus: An vero † hãc con-
ſecrationem vicarius exequi poſſit. Dic, quòd
nõ niſi ſit Epiſcopus. cap. Epſcopi. 80. diſtin.
Quamobrem qui conſtituit eũ vicariũ qui nõ
eſt Epiſcopus, debet addere faciendi, & com-
mittẽdi, vt ita vicarius poſſit committere ali-
cui Epiſcopo. teſte Bert. in 3 par. de Episco-
pis. q. 61. Petr. Rebuf. de forma Vicariatus. §.
notandæ. num. 35.
32 Vigeſimaſecunda. Epiſcopus † cõſecrandus
antea examinandus eſt, ſi natura ſit prudens, ſi
docibilis, ſi morib. tẽperatus ſi vita caſtus, ſi
ſobrius, ſi ſemper ſuis negotijs cauens, ſi hu-
milis, ſi affabilis, ſi miſericors, ſi litteratus, ſi
in lege Dñi inſtructus ſi in ſcripturarũ ſenſibus
cautus, ſi in dogmatibus eccleſiaſticis exerci-
tatus, itẽ in multis alijs examinandus, vt eſt
tex. in cap. 2. diſtinct. 23. Et tex. in cap. illud. ea.
diſt. dicit, quòd cum multa diſcuſſione in Epi-
ſcopum quis debet conſecrari.
33 Vigeſimatertia. † Conſecrationis tempus
trium meſium ei qui eſt promotus in Epiſco-
pũ per Papã ſi præſens fuit prouiſus à die pro-
uiſſionis incipit currere cũ tacendo videatur
conſentire, quia promotio eſt res fauorabilis,
alias ſibi currit à die notitiæ, quod eſt regula-
riter etiã in talibus de ſupple. negli. prælat. cap.
licet, de conceſſ. præben. cep. quia per diuer-
ſitatẽ. Calder. conſ. 3. de elect.
Vigeſimaquarta. Circa conſecrationem
virginum ſciendum eſt quòd in iure cano-
34 nico † fit mentio de quatuor velis, ſcilicet de
velo conſecrationis. Et hoc velum nõ eſt im-
ponendum ante 25. annos 77. diſt. cap placuit
vnde dicit Hoſtien. quòd ipſe vix obtinuit à
Papa quòd Lugdunis, ipſe conſecraret in an-
no 20. Et eſt imponendum à ſolo Epiſcopo
26. q. 6. cap. 1. & ſolis virginibus, quia corrup-
tæ non ſunt conſecrandæ. 25. diſtinctio. cap.
acutius. 20. q. 1. cap. deuotionis. Et ſunt con-
ſecrandę in veſte profeſſionis ſuæ, quę ſemper
debent deferre. 23. diſt. cap. ſanctimonialis.
Et ſunt conſecrandæ ſolennibus diebus tan-
tum, vt in Epiphania, & per hebdomadã Paſ-
chæ, & in feſtis Apoſtolorum, niſi in caſu
imminentis neceſſitatis. 20. q. 1. cap. deuotis.
35 Eſt † etiam velum profeſſionis, de qno 20. q.
1. cap. 1. & q. 2. cap. puella. Et hoc quolibet
tẽpore à virgine, vel corrupta ſuſcipitur, cũ
profitetur. Eſt etiam velum religionis, quod
virgo, vel corrupta ſuſcipit à presbytero, vel
miniſtro. 20. q. 1. cap. vidua. Item eſt velum
ordinationis, & hoc dabatur olim diaconiſſis
in 40. anno. 78. diſt. cap. nemó. 27. q. 1. cap.
diaconiſſam. Eſt etiam velum prælationis, &
dabatur olim abbatiſſis in 60. anno. 20. q. 1.
cap. iuuenculas.
Vigeſimaquinta. Circa conſecrationem Eu-
chareſtiæ nota plures caſus, & primũ Qui eſt
36 † ritè ordinatus in presbyterum ſecundum or-
dinationẽ, ſeu traditionem eccleſiaſticã non
poteſt cõſecrare corpus Chriſti. cap firmiter
credimus. §. vna vero, verſ. Et hoc vtique de
ſum. Trin. & fide cath. ita etiam not. Hoſt.
in ſumm. eod. tit. §. à quo celebranda.
Secundus caſus. Qui rite ordinatus in pre-
37 sbyterũ ſecundũ traditionẽ † eccleſiaſticam
excõicatus tamen, vel aliàs cõſtitutus in pec-
cato mortali, ſi celebrat, mortaliter peccat,
qa iudicium ſibi manducat, & bibit. 1. Cor. 11.
de conſecr. diſt. 2. c. timorẽ. de celebr. miſſ. c. de
homine, tamen celebrando cõſecrat; dummo
do adſint intẽtio, materia, & debita forma. d.
§. vna vero. & c. de homine. In vno tamen caſu
celebrans non peccat, qñ inſtaret neceſſitas ce
lebrãdi, nec poſſet habere cui cõfiteatur, & eſ
ſet cõtritus cũ propoſito ſatisfaciẽdi, & cõfitẽ
di quã primũ. facit tex. in c. de cętero. c. à nobis.
de ſen. exco. 26. q. 6 c. qui recedũt. Sum. Cõfeſſ.
in rub. de ſacram. Euchar. q. 70. ver. vtrũ peccet.
Tertius



Tertius caſus, circa defectum ex parte ma-
38 teriæ eſt, cum materia † neceſſaria ad confi-
ciendam Euchariſtiam ſit panis triticeus cu-
iuſcunque ſpeciei ſit, pro ut habetur expreſsè
in concil. Flor. ſub Eugenio IIII. & in concil.
Carrag. & habetur in cap. in ſacramento. de
conſecrat. diſt. 2. vel vinum de vite. de celeb.
miſſ. cap. cum Marthæ. §. diſtinguendum. & §.
verum. Fr. Ioan. in Sum. Confeſſ. de ſacr. non
iter. in rubricella. de ſacramento Euchar. q. 88.
Hinc fit, quòd quis conficere in farre, & ſpelta
Euchariſtiam poſſet, nam quamuis grana ſpe-
cie differant, conueniunt tamen in ſpecie triti
ci, ſub quo continentur: nam habent grana
eiuſdem figuræ cum tritico, & ex illis panis
vſualis conficitur, qui ab omnibus panis triti-
ceus nominatur. vide Turrecre. in d. c. in ſacra-
39 mento. nu. 3. Impediretur † vero conſecratio
ſi in pane hordeaceo, vel mileaceo, cum non
ſint de genere tritici, quãuis ſint fruges de ge-
nere frumenti. quod eſt nomen generale ad
omnes ariſtarum fruges. Ita Ioſeph. in Flor.
theolog. quæſt. De eſſent. Euch. q. art. 3. Pariter
conſecratio impediretur, qui vinum non pu-
rum, ſed omnino acetum, vel agreſtum, vel
aquam puram pro vino de vite aſſumeret. D.
Thom. & Fr. Ioan. vbi ſupra. & Ioſeph.
Quartus caſus, circa defectum ex parte in-
40 tentionis eſt. qui † non intendit conſecrare,
licèt forte fingat, & ſimulet hoc facere, labia
mouendo, ſed tacendo verba, quibus confici-
tur corpus Chriſti, ſcilicet, Hoc eſt enim cor-
pus meum, & Hic eſt ſanguis, per hęc enim ver
ba tranſubſtantiatur panis in corpus, & vinũ
in ſanguinem. d. c. cum Marthæ. §. quæſiuiſti. ſe
cundum D. Tho. & alios communiter, tunc nõ
conſecrat. corpus Chriſti. c. de homine. de cele
bra. miſſ. nam neceſſaria eſt intentio, ſicut in
baptizante. 1. q. 1. c. ecce quando. Arch. 1. q. 1. c.
dedit. & in c. ſacerdote.
Quintus caſus, circa defectum ex parte for-
41 mæ † eſt, ꝙ ſi forma mutatur in alia verba,
quod nullo modo fieri debet, tunc dicit Alan.
in libro de miſſa, ꝙ pro certo nõ conficeretur
etiam ſi illa verba eundem ſenſum habere vi-
deantur. Pariter ſi forma diminueretur, ſic di-
cendo Hoc eſt meum; cum remaneat indeter-
minatum. Quid meum ſit. Verum ſi addatur
aliquid, quod ſignificationem nõ mutet, licet
errorem inducat, nihilominus tamen fit conſe
cratio, vt ſi dicatur Hoc eſt corpus meum di-
lectum, vel ſanctũ, &c. tamen qui hoc facerer,
eſſet valde increpãdus, ita cum eo concordat
Fr. Ioan. qui ſupra q. 55. cum tribus ſeq.
42 Sextus, † circa defectum quo ad alias ſolen
nitates, quæ ad ritum huius ſacramenti perti-
nent, eſt, ꝙ licèt omittens ea, quæ ad ritum hu-
ius ſacramenti pertinent. ſcilicet tempus debi
tum, altare, & veſtes, & huiuſmodi, grauiter
peccet: quia facit contra ſtatutum eccleſiæ, ta
men ſi conficiat, nihilominus corpus Chriſti
conſecratum eſt, modo conſecrans ſit ordina
tus, & adſit intentio, & materia, & forma de-
bita. ita eſt communis ſchola Theologorum,
vt refert Henric. in c. litteras. de celebr. miſſ. nu.
4. & de veſtibus concordat Arch. in c. concedi
mus. de conſecra. diſt. 1. Hoſt. in d. c. litteras. &
hæc diximus ſub correctione ſanctæ matris
Eccleſiæ, cum qua idem per omnia volumus
ſentire.

## *SVMMARIVM.*

1 *Ieiunij multiplex diuiſio.*
2 *Ieiunij præconia.*
3 *Ieiunia ab eccleſia indicta, & voluntaria quæ, & diſcrimen nu ſeq.*
5 *Ieiunium debent quatuor concomitari, largitas, lætitia, hora, & menſura.*
6 *Ieiunium an ſoluatur per anticipationem temporis.*
7 *In ieiunio an ſit abſtinendum à quanto, vel à quali.*
8 *Ieiunium an cadat ſub præcepto legis naturæ, vel eccleſiaſticæ.*
9 *Præceptum Eccleſiæ tranſgrediens, an ſemper peccet, & qualiter.*
10 *Ieiunij tempus quale, & an poſſit præueniri.*
11 *Hora comedendi in primis tribus diebus quadrageſimæ.*
12 *Ieiunio an ſatisfaciant qui diuidunt cibum, bis parum comedentes.*
13 *Presbyter vigilias populo annunciare tenetur.*
14 *Ieiunium in tribus caſibus non eſt laudabile.*
15 *A ieiunio eccleſiæ octo perſonarum genera excuſantur.*
16 *Præceptis medicorum an ægrotantibus ſit licitum vti.*
17 *Operarios conducentes ea lege, vt ſoluant ieiunium, non ſunt immunes à peccato.*
18 *Itinerantes an, & quando excuſentur à ieiunio.*

19 *A ieiunijs an excuſentur vxores.*
20 *Ieiunij in diſpenſatione an ſufficiat licen tia presbyteri, & quæ cauſa ſufficiens.*
21 *Ieiunium, vel quadrageſimam violās ex neceſsitate, an excuſetur.*
22 *Ieiunij tempore non debet quis vti cibis exquiſitis, & voluptuoſis.*
23 *Ieiunium, & eleemoſina ſunt duo præcipua quibus Deus placatur.*
24 *Ieiunans die Dominico, vel ex iniuncta pœnitentia, an peccet.*

## De quibuſdam Deciſionibus circa ieiunium. Cap. XVI.

PRima, ieiunium multiplex eſt, ſ.
1 neceſſitatis, † vt in medicis, qui
ieiunant, vt ſanitatem corporis
conſequantur. Virtutis, vt in bene,
& prudenter, & mediocri-
ter viuentibus. Superſtitionis, vt in Hypocri-
tis, qui ieiunant vt alijs boni videantur, de qui
bus meminit Matt. in euang. Cum ieiunatis,
nolite fieri ſicut hypochritæ triſtes; Fatuitatis
vt in indiſcretis; Corporalis vtilitatis, vt in pin
guibus, & auaris, qui ieiunant vt marſupium
ſuum augeatur, & neſciunt cui congregent di
uitias, Hoc ieiunium fit Diabolo, non Deo.
Primum eſt, indifferens, vt quia cauſa infirmi-
tatis, vel indigētiæ ſolum aſſumitur, quòd qui-
dem poteſt eſſe inductiuum ad bene operan-
dum, vt inquit Grego. Fœlix neceſſitas, quæ ad
meliora cogit. Aliud eſt laudabile, videlicet
diſcreta, & moderata abſtinētia à cibo, & po-
tu, quod fit à bene, & prudenter viuentibus, &
à pinguibus, vt ſubijciatur caro ſpiritui, & mēs
erigatur ad ſuperiora, & tale ieiunium eſt bo-
num. vnde Iſidorus lib. 1. de offi. dicit: ieiunium
2 eſt res † ſancta, opus cœleſte, ianua regni, for-
ma futuri. Et Ambroſ. in lib. de Elia, & ieiu-
nio, dicit, quòd ieiunium eſt magiſterium con
tinentiæ, humilitas mentis, caſtigatio carnis,
ſenilis gratia, iuuentutis cuſtodia, infirmitatis
alleuiamentum. Aliud eſt deteſtabile, vt in Hy
pocritis, qui propter vanam gloriam ieiunant:
& in auaris, vt burſæ parcant. Hæc Archid. in
cap. ieiunium. num. 2. & Turrecrem. in capitu.
ſunt tibi. de conſecra. diſtin. 2. Rayn. in ſum. de
3 ſatisfact. Secunda. Ieiunia † quædam ſunt in-
dicta, & neceſſaria, & quædam voluntaria.
Indicta, & neceſſaria ſunt, ieiunia quatuor
temporum quæ à veteribus initium habue-
runt. 86. diſtin. cap. ieiunium. Item vigiliæ om-
nium Apoſtolorum, præter exceptas. capitu.
1. & 2. de obſeru. ieiun. Item vigiliæ ſolennes,
vt natiuitatis Domini Aſſumptionis glorioſæ
Virginis, beati Ioannis Baptiſtæ, beati Lau-
rentij, omnium Sanctorum, & Quadrageſi-
ma integra, & vigilia Pentecoſtes, quæ ho-
die communitet ieiunatur de conſuetudine
approbata, & nos aliàs diximus in noſtris De-
ciſ. in 1. parte. lib. 2. de ieiunio. Voluntaria ve-
rò ieiunia dicuntur illa, ad quæ aliqui voto,
vel propoſito ſe aſtringunt, vel etiam quæ
præter indicta à ſacerdotibus iniunguntur. 82.
diſt in. cap. presbyter. ita Hoſtien. in rub. eo. tit.
nume. 6.

4 Differunt tamen hæc ieiunia, † quia ieiu-
nia indicta, ideſt, ab eccleſia inſtituta, non
poſſunt redimi pecunia, vel commutari, niſi
cauſa, vel neceſſitas ſubſit in ieiunante, exem-
plum de cauſa, eſt ieiunium feſti, quod eſt die
lunæ, fit in ſabbato. cap. 1. eod. titu. Sed volun-
taria ieiunia etiam ſine cauſa poſſunt redimi
autoritate ſuperioris, dummodo ſubſit vtilitas
ieiunanti redimere. ita text. extra de voto. cap.
1. Sic ieiunia voto confirmata poſſunt ex cau
ſa diſpenſari: vnde Alexander Papa diſpenſa-
uit cum rege Ludouico, qui ex voto ieiuna-
bat in pane, & aqua, nec poterat eſſe lœtus il-
la die, nec audire cauſas, nec facere iuſtitiam,
pariter ieiunia impoſita in foro pœnitentiæ.
& poſita in foro iudicij exterioris, vt in caſu
in d. cap. presbyter. poſſunt redimi pecunia,
aut etiam alio bono æquiualenti, vel ieiunio
per alium facto. ita glo. in d. cap. presbyter. Ve-
rum in ieiunio impoſito in foro pœnitentiæ
à ſacerdote, & ieiunio impoſito à canone, &
in ieiunio impoſito à canone autoritate ca-
nonis eſt aliqua differentia: quia in primis duo
bus, non poteſt fieri commutatio propria au-
toritate, ſed requiritur, & cauſa, & autoritas
presbyteri ſui. argu. de pœnit. diſt. 6. c. 1. vel cu
iuſcunque alterius presbyteri, ſi hoc obtinuit
ab illo, qui ſibi impoſuit pœnitentiam, ſed in
ieiunio impoſito à canone autoritate canonis
iſtius fieri poteſt commutatio, vnde dicebat
Io. Faber, ꝙ à iure optionem habet, vnde libe-
ratur pręſtando quod vellet. arg. ff. de iure dot.
l. plerunque. ff. de optio. leg. l. 2. Turrecr. & Prę
poſ. in d. c. presbyter.

Secunda. Ieiuniū debent quatuor cōcomita
5 ri † largitas, lętitia, hora, & mēſura. De primo,
dicit Hieronymus, quod manducaturus eras,
ſi non ieiunares, da pauperibus, vt ieiuniū tuū
ſit ſaturitas animę, nō marſupij lucrū, & Greg.
illud quid tibi ſubtrahis, alij largito, vt vnde ca
ro tua affligit, inde indigētis proximi caro re-
leuetur. De ſecundo, dixit Dn̄s. Matth. c. 6 ſci-
licet, de lætitia, cum ieiunatis, nolite fieri ſicut
Hypo-



Hipocritæ. De tertio, ſcilicet hora legitur.
1. Reg. 14. ꝙ Ionatas, qui præuenit horam, adiu
dicatus fuit morti, an vero horam præuenien-
do, quis frangat ieiunium, & ſic anticipatio
6 † temporis ſoluat ieiunium. Dic. quòd ſic. per
tex. in cap. ſolent. verb. nullatenus, quod idem
eſt, ꝙ nullo modo, nulla ratione. de conſecra.
diſt. 1. facit tex. in c. quinque. de conſecr. diſtin.
5. Archid. & Turrecrem in d. cap. ſolent, & ra-
tio eſt, quia ille ſecundum S. Thomæ in 2. 2. q.
147. art. 7 ieiunium ſoluit, qui determinationē
eccleſiæ non ſeruat, vnde cum eccleſia inſtitue
rit certum tempus comedendi ieiunantibus,
qui nimis notabiliter anticipat, ieiunium ſol-
uit. Non tamen eccleſia intendit arctare ad
ſubtilem temporis inſpectionem, nec opor-
tet aſtrolabium accipere ad horam comme-
ſtionis cognoſcendam, vnde ſufficit ſi circa
horam illam, quam eccleſia inſtituit, ieiunans
ſumat cibum etiam ſi aliquantulum propter
aliquam neceſſitatem anticipat. Menſura etiā
requiritur, vnde Aug. Mens auiditate ciborum
laſſata perdit orationis virtutem. An vero ſit
7 abſtinendū à quanto, † vel à quali, dicit Card.
in c. non dico. de conſecr. diſtin. 5. num. 1. quòd
ſecundum conſtitutionem eccleſiaſticam ma-
gis abſtinendum eſt a quali, ideſt delectatio-
ne ciborum quàm à quanto, ſecundum autem
legem virtutis ſobrietatis diſtinguēdum eſt de
quali, & de quanto Quoniam autem quæritur
de quali, & quanto illicito, aut licito, in illici-
tis magis eſt abſtinendum a quali, quam à
quanto, vnde maius peccatum eſt tempore ie-
iunij comedere vnum morſellum carnis, quàm
comedere multum de licitis: ſi autem loqua-
mur de quali, & quanto licito, tunc videtur,
quòd non ſit dare regulam generalem, nec
potuit determinare eccleſia, à quo magis eſſet
abſtinendum, quia aliqui plus delectantur in
quanto: ſunt enim nonnulli ita edaces, quòd
non quærunt, niſi ſuperfluitatem, aliqui verò
magis delectantur in bono, & ſufficit eis pa-
rum, dummodo ſit delectabile, & ſuaue: vnde
magis delectantur in ſuauitate ciborum, quàm
pluralitate, & ideo illis, qui proniores ſunt ad
edacitatem magis virtus eſt abſtinere à quan-
to, illis verò, qui plus delectantur in ſuauitate,
maior virtus eſt abſtinere à quali.

Tertia. Ieiunium in communi cadit ſub prę-
8 cepto legis † naturæ ſed determinatio tem-
poris, & modi ieiunandi, ſecundum conueniē-
tiam & vtilitatem populi chriſtiani, cadit ſub
præcepto iuris poſitiui, & ideo eſt ab omni-
bus obſeruandum ſub peccato mortali. cap. 2.
de maior. & obed. cum ſit inſtitutum à Prælatis
eccleſiæ, ad quos pertinet ſtatuta facere,
quæ ſint honeſta, æqua, poſſibilia, rationabilia,
& pertinent ad communem vtilitatem fide-
lium i ſpiritualibus bonis, & hoc eſt ieiunium
eccleſiæ. de conſecra. diſtin. 5. cap. Quadrage-
ſima, & cap. ſeq. An vero tranſgrediens præce-
9 ptum † ieiunij indictū ab eccleſia, peccet mor
taliter? Reſpond. quòd præcepta iuris poſitiui
magis obligant ex intentione legiſlatoris,
quàm ex ipſis verbis, & ideò tranſgreſſor talis
præcepti magis eſt reputandus, qui obuiat in-
tentioni legiſlatoris, quàm qui deuiat in ali-
quo ab ordinatione legis: intentioni autem le
giſlatoris obuiat, qui ex contemptu, vel ſine
aliqua rationabili cauſa ordinationem non
ſeruat, vnde fit, quòd tranſgreſſio ieiunij po-
teſt contingere ſine peccato, vt quando cum
rationabili cauſa. cum diſpenſatione: aliquādo
autem ſine mortali, cum veniali, aliquando
cum mortali, & hoc ſecundum diuerſas occa-
ſiones, quibus homo inducitur ad frangendū
ieiunium. Hæc D. Tho. 4. diſt. 15. q. 3. art. 1. q. 4.

Quarta. In ieiunijs aliorum temporum,
10 quàm Quadrageſimæ † non cogitur aliquis
ieiunare, niſi vſque ad meridiem, vt diximus
lib. 2. cap. 37. nu. 35. non tamen ſecundum ſub-
tilem examinationem, ſed ſecundum groſſam
exiſtimationem, ſufficit enim circa horam il-
lam, quam quidem horam poſſet aliquantulū
etiam pręuenire, ſi fortè propter infirmitatē,
vel ætatem, aut aliquod huiuſmodi, hoc eis
magnum grauamen cæderet, quia tunc, vel eſ-
ſet eis in ieiunio obſeruandum, vel vt aliquan-
tulum præueniret horam. vt dicit Card. in c.
ſolent. de conſecr. diſtin. 5. num. 1. Ad tertium,
ſed tempore Quadrageſimæ ſtatutum eſt, vt
poſt nonalem Miſſam ſtatim canentur Veſpe-
ræ, & poſtea comedatur. d. cap. ſolent, ſed du-
11 bitatur quid de tribus † primis diebus in prin-
cipio Quadrageſimæ, vbi Veſperæ cantantur
tempore conſueto. vide gloſ. ibi, quæ arguit.
quòd ſi quis comedit ante, ſit excuſatus, quia
qui ſoluit ante tempus, plus ſoluit. Inſtitu. de
act. §. ſi quis agens. ita in caſu noſtro, qui co-
medit ante, videtur plus facere, ſed iſtud non
eſt verum. quia dies iſta, vel hora non eſt ap-
poſita in fauorem ipſius debitoris, & ideo an-
te tempus non poteſt ſoluere. An verò circa
12 † ieiunia indicta ab eccleſia poſſit ſtatui, quòd
qui bis parum comedunt ſatisfaciant ieiunio,
ſicut faciōt Ciſtertienſes, qui ad remouēdum
ſcandalum, & charitatem conſeruandam, ſta-
tuerunt, quòd illi, qui aliquid faciunt, vt præ-
guſtent aliquid, nec frangunt ieiunium ab ec-
cleſia indictum, quam quidem prægustatio-
nem vocant mixtum, credit Innoc. in cap. 1. de
obſeru. ieiun. num. 4. quòd ſoluant ieiunium,
niſi ex cauſa, vt in Ciſtertienſibus, & hoc
ea ratione, quia ſic vſu ieiunantium appro-
batum

batum eſt, hinc videmus & in miniſtris magnatum, qui quandoque ad euitandum toxicum, & ſuſpicionem toxici prægustant cibaria coram Dominis ſuis appoſita, vel quæ ex parte ipſorum aliis repræſentant, qui intelliguntur nihilominus ieiunare. ita Hoſt. in rubr. de obſeru. ieiun. num. 11. & ibi Zabar. ſic qui parum comederet, & poſtea ad mandatum faciendũ ſurgeret quo facto ad menſam rediret, & comeſtionem inceptam perficeret, certè talis ieiunus diceretur. ſecundum Hoſt. qui ita not. in ſum. de obſeru. ieiu. §. quando. verſ. tota. & c. ſic valetudinarij, quorum natura remanſit debilis ob infirmitatem, excuſantur, ſi cibum diuiderent, nam ſi daretur eis vna vice totum ſimul quod eſt neceſſarium ſuſtentationi naturæ, grauaretur natura, & ſi pluribus vicibus datur, cõfortatur, & vigoratur, quod idem dicendum de infirmis, vel debilibus, etiam in illis infirmitatibus, in quibus abſtinentia confert. Rurſum idem dicendum eſt de ſenibus, quia ſi totus cibus, quem natura eorum requirit, pro die naturali ſimul ſumeretur ab eis, nimis obtunderetur in eis, & grauaretur calor naturalis, & non poſſet cibum digerire conuenienter. Richar. 4. diſt. 15. q 3. art. 3.

13 Quinta. † Presbyteri cum ſacras feſtiuitates populo annuntiant, ieiunium vigiliarum omnino ſeruare moneant. c. ieiunia. vbi Arch. de conſecr. diſtin. 5. Quæ quidem vigiliæ ſunt ieiunandæ in die ſuo, niſi in Dominica venerit, quia tunc licet tale ieiunium non poſſit cõmutari, vel redimi ſine cauſa, poteſt tamen transferri, ſiue commutari de die in diem, puta, quando vigilia inciderit in diem dominicum, tunc enim ieiunatur ſabbato præcedente. cap. 1. eod. tit. Quod ſi quis obiiciat tali caſu nullo pacto eſſe ieiunandum. nam dies dominicus, qui medius eſt inter feriam ſecundam, in qua eſt feſtum, & diem ſabbati præcedentem, in qua mandatur ieiunium celebrari, debet impedire ſeruitutem ieiunandi, ſicut & locus ſacer impedit ſeruitutem itineris, cum per eum locum ſeruitus deberi non poſſit. ff. de ſer. l. ſeruitutes. §. ſacri. Sic locus medius impedit pollutionem cœmeterij. c. vni. de conſecr. eccl. vel alt. Reſpondetur, quòd ieiunare non eſt ſeruitus, ſed debitum, & ideo ſi non poteſt ſolui vno die, alia die eſt ſoluendum. 86 diſtin. c. ieiunium. verſ. & hoc ſciendum. facit tex. in cap. cum dilecti. § præterea. de dolo, & contum. vel ſi eſt ſeruitus, non eſt ſeruitus ſeruilis, & tẽporalis, quæ potius obeſt animæ, quàm prodeſt, ſed ſpiritualis quæ nobilitat animam, cũ ſeruire Deo, regnare ſit; & purgat animam, & ſaluat. 76. diſt. c. ieiunium. c. 1. & 2. de conſecra. diſt. 2. Vnde tanquam fauorabilis eſt amplianda. Facit. de reg. iu. lib. 6. c. odia ita Hoſt. Ioan And. & Zabar. in c. 1. eo. tit.

Sexta. Ieiunare non eſt laudabile, immo vi-
14 tuperabile in tribus † caſibus, qui tanguntur in littera. cap. non mediocriter. de conſecra. diſt. 5. Primum eſt, quando per ieiunium ſubtrahitur id, quòd eſt neceſſarium naturæ, hoc enim non licet, ſicut nec interimere ſeipſum, vnde ſi eſſet ieiunium tale, quod induceret mortem, ſiue mortis accelerationem, & hoc eſſet ex intentione, eſſet peccatum mortale, ſed ſi præter intentionem, dando operam rei licitæ; nullum eſſet peccatum. ita Bonau. in 4. diſt. 15. par. 11. q. 11. art. 2. cap. 7. ſecundum eſt, quando per ieiunium ſubtrahitur id quòd eſt neceſſarium ad valetudinem corporis ſeruandam, habito reſpectu ad ea, quæ incumbunt officio ex ſocietate eorum, quibus homo conuiuit neceſſario agenda, ſicut cum quis tãtum ieiunat, vt lectioni, pſalmodiæ, officiis communibus redditur impotens, ſiue ab aliis operibus impeditur, ad quæ obligatur. Hoc, enim vt ait Hiero. in d. c. non mediocriter, eſſet de rapina hoſtiam ſiue holocauſtũ offerre. Tertium, cum tanta abſtinentia obſeruatur in ieiunio, vt homo ab operibus impediatur; quamuis ad ea ex neceſſitate non teneatur, indiſcretum eſt etiam tale ieiunium, etſi non ſit illicitum, vt dicit S. Thom. & de hoc ieiunio dicit Hieron. in d. cap. non mediocriter errant, qui qui magno preferunt mediocre bonum, non-rationabiliter homo dignitatem amittit.

Septima. Octo diſtingui poſſunt genera
15 perſonarum † quæ excuſantur à ieiunio eccleſiæ. Primo, ſunt pueri. Archid in cap. vt ieiuni. de conſecr. diſtin. 5. qui quamdiu ſunt in ſtatu augmenti, quod eſt, vt in pluribus vſque ad finem tertij ſeptennij, non tenetur ad Eccleſiaſtica ieiunia ſeruanda, conueniens tamen eſt, vt etiam in hoc tempore, ſe ad ieiunium exerceant plus, vel minus ſecundum modum ſuæ ætatis. Secundo, excuſantur infirmi, & debiles, quia infirmitas legi non ſubiacet. c. ſicut. diſt. 50. extr. de obſeru. ieiun. c. conſilium. An vero
16 fidelibus ægrotantibus ſit licitum † vti præceptis medicinæ artis: dic, quòd ſic, vnde legitur de Auguſt. quòd conceſſit religioſis medicorum vti conſilijs, vt patet in ſua regula, verum præceptis, ſiue conſilijs; quæ darentur à medicis, quæ forent diuinæ legis diſpoſitioni, & prohibitioni contraria, vt puta ſi præciperent aliquas ſuperſtitiones, quæ prohibentur in c. illud. 26. q. 2. aut aliqua animæ ſaluti contraria, vt eſſent aliqua, quæ eſſent peccata mortalia, non eſſet vtendum talibus. vt extr. de pœnit. & remiſſ. c. cum infirmitas, dicitur, cum anima ſit multo pretioſior corpore, ſub interminatione

tione



tione anathematis prohibemus, ne quis medicorũ pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quòd in periculum animæ conuertatur. Tertio excuſantur pauperes à ieiunio eccleſię, non quidem illi, vt ait S. Tho. qui poſſunt ſufficienter habere quod eis ſufficiat ad vnam comeſtionem, ſed illi, qui fruſtatim eleemoſynas mendicant, qui non poſſunt ſimul habere, ꝙ eis ad victum ſufficiat. Quarto excuſantur operarij vt qui tenentur dominis ſuis ſeruire, laborando, vt ſerui, & ruſtici. Excuſantur etiam qui à Dominis coguntur ad talem laborem, ſi autem voluntariè tales laborarent, non excuſarentur à ieiunio, niſi ſit tantus labor, quem non compatiatur ieiunium, & ſit propter ſuũ, & ſuorum victum, & veſtitum neceſſarius, quorum eis incumbit cura, & non voluntarius propter cupiditatis lucrum, non autem ſunt
17 immunes à peccato, qui nolunt operarios conducere, niſi tali pacto, quòd ieiunium ſoluant, niſi ſit cauſa neceſſaria, quæ feſtinantiam operis pro labore expoſcat. Quinto peregrini, qui labore itineris adeò affliguntur, quòd
18 ſimul cum ieiunio itinerare † non poſſint, & itineratio ad aliud tempus differri commodè non poſſet, vt quia compellit exulare circa certum tempus, vel quia tempus ieiunij præoccupat in via hominem, vel quia dies feſtus alicui imminet, ad quem ex deuotione homo pergere cupit, vel quia mora periculum in patria habet, vel ſpirituale, vel corporale, vel qa dies feſtus alicubi imminet, ad quem ex deuotione homo pergere cupit, nam ſi peregrinatio poſſet ſibi commodè differri, & tunc debet homo peregrinationem differre, ſi cum ea non poſſet ieiunare. Sexto excuſantur curſores equitum, quando trottant, vt dicit Petr. de Palud. quia labor multum conſumit, de humido, & nimis grauarentur vna vice ſumendo ad ſufficientiam, & ideo videntur excuſari. Septimo excuſantur prægnantes, quia debent accipere cibum non tantum pro ſe, ſed etiam pro nutrimento fętus, ſecundo quia prægnantes habent varia, & inordinata deſideria ciborum diuerſorum, & quandoque ita intenſa, ꝙ niſi aliquo modo poſſent ſatisfacere apetitui, periculum poſſet eſſe de periclitatione fœtus. Vnde ſecundum Rod. prægnantes, & nutrices, ſi timeatur notabiliter de periculo earum, ſi ieiunauerint, vel de fętu in vtero, vel de puero ad vbera non tantũ poſſunt, ſed etiam tenentur ieiunia ſoluere. An vero mulieres vxores propter virorum prohibitionem dimittere
19 debeant ieiunia † indicta ab eccleſia. Reſp. ſecundum Inno. in cap. 1. de obſeru. ieiun. quòd à votiuis benè excuſantur, quia ſine eorum licentia vouere non poſſunt, vnde mariti poſſunt irritare. 33. q. 6. cap. noluit. & c. manifeſtum, ſed non excuſantur a ieiuniis indictis ab eccleſia, quæ æqualiter indicuntur coniugatis, & alijs, ſed tamen fortè propter viri ſcandalum poſſet presbyter diſpenſare. arg. diſt. 50. c. vt conſtitueretur. idem Hoſt. in glo.

20 Octaua in diſpenſatione † ieiunij non ſufficit licentia ſimplici præsbyteri, etiam ex iuſta, cauſa, niſi sũma neceſſitas immineat, ita, quòd ad exemplum ſine periculo non poſſit recurſus haberi: optimus tex. in cap. cõſilium. de obſer. ieiu. ita Hoſtien in cap. conſilium. de obſer. ieiu. qui etiam dicit, quòd cauſa ſufficiẽs ad diſpenſandum eſt infirmitas, naturæ debilitas, ciborum penuria, vel paupertas, peregrinatio, labor, & protractio menſæ nimia, vt in ſeruientibus menſæ nobilium, & huiuſmodi.

21 Nona. † Qui neceſsitate præciſã, aut vrgenti violat ieiunium ad quadrageſimam, in totũ excuſatur à peccato. cap. 2. de obſer. ieiun. cap. quod non eſt. de reg. iur. Parua autem, & leuis non excuſat, ſed alleuiat peccatum. Hinc etiã ſequitur, quòd propter neceſſitatem licitum eſt ſumere cibum à Iudæis & infidelibus. vt notat gloſſ. in cap quam ſit. de Iudæis, vbi exiſtentes apud paganos prædicandi cauſa poſſunt recipere cibos ab eis, & etiam eorum ſocij, & hoc ex priuilegio ſpeciali, igitur in contrarium eſt ius commune. l. 1. in fi. ff. ad municip. Hinc Dauid comedit panem propoſitionis propter neceſſitatem, quem non licebat comedere niſi ſolis ſacerdotibus, & non fuit ſibi imputatum in peccatum. vt 1. Reg. cap. 22. & 25. q. 1. c. ideo permittente. §. his itaque. Et non obſtat 32. q. 4. cap. ſicut ſatis eſt. vbi dicitur, quòd quis potius debet fame mori, quàm idolothytis veſci. quia reſpondeo illud eſſe verum, quando fieret dolo ad venerationem idoli: quia ſcriptum eſt. Vnũ cole Deum. Sed propter neceſſitatem poteſt idolothytis veſci. facit quod traditur per gloſſam, & Doct. in d. c. ſicut. & ibi per Archid. qui dicit, modo cum horrore & execratione illis veſcatur: quia eſt inculpabile iudicandum, quod neceſſitas introducit. 30. q. 1. cap. ad limina. iux. fi. Sed notandum, quòd tanto tempore debet durare effectus neceſſitatis, quanto durat neceſſitas. 1. q. 1. c. quod pro neceſſitate. & quæſt 7. cap. quod pro remedio. & ibi vide gloſſam, quæ multa iura allegat ad hoc, facit regula generalis. cap. cum ceſſante. de appell.

22 Decima. † Ieiunij tempore, & pœnitentiæ quis non debet vti cibis exquiſitis, & voluptuoſis. ita not. in cap. 2. extra de homicid. pro quo, vide etiam bonam gloſſam in cap. denique. diſtin. 4. in verbo, cæterum piſcium eſus.

& in

& in verbo, denique, qui à carne abſtinet: nam cibi quadrageſimales inducti ſunt ad macerandam carnem, cohibendum libidinem, & concupiſcentiam, ideo non debent eſſe multum delicati. Dicunt tamen Doct. in d. cap. denique, quòd per hoc non ſoluitur ieiunium, ſed quia multum expenditur in iſtis, & voluptuoſe comeduntur, ille, qui hoc facit, aliquantulum peccat.

23 Vndecima. † Duo ſunt in quibus Deus præcipuè placatur, voluntaria, & larga eleemoſina, & ieiunium, ex quibus vitia comprimũtur, & mens eleuatur ad contemplationem. ita notatur in d. cap. 2. extr. de homic. pro quo facit id, quod ſcribit beatus Ambroſius, quod legitur in tertia Dominica Aduentus, vbi dicit: nullum enim tam graue delictum, quod non purgetur abſtinentia, & eleemoſinis extinguatur. Et Hieron. Saccus, & ieiunium ſunt pœnitentiæ, & auxilia peccatorum, & ſi ex duobus neceſſariis vnum eſt ſubtrahendum, magis eligam ieiunium abſque ſacco, quàm ſaccum abſque ieiunio.

24 Duodecima. Ieiunans die † Dominico peccat mortaliter, ſi hoc facit in contemptum ipſius diei, vel ex quadam ſuperſtitione putans, quòd tali die ex debito, vel obſeruantia ſit ieiunandum. c. ſi quis tanquam. c. ſi quis presbyter. diſt. 31. ſecus autem ſi hoc faceret cauſa neceſsitatis vel deuotionis. vt not. in d. c. ſi quis presbyter. & in cap. vtinam. diſt. 76. Sed quid ſi presbyter alicui iniũgat, vt ieiunet diebus Dominicis, an ille teneatur ieiunare? dicit Hugo in d. cap. ſi quis tanquam, quòd ipſe non tenetur ieiunare nisi talis ſponte voluerit ſubire tale mandatum. facit tex. in cap. fin. de obſeru. ieiun.

*SVMMARIVM.*

1 *Iniuria quid ſit. ſi in genere ſumatur. Et quot modis ſumatur.*
2 *Iniuria tripliciter ſit, re, verbis, & literis*
3 *Iniuria realis multiplex.*
4 *Iniuria vt ſit enormis, ſeptem ſunt conderanda.*
5 *Iniuria an ſit peccatum.*
6 *Iniuria facta vni de cognatione, videtur facta omnibus de illa cognatione.*
7 *Pro iniuria facta ſeruo, competit actio Domino, & facta filio, patri, nu. ſeq.*
9 *Monacho facta iniuria non cõpetit actio. Sed monaſterio, niſi in caſibus.*
10 *Monachus iniuriam ſibi factam remittere non poteſt Sicut nec filius.*
11 *Iniuriarum actio competit ſi quis infert iniuriam ſiue verbis, ſiue factis.*
12 *Iniuriarum actione, an teneatur qui dicit aliquod conuitium verum.*
13 *Iniurias proprias vindicare illicitum ſemper.*
14 *Repræſaliæ de ſe ſunt prohibitæ, tribus tamen concurrentibus ſunt licitæ, numero ſeq.*
16 *Mutilare aliquem membro in quibuſdã caſibus licitum.*
17 *Iniurias illatas an ſemper ſuſtinere quis debeat, & nu. ſeq.*
19 *Iniuriam quis remittat, an ſolus patiens, vel alij. num. ſeq.*
21 *Iniuria quibus in caſibus præſumatur remiſſa.*
22 *Iniuria remiſſa in foro conſcientiæ an operetur in foro contentioſo.*
23 *Conuitium dicens verum extra iudicium per libellum famoſum an puniri debeat.*
24 *Ab iniuriarum actione vt quis eximatur quæ neceſſaria.*
25 *Conuitium dicens per libellum famoſum quadruplici pœna punitur.*
26 *Libellum famoſum inueniens, & non lacerans miltis pœnis afficitur ſi manifeſtauerit, niſi in caſibus.*
27 *Contumeliam opponens per viam exceptionis, & non probans, tenetur actione iniuriarum.*
28 *Iniurianti mihi ſi dico tu mentiris, ſi dico verum, non teneor actione iniuriarum.*
29 *Offendens poteſt ſe ſubijcere iudicio offenſi pro ſatisfactione iniuriæ. Limita.*
30 *Verberibus alterius voluntariè ſi ſe ſubijciat vnus de domo, an alij eiuſdem domus poſsint agere actione iniuriarum.*
31 *Iniuriam alicui alteri inferre intendens, ſi alteri inferat, tenetur actione iniuriarum.*

32 Vitu-



32 *Vituperans aliquem iniuſte, ad quam reſtitutionem teneatur.*
33 *Intentans caſtitatem mulieris, eam blando ſermone interpellãdo, tenetur actione iniuriarum.*
34 *Inſectans mulierem, poſt eam vadens quocunque vadit, tenetur iniuriarum.*
35 *Iniuria publica qualiter propulſanda. & qualiter perſonalis. nu. ſeq.*
37 *Ab iniuria inferenda ſi ſolo verbo quis poſsit liberare, vel facto, an teneatur.*

## De Iniurijs. Cap. XVII.

SVbſequenter conſiderandum eſt de aliis iniuriis, quæ committũtur in perſonam proximi, quæ etiam implicitè prohibentur, cũ dicitur: Non occides, vt patet Matt. 5. De quibus licet plura dixerimus in noſtris deciſ. lib. 2. capitu. 49. capitu 72. & multis alijs locis, tamen collectim. & magis nunc diffusè tractando more noſtro ſolito aliqua ad faciliorem intelligentiam præmittemus, deinde deueniemus ad deciſiones. Igitur præmitto primum, quid ſit iniuria. Et tex. inſt. eod. in
1 prin. dicit, quòd † iniuria generaliter dicitur omne id, quod iure non fit. Et idem probatur in l. 1. 2. & 3. in l. 4 §. 1. ff. ad leg. Aquil. Specialiter autem diuerſis modis dicitur. Aliquando appellatur contumelia à contemnendo dicta, aliquando dicitur culpa. vt in l. Aquilia. damnum iniuria dicitur. Et ſic aliquando Synonime accipitur pro damno dato. vt l. 5. §. iniuriã. ff. ad leg. Aquil. Aliquando iniquitas & iniuſtitia. Si enim iudex, vel prætor contra aliquem non iure pronunciat, iniuriam feciſſe dicitur. tex. eſt Inſt. eo. in princ. Et quandoque etiam vſucapio, & præſcriptio iniuria appellatur vt l. 1. ff. de neg. geſt. Secundo ſciendum eſt, quòd
2 iniuria † ſecundum communem ſententiam Doctorum fit tripliciter re, verbis, & literis Re fit iniuria, quoties manus infertur Puta ſi quis pugno, aut fuſtibus aliquem læſerit, ſeu verberauerit, aut alicuius poſſeſſionem inuaſerit, ſiue aliquem perſonaliter fugauerit, aut pudicitiam pacto aliquo attentauerit, & aliis pluribus ſimilibus modis. vt inſt. eod. §. 1. Verbis autem ſecundum Hoſt. in ſum. eo. tit. fieri dicitur, quando conuitium à Collectione vocum, cum enim in vnum voces conferuntur, ſpecialiter conuitium dicitur, quaſi conuotium. Huius autem iniuriæ verbalis ſunt multæ ſpecier, contumelia, ſeu conuitium, criminatio, improperatio, diffamatio, detractio, ſuſurratio, deriſio, ſeu eluſio, maledictio, ſeu blaſphemia. De quibus diximus lib. 3. a c. 137. vſque 144. & lib. 2. c. 19. De ipſis etiam duabus ſpeciebus iniuriarũ loquitur tex in l. item apud Labeonem. §. iniuriarum. ff. de iniur. l. & ſi non conuitij. C. eo. tit. Vnde Greg. ſuper Iob dixit: Aliquando plus turbant verba, quam verbera Iniuriam verò litteris ille inferre dicitur, cum quis libellum, carmen, vel hiſtoriam, ſeu fabulam ad iniuriã alicuius ſcripſit, compoſuit, vel edidit, vel dolo malo fecit, vt quid eorum fieret, puta, quia dimiſit famoſum carmen in platea: Et hæc probantur in l. 1 C. de famoſ. libel. cap. quidam maligni. 5. q. 1. & in l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. eod. Tertio notandum, quòd iniuria realis multiplex eſt: nam quandoque di-
3 citur † atrox. Nonnunquam mediocris. Item leuis, & leuiſſima, vt nos diximus. lib. 2. cap. 49. num. 51. Sed tamen aliqua addendo dicimus, ꝙ iniuria atrox, ſiue enormis, & grauis dicitur. Si oculus percutiatur, ſi fuſtibus cedatur, ſi in foro, vel in conſpectu iudicis percutiatur. §. atrox. inſt. de iniu. ſi in Eccleſia, vel cemiterio verberetur. Hoſt. in ſum. de ſent. excommu. §. quis poſſit abſoluere. Item ſi ſubditus in ſuperiorem manus inijciat, non ſolum in Epiſcopum, vel Abbatem, ſed etiam ſi filius in patrẽ, vel diſcipulus in magiſtrũ, & ſic iniuria atrox dicitur reſpectu perſonarum. vide de calum. c. 1. in glo. 2. vide de except. c. exceptione ſuper vlt. glo. Et in §. quædam. iniuria facta per liberum dicitur quandoque leuis, quæ facta per ſeruum grauis dicitur: quia creſcit contumelia ex perſona facientis. Item iniuria atrox dicitur non ſolum illa, per quam opprimitur perſona, ſed etiam illa, per quam ipſe, vel parentes ſui bonis ſpoliantur propriis, vel per quam ipſe priuatur dignitate, aut beneficio proprio. Itẽ eſt atrox iniuria, ſi propter factum alterius q̃s compellitur exulare. ita eſt tex. apertus in cap. tanta. de exceſſ. prælat. & ibi no. Anto. de Butr. Rurſum dicitur iniuria grauis ex loco. Vnde ſi percuſſio eſt in capite, nam eſt nobilior pars corporis. l. cum in diuerſis ff. de relig. & ſump. fun. dicitur iniuria atrox: vulnus enim in capite eſt lethale, & raro liberatur qui percutitur in capite, ſic quòd ex percuſſione cadat alias enormiter. vt dicit Anto. de Butr. in c. ſignificaſti. num. 21. de homic. Leuis autem iniuria dicitur, quando par parem, non ſubditus, non ſubditum, in loco priuato, non coram iudice pleno ictu percutit malo animo, & ex deliberatione citra tamen ſanguinis effuſionem. Leuiſſima vero offenſa poteſt reputari, ſi quis po

nac

nat leuiter manus ſuper clericum malo ani-
mo, vel accipiat eum per veſtes, vel habenas,
vel per manum, vel brachium, vel quid ſimile,
& ipſum leuiter trahat dicendo, quòd ſi non
eſſet ob reuerentiam Domini, vel metum Ca-
nonis ſi quis ſuadente, quòd vſque ad feces eū
verberaret, vel faceret verberari. Et hoc intel-
ligi poteſt vbi par eſſet, qui talia verba protu-
lit, & eam traxit. ſecunpum Hoſt. in ſum. de ex-
com. §. quis poſsit ab hac abſoluere. Subdit ēt
quod in his iniurijs præter homicidium, &
membri mutilationem committendum eſt ar-
bitrio iudicis. Tu vero dicas, ꝙ quamuis hæc
verba. Atrox, grauis, enormis, leuis, & leuiſſi-
ma recipiant intellectum ſecundūm ſubiectā
materiam, habita relatione ad qualitatem per-
ſonarum, & cauſæ. vt per Bar. in l. admonendi.
ff. de iureiur. & latiſſime per Mar. Sòc. in cap. fi.
eo tit. Tamen ad conſiderandam grauitatem,
& enormitatem iniuriæ, ſeptem principaliter
4 ſunt conſideranda, † & primo conſideranda
eſt cauſa percuſsionis, nam læſio, quæ fortè iu-
dicanda eſſet leuis, ex cauſa fortè iudicabitur
grauis, ſeu leuiſsima. facit cap. ex tenore. in fi.
de ſenten. excom. Exemplum, ſi laicus defen-
dendo ſe aduerſus clericum exceſſerit mode-
ramen inculpatæ tutelæ, & grauiter ipſum
percuſſerit, ſed tamen exceſſus fuit valde mo-
dicus, certè talis læſio licet in ſe abſolutè ſit
grauis, tamen ex cauſa debet leuis, aut leuiſsi-
ma reputari, arg. eorum, quæ dicunt Doct. in l.
1. C. vnde vi. Vbi vult, ꝙ excedens modum de-
bitæ defenſionis, ſi interficit, non punitur de
homicidio ſed pœna extraordinaria. Secun-
do, conſideranda eſt perſona tam reſpectu of-
fendentis, quem offenſi: quia pupillus. arg. cap.
quamuis. c. fi. de ſent. excom. quia eadem offen-
ſa reputatur leuior reſpectu ſuperioris ad in-
feriorem, & grauior reſpectu inferioris ad ſu-
periorem, vt patet ex his, quæ diximus ſupra.
num. 3. Item reſpectu clerici in clericum habe
tur conſideratio. Et dicit alibi Bal. quòd atro-
cior dicitur iniuria, quæ fit à pluribus, quàm ab
vno, ita dicit in l. cum rationibus. C. qui accuſ.
non poſſ per l. ſi plures. ff. de iniur. quod dicit
eſſe ſingulariter notandum. Cum commune
ſit dictū, ꝙ multis graſſantibus locus eſt exem-
plo, ſcilicet grauiori. Tertio habenda eſt tem-
poris conſideratio. facit cap. conſuluit. de offi.
deleg. Vnde pro eadem ſpecie delicti grauius
puniēdus eſſet, qui die Veneris ſancti delinque
ret, quàm qui die carnis priuij. & qui die feria-
to, quàm qui die non feriato maximè celebri.
facit. c. in nonnullis. de Iudæ. & de fer. per totū.
Quarto conſideratur duplex locus: primo lo-
cus delicti, quia grauior reputatur offenſa fa-
cta in eccleſia, in foro, in theatro, in conſpectu
magiſtratus, quam in loco priuato d. §. atrox
Secundo reſpectu loci corporis, nam grauior
reputabitur iniuria, vna max llata in facie, quā
plures pugni in ſpatulis, vel ictus in capite, quā
in alia parte corporis, vel offenſio capillorum
in loco, vbi comæ nutriuntur, &c. vide quæ
ſup. nu. 3. diximus. Quinto oportet habere qua-
litatis conſiderationem. Puta ſi exceſſus eſſet
notorius. glo. not. in c. cum illorum verb. mem
bri. de ſent. excom. Sexto, quantitas percuſsio-
nis quia occiſio, mutilatio membri, oculi ef-
foſsio dubio procul ſunt graues percuſsiones.
Mutilatio digiti, cum fieri non poſsit ſine ma-
gna ſanguinis effuſione. glo. in d. c. cum illorū.
Septimo, ſi percuſsio ſit ſcandaloſa. Quapro-
pter cum hæc omnia veniant conſideranda, ſit
vt percuſsio, & iniuria an ſit grauis, vel leuis,
ſit remittenda arbitrio iudicantis, vt vult In-
5 noc. & Hoſt. ibi. An verò iniuria † ſit peccatū.
Dico, quòd loquendo de iniuria corporali, re-
gulariter eſt peccatum mortale, cum ſit con-
tra iuſtitiam, niſi excuſet modicitas, vel ſubre-
ptio, & animus non inferendi iniuriam. Sed de
iniuria verbali. Aſtenſ. lib. 2. de contum. ſecun-
dum Thom. dicit, ꝙ in peccatis verborum mul
tum conſideratur affectus, ex quo affectu pro-
ferat quis verba: nam ſi contumelia, vel conui-
tium de ſui ratione importat quandam deho-
norationem, ſi intentio proferentis ad hoc fe-
ratur, eſt peccatum mortale, ſicut rapina, &
furtum: Non enim minus homo amat honorē
ſuum, quàm rem poſſeſſam, vnde meretur pœ-
nam inferni, ſecundum illud Matth 5. Qui di-
xerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis.
At ſi non animo dehonorādi dixerit verbum
conuitij, ſed fortè propter correctionem, vel
aliquid huiuſmodi, hoc poteſt eſſe quandoq;
ſine peccato. Vnde Dominus Apoſtol. Luc. 24.
O ſtulti, & tardi corde, &c. Poteſt etiam eſſe
peccatum veniale, vt ſi ſit verbum leue non
multum dehoneſtans, & ſit prolatum ex qua-
dam animi leuitate, ſine firmo propoſito ali-
quem dehoneſtandi, & cum aliquis intendit
per huiuſmodi verbum aliquem contriſtari.
Vnde requiritur diſcretio, vt homo modeſtè
vtatur huiuſmodi verbis, quia poſſet eſſe ita
graue conuitium quòd per incautelam prola-
tum honorem eius, contra quem diceret au-
ferret. & tunc homo peccare mortaliter poſ-
ſet etiam ſi dehoneſtationem alterius non in-
tenderet. vt inquit Henr. in c. ſi culpa. nu. 5. & 7.
de iniur. Quarto. Iniuria, quæ infertur, duplex
eſt, priuata, vel publica. His ſic prælibatis deue
niamus ad deciſiones, quarum prima ſit iſta.
Iniuria facta vni de cognatione, videtur facta
6 † omnibus de illa cognatione. l. lex Cornelia.
in prin. cum ibi no. ff. de iniur facit etiam quod
habetur



habetur in l. 1. cum ſeq. ff. de liber. cauſ in qui-
bus habetur quòd ſeruitus vnius conſanguinei,
vel cognati, porrigitur ad iniuriam, & dolorē
omnium aliorum. Facit etiam quod not. Bald.
in l. Raptores. C. de epiſc. & cler. vbi dicit, ꝙ
poſſum impunè occidere inuadentem conſan
guineum meū, allegat no. per Guil. in l. vt vim.
de iuſt. & iu. Sic iniuria facta ſeruo videtur fa-
cta Domino, & Dominus agere poteſt. vt no.
in l. Dominum. C. de iniur. & in l. item apud. §.
Prætor. & §. ſi quis. & §. interdum, & inſt. eod.
§. ſeruis. tradit Bar. in l. 1. ff. eo. vbi dicitur, quòd
Dominus ciuiliter agere poteſt ſolum quando
iniuria fuit illata ſeruo in contumeliam Do-
mini, ſed criminaliter pro qualibet iniuria il-
lata ſeruo poteſt Dominus accuſare, quia ſua
intereſt. Pariter iniuria ſubdito facta, videtur
facta dominis. ita Bar. in l. 1. ff. eo. qui hoc intel-
ligit, quando in contumeliam illorum fuit il-
lata. vide 6. quæſt. prima. capitu. reuertimini.
per Bald. in capitu. primo. §. qui iniuria. de
pac. iur. firm. in vſibus feud. ſic iniuria facta vni
de collegio, videtur facta toti collegio. ita
gloſſ. 1. de pœniten. diſtinct. 1. capitu. vulga-
ris. Turrecrem. per illum tex. in capitu. reno-
uantes. diſt. 22. Oldr. conſi. 66. quod incipit, An
ex delicto.

7 Secunda. Cum iniuria facta † ſeruo videa-
tur facta Domino, hinc ſequitur, ꝙ Dominus
agere poteſt. vt not. in l. Dominum. C. eo. Bar.
in l. 1. ff. eo. Sic ſi iacente hæreditate fuit iniu-
ria illata ſeruo, cui relicta erat libertas, per fi-
deicommiſſum, hæres adita hæreditate, & nō
ipſe ſeruus agit pro tali iniuria, ſed ſi poſt adi-
tam hæreditatem fuiſſet iniuriam paſſus ipſe,
non hæres ageret pro iniuria. vt no. in l. 1. §. La
beo. ff. eo. Sic ſi aliquis irrogaret iniuriam co-
lono. videretur facta Domino, quod intellige,
ſi fieret in iniuriam Domini. ff. eo. l. item. §. pen.
& antep. Vnde Domino competeret actio in-
iuriarum. vt no. Innoc. in c. contingit. num 2. de
ſent. excommu. Sic pro iniuria facta filio com
8 petit † actio patri, niſi pater eſſet vilis perſo-
na, & filius in dignitate conſtitutus. De quo in
l. ſed ſi diuus. §. filio. ff. eo. Tu vide glo. in d. cap.
contingit. & c. parochianos. & glo. in c. cum il-
lorum. in verb. paſſus. de ſent. excom. vbi plenè
per omnes. Et nota, quòd pro iniuria illata fi-
lio pater poteſt agere nomine filij, & ex per-
ſona ipſius filij, & nomine proprio. l. ſi filius. ff.
de procur. Ita D. Ant. in c. 2. de voto. nu. 6. Po-
teſt etiam Pater agere pro iniuria illata filiæ,
quamuis ſit tradita nuptui, & maritus, ac filia
agere poſſint. l. prima. ff. eodem. l. ſecunda. Cod.
eodem. Ita ſponſus pro iniuria illata ſponſæ
de præſenti. vt l. item apud Labeonem. §. ſpon-
ſam. ff. eodem. Socer etiam nurus nomine
agere poteſt. §. patitur. inſtit. de iniur. Econtra
autem vxor pro iniuria illata marito agere nō
poteſt, vt ibi: quia vxores à viris, non econtra,
æquum eſt defendi. vt l. 1. & 2. ff. eo. Sic pro in-
9 iuria illata Monacho † ipſe agere non poteſt
niſi eſſet in ſcholis de licentia Abbatis, vel
longè abſens à monaſterio. vt ff. de iudic. l. ſi
longius. & de ſepult. cap. fi. lib. 6. ſed Syndicus
aget nomine monaſterij, ſicut Dominus no-
mine ſerui. inſt. de iniur. §. ſi ſeruus. & §. ſeq. &
aget etiam ſi monachus remittit: ſicut pater
agit non obſtante remiſſione filij. ff. de pact. l.
in perſonam. Non enim vna actio conſumitur
per aliam. vt ff. de iniur. l. 1. §. vlt. Pariter pro-
prius Epiſcopus agere poteſt pro iniuria illata
ſuo clerico. not. in c. presbyteri. nu. 2. de pœn. Cū
iniuria illata clerico eccleſiæ cuius eſt clericus
facta dignoſcatur. vt eſt tex. expreſſus in c. 2.
de foro compet. arg. c. poſtulaſti. de Iudæ. 2. q.
7. c. accuſatio. in fi. Hinc fit, quòd licet clericus
remittat iniuriam ſibi illatam, nō tamen præ-
iudicium facit ipſi eccleſiæ. c. cum deſideres. §.
fi. c. contingit. 1. de ſent. excom. ſic pro iniuria
facta vni de collegio, collegium agere poteſt,
quod intellige, ſi talis eſſet actus, qui reſpice-
ret contumeliā in ipſum collegium. not. Hoſt.
in cap. vt famæ. de ſent. excom. & in ſum. eo. tit.
§. ſed qualiter. facit capitu. 2. de foro compet.
quod not. Inno. in d. c. contingit. 1. Rurſum in-
iuria facta prælato videtur facta Capitulo in
concernentibus honorem eccleſiæ. vnde Capi
tulo competit actio circa ea, quæ concernunt
eccleſiæ decorem. not. Ant. de But. in c. dilecti.
de maior. & obed.

10 Tertia † Monachus iniuriam ſibi factam re
mittere non poteſt, ſicut nec filius familias in
præiudicium patris. ff. de pact. l. in perſonā, ve-
rum monaſteriū illam remittere poteſt. arg.
12. q. 1. c. nullo. & cap. non dicatis. Sicut & pa-
ter poteſt inuito filio remittere iniuriam ei fa
ctam niſi ſit perſona vilis, & abiecta l. ſed ſi
vnius. ff. de iniur. Pariter, de iniuria facta cleri-
co actionem iniuriarum ſibi læſo competen-
tem, poteſt clericus remittere, ſed actionem
eccleſiæ competentem nec Epiſcopus ſolus,
nec ambo remittere poſſunt, ſed requiritur
conſenſus Capituli, cum & ipſum læſum in-
telligatur. ita not. Hoſtien. & Ioan. Andr. poſt
eum in cap. cum deſideres. §. fi. Innoc. in cap.
contingit. el 1. de ſent. excom. Henr. eòd. titu.
cap. Parochianos, & ita intellige cap. Saloni-
tanæ diſt. 63. & cap. cum non ab homine. in fi.
de ſent. excommu. & 23. quæſtio. 4. cap ſi is qui
prælatus.

11 Quarta. † Iniuriarum actio competit, ſi ali
quis infert iniuriam etiam verbis, ſicut & fa-
ctis. l. item apud Labeonem. §. iniuriarum. ff. de
iniur.

iniur.l.ſi non conuitij.C.de iniur. An autem te
neatur actione iniuriarum etiam ſi id, quod
obijcitur ſit verum, verbi gratia, dicit: Tu es
claudus, quamuis ſit claudus. habetur in l.eum
qui.ff.de iniur.not.in clem.1.de priuil.vt Hoſt.
in ſum.eod.tit.§.contra quas & per glo. 11. q.
1.cap.ſi peccauerit.& 5.q.1. in ſumma. & not.
infra.Iniuriarum etiam actioné tenetur, ſi qs
maſculum, vel fœminam impudicum facere
tentauerit adulando, promittendo, vel alio
modo, vel ſi ſollicitauerit, vel interpellauerit
alterius vxorem vt ſecum coeat, etiam ſi effe-
ctus non ſic ſecutus.cap.ſi quis maſculum. cap.
ſollicitatores. & ibi Archid. & Turrecrem. de
pœn.diſt.1.

12 Quinta Actione iniuriarum tenetur, † qui
vocat alium latronem, periurum, Adulterum,
Cucurbitam, Baſtardum, aut aliud conuitium
verum, dicit, licet ſit tale conuitium, quòd
Reipublicæ interſit detegi, & puniri ſi hoc di-
cit ad infamiam tantum, non accuſando, vel
denunciando, aut excipiendo, quod patet ex
eo, quia non dicendi cauſam habet, & ſic in-
tellige.l.3.C. de iniur. & l. ſi quidem auiam. 1.
reſpon.6.q.1.cap.ex merito, & cap. deteriores.
Ad idem Matt. c. 7. Omnia, quæcunque vultis
vt faciant homines, & vos facite illis: quia de-
fectus noſtros detegi iniurioſum, & inhuma-
num eſt.vt C. quando, & quibus quarta pars.l.
2.lib.10.Item eadem ratione tenetur, & multo
fortius, quando propalaret tale conuitium,
quod Reipublicæ non intereſt publicari, & qa
vocat eam cucurbitam, ſi hoc faceret animo
infamandi, per iura proximè allegata. At ſi ta-
le eſſet conuitium, quod Reipublicæ intereſt
detegi, & puniri, & tunc dicendo & proban-
do tale conuitium per modum accuſationis,
vel denunciationis ad puniendum delictum,
non tenetur. ſic intellige.ff. de iniur.l. quino-
centem.& l.quòd Reipublicę.C.de iniur.Et idē
ſi excipiendo, vt eum repellat à teſtimonio.
extr.de teſt c.ex parte Adæ.vel ordine aut be-
neficio.c.ſuper his.de accuſa.& ratio eſt: quia
hoc à iure conceditur, nec videtur iniuriari,
qui vtitur iure ſuo.ff.de iniur.l.iniuriarum. §. 1,
de reg.iur.l.nemo damnum.de elect.c.cum ec-
cleſia Vulterana. Rurſum nec actione iniuria-
rum tenetur, qui dicit aliquod conuitium, ꝙ
intereſt Reipublicæ detegi, & publicari, ſed nō
puniri, vt quia vocat eum leproſum, ſi hoc di-
cit non animo infamandi.Item nec tenetur, ſi
motus aliqua iuſta cauſa vocaret eum baſtar-
dum, non cauſa infamandi eum, ſed vt ipſum
ab hæreditate repellat. cap. cauſam quæ. & c.
lator, qui fil.ſint legit.Pariter, & multo fortius
tenetur, qui dicit quod verum non eſt, vel non
probat, quòd verum eſt, quia iſta duo æquipa-
rantur quo ad forum iudiciale. arg. ff. de teſta.
tutel.l.duo ſunt Titij.de temp.ordin c.ex teno-
re. in fi. & cap. quæſitum. in fi. vide optimum
conſi.Oldr.53.

13 Sexta iniurias proprias † vindicare nullo
modo licitum eſt, ſi vindicatio propriarum in-
iuriarum procedat ex paſsione iracundiæ fa-
cientis appetitum vindictæ, patet.C.de Iudæ.
l.nullus.& in l.ſcientiam.ff.ad l.Aquil. Nam vt
ibi dicitur. Tuendi duntaxat cauſa eſt licitum
percutere alium, non vlciſcendi. ita Card. à
Turrecrem.in cap.ſeditionarios.diſt.43.& tali
caſu iniuriarum vltio eſt peccatum mortale.
d.cap.ſeditionarios.22.quæſt.2.cap ſi quis per
vetus.33.quæſt.4.cap.cum in lege. Archid.in c.
Moyſes.32.q.2.

Septima. Quia repræſaliæ ſunt quoddam ge
nus iniuriæ, ideo ſtatuamus hanc deciſionem
14 in hac materia.Repræſaliæ † ſunt contra na-
turalem æquitatem, intantum, quòd dicuntur
prohibitæ, non ſolum iure ciuili. vt in auth. &
omnino.C.ne vxor pro marito. ſed etiam de
iure naturali.vt in c.1.de iniur. lib. 6. per quem
determinat ibi Arch. & ibi Io. And. quòd ille,
qui ex repræſaliis aliquid conſequitur à non
ſuo debitore, ſed alio, non poſsit ſalua conſciē-
tia illud retinere, niſi illud reſtituat tanquam
male ablatum.vt in d.c.1.& in Reg.peccatum.
15 de reg. iur. in 6. Tribus † tamen concurrenti-
bus, repræſaliæ ſunt licitæ in foro conſcientiæ:
Primo, quòd ſint licito modo conceſſæ au-
toritate ſuperioris.Secundo, quòd ex iuſta cau
ſa.Tertio, ꝙ intentio eius, cui conceduntur ſit
iuſta, & recta.& ita videtur tenere D.Tho.2.2.
q.40.art.1.De hac materia vide per Petr. de
Anch.in d c.1.& per Io. And. in Reg. non de-
bet.de reg.iu.in 6.

16 Octaua. Licèt aliquo caſu † aliquem muti-
lare membro: & ſic inferre iniuriam realem: &
primo, hoc licet publicæ poteſtati propter ali-
quod maleficium.Exod.21. Oculum pro ocu-
lo.Secundo licet etiam priuatæ perſonæ ex vo
luntate eius, cuius eſt membrum, vel etiā eius,
qui gerit curam ipſius præcidere membrum
putridum propter ſalutem proprij corporis
conſeruandam, aliter vero nunquam licet.Vn-
de etiam in nullo caſu licet præcidere mem-
brum propter quodcunque peccatum vitan-
dum: quia ſaluti ſpirituali ſemper poteſt aliter
ſubueniri, quàm per abſciſsionem membri. qa
peccatum ſubiacet voluntati, vnde Chryſ. ſu-
per illud Matth.19.Sunt eunuchi, qui ſe caſtra-
uerunt propter regnum cęlorum, exponens di-
cit .i.non membrorum abſciſsione, ſed mala-
rum cogitationum interemptione. Eſt enim
obnoxius maledictioni, qui membrum ab-
ſcidit.

Nona.



Nona. Iniurias illatas aliquis quandoque
17 debet ſuſtinere † ſecundum Thomam ſi ex-
pediens fuerit, non tamen tenetur ſemper hoc
actu facere, vt haberi poteſt ex verbis Auguſt.
lib.de Sermone Domini in monte.Immo quā-
doque oportet iniuriam illatam repellere pro-
pter bonum contumeliantis, ſcilicet, vt eius
audacia reprimatur, & de cætero huiuſmodi
non attentet. Secundum illud Prouer. 26.Re-
ſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, quo caſu
oportet repellere moderate ex officio chari-
tatis, non ex cupiditate priuati honoris. Hæc
Thomas.Attendēdæ etiā ſunt cōditiones con-
uitiantis, & conuitiati, & ſecundum hoc opor
tet conuitium ſuſtinere, vel non ſuſtinere. Si
enim conuitium dicatur à prouocato perſonę
pari, vel inferiori, vbi non eſt in iniuriam offi-
cij, & præſumitur de medicina morbi, ſiue in-
temperantiæ, ſuſtinendum eſt, & eſt meri-
torium, ſi verò dicatur ſuperiori in iniuriam
officij, vel alij coram ipſo, & de remedio tem
perantiæ nihil præſumatur ſi tolleretur, non
eſt ſuſtinendum; hoc autem difficilè eſt cogno
ſcere cum infertur conuitium pari. Quando
autem infertur inferiori, ſiue delinquens ſit in-
ferior, ſiue non, ſuſtinere eſt optimum. ita in-
quit Henr.in cap. ſi culpa.de iniur. Et hæc cir-
ca iniurias perſonales, quæ redundant in per-
ſonam: quia vt dicit Chryſo. In proprijs iniu-
rijs eſſe quempiam patientem, laudabile eſt:
iniurias autem Dei, diſſimulare, nimis eſt im-
pium. Hoc tamen intelligendum eſt, quando
iniuria illata perſonæ, ad ſolam perſonā per-
tinet, qa tunc vt diximus patienter ſuſtinendū
18 eſt. Quando † autem iniuria lata perſonæ re-
dundat in iniuriam Dei, & Eccleſiæ, tunc de-
bet aliquis iniuriam propriam vlciſci, vt pa-
tet de Helia, qui fecit ignem deſcendere ſu-
per eos, qui venerant ad ipſum capiendum, vt
legitur 4. Reg.1. & habetur in cap.ſi illic.§.ſed
obiicitur. & c. Guilliſarius 23. q. 4. Similiter
Eliſeus maledixit pueris ipſum irridentibus.4.
Reg.2. Et ſimiliter Papa excōmunicauit eos,
qui ipſum in exilium miſerunt.d.cap. Guilliſa-
rius. Pariter ſi eccleſia læditur, & tunc non
patiēter ſufferre tenetur Prælatus ſed ſe oppo
nere, ſi poteſt, vt ſit paſtor, & non mercena-
rius. Et ſi non poteſt, tenetur implorare bra-
chium ſæculare, ſi ſperat ſe poſſe conſequi.
ita Vulric.libr. 6. tract.3.capitu. 8.§. & ſi qui-
dem.& ſeq. Sum.Confeſſ.libr.2.de bellis. titu.
5.quæſtio.56.

19 Decima. Iniuriam breuiter ille † remittere
poteſt quo ad ſe, qui paſſus fuit iniuriam prin-
cipaliter, & is, cui principaliter actio iniuria-
rum eſt indulta, poteſt ipſam iniuriam, &
actionem remittere; quia rei ſuæ quilibet eſt
moderator. &c. vt l.in re mandata. C. mand.
facit etiam reg.qui poteſt.de reg.iur. Hinc in-
fert quòd Epiſcopus, ſiue clericus, licet non
poſſint expreſsè remittere iniuriam, quod ad
eccleſiam.c.Salonitanæ.diſt.63.c.cum deſide-
res.in fi.de ſent. excom. tamen quo ad ſe po-
teſt expreſsè, & tacitè iniuriā remittere, ideſt,
ſatisfactionem quo ad pœnam ciuilem, vel
pecuniariam, licet ad id non cogatur. 91. diſt.
c.ſi quis contriſtatus. 23. q 8.c. de occidendis.
Quamuis rancorem omnem, & odium remit-
tere teneatur.c.fi.de pœnit.diſt. 5. Item & ca-
pitalem pœnam ob ſanctitatis gloriam remit-
tere debet. C. de epiſc.& cler. l. ſi quis.Sed an
20 † aliæ perſonæ, quæ poſſunt agere actione in-
iuriarum, pro iniuria etiam alteri illata poſ-
ſint actionem, & iniuriam remittere.Innoc. &
commun.Doct.in cap.contingit.1. de ſent.ex-
comm.dicit, quòd non in Epiſcopo & Præla-
to, qui non poteſt remittere iniuriam factam
clerico, vel eccleſiæ, quia procurator eſt, & nō
Dominus.& quia non debet poſſe facere con-
ditionem eccleſiæ deteriorem. Ita videtur re-
ſidere glo.23.q. 4. c. ſi is, qui.Similem gloſſam
habes in d.cap.contingit.1.Ioan. And. idem te
net in cap.cum deſideres. de ſent. excom. Ma-
rianus tamen Soci.in cap.olim.de iniur.diſtin-
guit, quòd poteſt remittere iniuriam, quæ prin
cipaliter illata fuit ipſi prælato in perſonam,
nam licet videatur facta eccleſiæ ſuæ, & om-
nibus eccleſijs ſuæ dięceſis, ſi eſt Epiſcopus,
tamen tacitè, vt quia negligit agere, ſiue ex-
preſsè poteſt remittere, nec aliquo modo te-
nebitur de ſuo ſatisfacere, & reſarcire. At in-
iuriam factam eccleſiæ ſuæ, vel clerico ſibi
ſubiecto, ex iuſtā cauſa poteſt illam remittere
ratione adminiſtrationis ſuæ, maxime ante li-
tem conteſtatam, cum non remittat aliquid,
quod ſit in bonis eccleſiæ. Secus verò ſi ſine
iuſta cauſa, & non haberet adminiſtrationem,
& remitteret poſt litem conteſtatam, quia cū
talis actio exiſtat in bonis, ideo huiuſmodi
remiſſio dicitur donatio, quam facere non po-
teſt, cum faciat eccleſię conditionem deterio-
rem. ſed vtrum pater iniuriam factam filio
poſſit remittere, diximus ſupra. num.8. & de
Monacho.nu.9.

21 Vndecima. Iniuria præſumitur † remiſſa in
his caſibus.& primus, quando poſt inimicitiā
contractam, incęperint conuerſari ſimul, ride-
re, vel ſimiles actus facere nam tunc præſumi-
tur remiſſa iniuria, & facta reconciliatio Bal.
in auth.ſi dicatur. C.de reſt. vide inſt. de iniur.
§.fi. vbi etiam glo. ſingulariter dicit. ꝙ ſi fuit
remiſſa iniuria in vltima voluntate, licet teſta
tor conualeſcat, non tamen reuireſcit iniuria.
vide.Io.Andr.in c. 2. de homic. in 6.Secundus

K per

per oſculum pacis datum in eccleſia intelligi-
tur remiſſa iniuria. ita Guliel.dicit.per text.in
l.ſi tibi decem.ff.de pact. Tertius per ſalutatio-
nem, quia per illam fit indignationis reconci-
liatio.63.diſt.cap.cum Adrianus not. Hoſtieſ.
in cap. olim. de iniur.quod intellige, quando
qui iniuriam recepit, non iraſcatur, nec mo-
ueatur, quia ſi iniuriatus recepiſſet iniuriam
ad animum,& motus & turbatus fuerit,& in-
iuriantem citari fecerit, & lis fuerit omnino
conteſtata, non tollitur.ita Dom. Ant.in d.c.
olim. Quartus per tactum manus. Ang.in l.1.
ff.de pact.propter gloſ.ibi.in verſ.pactum. ibi,
pro percuſſione palmarum.vide gloſ.fin.in c.1.
de ſponſ. duor. & per tactum manuum præſu-
mitur dilectio.gloſ.in cap.fundamenta.in ver-
bo,dextra. de elect.in 6. Et iſta dicta intellige
quantum ad æſtimationem iniuriæ,non autē
quantum ad repellendum quem ab accuſatio-
ne propter dictum Innoc.in cap. cum I. & A.
de re iudic.an autem iniuriatus,qui remiſit in-
iuriam, poſſit agere pro impenſis. Dic, quòd
ſic. Zabar. in cap.1.in fin.de iniur.

22 Duodecima Iniuria remiſſa † in foro con-
ſcientiæ: puta quis dixit ſuo ſacerdoti confitē-
do. Ego remitto omnem iniuriam, non ope-
ratur in foro contentioſo, & ſic actio non eſt
ſublata. ita gloſ.in cap. quia præſulatus. 1.q.4.
& glo.in cap.1.de maleſic. Adde Dom.Ant &
Innoc.in cap.de his.de accuſ.Fel.in c.de cæte-
ro. de teſt.in verb. Limita. 7. nu. 10. vbi dicit,
quòd vltio iniuriæ per viam iuris non eſt in
conſcientia prohibita,& ſic remittens in pœ-
nitentia iniuriā ſimpliciter, poteſt adhuc age-
re actione iniuriarum: niſi eſſet facta plena re
miſſio iniuriarum in foro pœnitentiali cum
iuramento quòd prodeſt in foro contentioſo,
quia potuit presbyter pro alio acquirere. ita
not. Bald. in l. non ſolum. §. iniuriarum. ff. de
iniur.

23 Decimatertia. Qui conuitium † dicit extra
iudicium per libellum famoſum literaliter cō-
poſitum ſiue proſaice,ſiue metrice,ſiue rhith-
mice,ſiue vulgares cantilenas, quæ redundant
in famam alterius,id eſt bonam famam & opi
nionem,ſi verum dicit.quamuis ſecundum le-
ges puniri debeat. C. de famoſ.libel.l.1. & ibi
not. & in l. eum qui. ff. eod. Tamen aliqui di-
cunt contrarium: quod videtur placere Ca-
noniſtis. 5.q.1.c.1. &2.mihi autem prima opi-
nio verior videtur, ſcilicet, ꝙ præter peccatū
mortale teneatur actione iniuriarum: quia hic
adeſt illud, quod eſt de ſubſtantia in actione
iniuriarum, ſcilicet animus iniuriandi. Iniuria
enim ex affectu facientis conſiſtit. l.illud. l.eū,
qui.§.fi.ff.eod. Et cum animus ꝓbetur ex qua-
litate verborum,& modo dicēdi, ex quo ver-
ba ſunt contumelioſa, ſtatur iſti præſumptio-
ni,donec cōſtet de contrario. vt not.in d.l.eū,
qui. Non enim ſola veritas conuitij eximit ali
quem ab actione iniuriarum.arg.l.quiſquis. C.
de poſth.& de offi.Rectoris prouinciæ.l.iuſtiſ-
ſimos.ibi.cum dicit ſi verè nocens fuerit, nec
24 per libidinem. Et ſic ad hoc, vt quis † exima-
tur ab actione iniuriarum non ſolum requiri-
tur veritas conuitij, ſed quòd abſit libido, vel
voluntas iniuriandi.bene facit. ff. quemad. te-
ſtam. aper. l. 3. vbi quæ tangunt ignominiam
alicuius, Imperator prohibet detegi: Non
enim debet aliquis alterius infamiam ſine cau
ſa detegere. Et cum ex delictis conſideretur
voluntas, & non exitus.l. diuus ad l. Corn. de
ſicar. vel dictum ſit bonum, & vtile in ſe, ſi
tamen malo animo, & modo fit, punitur. 23.
quæſt.5.cap.relegantes.Sed tamen econtra nō
curamus ſi factum, vel dictum ſit malum in ſe,
ſi tamen voluntas iniuriandi abſit.l.illud. §.1.
& 2.ff.eod. Mens enim & voluntas magis ſunt
attendenda,quàm factum. 15. q. 6. cap.1.in fi.
23.q.8.cap.qui occidit. Quare ex his omnibus
concludendum videtur, ꝙ qui conuitium ve-
rum de aliquo dicit extra iudicium,abſq; cau-
25 ſa,peccet mortaliter,& puniēdus ſit.& ſi † agi
tur criminaliter, pœna capitis. l. vnic. C. de
fam.libel.ſi agitur ciuiliter. ſecundum iniuriā,
quæ non publici, ſed priuati iudicij, continet
querelam iniuriarum. C. de iniur. & tunc pu-
nietur ſecundum iuramentum actoris, & ta-
xationem iudicis. Inſtit. de iniur. §. pœna. At ſi
agitur ſecundum Canones, flagellatur, & ex-
communicatur. 5 q.1.c. 1. & 2. Verum in foro
pœnitentiali tam qui famoſum libellum confi-
cit, quam detractor tenetur ad reſtitutionem
famæ. iux. ſententiam Raymondi. & Hoſtien.
in ſumma. Card. à Turrecrem.in cap.ſi quis. 5.
quæſtio.1.

Decimaquarta. Libellum famoſum inue-
26 niens, & non lacerans, † eſt infamis, inteſta-
bilis.debetque per l.decapitari.d.l vnic. & etiā
puniendus eſt ſecundum Canones. capitu. ſi
quis. 5.quæſtio.1.quod intellige ſi doloſè ma-
nifeſtauerit, vt ſcilicet infametur ille, de quo
libellus conſcriptus eſt. Quia ſi ex ſimplicita-
te, non debet ei imputari. Item ſi bono zelo,
vt puniatur, & ipſius pœna ſit aliis in exem-
plum. C.ad l.Iul.Repetund.l. 1.2. quæſt. 1. cap.
quia propter. Nam ad hoc expedit peccata no
centum fieri nota. vt dicit tex. in l. eum qui. ff.
eod. ne maleficia remaneant impunita. ff.ad l.
Aquil.l.ita vulneratus. Sed tunc debet proba-
re.cap.quidam. 5. quæſt. 1. Et ad hoc multum
proficit conſeruatio libelli; quia per libellum
non poteſt eum conuincere, niſi haberet te-
ſtes. Licet ex forma litterarum, poſſet eſſe ali-





qua ſuſpitio contra eum, ſi ille eſt ſolitus fa-
cere talem ſcripturam. Sic ſi non lacerat, &
prodit in publicum, vt à proximis nocumen-
tum corporale auferat, vt quia vult tradere Ci
uitatem, vel quia eſt leproſus, aut quid ſimile.
Vel habet nocumentum ſpirituale, quia eſt hæ
reticus, occultus, & poſſet ſimplices de facili
decipere, vel excommunicatus, & diuulgat, vt
rubore confuſus, pœniteat, vel illegitimus, vt
repellatur à promotione, vel hæreditate. ex-
tra, qui filij ſint legit.cap. lator, & in his caſi-
bus ſi talia conuitia probat, non tenetur actio
ne iniuriarum. Item ſi non poteſt probare, &
reuelaret talem libellum ſecretè ſacerdoti, vel
alij perſonæ, quæ prodeſſe, & non obeſſe poſ-
ſet, non eſſet culpandus.arg.tex.in cap. hoc vi-
detur. 22. quæſt.5. ita Card. a Turrecr. in cap. ſi
quis.5.q.1.

27 Decimaquinta. Qui opponit † alicui contu-
meliam in iudicio per modum exceptionis,
& illam non probat, tenetur actione iniuria-
rum. iſta videtur expreſſe probari in l. ſi non
conuitij.C.eod.& l.ſi quidem.& de liber. cau.
l.ſi tibi. l.non ſolum. §.fin.& l.ſeq. ff.eod. Nam
qui non probat, quod opponit etiam exci-
piendo, calumniari videtur. 2.quæſt.4. cap. qui
non probauerit. cap. cum dilectus. extr. de ca-
lum.& etiam poteſt actione iniuriarum con-
ueniri C.de liber.cau.l.ſi tibi. Et qui exceptio-
nem paupertatis opponit, tenetur iniuriarum,
ſi illam non probat. l.ſi vero. §. 1. ff. qui ſatiſda.
cogan. ita conſuluit. Oldra. tit. de iniur. conſi.
53.num.9.

Decimaſexta. Si mihi iniurianti dico, tu mē-
28 tiris, † modo dicam verum, puta dixiſti, quòd
ſum baſtardus, dixi mētiris, ſi dico veritatem,
non teneor actione iniuriarum. Bart. in l.eum,
qui nocentem. ff. de iniur. Petr. de Anch. conſi.
322. Si verò non eſſet verum,& tunc licet non
ſim excuſandus in totum, tamen minus debeo
puniri. Abb. in cap. dilecti. de except. & in cap.
1. de iniur. quia quod calore iracundiæ fit, ca-
lumnia caret. Si vero non apparet quis cęperit
iniuriari, neuter tenetur de iniuria. Lud. Rom.
in l.cum mulier. ff. ſolu. matrim. Felin. in cap.
dilecti. de except. ver. tertia declaratio. nume.
16. colum 85.

Decimaſeptima. Offendens poteſt ſe ſubij-
29 cere † iudicio offenſi pro ſatisfactione iniu-
riæ. ita not. in c. contingit. de ſenten. excom. Ad
quod etiam facit. cap. Quintauallis. & cap. ve-
niens. de iniur. Quod tamen limita, quando
quis ſubiiceret ſe iudicio offenſi tanquam bo-
ni viri, ſecus ſi ſubiiceret ſe iudicio illius, tan-
quam arbitri, aut iudicis: quia hoc fieri non po
teſt. vt in l. pen. ff de arb. in l. vnic. C. ne quis in
cauſ. ſua iudic. Sed quod dixi de arbitrio boni
viri, limitandum eſt, niſi pro tali ſatisfactione
veniret inferenda vulneratio: Nam hoc caſu
fieri nnn poteſt, eo quòd nemo eſt dominus
membrorum ſuorum. vt in l. liber homo. ff. ad
l. Aquil. vnde laicus hoc facere non poteſt, nec
in hoc valeret conſuetudo tanquam irrationa
bilis. facit quod not. 23.q.5. in c. ſi non licet. fa-
cit quòd not. Bar. in l. 1. §. vſque adeo. ff. eod. &
& in l. fi. §. ſi quis autem. ff. de his, qui ſibi mor.
conſc.

Decimaoctaua. Licet vnus de vna domo,
30 † aut familia voluntarie ſe ſubijciat verberi-
bus alterius, tamen poſſunt illi de domo, aut fa
milia agere pro iniuria eis illata ſibi in alterū,
& ratio eſt: quia licèt volenti non fiat iniuria,
tamen ſi talis actus tangit iniuriam alterius,
non videtur eſſe actus ſine iniuria omnino. fa-
cit tex. in cap. contingit. 1. de ſent. excom. Vbi
cum iniuria illata clerico videatur toti clero
facta, licet patiens nō reuocet illam iniuriam,
dicitur tamen iniuria fieri clero.

31 Decimanona. Intendens alicui † iniuriam
inferre, ſi alteri inferat, tenetur actione iniuria-
rum: quia erat in eo animus iniuriandi. l. eum.
qui. ff. eo. At ſi non intendebat alicui iniuriari.
ſed volebat forte percutere ſeruum, vel filium
ad caſtigandum, vel emendandum, & alium
percuſſerit, non tenetur. & ita loquitur tex. in
l. ſi cum ſeruo. allegata in glo. 4. in cap. ſi cul-
pa. de iniur.

32 Vigeſima. † Vituperans aliquem iniuſtè di-
cit Aſtenſ. ſecundum S. Tho. quòd ſicut digni-
tatem perſonę eius in opinione hominum ma-
culauit, per illationem contumeliæ ſic reparet
eum per exhibitionē reuerentiæ. Hæc D. Tho.
2.2. quæſtio. 62. art. 2. cap. 3.

33 Vigeſimaprima. Attentans † caſtitatem ali-
cuius mulieris, interpellando eam de luxuria,
& ei perſuadens blando ſermone pollicendo
ei maria, & montes, tenetur ei actione iniuria-
rum. ita Ioan. de Plat. inſtit. de iniur. §. iniuria.
verſ. ſiue cuius.

34 Similiter inſectans mulierem, † & poſt eā
vadens quocunque vadat tenetur ei iniuria-
rum: quia propter aſſiduam eius frequentiam,
& inſectationem infert mulieri multam infa-
miam. d. §. iniuria. & eſt text. in l. item apud
Labeonem. §. appellare. & § aliud. de iniur.
& hoc verum, quando interpellat de luxuria
mulierem honeſtam ſecus, ſi veſte meretrica-
li eſſet induta: quia tunc eam appellans, & in-
ſectans non tenetur actione iniuriarum. d. l.
Item apud Labeonem. §. ſi quis virginem.
ff. de iniur.

Vigeſimaſecunda. Iniuria quæ alicui fit, du-
plex eſt, aut perſonalis, & priuata, aut publica.
35 Si publica † eſt propulſanda eſt iuſſu Princi-

pis, & manu militis: Ad Rom. 13. Non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui male egit. Dicitur de Principe. Cui etiam propter hoc determinatur tributum Matt. 22. Reddite quæ ſunt Cęſaris Cęſari. Et ipſis militibus ſtipendia. Luc. 3. Eſtote contenti ſtipendijs veſtris. Et hæc propulſatio fieri non debet niſi propter defenſionem Reipublicæ. Si autem ſit iniuria perſona-
36 lis. Et hæc repelli poteſt tripliciter. † vno modo impediendo, ſicut Apoſtolus Act. 23. procurauit milites à tribuno, vt ſeruaretur illęſus, & ſic licet oībus iniuriam repellere. Matt. 5. Hoc enim non dr̃ propriè reſiſtere. Alio modo verbis arguendo. Et ſic Dominus percuſſus alapa percuſſorem repræhendit, nec alteram præbuit. Io. 18. & ſic, licet omnibus. Vnde glo. ibidem. Oſtendit Dominus patientiæ præcepta non oſtentatione corporis, ſed præparatione cordis eſſe facienda. Et ſic intelligitur illud Mat. 5. Si quis te percuſſerit in dextram maxillam, præbe ei, & alteram, idest ſis paratus, & alteram patienter ſuſtinere. Tertio modo repugnando. Et hoc dupliciter vno modo neceſſitate cogente, vt cum læſio aliter vitari non poteſt. Et hoc aut ſine armis, & ſic permittitur clericis & laicis, & hoc flagrante maleficio, cum moderamine inculpatæ tutelæ, & incontinenti. Et ſic intelligitur, vim vi repellere licet, in inſtanti: quia nequaquam facto interuallo. Aut cū armis. Et hoc modo permittitur laicis, & non clericis. Et hoc cum moderamine inculpatæ tutelæ. Non enim eſſet moderamen ſi inferretur vis ſine armis, & repelleretur cum armis. Alio modo vlciſcendi libidine: ſic nulli licet. Sic intelligitur illud Rom. 12. Non vos metipſos defendentes cariſſimi. &c. ſic ergo iniuriam repellere impediendo, vel verbis arguendo, licet omnibus. Repellere vero repugnando neceſſitate cogente ſine armis licet clericis, & laicis repugnando. Sed cum armis licet laicis, non clericis. Repellere autem libidine vindictæ. neutris licet. Hæc Aſtenſ. lib. 2. tit. 29. art. 2, & Card. a Turrecrem. in c. quod vero. 23. q. 3.

37 Vigeſimatertia. † Perſona priuata ſi ſolo verbo poteſt hominem liberare ab iniuria illi inferenda tenetur, immo etiam facto ſi ſine periculo vitæ ſuæ, non enim tenetur ſe exponere periculo corporali. Ita tamen, quòd faciat cum moderamine inculpatæ tutelæ. Cum amicus ſit alter ipſe, & cenſeatur eadem perſona, vnde ſicut vnuſquiſque ſeipſum tueri tenetur, ita & proximum. Verum ille, qui habet publicam poteſtatem tenetur defendere etiam cum armis, ſi oportet, dum tamen ſperet, quòd poſſit. ita Turrecrem. in cap. non inferenda. 23. quæſt. 3. & cap. qui poteſt.

Vigeſimaquarta. Clerici laicos iniuriantes debent eis competenter ſatisfacere. c. contin-
38 git. 2. de ſent. excom. Hæc aūt competens † ſatisfactio vel fit per dationem pecuniæ, vel per petitionem miſericordiæ: Non tamen decet, ꝙ clericus flectat genua, vel reuerentiam faciat tanquam maiori: quia hoc non fieret ſine iniuria clericali. 86. diſt. c. quando: niſi laicus eſſet in dignitate. de maio. & obed. c. ſolitæ. verſ. qđ autem, vel ſecundum Hoſt. Competens ſatisfactio eſt quomodocunque ſatisfiat: modo non inijciatur manus in clericum, vel non detineātur in captiuitate, & tandem nihil fiat quod vergāt in opprobrium cleri. Hoſt. in d. c. contingit. vbi etiam Zabar. in fi.

## *SVMMARIVM.*

1 *Iure ſuo quis non priuatur ſine culpa ſua. Fallit nu. ſeq.*

3 *Principis quòd omnia ſint, qualiter intelligatur.*

4 *Conſtitutio facta à Principe contra ius naturale, non tenet.*

5 *Papa, an, & quando poſsit transferre Epiſcopum inuitum de epiſcopatu ad alium.*

6 *Papa reſpectu bonorum Eccleſiæ an habeat latiſsimam poteſtatem.*

7 *Epiſcopus tranſlatus de ſuo Epiſcopatu ad alium de voluntate Papæ, an ſemper cogatur tranſire.*

8 *Tranſlatio debet fieri cum cauſa rationabili, & beno cambio. fallit in Papa.*

9 *Papa an habeat diſpoſitionem latiſsimā in beneficialibus ſine cauſa.*

10 *Beneficiatus an poſsit beneficium dimittere ſine ſuperioris conſenſu.*

11 *Papa, vel Princeps rem ſibi non ſubdito auferre non poteſt.*

12 *Plenitudo poteſtatis Papæ an procedat in clericos reſpectu bonorum patrimonialium.*

13 *Filius priuatur iure ſuo, quandoque ſine culpa ob crimen commiſſum à parentibus. & nu. ſeq.*

15 *Illegitimi priuantur ſine culpa ordinibus ſacris, & religionis ingreſſu.*





16 *Punitur quis abſque ſua culpa in multis caſibus.*

## Quod non ſit priuandus quis ſine culpa. Cap. XVIII.

1 LIcet qs priuari nō poſſit iure ſuo † ſine culpa ſua, abſque cauſa. vt not. Doct. in c. 2. & in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. Hinc fit, quòd neque Imperator poteſt tollere ea, quæ ſunt de iure naturali, & ſic non poteſt auferre alicui rem ſuam ſine cauſa, quia licet habeat iuriſdictionem in vniuerſo. l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iac. non tamen habet dominium rerū particularium, quæ olim fuerunt cōceſſæ occupantibus. de Inſt. de rerū diu. per totū. Hinc ēt fit, quod ſi aliquis habet ab Imperatore poteſtatem legitimandi. ſpurios, etiam poſt mortem parentum, & mortuo patre cōtingat, ꝙ veniētes ab inteſtato adeāt hæreditatem ante legitimalionem, non poteſt legitimatio ſequens eis obeſſe, quia dominiū acquiſitum ab eis non poteſt ſine cauſa eis auferri. ita Bal. in l. reſcripta. in fi. C. de precib. Imper. off. verum quia iſta concluſio generalis poteſt multipliciter limitari, ideo more noſtro ſolito declarabimus illam per multas deciſiones, quarum.

2 Prima: poteſt quis priuari † iure ſuo ſine culpa ſua, ſed cum cauſa; Cauſa autem legitima, eſt fauor publicus, propter quem poteſt quis priuari dominio rei ſuæ. ita tex. principalis in hac materia. in l. item ſi verberatū. ff. de rei vendic. vbi fundus tertij datur militibus ad vſum fauore Reipublicæ. Ita etiam eſt tex. in l. Lucius. de euict. C. de quadr. præſcrip l. bene à Zenone. not. Innoc. & Doct. in d. c. quæ in eccleſiarum. glo. in cap. cognoſcentes. de conſtit. & in cap. antiqua. de priuil. hinc princeps poteſt auferre rem alterius ob publicam vtilitatem ſine eius culpa, modo pretium ei detur. ita no. Arch. in cap per principalem. 9. quæſt. 3. ſic ſi ciuitas vult facere aliquam foſſam per agrum alienū, debet ei ſoluere pretium. Pariter ſi Reſpublica, propter delictum vnius conſortis, deſtruit domum communem, tenetur ſotio inſonti ſoluere precium eius. ita Bal. nor. in l. ſenium. C. pro quibus cau. ſer. lib au. aliàs ſine cauſa non poſſet, quia dominia rerum ſunt de iure naturali. inſti. de rerum diuiſ. §. per traditionem, & naturalia immutabilia ſunt. inſt. de iu. natur. §. vlt. & non obſtat illud, quòd dici-
3 tur, quòd omnia ſunt † principis, quia intelligitur omnia fiſcalia, vel omnia ſunt Principis, quo ad iuriſdictionem generalem, tuitionem & defenſionem. 8. diſt. cap. quo iure. vnde omnes homines, qui ſunt ſub regno Hiſpaniæ ſunt ſub poteſtate, & principatu Regis Hiſpaniæ, & in eos habet imperium generalis iuriſdictionis, & poteſtatis.

4 Secunda. Imperator, † ſeu Princeps, qui ſine iuſta cauſa fecerit aliquam conſtitutionē contra ius naturale, puta ꝙ dominia de vno in aliū transferantur ſine cauſa, talis conſtitutio, nec in foro animæ, nec ciuili obſeruanda eſt. argu. 12. diſt. c. 1. ita Archid. in c. ius ciuile. 7. diſt. & Dom. in c. 1. de ſum. trin. in 6. Inn. in c quia plerique, paulo ante fi. de immu. eccl. Dom. Card. conſi. 147. incip. Dominus Papa, ad finem, & conſilio 142.

Tertia. vbi iubet magna cauſa publicā con-
5 cernens vtilitatē, poteſt Papa † transferre Epiſcopū inuitum de vno Epiſcopatu in aliū, ſine culpa ipſius Epiſcopi, Puta populus, aut Tyrannus proſequitur Epiſcopum ſine cauſa iuſta, & magis, cor eorum indureſcit contra eum, ſi periculum eſt deſtructionis eccleſiæ, vel magni ſcandali, vel in ſpiritualibus, vel temporalibus, tunc poteſt Papa, qui eſt Dei vicarius, vt totū corpus eccleſię ſit ſanum, illud membrum pręſcindere facit. cap. ſcias. 7. q. 1. ſed debet dare ei bonum cambium, ex quo ſine culpa ſua fit remotio. vt not. Innoc. in c. niſi cum pridem. de renunc. nam cum quis priuatur re ſua ſine culpa, propter publicam vtilitatem, debet recompenſari in precio rei ſuæ. Panor. in l. quòd Dei timorem. de ſtatu monach. in cap. tua. de cler. ægrot. vbi dicit, ꝙ ſi presbyter eſt exoſus populo, nec poteſt ibi adminiſtrare, nec retinere ius prælaturæ ſine ſcandalo populi, tunc poterit remoueri. arg. opt. d. c. tua. ſecundum vnum intellectum, quòd leproſus omnino remoueatur propter ſcandalum, ſed de fructibus eccleſiæ ſibi prouideatur, hoc limitat Panorm. in cap. quæſitum. de rer. permut ſi aliter non poteſt eccleſiæ conſuli ſaltem per dationē coadiutoris, ſi enim poſſet prouideri per coadiutoris dationem, non putat quod poſſet.

Quarta. Quamuis reſpectu beneficiorum latiſsima ſit poteſtas Papæ, tamen reſpectu bo-
6 norum † ipſarum eccleſiarum ſecus eſt, vnde non poteſt auferre bona vnius eccleſiæ, & dare alteri ſine cauſa vt not. gloſ. Archidia. & Geminia in capitu. 1. diſtin. 10. & gloſ. in capitu. 1. in ver. iuſtitiam. diſtin. 22. & ibi not. Archid. & Gemin. & not. Archidia. in capitu. 1. diſtinct. 22. & ideo dicit Archid. in cap. non liceat Papæ. 12. quæſtione ſecunda. quod Papa peccat mortaliter, ſi vult res eccleſiaſticas conſumere in turpes vſus, vel dare conſanguineis, vt eos diuites præ aliis faciat, vel vt ipſi conſtruant palatia, & huiuſmodi. Ita refert

Felynus in d.cap.quæ in eccleſiarum. num. 44.
Quinta. Licet Papa poſſit pro libito ſuæ vo-
luntatis, & ſine cauſa Epiſcopum deponere,
vel Epiſcopum de ſuo Epiſcopatu transferre,
7 tamen non ſemper cogitur † Epiſcopus pro-
uiſus tranſire, ſed tunc demum, qñ Papa proce
dit iubendo, quia præſumitur factum fauore
eccleſiæ. 7. p. 1. c. omnis, nam ſi procedit proui-
dendo, tunc non cogitur prouiſus tranſire; qa
præſumitur factum eius fauore. Sed in con-
cilio Piſano cui præfuit Alex. Papa, ſtatutum
fuit, ꝙ Epiſcopi, & Abbates non poſſent trāſ-
ferri inuiti, niſi ſubeſſet cauſa euidens, & ra-
tionabilis. vt dicit Panorm. in cap. fi. de poſtul.
prælat. ſic Innocentius III. voluit tranſlatio-
nes Epiſcoporum duntaxat debere fieri ex
cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis eccleſiarum. c.
quanto. de tranſla. prælat. ad hoc glo. in cap. 1.
diſt. 10. Innoc. & Hoſt. in cap. plerique. de im-
mun. eccleſ

Sexta. Licet requiratur cauſa rationabilis,
8 & ꝙ prouideatur de † idoneo cambio, quan-
do transfertur prælatus de loco ad locum, &
ita videtur, quòd Papa non poſſit cogi inuitus
cedere quando ſibi non poſſit dari bonum cā-
bium. ſecundum Innoc. in cap. niſi cum pri-
dem. de renunc. tamen in contrarium tenet
Dom. Card. conſi. 105. incip. Quæſitum ſæpe
fuit à me. in verſic. quintus modus. probans, ꝙ
ad ſedandum ſciſma poteſt concilium cogere
Papam, vt cedat, & contentetur de cambio nō
æque idoneo. ita refert Feli. in d. c. quæ in eccle
ſiarum. num. 43.

Septima. Licet Papa non poſſit priuare quē
9 † iure ſuo ſine cauſa, tamen in beneficialibus
poteſt pro libito ſuæ voluntatis. bonus tex. in
cap. 2. de præben. in 6. Dom. Ant. in d. cap. con-
ſtitutus, etiam ſine cauſa remouendo vnum à
beneficio ſuo. Dom. Ant. in d. cap. conſtitutus.
Hinc eſt, quòd licet in reſcriptis præiudican-
tibus iuri alterius requiratur clauſula non ob-
ſtante, vel ſecunda iuſſio, prout notat Fel. in c.
nonnulli. in princ. de reſcript. Tamen in reſcri-
ptis valet reſcriptum ſine dicta clauſula, ſi
aliàs conſtat de intentione Papæ. ſecuudum
Dom. Anto. & Imolam in d. cap. quæ in eccle-
ſiarum, & hinc eſt, quòd Papa, abſque alia re-
ſeruatione poteſt ex ſola voluntate præue-
nire omnes collationes beneficiorum. vt per
Feder. in tract. de permut. beneficiorum. q. 4.
Item poteſt ſine cauſa concedere immunitatē
vni eccleſiæ contra aliam. ſecundum glo. fi. in
cap. conqueſtus. 9. q. 3. Licet Cardin. conſi. 142.
dicat, ꝙ Papa habeat diſpoſitionem plena-
riam in beneficialibus, cum cauſa, aliàs ſine
cauſa auferendo beneficium forte vigiliis, la-
boribus, & expenſis acquiſitum, peccaret, quia
eſt contra æquitatem naturalem, quòd quis iu-
re ſuo ſine cauſa rationabi, & ſine culpa pri-
uetur. de conſtit. cap. 2. reg. ſine culpa. lib. 6.
Tum etiam, quia iniuſtitia eſt, quòd quis ali-
cui eccleſiæ ius ſuum detrahat. facit diſtin. 22.
cap. 1. vbi etiam dicit gloſ. quòd nec Papa de-
bet vni eccleſiæ detrahere, vt det alteri ſine
cauſa, hoc eſt iniuſtum, & per conſequens pec-
catum, & ſic Papæ inconueniens, qui omnes
debet iuſtè indicare, cum eius ſententia fa-
ciat ius, vt omnes debeant ſimiliter iudicare
de re iudic. cap. in cauſis, Tum etiam, quia non
eſt de mente ſummi Pontificis, cum alterius ia
ctura aliquid ſibi applicare 99. diſtin. cap. nul-
lus, & quod ibi not. in glo. Et non obſtat tex.
in d. cap. per principalem. vbi glo. dicit, quòd
ſine cauſa poteſt Papa auferre beneficium,
vel deponere Epiſcopum, quia debet intelli-
gi cum cauſa. Tum etiam, quia is, qui acceptat
beneficium ſibi collatum, videtur per quaſi
contractum ſe obligare ad adminiſtrationem
illius. cap. niſi. de renun. §. verum, ibi ſponſam
10 tuam. & hæc eſt cauſa, quare beneficiatus † ſua
voluntate non poteſt dimittere ſuum benefi-
cium ſine cauſa, ſine licentia ſuperioris. eod.
tit. cap admonet. & cap. quod in dubijs, ergo
talis contractus non debet ſine cauſa diſſolui,
per eà quæ not. Innoc. in cap. quæ in eccleſia-
rum. de conſtit. Nam etiam princeps ex con-
tractibus per ſe inuitis cum ſubditis, obligatur
ad obſeruantiam. de probat. c. 1. vnde poſt mul
ta dicta concludit, diſpoſitionem plenariam
in beneficialibus eſſe in Papa, ſed cum cauſa.
tamen Ioan. Andr. in cap. quod ob gratiam. de
regu. iur. in 6. & Panorm. in cap. fi. de poſtula.
prælat. Ioan. Mon. in cap. generali. eod. titu. in
6. Panorm. in cap. fi. de confir. vti. Bald. in l. re-
ſcripta. C. de precib. Imper. offer. dicunt, quòd
omnia beneficia mundi ſunt obedientialia, &
manualia reſpectu Papalis poteſtatis, & ideo
de plenitudine ſuæ poteſtatis, poteſt benefi-
cium vni auferre, & alteri dare, vel Epiſco-
pum deponere, licet non de ordinaria pote-
ſtate. Ex quibus omnibus videtur poſſe con-
cludi, quod in iudicio animæ ſum. Pontifex
peccat auferendo beneficium vni ſine cauſa,
licet in foro fori poſsit auferre beneficium al-
teri ſine cauſa.

Octaua. Princeps, vel alius habens iura prin
11 cipalis, non poteſt, etiam cum † cauſa auferre
rem ſuam non ſibi ſubiecto. vt determinat ſo-
lenniter Do. Paul. Caſt. conſ. 281. incip. in Chri
ſti nomine. dicens, quòd Papa non poteſt ali-
cui laico nō ſibi ſubiecto temporaliter aliquo
modo, etiam cum cauſa, per ſuum reſcriptū au
ferre dominium rei ſuæ, quia cum iſte ſit actus
iuriſdictionalis. vt not. in l. fi. C. ſi contr. ius, vel
vtil.



vtil. publ. iuriſdictio non poteſt exerceri in nō
ſubditos. arg. cap. per venerabilem, qui filij ſint
legitimi, immo vult fortius, ꝙ hoc procedat,
etiam in clerico, qui non eſſet ſubditus, niſi ra-
tione clericatus, quia non eſſet ſuppoſitus tem
porali iuriſdictioni Papæ. Nam dominium rei
quàm non haberet, vt clericus, ſed vt laicus,
quilibet, puta ex ſucceſsione, vel ſuo cōtractu,
aliundè quàm de bonis eccleſiæ, non poſſet
ſibi Papa auferre, ſicut nec laico, cum habeat
vt laicus. arg. l ſi pater. §. 1. ff. de adopt. ad hoc
l. de eo. §. fi. cum ſimil. ff. ad exhib. ita etiam te-
net Dom. Ant. in cap. conſtitutus. de religioſ.
domi. vbi dicit, quòd plenitudo poteſtatis Pa-
12 pæ reſpectu † eccleſiarum in clericos, non
procedit reſpectu bonorum ſuorum patrimo
nialium, de quibus Papa non poteſt ad libitū
diſponere, ſicut nec princeps ſæcularis de bo-
nis ſubiectorum. Quod dictum Abb. in d. c. cō-
ſtitutus. dicit ſingulare, ampliando dictum In-
noc. in c. inquiſitioni. de ſent. excom. de quo fit
mentio. in c. ſi quando. de reſcrip. quòd Papa
non poteſt diſponere de temporalibus laico-
rum, vt idem ſit de temporalibus clericorum.
& pro Dom. Anto. eſt tex. in c. dilectus. de iure
patron. Per quem text. ibi Abbas, dicit in 3. no.
quòd in patrimonialibus clericus cenſetur lai-
cus, vnde non poteſt à Papa priuari patrimo-
nio ſuo, ſicut nec laicus ab Imperatore, per
not. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſti. Qui-
nimmo Fel. in d. cap. quæ in eccleſiaſtrum. am-
pliat dictum Inno. in d. cap. inquiſitioni. vt nec
Papa poſſit præiudicare clerico in patrimo-
nialibus, quod nu. 31. putat verìſsimum in ter-
ris ſibi non ſubiectis, quia in terris ſibi ſubie-
ctis, non ſolum circa clericos, ſed etiam circa
laicos, poteſt ex cauſa eis tollere ius quæſitum.
vt dicit Dom. Cardin. conſi. 85. Cum Papa
in terris ſubiectis temporaliter eccleſię habeat
illam partem, quam habet Imperator in terris
imperij. ita Dom. Anto. in c. per venerabilem.
qui filij ſint legit. poſt Io. Andr. in cap. licet. de
foro compet.
13 Nona. Filius priuatur iure ſuo † ſine culpa,
ſed cum cauſa, ob crimen commiſſum à pa-
rentibus læſæ Maieſtatis humanæ, ſiue diuinæ
etiam legitima. ita not. per Genzelinum &
Card. in clem. 2. §. cæterum. de ſent. & re iudi.
immo filius efficitur infamis quia infamia pa-
terna eum ſemper comittatur, & conſequen
ter dignitatum incapax, immo priuatur digni-
tatibus adeptis. vt beneficio eccleſiaſtico. glo.
in c. fęlicis. §. quòd ſi quis. verb. pontificalem.
de pœnis. in 6. Quinimmo nos in noſtris de-
ciſionibns in ſecunda addition. lib. 2. c. 11. nu.
18. ampliauimus etiam ad nepotes, vt affirmat
Cyn. & Alber. num. 4. in l. quiſquis. C. ad l. Iuli.
Maie. & ibi Salic. dicit eſſe communem. Quod
autem diximus propter crimen læſæ maieſta-
tis à patre commiſſum filium amittere benefi
cium, intellige, qñ crimen læſæ maieſtatis cō-
mitteretur contra Principē eccleſiaſticum, i.
Papā, non autem ſi contra Principē ſęcularē,
quia Princeps ſæcularis non eſt in hoc ſupe-
rior clerico. Simile etiā hr̃ in crimine hæreſis,
vt optime probatur in c fęlicis. verſ. quid ſi qs.
de pęnis. vbi carcerans, vel offendens Cardi-
nalem, punitur vt reus læſæ maieſtatis, & filij
eius beneficiis priuantur ipſo iure. in c. vni. de
ſchiſm. lib. 6. & ita firmat Imo. in l. inſulam. in
fi. prin. ff ſol. matr. Præpoſ. in c. ſatis. diſt. 56.
14 Decima. Filius ſacerdotis † priuatur ſuo iure
ſine culpa bonis paternis. Hinc filius ſpurius,
qui ipſo iure efficitur incapax bonorum pater-
norum, non poteſt bona poſt patris obitum
obtinere, etiam in animæ iudicio, vt nos dixi-
mus lib. 2. c. 11, nu. 47. ſed hæc non eſt vera fal-
lentia, vel nullum ius vnquam habuerit ad illa,
vt ibi diximus. nu. 46.

Vndecima. Illegitimi priuantur ſine culpa
15 † ſua, ita vt ꝓmoueri ad ordines ſacros, & re-
ligionem ingredi non poſſint. per conſtit. Sixti
V. Quę incipit, Cum de omnibus eccleſiaſticis
ordinibus, & ratio eſt, in deteſtationem cri-
minis paterni. cap. vergentis. de hæret. & quia
ſolent tales eſſe imitatores criminis paterni.
6. q. 1. c. ſi quis cum militibus. & nos lib. 4. c. 27.
nu. 53. & 55. diximus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Homicidij plures ſpecies.*
2 *Occiſio hominis licita non dicitur homi-
cidium.*
3 *Lex diuina. Non occides, modificatur ſe-
cundum legem humanam.*
4 *Homicida in tribus caſibus non gaudet
immunitate Eccleſiæ.*
5 *Homicida ſub ſpe immunitatis non gau-
det illa.*
6 *Homicidium caſu commiſſum gaudet im-
munitate eccleſiæ.*
7 *Bannitus captus à poteſtate non poteſt li-
citè occidi à priuato.*
8 *Bannitus ſi non eſt captus, ſed citatus dū
veniebat ad prætorem, an licitè occi-
datur.*
9 *Homicidium committens furioſus, & in-
fans non ſunt irregulares.*

10 *Furioſi multa facere nequeunt.*
11 *Furoris tempore aliquid factum cui incumbat onus probandi.*
12 *Dormiens interficiendo aliquem an homicida, vel irregularis ſit.*
13 *Furioſus, dormiens, & homicida, an indiſtinctè æquiparentur.*
14 *Ebrius homicida, an teneatur de homicidio & ſit irregularis.*
15 *Homicida irregularis non eſt, aliter mortem euadere non valens.*
16 *Mortem aliter euadere non poſſe, qualiter probabitur.*
17 *Intellectus duplex ad text. in capit. 2. de homic.*
18 *Homicidium commiſſum à clerico ex neceſsitate in multis caſibus inducit irregularitatem, & nu. ſeq. & 20.*
21 *Mortem euitare valens, ſed non mutilationem, occidendo non eſt irregularis.*
22 *Offendere tertium, à quo quis nullam recepit iniuriam, an ſit licitum.*
23 *Vim vi in multis caſibus non licet repellere.*
24 *Homicida excedens modum inculpatæ tutelæ, punitur tantum pro exceſſu.*
25 *Delinquens iuſtò dolore, mitius debet puniri.*
26 *Moderamen inculpatæ tutelæ in tribus conſiſtit.*
27 *Expectare vt quis me percutiat, an debeam.*
28 *Neceſsitas illicitum facit licitū, & multa de neceſsitate.*
29 *Neceſsitas an excuſet à fornicatione.*
30 *Occidens præter intentionem an teneatur de homicidio.*
31 *Voluntas mala an habeatur pro facto, quo ad Deum.*
32 *Vulnerans an teneatur de homicidio ſi moritur vulneratus propter febrem ſuperuenientem.*
33 *Et quid ſi deceſſerit ex alia infirmitate.*
34 *Medicus in quibus cauſis peccat in ſuo officio.*
35 *Pax & remiſsio facta cum vulnerante, an proſit quo ad liberationem pœnæ.*
36 *Aſſertioni factæ in articulo mortis, an credatur.*
37 *Taciturnitas offenſi ſecuto homicidio an cauſet irregularitatem.*
38 *Clericus ſciens, quòd ſi non remittit iniuriam, conſanguinei interficient lædentem, an teneatur remittere.*
39 *Irregularis an erit presbyter, qui dixit infanti vt equum ad ripam fluminis duceret, & non intraret, ſi intrauit, & ſubmerſus fuit.*
40 *Iudex non liberans hominem a morte, vel prælatus non paſcens fame morientem, qualiter peccent.*
41 *Incidendus ſi ex tremore inſolito moritur an inciſor ſit irregularis.*
42 *Irregularis eſt iudici reſpondens ſe vidiſſe homicidam morte ſecuta.*
43 *Clerici portantes ligna ad comburendum hæreticum an ſint irregulares.*
44 *Impellens me in alium, ſi cadens moritur, an ſit irregularis.*

## De Homicidio. Cap. XIX.

De materia habetur diſt. 50. cap. miror. cum quatuor cap. ſeq. 23. q. 5. per totum. de pęnit. diſt. 1. c. periculoſe. cum quinque cap. ſeq. & in l. is qui cum telo. cum ſeq. ad l. Corn. de ſic. Et extr. Et repetitur in 6. & in Clem. Pro huius autem capituli intelligentia ſciendū præter ea, quæ diximus in 1. p. li. 2. c. 62.
1 Primo, † ꝙ plures ſunt homicidij ſpecies. Nā aliud eſt ſpirituale, aliud eſt corporale. Spirituale eſt a quo quis ſpiritualite, & quadā iuris fictione occiditur: ꝙ fit quinque modis, odiendo, detrahendo, male conſulendo, nocendo, victum ſubtrahendo. De primo Ioan. 3. in canon. Qui odit fratrem ſuum homicida eſt. De aliis habes. de pęnit. diſt. 1. c. homicidiorum. & ibi per Turrecr. & cap. omnis iniquitas. cap. noli putare. cap. homicidium. De quinto habes 86. diſt. c. paſce. Et quodlibet iſtorum eſt mortale. Corporale eſt, quando homo occiditur corporaliter. Hinc homicidium dicitur ab homine, & cedo, & hoc committitur dupliciter, lingua, & facto. Lingua tribus modis. diſt. 50. c. ſi quis viduam. Facto quatuor modis, iuſtitia, neceſſitate, caſu, & voluntate. Arch. in c cū homo. 23. q. 5. Car. in d. c. ſi quis viduam. Et ſic
2 habetis ex his verbis occiſionem hominis † licitam, quæ non pertinet ad homicidium, vt eſt illa, quæ fit per iuſtitiam optimè facit text. in c. 3. de homic. vnde dicit Bald. in l. 3. ff. ad l. Aquil. quod ſi ſtatuto cauetur, quòd homicida priuetur omni beneficio, & aliquis occidit hominem, iuſtitiam exequendo, quòd non erit priuatus: quia non videtur occidere ipſe, ſed lex. l. palam. §. fi. ff. de ritu nupt. nam ſtatutum debet intelligi de homicidio punibili, & non de permiſſo, quod pœnam non meretur, ſed meritum, modo fiat zelo iuſtitiæ, omni rancore, & malo affectu depoſito. vt dicit Turrecre. in c. quòd autem. nu. 3. 23. q. 5. Rurſum habetis aliud homicidium quod fit neceſſitate, quæ ſi euitabilis eſt, occidens hominem defendendo ſe, homicida eſt, & peccat contra præceptum: Non occides. Si verò eſt ineuitabilis, ita quòd non poſſit euadere, niſi interficiat, vt inferius dicemus, tum non eſt iudicandus homicida quo ad culpam, nec irregularis. Clem. ſi furioſus. de homic. Item habetis homicidiū
3 caſuale, & voluntarium. Secundò † notandum eſt, quòd licet lex diuina ſimpliciter dicat: Nō occides. Tamen limitatur, diſtinguitur, & modificatur per legem humanam, quæ ſuadente aliquando publica vtilitate aliquando ex neceſſitate hominum permittit impune occidi. Et ſic etiam limitatur alia lex diuina, quæ dicit. Qui gladio occidit, gladio moriatur, & ſic facit ad not. per Innoc. in c. quæ in Eccleſiarum de conſtit. & plene per legiſtas. in l. fi. C. ſi contr. ius, vel vtilit. public. Sed modo deuenia mus ad Deciſiones, quarum.

4 Prima. † Quamuis homicida debeat gaudere immunitate eccleſiæ, vnde eo fugiens nō debet inde extrahi inuitus. ita tex. apertus per locum à ſpeciali. in c. fi. de immu. eccleſ. Tamen fallit in tribus caſibus. Et primus eſt, in committente homicidium in Eccleſia. d. c. fi. ſecundus in eo, qui occidit veneno, quòd plus eſt, quàm gladio interficere. l. fi. C. de maleſ. & mathem. per quam legem dicunt Butrius & Bal. in l. nemo. C. de ſum. Trinit. ꝙ ille, qui venenat aliquem, dicitur proditoriè eum occidere. Tertius eſt in eo, qui proditoriè occidit. i. per inſidias, quod eſt, quando aliud verbis, aliud mente geritur, vt not. in l. 1. ff. de priua. deli. in l. 3. in prin. ff. ad l. Iul. Maieſt. Et ideò ſi veniens tecū tanquam ſocius in itinere te percutiat, dicitur proditoriè facere. facit. l. fin. C. de delat. lib. 10. vel ſi ſedens tecum in menſa te percuſſit. vt not. Bald. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis.

5 Secunda. Titius † fecit homicidium in eccleſia ſub ſpe immunitatis, an gaudeat immunitate, dic, quòd non: Nam licèt tex. in c. fi. de immuni. eccleſiæ. exprimat iſtam rationem ſub ſpe, &c. tñ ratio iſta non fuit finalis, imo etiam ſi fuiſſet finalis, ſunt & aliæ rationes finales, ideo ceſſante vna, non ceſſat alia. Io. And. in d. cap. fin.

6 Tertia. † Incidenter quis occidit aliquem in eccleſia, an talis gaudeat immunitate, dicit Hoſtienſis in d. c. fi. quòd ſic. Nec habet locum tex. in d. c. fi. Et per hoc dixit Bal. in l. 1. de pac. tenen. ꝙ ſi quis fecit pacem cum aliquo, & ex noua rixa vnus occidit alium, ꝙ pax non dicitur rupta, & allegat dictum Hoſt. in d. c. fi.

Quarta. Licet vigore ſtatuti hoc dicentis poſſit bannitus licite, & impune occidi, tamen
7 fallit in bannito, † qui ducitur captus à familia poteſtatis, quia non poteſt occidi à priuato, quare occidens puniri debet de homicidio: quia hominem de manibus familiæ cap. Tum etiam, quia etſi hoſtes poſſint licite occidi. l. 1. §. transfugas. ff. ad l. Corn. de ſiccar. tamē poſtquam hoſtis eſt captus, non licet occidere, ſed debet ſeruari. in l. libertas. §. 1. de ſtat. homi. ergo bannitus poſtquam eſt captus, non debet occidi. ita Bar. in d. §. transfugas. Tum etiam, quia homines poſitos in carcere non licet occidere, ſed debent ſeruari. in l. libertas. §. 1. de ſtatu hom. ergo bānitus poſtquam eſt captus, non debet occidi, cum qui captus eſt à familia, poſſit dici carceratus l. qui neque. ff. de ver. ſigni. Tum etiam, quia qui veniunt de neceſſitate ad ciuitatem, dicuntur habere ſecuritatē à lege. ff. de leg. 3. l. fi. l. 2. §. legatis. cum ſeq. ff. de iudic. ſed iſte qui ducitur à familia poteſtatis, venit ex neceſſitate, ergo qui occidit ipſum, facit contra ſecuritatem datam à lege, & ſic incidit in l. Iuliam maieſtatis. l. 1. ff. ad l. Iul. maie. Et hoc verū, niſi bannitus recalcitraret ne duceretur: nam tunc poteſt impune offendi; quod intellige à familia, nō à priuato. per l. ſi ſeruus. C. de his. qui ad eccle. confu. Bal. in l. fi. in fi. C. de exhib. reis. qui dicit ſe hoc vidiſſe de facto.
8 Pariter nec poteſt occidi bannitus, † qui non captus, ſed pręſentatus eſt, & eſt ſub oculis pręſtoris, vel iudicis, quia non eſt veriſimile, ꝙ pręſtor permittat eum recedere, & habetur pro capto. ita Bal. in l. 4. ff. de ſtat. hom. poſſet autē dum veniret ad prætorem, exiſtēs in via licitè occidi, niſi eſſet ſibi data ſecuritas; & de illa non cōſtaret occidenti. iux. not. in l. is, qui reus. ff. de publ. iud. & not. 3. q. 9. c. hortamur.
9 Quinta. † Occidens, vel mutilans, quandoq; nullam incurrit irregularitatem, neque peccatum, vt, ſi occidens eſſet furioſus, vel infans ita tex. in Clem. 1. de homic. Quod quidē procedit, ſiue quis culpa ſua incidat in furorē, ſiue non. ita affirmat Gratianus. 15. q. 1. §. fin. & in ſum.

con-

contra Laud. qui aſſerebat in d. Clem. 1. quòd
quãdo quis culpa ſua incidit in furorem, quod
occidendo eſt irregularis: Ratio autem, quare
furioſus non incidat in irregularitatem, eſt,
quia ſiue ſit continue furioſus, ſiue per inter-
ualla, tempore furoris non poteſt inferre iniu
riam, ſed pati, & idem in infante. & ideò dixit
lex, quod infans, vel furioſus quod facit impu-
nitum eſt. ff. de rei vendi. l. qui infans. & ratio:
quia alterum imbecillitas conſilij, alterum fa-
cti imbecillitas excuſat. l. Infans. ad l. Corn. de
ſicar. Et ſatis punitus eſt furioſus furore ſuo,
ſic non alias puniendus, cum non ſit addenda
afflictio 7. quæſt. 1. capitu. cum percuſſio. Facit
10 etiam ad prædicta, quia † furioſus non poteſt
teſtari, nec profiteri religionem, nec matrimo
nium contrahere. c. fi. de ſucceſſ. ab inteſt. cap.
ſicut tenor. de regul. c. dilectus. de ſponſ. & ſi-
militer nec baptizat. 1. q. 1. c. ecce. ſic nec bapti
zatur, niſi in caſu in c. maiores. de baptiz. ergo
ſicut prædicta, non poteſt furioſus, ita nec oc-
cidendo, vel mutilando erit irregularis. facit
11 3. q. 9. c. iudicas. Sed cui † incumbit onus pro-
bandi, an dicenti aliquod factum tempore fu
roris, vel dicenti aliquid factum tempore ſa-
næ mentis? reſp. quòd ſi non apparet, quòd ali-
quando quis fuerit furioſus, tunc incũbit onus
probandi aſſerenti aliquid factum tempore fu
roris: quia quilibet præſumitur ſanæ mentis,
niſi probetur furor. facit l. nec codicillos. C. de
codicil. Si verò conſtat, quòd aliquando fuerit
furioſus, tunc alleganti factum tempore ſanæ
mentis, incumbit onus probandi. c. iudicas. 3. q.
9. & quod ibi notatur. ita tenet Pau. Guil. &
Zen. Steph. in d. Cle. 1. Qualiter autem proba-
bitur furor eo caſu, quo probari debet. Dic, ꝙ
probatur ex dictis, & geſtis, ſeu factis. ff. de con
di. Inſt. l. quidam in ſuo. diſt. 46. c. 1. vnde ſi eius
dicta, & geſta oſtẽdant eum furioſum, ex hoc
probabitur furor. (Exemplum) ſi quis dicit,
quòd vult proijci ſua oſſa in mari, vel ſi proie-
cit lapides. facit C. de iud. l. 1. & 2. vbi bonus
text.
12 Sexta. Dormiens † aliquem interficiendo
non tenetur de homicidio, quia comparatur
furioſo. c. maiores. in fi. extr. de baptiſ. ita etiam
videtur velle glo. in Clem. 1. de homic. vnde di
cit Lau. quòd dormitio reddit hominem tota
liter extra mentem, quaſi eſſet in extaſi, & re-
fert de ſocio ſuo Anglico, qui dormiens Pari-
ſijs iuit de eccleſia B. Benedicti vſque ad flumẽ
Sequanæ de nocte, & ibi puerum interfecit, &
reuerſus dormiens poſuit ſe in lecto. Sic etiam
Paul. in d. Cle. 1. dicit, quòd aliqui dormiendo
ſe armant, & vadunt, & clamant. An verò præ
fatus ſocius, de quo ſupra fuerit irregularis,
dic, quòd non, quando dormienti non poteſt
culpa imputari, vt quia neſciebat hoc ſibi eue
nire. facit quod habetur de Loth 15. q. 1. c. in-
ebriarunt. vbi commixtio cum filiabus nõ im-
putatur inceſtui ſed ebrietati. Sed ſi ſciebat, de
buit prouidere, & ſi non prouidit, eſſet irregu
laris, facit tex. in c. presbyterum. & c. ſeq. de ho
mici. c. teſtamentum. diſt. 6. Zabar. in d. Cle. 1.
nu. 20. 21. & 22.
13 Septima. Furioſus, dormiens, † & infans nõ
æquiparantur indiſtinctè: nam infans baptiza-
ri poteſt, quia tam paruulis, quam adultis con
fertur in baptiſmo informans gratia & virtu-
tes. de ſum. Tri. c. vna. in fi. ſecus de adultis, fu-
rioſis, aut dormientibus. c. maiores. de baptiſ-
mo. Item furioſus, qui aliquẽ interfecerit, ſiue
fuerit in culpa, ſiue non, nunquam erit irregu-
laris, vt ſupra diximus. nu. 10. & 11. Quod ſe-
cus eſt de dormiente. vt ſupra. nu. 12.
14 Octaua. Ebrius † aliquem interficiens tene-
tur de homicidio, & eſt irregularis, quia ebrie
tas non excuſat à delicto. 15. q. 1. c. inebriarunt.
facit tex. in d. Clem. 1. de homic. ſi enim ebriũ
voluiſſet cõprehendere, expreſſiſſet de decim.
c. ad audientiam. l. vnic. §. ſi autem. C de cadu.
toll. vide Abb. in c. fi. de malef. Bar. in l. reſpiciẽ
dum, §. delinquens. & ibi Alex. ff. de pœnis. mi-
tius tamen punitur. arg. ff. de re mili. l. omne de
lictũ. §. per vinum. Fel. in c. ex litteris. de iureiu.
15 Nona. † Qui aliter euadere nõ poterat mor
tem ſibi iniuſtè inferendam niſi aliquem occi
derit, vel mutilauerit, non peccat, nec vllam in
currit irregularitatem, vt hodie declaratum
eſt in Clem. 1. in 2. reſp. eod. tit. Quod tunc pro
cedit, quando non occideret motus ira, vel fu-
rore, & libidine vindictæ, ſed cum dolore eua
dendi neceſſitatem, cum moderamine inculpatæ tutelæ, præter intentionem interficiendi,
ſed tantum defendendi, vt dicit S. Thomas in
2. 2. & Card. à Turrecre. in c. de occidendis. nu.
5. 23. q. 5. Vnde poſſet iſte ſtatim poſt occiſio-
nem miniſtrare. At qñ dicetur aliter nõ poſſe
euadere mortem. glo. in verb. non valens. in d.
Clem. 1. dicit, quia forte occidendus erat angu
ſtiatus in aliquo angulo, vel in loco tam alto,
& adeo oppreſſus, ꝙ fugere non poterat: vel
licèt poſſet fugere, tñ non tenetur fugere, qñ
fugiendo poſſet cadere, & cadendo proſtra-
tus in terra interfici per inuaſorem: quia tali,
& tanto periculo quis ſe exponere non tene-
tur. l. 2. §. pen. ff. ſi quis cautionib. Itẽ, quia qua-
litas temporis non patitur plenius deliberandi
conſiliũ. l. 1. § merito. ff. depoſ. Et prædicta ma-
ximè procedunt attenta qualitate perſonæ; qa
alicui perſonæ vituperoſa eſt fuga. l. an in ea-
dem. ff. ex quib cauſ. maior. Vbi æquiparantur,
nullo modo poſſe recedere, vel poſſe, ſed cum
dedecore. Ad idem tex. in l. qui iuſta. ff. de ma-
num.



num. vind. Et non dicimus facere poſſe, quod
ſine dedecore non poſſumus. l. nepos Proculo.
ff. de verb. ſignif. Item quia alibi æquiparãtur
conſeruatio perſonæ, & honoris. d. l. qui iu-
ſta. Sed hęc procedunt de iure ciuili: ſecus de
iure canonino, vbi quis tenetur fugere, etiã ſi
fuga ſit ignominioſa, ſi põt ſine piculo: qa me
lius eſt pati aliquam lęſionem famæ, quàm
hominẽ interficere, vel mutilare. arg. tex. in c.
ſuſcepimus. de homc. Sed qualiter probabitur
16 † quòd aliter nõ potuerit quis euadere, ſi hoc
in dubium reuocetur, dic, quòd in foro pœ-
nitentiali ſtabitur ſuę cõfeſſioni cum iuramẽ-
to. cap. ſignificaſti. el 2. de homic. deſpõnſal.
cap. tua, ſed in foro exteriori oportebit proba
re per circunſtantias, vt quia erat in loco tam
anguſto, quod aliter nõ potuerit niſi interfice
re, vel mutilare. ita gloſ. in d. Clem. 1. & ibi Ste
pha. & Zen. ait hoc eſſe arbitrarium.
Decima. Diximus ſupra, quod interficiens
aliquem præter intentionem agentis, cum nõ
aliter poſſit euadere mortem, non peccat. Sed
contra hoc dictum fortiter obſtat tex. in capit.
17 2. de homic. vbi † imponitur pœnitentia oc-
cidenti latronem, cum aliter mortem euade-
re non poterat, ergo peccauit, cum pœniten-
tia non imponatur, niſi pro peccato. Vnde pro
reſolutione huius dubij ſciẽdum eſt, ꝙ duplex
datur intellectus ad illum tex. Primus, quando
ſacerdos interfecit alium, defendendi ſua, vt
non puniatur ita grauiter, ſicut ſi ſine defen-
ſione commiſiſſet homicidium; tamen eſt ir-
regularis, vt etiam habetur in cap. ſuſcepimus.
eod. tit. ſed poteſt cum eo diſpenſari circa be-
neficia. Secundns intellectus eſt, quando ſacer-
dos non poterat aliter vitare mortem, niſi in-
terfecerit ſuum aggreſſorem, & tunc oportet
intelligere illum tex. quòd agat pœnitentiam
ad cautelam, non ad neceſſitatem: quia ſic in-
terficiendo nullam irregularitatem & nullum
peccatum incurrit.
18 Vndecima. † In his duobus homicidium fa-
ctum ex neceſſitate à clerico inducit irregula-
ritatem. Primus, quando neceſsitas eſſet eui
tabilis. Secundus, quando neceſſitas eſſet ineui
tabilis, ſed occideret pro defenſione proximi:
quia illud clerico permittitur, pro euitãda pro
pria morte, non pro ſalute alterius, etiam ſi ſit
Patris, aut filij, aut alterius coniunctæ perſonæ
ita glo. fin. in d. Clement. 1 fundans ſe per tex.
illum. in verbo, ſe, & ſuum inuaſorem. Tertius,
quando occideret pro ſaluandis rebus. capi. 2.
capit. ſuſcepimus. eod. tit. Quartus, quando po
terat fugere. Quintus, quando inſultatus oc-
cideret ad vindictam. vnde Bald. in l. 2. C. de ſi-
car. dicit, quòd ſit inſultatus incontinenti, of-
fendit, dicitur facere ad defenſam, ſecus ſi ex
interuallo, quia tunc dicitur facere ad vindi-
ctam. vt not. in capit. ſicut. §. in ſuper. el. 2. eod.
tit. & in d. Clemen. 1. Laicus vero vt concludit
Annan. in cap. 2. eod. tit. per dictum Baldi in l. 1.
C. vnde vi: poteſt impune defendere filium
ſuum, quia filius eſt pars patris, & matris, &
eſt commune bonum coniugatorum. l. iſti qui
dem. §. fin. ff. quod met. cauſa. Item filius poteſt
impunè occidere inuaſorem patris, maritus in
uaſorem vxoris, vel econtra. Item ſponſus po-
teſt defendere ſponſam, ratione amoris, & ze-
li immenſi, quo cõiunguntur. facit tex. in l. ora-
rio. ff. de ſponſ. Sic ſocius poteſt defendere
ſuum ſocium itineris, quia iniuria eſt commu-
nis. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. tene-
tur hoc edicto.
19 Duodecima. Clericus fuit captus, † & liga-
tus à latronibus, qui manus eorum aliter euita
re non valens contra fidem datam illi cuſtodi
eum occidit, eſt irregularis. per text. à contra-
rio ſenſu in Clemen. 1. eod. ti. Et eſt ſpeciale in
irregularitate, quæ contrahitur ſine culpa. Ita
Bald. in l. 1. in penul. colu. in ver. item quæritur,
quòd quidam clericus. C. vnde vi.
Decimatertia. Ad clamorem clerici latro
20 † capitur, & occiditur, imputatur occiſio cle-
rico, quo ad irregularitatem, non tamen im-
putatur clerico, ſi ad eius quærelam capitur à
iudice, & inde fiat iuſtitia, licet proteſtetur, ꝙ
ad hoc non tendit. in capit. 2. eod. in 6. Cum
vtrobique frequenter debuit cogitare hoc eue
nire, & multo magis in iudice, qui comperto
furto non de facili furem ſine vindicta dimit-
tere ſolet, nec poſſet, ſed illi qui furem caperẽt
dimittere poſſunt, & tamen ſi ab eis occiditur,
imputatur clerico, qui clamauit ad recupera-
tionem rerum ſuarum. Ratio vero differen-
tiæ, quia mors, quæ ſequitur iudice mediante,
dicitur pœna iuris, & ſic fit iuſtitia mediante,
& ideo non imputatur clerico. argum. l. iniu-
riarum. § 1 ff. de iniur. Sed mors, quæ infligi-
tur per currentes ad clamorem clerici, non fit
iuſtè, & ſic non dicitur pœna iuris, quia non li
cet talibus latronem occidere pro rebus. per
not. eodem. titu. capitu. 2. & capitu. ſuſcepimus.
ideo imputatur clerico, quia fuit cauſa vt fie-
ret quod de iure fieri debuit. facit. c. vt famæ,
de ſent. excom.
21 Decimaquarta. Qui poteſt euitare † mor-
tem, ſed non mutilationem alicuius membri,
occidendo, vel mutilando inuaſorem, non eſt
irregularis argum. de pœnit. diſt. 1. cap. vulga-
ris: quia qui aurem tetigit, totum corpus teti-
giſſe videtur, vt ibi. & not. de præſcrip. cap. au-
ditis, tum etiam, quia vt mutilatio, & occiſio
æquiparantur quo ad contrahendam irregu-
laritatem. gl. in Clem. 1. de homic. Sic idem de-
bet

bet eſſe ad eam euitandam. ita Zabar. in d. Cle
men. nu. 46.
22 Decimaquinta. † Pro ſua ſalute licitum eſt
offendere tertium, à quo quis nullam recepit
iniuriam, verbi gratia, ſi quis metu tiranni oc
cidat, ne occidatur. ita glo. ordin. in l. ſi fami-
lia. ff. ſi famil. furt. feciſſ. Nam ſi dicam alicui:
occidam te, niſi occidas talem. excuſatur ille
occidens. Hoc etiam ſequitur Salic. in l. 1. C. vn
de vi. Exemplum ponit, quando maritus ha-
bet vxorem ſuſpectã, dicit famulo. Interficias
illam, non excuſatur famulus, ſi aliter manus
mariti non poterit euadere.
Decimaſexta. Vim vi repellere licet. l. vt
23 † vim. de iuſti. & iure. & in l. 1. C. eod. tit. Pri-
mò fallit, cum infertur à patre, qui poteſt vim
illam inferre: quia tunc non poteſt vim repel-
lere, puta, quia pater, vel Dominus caſtigat fi-
lium, vel famulum. ita Doct. in l. 4. ff. ad l. Aqui.
Secundò fallit quando infertur à perſona pu-
blica, puta, ſi iudex mandet aliquem caſtigari;
quia non licet ſe defendere. Tertiò, quando re
pelleret vim ex interuallo. Bar. in d. l. 1. C. vnde
vi. Quartò, quando repello immoderate, ita
tenent Doct. per illum tex. in d. l. 1.
24 Decimaſeptima. † Aliquis exceſſit modum
legitimæ defenſionis, quia cum poterat infli-
gere vnum vulnus, inflixit duo vel tria, licet
videatur videndum debere puniri pro toto:
quia factum eſt indiuiduum. l. ſtipulationes nõ
diuiduntur. ff. de verbo. obliga. tamen verius
eſt, vt puniatur pro exceſſu. per tex. no. ad hoc
in l. ſi adulterium cum inceſtu. § Imperatores.
verſi. & magis ff. de adulter. ad quod etiam fa-
cit quod habetur in c. olim. de reſtitu. ſpol. ſic
tex. in cap. ſignificaſti. de pœn. & remiſ. dicit,
quòd homicida, qui immoderatè ſe defendit,
mitius punitur. Et ideò dicit Ioan. And. in ad-
dit. Spec. quòd qui occidit aggreſſorem, non
tenetur de homicidio. Et idem tenet Ludou.
ſing. 4. Caſt. conſi. 190. Et ideò dicit Abb. in c.
25 olim. 2. col. de reſcr. quòd quoties quis † iuſto
dolore delinquit mitius debet puniri, vnde
Do. Alex. conſi. ſuo 76. ponit de quoddam, qui
detinebatur ſuffocatus ab alio per capillos, &
ille occidit illum qui eum detinebat, quod nõ
eſt puniendus de homicidio. Eodem modo di
cit Baldus pro theorica gloſſæ in l. 1. C. vnde
vi de eo, qui inſultauit me ſine aliquo genere
armorum, volens mihi dare maxillatam ma-
nu vacua. Et ego ne hoc accideret, cum non
debeam expectare me prius percuti, vt dicit
glo. in d. l. 1. eum gladio peremi: nam ſi pote-
ram me aliter defendere, tunc punior de ex-
ceſſu: quia nõ ſeruaui modum defenſionis. Sed
fuit exceſſus nimis vltra terminos defenſionis,
& vindictam aſſumpſi. Si autem cõſtat, quòd
aliter euadere non poteram, quin cum vitupe
rio percuterer, & tunc nõ punior: nam ſi hoc
licet propter res defendendas. d. l. 1. multo for
tius propter perſonam, & corpus noſtrũ, quod
eſt dignius. vt in l. ſeruorum. §. fin. ff. de pœnis.
in dubio autem vtrum potuerim me defende-
re, præſumitur, quòd ſic inter pares, ſecus inter
impares; propter imparitatem virium, quæ
omnia ſunt intelligenda in laicis; ſecus in cle-
ricis: quia ſemper tenentur de homicidio, quã
tum ad irregularitatem quam non poſſunt eua
dere, niſi quando aliter propriam vitam con-
ſeruare non poterunt. Clem. 1. de homic. Do.
Abb. in c. olim. 8. col. de reſtit. ſpol.
Decimaoctaua. Moderamen inculpatæ tu-
26 telæ † conſiſtit circa tria. videlicet in factorũ
qualitate, in temporis congruitate, & in ne-
ceſſitatis euitabilitate. ita gloſſa in l. 1. C. vnde
vi. Igitur primo debet eſſe in factorum quali-
tate paritas, vt æqua lance, ęquo modo, & ictu
congruẽti reſiſtatur. Vnde offenſus ſine armis,
non poteſt cum armis offendere, niſi aliud ſua-
deat viriũ inæqualitas. Vnde ſi pugnus vnius
plus poteſt, quàm enſis alterius, licitum eſt en-
ſe percutere quia defectum virium poteſt ſup
plere cum iuuamine armorum. Præſumitur
enim iuuenis potentior ſene, ſiue adoleſcens
ad labores corporis ſupportandos. l. aut datũ.
§. quicunque, & ibi loquitur gloſſa. ff. de pœ-
nis. cap. 1. de renunc. Et ſanus potentior infir-
mo. C. de med. valid. l. 1. lib. 12. Secundo, mode
ramen conſiſtit in temporis congruitate: nam
debet incontinenti flagrante adhuc maleficio
violentiæ inuaſor repelli. l. 3 §. cum igitur. ff. de
vi, & vi arm. Et hoc eſt verum de violentia il-
lata perſonę, in qua videtur fieri ad defenſam,
ne iterato percutiatur, ſi fiat incontinenti. l. ſi
ex plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil. & cap.
olim. de reſtit. ſpol. Si autem fiat rixa ſeparata,
& ſic non incontinenti, tunc videtur fieri ad
vindictam. quod non licet. gl. in cap. ſignifica-
ſti. in verbo repellere. de homic. Si tamen per-
cuſſus inſequatur percuſſorem fugientem, &
eum percutiat, mitius punitur, ſcilicet tanquã
culpabilis, & non tanquam doloſus: quia diffi-
cillimum eſt iuſtum temperare dolorem. l. ſi
adulterium. §. ſi Imperator. ff. de adulter. Sed
27 cum non debeam expectare † me percuti, cũ
nullo remedio tollatur illa percuſſio. vt no. in
l. ſi quis prouocatus. C. de appel. & in l. in bel-
lo. §. fieri. ff. de capt. an debeam expectare ali-
quem actum fieri ab offendente. glo. in l. 1. C.
vnde vi. dicit, quod ſic, vt armis inſultari, cla-
more, & minis terreri, an autem minæ ſint ſuf
ficientes dic quod ſic, quando eſſet homo, qui
conſueuiſſet exequi facto, alias non, vt ſic ex
perſonis hominum facta penſemus. l. 1. C. ſi qs
Imperat.



Imperat. maled. Barto. in l. metum. ff. ex quib.
cauſ. maio. licèt Baldus dicat, quòd verbis con
tra verba eſt reſiſtendum, non ad manus, &
ferrum veniendum, fallit quod not. Specul. in
tit. de accuſa. §. iſte. verſi. Quod ſi vocaui te la-
tronem: & hoc niſi mora eſſet periculum alla-
tura, vt quia forte minator expectabat ſocios
venientes, quibus reſiſtere non potuiſſet: quia
tunc licet ante tempus occurrere. Tertio mo-
deramen conſiſtit circa neceſſitatis euitabili-
tatem, nam moderate, & ad defenſionem dici
tur fieri, quod ex neceſſitate fit. l. ſcientiam. §.
qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. Nec curamus
æqualitatem, vbi non poſſumus euitare neceſ-
ſitatem: nam neceſſitas facit delictum proba-
bile, & excuſabile, quod aliter non eſſet. Hinc
28 † neceſſitas magna excludit delictum. c. ſi quis
propter. de furt. Sic non peccat Monachus qui
tempore maximæ neceſſitatis facit eleemoſy-
nam de bonis monaſterij. vt no. 12. q. 1. c. non di
catis. Pariter ſi quis neceſsitate præciſa, aut vr
genti violat ieiunium, aut Quadrageſimam,
excuſatur in totum. cap. 2. de obſeru. ieiun. Sic
propter neceſsitatem licitum eſt ſumere cibũ
à Iudæis, & infidelibus. glo. pen. in c. quam ſit.
de Iudæ. Sic propter neceſsitatem quis poteſt
abſolui ab excommunicatione à qua regulari
ter nullus abſoluit, niſi Papa 17. q. 4. cap. ſi quis
ſuadente. de conſecr. diſt. 4. c. ſacerdotem. c. pa
ſtoralis. § 1. de offic. ordin. Et idem in confeſ-
ſione: nam propter inſtantem neceſsitatem,
poteſt quis audiri à laico, & habetur talis pro
pter contritionem à Deo pro abſoluto, ſed nõ
à laico, qui non habet clauium poteſtatem, &
de pœnit. & remiſ. c. noua. Sic propter neceſ-
ſitatem licitum eſt baptizare etiam laico, ex-
communicato, & infideli. de conſecra. diſt. 4.
c. ſiue. c. quicunque. & c. conſtat. & c. ſeq. Sic li-
cet ſacrificia, & conſecrationes non debeant
fieri niſi ſuper altari, & locis Domino conſe-
cratis, tamen inſtante ſumma neceſsitate po-
teſt alibi celebrare. c. ſicut. de conſecra. diſt. 1.
29 Pariter † neceſsitas violenta excuſat à forni-
catione, nam licet neceſsitas compulſiua non
excuſet, quia coacta voluntas eſt. l. ſi mulier. §.
ſi mulier. ff. quod met. cauſa. Vnde potius quis
debet pati excoriationem, & omne martyriũ,
ac vitæ amiſsionem, quàm malo conſentire. c.
ita ne. 32. q. 5. tamen vbi daretur paſsio ſine ali
qua actione, vt puta, quia virgo propter neceſ
ſitatem violentam fuit deflorata, voluntate
penitus renitente, tunc nullum committitur
peccatum, & mens remanet caſta, & virgo:
quia in ipſo exercetur libido aliena, & nõ ſua.
d. c. ita ne, ſic vt ad rem noſtram reuertamur,
neceſsitas facit homicidium excuſabile, quod
aliàs non eſſet. Sed ceſſante neceſsitate, dicitur
potius offenſio, vel vindicta, quam defenſio,
vt innuit gl. in d. l. 1. C. vnde vi. In dubio autẽ,
an quis intelligat percutere ad defenſam, vel
ad vindictam, dicit Bal. in d. § tabernarius. qđ
ſcilicet dum es in actu percutiendi, percutio
te prius, & tunc eſt ad defenſam, ſecus ſi percu
tio etiam incontinenti, poſtquam me percuſ-
ſiſti, quia tunc dicitur ad vindictam, niſi face-
rem ne iterato percuteres: ſi vero nõ apparet
quæ percuſsio præceſſerit, in dubio præſumit
culpa eius, qui prouocauit. l. 1. §. cũ arietes. ff. ſi
quadr. paup. feciſſ. dic. Et ibi dicit Bal. q. inſulta
tus in dubio præſumitur feciſſe ad ſui defen-
ſionem vide glo. in c. ſignificaſti. el 2. de homi.
& per Innoc. in c. ſi vero. de ſent. excom.
Decimanona. Qui animo vulnerandi tan-
30 tum venit, tenetur † non ſolũ de vulnere, ſed
etiam de homicidio, ſi ſecutum fuerit, licèt nõ
habuerit animum occidẽdi, igitur ſi vltra pro-
poſitum ſequatur euentus, tenetur delinquens
non ſecundum propoſitum, ſed ſecundum euẽ
tum. c. ſicut dignum. §. illi. de homicid. Quod
intelligit verum Bal. ſi inſtrumentum, cũ quo
vulnerauit erat aptum ad inferendum mortẽ,
aliàs ſecus ita dicit in l. cum mandati. C. man-
dati. allegat tex. in c. ſignificaſti. de homi. verũ
in pœnis ſpiritualibus, vt in excommunicatio
ne, & ſimilibus, attenditur animus, & non euẽ
tus, prout tangitur in c. 2. de conſtitu. & in c. in
nonnullis. de Iudæ. Barto. in l. Diuus. ff. de ſicar.
Hinc fit quòd non eſt excommunicatus, qui
credebat percutere laicum, & percuſsit cleri-
cum, de quo vide in c. ſi vero. de ſent. excom-
munic. Pariter ex tex. in d. §. illi. Dom. Abbas
31 infert quòd etiam quo ad Deum † voluntas
mala habetur pro facto, ſed minori peccato,
& pœna aſtringitur, ex quo delictum non eſt
ſecutum, licèt voluntas deliberata præceſſerit,
vide bonam gloſſam in c. ſi cui. de pœnit. diſt.
1. nam iura, quę videntur innuere contrarium,
debent intelligi, quo ad interitum ſalutis æter
næ, ſed quo ad quantitatem ſupplicij, differũt:
nam conſumatio operis aliquid addit. d. c. ſicut
dignum. §. illi autem.
32 Vigeſima. Aliquis eſt vulneratus, & † febres
ſuperueniunt, & moritur, licèt multi dicant
eum mortuum propter vulnera, tamen non
erit irregularis, ſi medicus afferat contrarium:
quia ſtandum eſt peritis in arte, & per conſe-
quens credendum medico erit, & ita tenebi-
tur de vulnere, & ſic non eſt irregularis, nec
tenebitur de homicidio. facit. capitu. ſignifi-
caſti. el primo. de homic. l. ſemel. de re milita.
lib. 12.
Vigeſimaprima. Si quis decederet ex alia
33 infirmitate, & hoc ſit certum, † non eſt impu
tandum illi, qui percuſsit. no. in c. ad audientiã.
in

in verb. ſi vero. de homi. Et intellige aliam in-
firmitatem non trahentem originem à prima
ſed penitus diuerſã, & ſic cauſa ſuperueniens
habilis ad quid inducendum, cõfundit vices
primæ, de qua erat dubiũ, an ad hoc potens
exiſteret. de quo in c. presbyterum. de homic.
Vigeſimaſecunda. Medicus, qui dubitat an
34 medicina † ſit proficua, vel nociua, peccat eã
dando, etiam ſi magis credat eam proficuam:
quia in dubio melius eſt hominem relinquere
in manu Creatoris, quàm ipſi exponere cui-
que dubitabili medicinæ. Innoc. in c. tua nos.
de homic. Et idem, ſi dat medicinã, quæ in-
firmitatem habet augere, vt infirmũ redimat.
l. medicus. ff. de var. & extraord. crim. peccat
etiam debitam medicinam omittendo, facit
optime tex. in §. præterea. Inſt. ad leg. Aquil.
Rurſum, ſi dicit ſe peritum, cum non ſit, vel
facit, aut omittit aliquid, propter quod infir-
mus periculum mortis incurrit, peccat, & eſt
irregularis. no. in l. 2. ff. quod quiſque iur. Ad
hoc de æta. & qualit. c. ad aures. & videtur
aſſerere ſe peritũ ſtatim quod acceptat officiũ
& aſſumit curam. ita Innoc. in d. c. tua nos. &
Dom. Ant.
35 Vigeſimatertia. Vulneratus, qui † dicit ſe
mortũ nõ ex vulnere ſed ex mala vita, & cul-
pa medicorũ & facit pacẽ cum vulnerante, eo
mortuo, licèt talis remiſsio proſit quo ad ex-
cuſationẽ perſonæ, non tamen quo ad libera-
tionem pœnæ: publica enim pœna nõ poteſt
remitti conuentione partitum. l. iuriſgẽtium.
§. ſi paciſcar. ff. de pact. not. per Bar. in l. Di-
uus. ff ad Syllan. gloſ. in §. fin. Inſtit. de in-
iur. vbi dicitur, an, & quãdo remiſſio, vel con
36 cordia poſſit fieri in morte. An † verò aſſer-
tioni factæ in articulo mortis, quòd aliquis
eum vulnerauit. vel fecerit eum occidi, cre-
datur, dic ſecundũ Bald. per gloſſam. in l. 2. C.
de calum. ꝙ talis aſſertio non probationẽ ſed
vilem inducit tantum præſumptionem, vel
ſuſpicionem, nõ tamen talẽ, quæ ſit ſufficiens
ad torturam, ita etiam tenet Ang. in d. l. 2. vbi
etiam dicit, quòd operabitur talis ſuſpicio, vt
hæres accuſãdo excuſetur à præſũpta calũnia.
37 Vigeſimaquarta. Licèt † communis ſit the-
orica, quòd tacens quo ad ipſum obligandum,
non prẹſumatur conſentire. l. filius. §. inuitus,
de procur. c. nuper, de donat. inter vir. & v-
xor. Tamen quo ad legem promotionis, ſecũ-
dum quam quis incurrit irregularitatẽ etiam
ſine culpa, ca. ſententiã, ne cler. vel mona. re-
quiritur expreſſa prohibitio, ne videatur con-
ſentire Hinc fit, quòd ſi preſẽte aliquo habetur
tractatus de morte alicuius, ſi ipſius cauſa ipſe
tractatus contingit, & tacet, præſumitur con-
ſentire. glo. in cap. Petrus. de homic. vbi ho-
micidium commiſſũ per cõſanguineos clerici
ipſius fauore, imputatur clerico, ſi ſcit, & nõ
contradicit: quia tunc videtur conſenſũ præ-
ſtare, quod ſecus eſſet, ſi clericus eſſet ignorãs:
quare licèt mei conſanguinei propter iniu-
riam mihi illatam, & mei contemplatione,
ſumant vindictam, non eſt mihi aliquid im-
putandum. niſi (vt diximus) me præſente ha-
buiſſent colloquium, & tacuiſſem. facit tex. 1.
q. 4. cap. qui præſulatus. An verò clericus læ-
38 ſus teneatur † remittere actionem iniuriarum
ſi ſcit, quod ſi hoc non facit, conſanguinei in-
terficient lædentem. Dic, quòd non, ſed tan-
tum rancorem, non tñ debet clericus cõqueri
cõſanguineis de iniuria ſibi facta. Spec. tit. de
legat. §. iuxta. circa penul. col. in verbo, quid ſi
amici mei. Ioan. de Anan. in d. c. Petrus.
Vigeſimaquinta. Presbyter dixit infanti,
39 † quòd equum ad fluuij ripã duceret ſed a flu-
uio ſibi caueret, infans autem flumen intrauit,
& ſubmerſus fuit, quæritur an ſit culpabilis, &
per conſequens irregularis, Dic, quòd ſic: quia
ſuſpicari debuit hoc poſſe euenire, ſicuti impu
tatur Diacono, qui non remouit falcem, qua
accinctus erat, cum ludi conſuetudinem ſciret
vt extr. eod. cap. continebatur. & presbytero,
qui nõ remouit à corrigia cultellum, cum qua
verberabat famulum: vt ext. eod. cap. ad audiẽ-
tiam. ita quòd non promouetur, nec ordini-
bus ſuſceptis vtitur: vt ibi dicitur. & habetur in
d. ca. ad audientiam. Hæc Hoſtienſis.
Vigeſimaſexta. Iudex, qui non liberat homi
40 nem à morte iniuſta cum poteſt, † & prælatus
ſi non paſcit fame morientem cum poteſt, quã
uis non ſint irregulares, cum lex promotionis
factum requirat. 15. q. 1. cap. ſi quis iratus. tamẽ
grauiſſime peccant.
Vigeſimaſeptima. Incidendus non habet
41 † conſuetam diſpoſitionem membrorum, vel
venarũ, aut ſubito timor, vel tremor inſolitus
irruit ſuper eum, ſi inciſor non erret ex impe-
ritia, vel diſſuetudine in huiuſmodi nõ peccat,
neque fieret irregularis, ſi ille decederet. A-
ſtenſ. lib. 6. de modeſt. tit. 14. art. 8.
Vigeſimaoctaua. Scio, vel ſcrie debeo ali-
42 quẽ † quæri ad mortem, puta furem, vel ho-
micidam, & iudici quærenti, vel officiali vtrũ
vidiſſem talem perſonam: reſpondi, quòd ſic,
quærentem inſtruxi, ſum irregularis, ſi inde
mors ſecuta fuerit: Quod ſecus eſſet, ſi neſcirẽ,
nec ſuſpicari poſſem ꝙ quæreretur ad hoc ſed
propter aliud: quia tunc intentio non eſt cor-
rupta. Hæc Rod. & Aſtenſ.
43 Vigeſimanona. Clerici, qui ſunt † iuris ignari
pro habenda indulgentia, quæ dabatur portã-
tibus ligna ad cremãdum hæreticos ligna por
tauerunt, ſunt irregulares, ſi ligna illa operan-
tur ad



tur ad cremationem, ſecus ſi non operantur,
vt quia iam crematus erat mortuus, pro hoc,
quòd not. Abb. in cap. ſicut. de homic. cum ho-
mo mortuus, non ſit homo; nam ad eſſe homi
nis requiritur anima, & corpus, de celebr. miſſ.
c. in quadam. verſi. nam ad eſſe. de pœn. diſt. 2.
cap. charitas. verſi. Item corpus. Hinc qui homi
nem mortuum mutilaret, non eſſet irregula-
ris. Pariter qui occideret hominem nondum
natum, & formatum, ſed informem, & non
per membra diſtinctum, non eſſet verè homi-
cida, nec irregularis. 2. q. 5. c. conſuluiſti. 32. q. 2.
c. quòd vero. & c. Moyſes.
44 Trigeſima. Aliquis † me in alium impellit,
& ille in quem impellor, cadens moritur, vel
impellens retrocadens moritur, in neutro iſto-
rum caſuum teneor, nec ſum irregularis, cum
nihil mihi ſit imputandum, ſed tantum illi,
qui me impulit ita Card. in Clem. 1. in pen q.
de homic. qui etiam dicit, quòd ſi vnus vult
me percutere, & ego declino ictum, ex quo
alius interficitur, quòd non teneor, niſi in frau
dem fecerim. Quare omnes ſupradicti poſ-
ſunt promoueri, ex quo in nulla culpa depre-
henduntur. argum. de homic. c. lator. & 23. q. 5.
de occidendis. Archi. Turrecre. & Præpoſi. in
c. ſæpe. diſt. 50.

*S V M M A R I V M.*

1 *Belli materia vbi plene tractetur.*
2 *Bellum duplex exercetur in hac vita car-*
*nale, & ſpirituale.*
3 *Bellum corporale multiplex.*
4 *Bellum corporale iuſtum à quo habuerit*
*ortum.*
5 *Bellum vt ſit iuſtum, multa requiruntur.*
6 *Bellum iniuſtum dicitur quinque modis.*
7 *Clericis in quatuor caſibus licitum eſt ar*
*ma deferre.*
8 *Pacem inter homines ſex cauſæ impe-*
*diunt. Et bellum quid differat à ſedi-*
*tione ſub nu. 8.*
9 *Bellum à multis indici poteſt.*
10 *Bellum iuſtum dicitur ex perſona autori*
*zante nu. ſeq.*
12 *Bellum, quod non eſt ex edicto principis,*
*ſed ad tuitionem rerum, dicitur iu-*
*ſtum.*
13 *Iuſte pugnans pro defenſione rerum non*
*poteſt inuaſorem, vel eius bona ca-*
*pere.*
14 *Vocati ad bellum iuſtum, an actionem*
*mandati habeant contra mandantem.*
15 *Pugnare contra Sarracenos licitum eſt,*
*ſed non contra Iudæos.*
16 *Bellum iuſte infertur contra Sarracenos,*
*licet actu non impugnent. & quid de*
*terris, quæ nunquam fuerunt noſtræ.*
*num. 18.*
17 *Papa poteſt licite concedere indulgen-*
*tias euntibus contra Sarracenos. item*
*pro hac cauſa imponere decimas. nu-*
*mero 40.*
19 *Capta in bello an ſint ſubiecta reſtitutio-*
*ni. & nu. 20. 21. & 43.*
22 *Bellum contra quos, princeps nõ habens*
*ſuperiorem, poſſit mouere.*
23 *Inſidijs vti an licitum in bello.*
24 *Bellum iuſtum habens, an teneatur ad re*
*ſtitutionem, ſi facit incendia.*
25 *Miles ad præceptum Domini, an licite bel*
*lare poſſit ſi dubium eſt, an bellum ſit*
*iuſtum. & quid de amicis, & cognatis*
*Dominio non ſubditis. nu. ſeq.*
27 *Indicenti bellum etiam ſacrilego ſubdi-*
*ti obedire tenentur, niſi in duobus ca-*
*ſibus.*
28 *Belli finis, & quinque in bello culpanda.*
29 *Inimicitia capitalis an excuſet non eun-*
*tem ad bellum.*
30 *Clericus Dominum comitans in bello, an*
*licite retineat ſi aliquid conſequitur in*
*bello.*
31 *Hoſtes deprædari in bello iuſto licet.*
32 *Papæ ſicut certiſſimum eſt poſſe indice-*
*re bellum: an etiam prælatis, & cleri-*
*cis. nu. 34. & 35.*
33 *Suadens quòd exponat ſe periculo mor-*
*tis pro patria, vel proximo, an ſit irre-*
*gularis.*
36 *Clericus in bello licito an poſſit dare lan*
*ceam pugnanti.*
37 *Clerici capientes arma ad ſe defendendũ*
*cum ſocijs ſi ſocij aliquem interficiant,*
*an clerici ſint irregulares.*
38 *Clerici ſola intereſſentia ſecuto homici-*
*dio, an inducat irregularitatem.*

Chriſtia-

*39 Chriſtianis an liceat vti auxilio Sarrace-
norum in bello.*
*41 Bello iniuſto opem præſtans non habet a-
ctionem mandati contra vocantem.*
*42 Comites qui ſine autoritate principis ſu-
munt arma, vaſallos proprios exhære-
dantes, tenentur ad reſtitutionem.*
*44 Bellum iniuſte mouens tenetur ad omnia
damna.*
*45 Rem ablatam per vim, an liceat illã, vel
æquiualens recuperare.*
*46 Emptor rem emptam ex bellô, an & quã
do teneatur reſtituere.*
*47 Si inter duos milites fuerit bellum iniu-
ſtum & damna hinc inde, an facta pa-
ce & remiſsione inter illos de damnis,
dicta remiſsio extendatur ad vaſallos.*
*48 Bellum licite moueri poteſt abſque auto
ritate principis ad iniuriam propulſan-
dam.*
*49 Arma miniſtrans in bello, ſi illi, quibus
miniſtrata ſunt, commiſerunt homici-
dium, an miniſtrans ſit irregularis.*

## De Bello. Cap. XX.

1 DE materia † belli habetur 23. q. 2.
in ſum. & in capitu. dixit Domi-
nus. per gl. & Archi. & per Inno.
in cap. ſicut. de iureiur. in c. quod
ſuper. de voto. & in cap. olim. de
reſtic. ſpol. per Hoſt. in ſum. de tre. & pa. per Io.
And. in cap. 1. de homi. in 6. & per B. Thom. 2.
2. q. 40. art. 2. per Cynum. in l. quoniam multa
facinora. C. ad l. Iul. de vi publ. Barto. poſt glo.
in l. hoſtes. & in l. ſi quid bello. ff. de cap. & in
tract. repræſaliarum. & per Bald. in l. 1. C. vnde
vi. & plene per omnes. in l. ex hoc iure. de iuſt.
& iu. in l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadr. paup. fe-
ciſ. dica.

Sed quia in bello ſolent multa homicidia
committi. Ideo videamus conſequenter de
bello, aliqua prius præmittendo, & Primum,
2 quòd bellum in hac † vita duplex exercetur,
carnale. i. corporale. & ſpirituale. 23 q. 1. capit.
niſi bella. Bella carnalia figuram gerunt bel-
lorum ſpiritualium, & ideo carnalia non ſunt
peragenda niſi in neceſſitate. 23. q. 1. cap. noli.
& q. 8. ſi nulla. Sed aduerſus ſpiritualia bella
ſemper debemus inſudare, per virtutes, & bo-
na opera, quibus armamur contra vitia. 11. q.
3. cap. qui reſiſtit. in fi. Ita magiſter militiæ præ
ceptum dat militibus Chriſti: dicens. Induite
vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus
aſtutias diaboli, habet enim mille nocẽdi mo-
dos. 16. q. 2. cap. 1. & ſedet tanquàm leo rugiẽs.
de pœn. diſt. 2. cap. ſi enim. circa medium; nec
ceſſat circumire. 3. q. 1. cap. nulli. 6. q. 1. cap. ve-
rum. Secundo notãdum eſt, quòd ſeptem ſunt
3 † bella. Primum poteſt dici Romanum, dictũ
ex eo, quòd Roma eſt caput fidei. 24. q. 1. cap.
hæc eſt fides. & c. quoniam. extr. de ſum. Trin.
& fi. catho. c. 2. §. pen. Et eſt illud quod faciunt
fideles impugnando infideles, & hoc eſt iu-
ſtum. cap. excommunicamus. de hæret. Secun-
dum eſt inter fideles pugnantes autoritate iu-
dicum, & hoc poteſt dici iudiciale, & eſt iu-
ſtum. l. continet. ff. quod met. cauſa. l. 1. C. ne qs
in ſua cauſ. ius ſi. di. hi tamen proprie hoſtes
non ſunt. Tertium, quòd faciunt fideles iudici
contumaces, & rebelles. arg. extra. de maio. &
obed. cap. ſi quis ff. de rei vendi. l. qui reſtitue-
re. & hoc eſt iniuſtum, & poteſt dici præſum-
ptuoſum. Quartum licitum, & eſt, quod faciũt
fideles autoritate iuris. v. g. pro ſui iniuria re-
pellenda. extr. de ſent. excom. c. ſi verò. §. nec
ille. l. 1. & 2. C. quando lic. vni, ſine iudi. ſe vind.
vel etiam proximi & vicini iniuria repellen-
da, vel prælatus, qui contra iniuriantes eccle-
ſiæ vtroque gladio ſi vtrumque habet, vti po-
teſt authoritate propria. de ſent. excom. in 6.
c. dilecto. §. equidem. Quintum, quòd faciunt
fideles contra autoritatem iuris, & eſt illicitũ,
& poteſt dici temerarium. Nam & is, qui de-
fendit ſe contra autoritatem iuris, temerariè
ſe defendit. Sextum quod faciunt fideles, auto
ritate propria alios impugnantes. Et hoc eſt
iniuſtum, & poteſt dici voluntarium. 23. q. 1. c.
noli. Hoc Principes noſtri temporis vtuntur
frequentius. ſicut dicit Archi. in c. iuſtum. 23. q.
2. Septimum, quòd faciunt fideles autoritate
iuris, ſe defendendo cõtra impugnantes: Nam
vim vi repellere ad tuitionem ſui corporis, vel
etiam rerum, cum moderamine inculpatæ tu
telæ, omnia iura permittunt. de re. iu. c. quod
non eſt licitum. & hoc eſt licitum, & neceſſa-
rium. Hæc omnia notantur per Hoſt. in ſum-
ma. de treug. & pac. per Archid. 23. quæſtio. 1.
cap. iuſtum bellum. per Aſtenſ. lib. 1. de bello.
titu. 29.

Tertio ſciendum eſt, quòd bellum corpora
4 le iuſtum † ortum habuit à Deo ordinante,
& præcipiente illud fieri, ſicut in multis locis
ſacræ ſcripturæ Num. 10. & Deuter. 22. legitur.
Dominum viris præcepiſſe bellare. vnde Da-
uid ait de Deo. Quis docet manus meas ad
prælium, & digitos meos ad bellum. Sic bel-
lum iuſtum ortum etiam habuit à iure gentiũ.
Pariter



Pariter bellum commune, quòd eſt per vim
violentiæ repulſio, ortum habet à iure natura-
li, tum autoritate iuris. 1. diſt. c. ius naturale, tũ
etiam ratione: cum cuilibet natura inſita natu
ralis inclinatio ſit, ſiue virtus ad conſeruatio-
nem ſui in eſſe quantum poteſt: & ad excluſio
nem cuiuslibet ſibi repugnantis, ſiue aduerſan
tis. Rurſum bellum corporale, ſiue terreſtre
iniuſtum, inter quoſcunque homines, ſiue eiuſ-
dem domus, ſiue Ciuitatis, ſiue prouinciæ, ſiue
extraneos, ortum habet à diabolo, qui diſcor-
diarum ſeminator eſt. Vnde Aug ad quendam
comitem, diabolus eſt humani generis inimi-
cus, inuentor mortis, ſuperbię inſtructor, radix
malitiæ, ſcelerum caput, princeps omnium vi-
tiorum, perſuaſor omnium voluptatum. Sed
bellum ſpirituale. quaſi domeſticum, quod eſt
inter carnem, & ſpiritum. ad Rom. cap. 7. or-
tum habet à peccato originali, quòd vniuer-
ſaliter contraximus, ex primo parente. Iac. 4.
dicitur, vnde bella. Nonne ex concupiſcentia.
Pariter bellum ſpirituale quaſi ciuile, quòd in-
ter hominem, & diabolum eſt ortum, habet
ex inuidia, de quo dicit Apoſtol. ad Epheſ. 6.
Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare, ſ.
firmi aduerſus inſidias diaboli, quia non eſt
nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſangui
nem, i. contra homines qui viſibiles, & fragi-
les ſunt, vel contra vitia, quæ ex carne, & ſan-
guine ſunt, ſed aduerſus Principes, i. dæmones,
qui principantur alijs, & aduerſus poteſtates
mundi, i. peccatorum rectores vt exponit glo.
Hæc Card. à Turrecr. in c. quòd militare 23. q.
1. Quarto ad bellum iuſtum requiruntur plu-
5 ra. Primum eſt autoritas † Principis, cuius
mandato bellum eſt gerendum. c. iuſtum. 23.
q. 2. verſi. ex edicto, i. ex autoritate Principis
ſæcularis, ſiue eccleſiaſtici, pœnes quem con-
ſiſtit autoritas indicendi. Non enim pertinet
ab perſonam priuatam bellum mouere: quia
poteſt ius ſuum in iudicio ſuperioris proſequi.
Similiter, quia ſicut ad Principes pertinet rẽ
publicam ciuitatis, ſiue regni vel prouinciæ
ſibi ſubditæ tueri, & ſicut licite defendunt eã
materiali gladio contra interiores quidẽ per-
turbatores, ſiue domeſticos, dum malefacto-
res puniunt, ſecundum illud Rom. 5. Non ſine
cauſa gladium portat, miniſter enim Dei eſt
in iram ei, qui male agit, ita etiam gladio bel-
lico ad eos pertinet rempublicam tueri ab ex-
terioribus hoſtibus: vnde & principibus dici-
tur. Eripite pauperem, & egenũ de manu pec-
catoris liberatę, Vnde habetur 23. q. 1. c. quid
culpatur. Ordo naturalis mortalium paci ac-
commodatus hoc poſcit, vt ſuſcipiendi, belli
autoritas atque cõſilium pœnes principes ſit.
Secundum, ꝙ requiritur ad iuſtum bellum ex
parte peragentis, eſt recta intentio, ſiue iuſtus
affectus, quo moueatur ad indicendum, bellũ,
vt ſit ad bonum promouendum, & malum
vitandum, vt non ex odio, vel propter prædã,
ſed ꝑꝑ pacem, iuſtitiã, & charitatem. d. c. quid
culpatur. c. militare. c. apud. Itẽ debita cõditio,
vt non ſit perſona clericalis. c. nimirum. 23. q.
8. & c. quicunque ex clero. Tertiũ, quod requi-
ritur ad iuſtũ bellum, eſt, ꝙ cauſa ſit iuſta, pri-
mo ex parte eius, contra quẽ pugnatur, vt ſ. il-
li. qui impugnant ꝑꝑ aliq̃ culpam, impugna-
tionẽ, & perſecutionẽ mereant. vnde Inn. in c.
olim. de reſt. ſpol. dicit, ꝙ vna ſola cauſa legiti
ma belli eſt cõtumacia iniuſte reſiſtẽtis. Secũ-
do ex parte eius, pro quo impugnatur, vt ſcili
cet ea cauſa ſit coerctio malorum, & ſubleua-
tio bonorũ, vt tangit Aug. in c. apud. 23. q. 1. c.
apud veros. & c. diſplicet. vel ampliatio Reipu
blicæ pro fide Chriſti. 23. q. 4. c. ſi non. & c. di-
ſplicet. & q. 1. c. noli. Et hæc tria continent ſub
quinque quæ à Fr. Io. in Sum. Conf. lib. 2. de bel
lis exprimunt, & prius eum ponit Goff. li. 5. tit.
22. de homic. ſ. perſona ſæcularis, cui licitũ eſt
effundere ſanguinem, non aũt eccleſiaſtica, cui
eſt prohibitũ. 23. q. 8. c. clerici. Res, vt ſit pro re
bus repetendis, & pro defenſione patriæ. 23. q.
2. c. 1. Cauſa, animus, & victoria. Hinc colligit,
6 ꝙ † quinque modis dr̃ bellum iniuſtum. Primo
ratione rei, vt ſi non eſt pro repetendis rebus,
vel pro defenſione patriæ. 23. q. 2. c. 1. & q. vlti.
c. ſi nulla. Secundo, ratione cauſæ, vt ſi volunta
riè, non neceſſario pugnetur. ead. diſt. q. 1. c. no-
li. Tertio ex animo, ſcilicet, qñ fit ad vindictã.
23. q. 1. c. quid culpatur. & c. militare, vbi pecca
tum non eſt militare, ſed propter prædam ſic.
Quarto ſi non fit autoritate Principis. ead. q.
2. c. 1. Quinto ratione perſonæ, vt puta quia ec
cleſiaſtica eſt, cui non eſt licitũ effundere ſan-
guinẽ, nec per ſe, nec per alium. ead. q. §. vlt. &
7 c. clerici. vnde clerici non poſſunt vti † armis,
ſiue ſint in ſacris, ſiue non. ead. q. c. 1. & 2. niſi
in his caſibus. Quorum primus pro defenſio-
nę ſua in neceſſitate ineuitabili, ſcilicet, quan-
do aliter euadere non poſſunt. extra. de homi.
cap. ſicut dignum. & cap. ſuſcepimus. & capit.
ſignificaſti. 23. q. vlt. cap. conuenior. Secundus,
defendendo ſua, vel recuperando: vt in alleg.
iuribus. de homic. de appel. capit. ſignificaue-
runt. de reſtitu ſpol. cap. olim cauſam. 1. diſt. in.
cap. ius naturale. Tertius, licet clericis, & maxi
me iuriſdictionem habentibus temporalem,
hortari alios ad capiendum arma pro defen-
ſione oppreſſorum, & ad impugnandũ inimi-
cos Dei. Quartus, pro Patriæ ſuæ, ſeu legum
paternatum defenſione, & pace, atque iuſtitia
tuenda: quia bellum geritur vt pax acquira-
tur. Hæc probantur de pœn. diſt. 5. cap. falſas.

& 23. q. noli. Quintus, autoritate Papæ, vn-
de dicit in cap. ſcire. 23.q.2. Scire vos oportet
quòd nunquàm ab aliquibus homines noſtros
ſinimus opprimi, ſed ſi nulla neceſſitas incur-
rit, prȩſentialiter iudicamus: quia noſtri gre-
gis in omnibus vltiores eſſe debemus, & præ-
8 cipue adiutores. Quinto, † ſciendum eſt quòd
ſi homines conſiderarent damna, quæ affert
bellum, ſcilicet, quia per illud amittunt animã
frequẽter, corpus, & diuitias, iux. illud Hiere.
46. fortis incidit in fortem, vtique amarent
pacẽ, ſed quia hoc non conſiderant, ideo hæc
eſt prima cauſa, quare inter illos nõ eſt pax,
Secunda, quia non puniuntur maleficia, Eccl.
4. quia non profertur contra malos ſentẽtia,
&c. Tertia eſt abundantia temporaliũ. Gen. 13.
Facta eſt rixa inter paſtores Abrahã, & Loth.
Quarta, quia nõ occupamur in pugna cõtra
dȩmonem. Ideo oppugnamus homines. Eph.
5. Non eſt colluctatio aduerſus carnem. &c.
Quinta, quia nõ conſideramus, quòd dubius
eſt iuuentus belli. 1. Reg. 7. varius eſt belli
euentus. Sexta eſt, quia nõ ſeruamus præcepta
Dei. Hiere. 3. Vtinã attendiſſes mandata mea,
hæc Archid. in c. noli. 23. q. 1. Sexto notandũ
quòd aliud eſt ſeditio, & aliud guerra, ſiue
bellum. ita tex. in cap. perpendimus. de ſent.
excom. vbi inter iſta duo ponitur copula, de
cuius natura eſt copulare diuerſa, vt traditur
in rub. de conſec. Eccl. vel altar. & in rubr. de
iur. & fact. ignor. Et dicitur fieri ſeditio per
concitationem plebis. vt not. glo. C. de ſedit.
Et dicitur ſeditio, quaſi ſeorſum itio: quia in
diuerſũ cadunt, & alios trahunt. vt dicit glo. in
dicta rubr. Et Archid. & poſt eum Ioan. And.
in cap. 2. de immu. eccl. lib. 6. in verb. ſedi-
tionẽ. Et dicitur proprie ciuium diſiunctio, ſe-
cundum Iſido. 18. lib. ethimolo. Et ſecundũ
canones ſeditioſi prohibẽtur ordinari. 46. diſt.
cap. ſeditionarios, immo iam promoti ſunt
deijciendi. 11. q. 1. cap. conſpirationũ. Guerra
vero idem eſt quòd bellum, & eſt vocabulũ
nouũ, ab antiqs oratoribus minime vſitatũ &
vt arbitror, originẽ habuit à vulgari noſtro ſed
mõ deueniamus ab Deciſiones, quarũ prima.
9 Bellum † quandoque indicitur ab Impera-
tore, vel olim à populo Romano. l. hoſtes. ff. de
capti. & poſtli. reuer. ratione publicæ vtilitatis
Imperij. Quandoque ab alio contra Impera-
torem, & publicam vtilitatem Imperij. Quan
doque ab vno Rege contra alium Regem, vel
Principem. Quandoque à Barone contra Ba-
* ronem, vel Ciuitate contra Ciuitatem. Quan-
doque ab vno præſide temporali pro exercito.
vel defenſione ciuitatis ſuæ. Quandoque à pri
uata perſona contra priuatam perſonam. ita
Io. Calder. de treu. & pace. conſ. 1. nu. 1.

10 Secunda, de perſona autorizante, † vt de
Deo, cuius relatione bellum eſt iuſtum. 23. q. 2.
cap. Dominus noſter, vnde hac ratione fuerũt
excuſati Iudæi, qui expoliauerunt Aegyptios
de præcepto Domini. 14. q. 6. cap. dixit, vnde
in tali bello occupata ab eo, qui cauſam Dei
gerit, efficiuntur capientium & ita Caſtra, &
Ciuitates captæ à populo Iſraelitico fuerunt
corum. 23. q. 2. c. ſi.
11 Tertia. Bellum dicitur iuſtum † ex edicto
Principis, vel Imperatoris, aut Papæ, quando
eius edicto geritur bellum nedum contra ho-
ſtes fidei hæreticos, & alios rebelles. 23. q. 8. c.
diſpar. vbi not. Sed etiam, quando ſui ſubditi
opprimuntur, nam tunc iniuriantibus iuſte bel
lum infert. 23. q. 8. cap. ſcrire, vnde tali caſu. i.
in iuſto bello, quod fit ex edicto Principis res
occupatæ ſunt capientium, & liberi homines
capti fiunt ſerui. ff. de capt. & poſtlim. reuer.
l. hoſtes. ff. de verb. ſignif. l. boucs.
12 Quarta. Bellum, quod non † eſt ex edicto
Principis, ſed aliàs eſt iuſtum, puta, quia eſt ad
defenſionem rerum ſuarum, vel pro execu-
tione iuris ſui, tunc ſi ille, qui bellum tale, ge-
rit, habet iuriſdictionem poteſt ſtatuere, quòd
quicunque inuaſerit aliquẽ, liceat inuaſo bo-
na inuaſoris capere, & ſua facere; & etiam
inuaſorem detinere quouſque Domino eum
aſſignet, vt not. in c. à nobis. de ſent. excom.
Item ſi non fecerit ſuper hoc conſtitutionem,
poteſt condemnare de inuaſione facta intra
fines ſuæ iuriſdictionis. C. vbi de crim. agi.
opor. in auth. qua in prouincia. Innoc. in cap.
ſicut, & infra. num. 5. de iureiur.
13 Quinta. Qui bellum † iuſtè agit, ſed nõ ex
edicto Principis, nec aliquam habet iuriſdi-
ctionem ſuper eo, pro quo bellum agitur, ſed
tamen iuſtè pugnat, puta, quia alius inuadit
ipſũ & ipſe ſe, & res ſuas defendit, & tunc licet
vim vi repellere, & etiam in repellendo homi-
nes percutere, & occidere, ſed cum modera-
mine inculpatæ tutelæ. vt not. de reſtit. ſpol.
c. olim. in fi. Sed nõ licet ei bona eius capere,
nec capiendo ſua facere, aut inuaſorem deti-
nere. Quare ſi inuaſoris bona cœperit, licet
inuaſori non cõpetat contra hunc ſpoliatorẽ
actio vi bonorum raptorũ, vel actio iniuriarũ
quia obſtat ei exceptio paris criminis. ca. in-
telleximus. de adult. tamen competit ei rei
vendicatio: quia dominium remanet pȩnes eũ,
ſicut prius. l. in rem actio. ff. de rei vendica.
Innoc. qui ſupra.
14 Sexta. Vocati ad iuſtum † bellum actionem
mandati habent contra mandantem, niſi ex
debito teneantur. 23. q. 3. capit. non inferen-
da. 11. q. 3. ca. ſi Dominus. & cap. Iulianus.
Quare licet, de iure uaſalli teneatur eſſe in
con-



conſilio, & auxilio, quòd Domini non lædan-
tur. 22. q. 5. cap. de forma, non tamen milites
debent ire cum armis ad ſeruitium eorum, nec
aduocati tenentur pro eis aduocare, vel alia
ſeruitia eis exhibere, niſi ex pactis ad hoc te-
neantur: cum non teneantur ad munera perſo
nalia cum ſumptu, vel ſine ſumptu, ſiue ex pa-
cto, ad hoc in cap. non minus. de immun. ec-
cleſ. vel niſi in caſibus, qui ponuntur in vſibus
feudorum, vel niſi ex conſuetũdine, vel alio iu
re ſpeciali debeant teneri. Secus tamen eſt in
commodatore, quia ſi commodat equum, aut
arma ad bellũ, ſi ibi amittantur, non competit
actio ad ea repetenda. ff. commod. l. ſi vt cer-
to. §. ſed interdum. Et hoc ea ratione, quia non
exceſſit finem contractus, cum ad eum vſum
vſus ſit, ad quem accommodatum acceperit.
Idem eſt in locatione equorum, vel armorũ,
quia ſi ibi capiantur, conductor non tenetur
ad emendam; quia ſic ea conduxit. ff. loca. l. vi-
deamus. §. ſi hoc. l. fin. ff. commod. Innoc. in c.
ſicut. & infra. nu. 2. de iureiu.
Septima. Licitum eſt contra Sarracenos
15 † pugnare. cap. diſpar. 23. q. 8. arg. tex. in cap. ſi
de rebus. q. 7. & ratio eſt: quia ipſi pugnant con
tra Chriſtianos d. capitu diſpar. vnde ſequitur,
quòd vim vi repellere licet: Nam quòd quis in
defenſionem ſui facit, iuſte feciſſe exiſtimatur.
l. vt vim. de iuſt. & iure. Quod ſecus eſt de Iu-
dæis, & ſic nota diſparem cauſam Sarraceno-
rum, & Iudæorum in tribus. Primo, quia Iu-
dæi ſerui ſunt Chriſtianorum, & non hoſtes
impugnantes, nec terrarum inuaſores, ſicut
Sarraceni. Secundo, Iudæi non ſunt occiden-
di, quia portant nobis teſtimonium fidei, vn-
de Pſ. de ipſis dicit: Ne occidas eos, ne quan-
do obliuiſcantur populi mei. Sarraceni autem
ſatagunt extinguere fidem noſtram, & armis
noſtros expugnare. Tertio, quia Iudæi nihil oc
cupant de Chriſtianis non regna, non princi-
patus, non loca, quæ fuerunt eccleſiarum, ſed
Sarraceni ſic. ita Cardin. à Turrecrem. in d. c.
diſpar.
16 Octaua. † Bellum iuſte inferri poteſt Sarra
cenis, licet actu non impugnent Chriſtianos,
& ratio eſt: quia creduntur habitu eos velle im
pugnare, vnde veriſimile eſt, quòd quandocun
que ipſi opportunitatem habebunt impugna-
bunt, & perſequentur Chriſtianos, & Eccle-
ſiam Dei. Quare melius eſt præuenire, quàm
præueniri, & ante tempus occurrere, quàm
poſt cauſam vulneratam remedium quærere.
C in quibus cauſ. reſt. l. fi. Naturaliter enim eis
videtur ineſſe ꝙ Chriſtianos impugnent: vnde
licèt aliquandò ſint in pace, & Chriſtianos nõ
inquietent; quia tñ veriſimiliter timetur, ꝙ in
futurum pacem perturbent, non eſt eis indul-
gendum. 23. q. 1. c. noli. in fi. Tum etiam, quia li
cèt ſemper velint eſſe in pace, adhuc bellum li
citum eſt, & iuſtum, cum teneant loca noſtra,
nam totus mundus fuit ſub Chriſto, & locum
habuit illud Act. 1. In omnem terrã &c. c. fun-
damenta. de elect. lib 6. Ad idem 11. q. 3. c. exi-
ſtimant. in fi. Vnde cum agamus ad recupera-
tionem patriæ, à qua ſumus per violentiam ex
pulſi, & illa ſpoliati, licitum eſt bellum, & iu-
ſtũ. ita dicit Hoſt. & Arch. in c. ſi de rebus. 23.
17 q. 7. Oldr. conſi. 72. Hinc Papa † faciẽdo indul-
gentias illis, qui vadunt ad recuperandam ter-
ram ſanctam, licèt eam poſſideant Sarraceni,
& etiam indicendo bellum, & dando indulgẽ
tiam illis, qui occupant terram ſanctam, quã
infideles illicite poſſident, hoc totum facit ex
cauſa: nam iuſte motus eſt Papa, ſi intendit ter
ram ſanctam, quȩ conſecrata eſt natiuitate, ha
bitatione, & morte Ieſu Chriſti, in qua nõ co-
litur Chriſtus, ſed Machometus, reuocare, vt
incolatur à Chriſtianis. ita Inno. in c. ꝙ ſuper.
nu. 7. de voto. & Turrecr. in c diſpar. 23. q. 8.
18 Nona. Non eſt licitum † inuadere terram,
quam infideles poſſident, vel loca, quæ nunꝗ
fuerũt noſtra, modo velint eſſe in pace. ita In-
noc. in d. c. quod ſuper. nu. 1. Arch. in c. ſi de re-
bus. 2. vbi etiam num. 3. inquit quid de illis, qui
tẽpore pacis regũ recipiunt ſe in montanis, &
faciunt bellum ipſis Sarracenis: nam dicit Lau.
quòd peccant mortaliter, cum belli non ha-
beant autoritatem licet intentionem habeant
bonam ſicut, nec Iudæi excuſantur de morte
Chriſti.
Decima. Cùm autoritate eccleſiæ poſſit
fieri bellum, & illud eſt iuſtum, vt not. per glo.
in capitu. excommunicamus. §. Catholici. dȩ
hæret. & nos ſupra diximus. Hinc dubitatur,
19 quid faciendum de captiuis † in bello, & ſi re-
cuperentur, an reuertantur ad primum Do-
minum? Reſpon. ad maiorem intelligentiam:
primo, quòd captiuus propriè quis non dici-
tur, niſi ducatur intra præſidia gentis inimico-
rum, hoc eſt intra fines territorij hoſtium. tex.
eſt in l. poſtliminium. §. poſtliminium. ff. de
captiu. Et eodem modo non dicitur reuer-
ſus niſi poſtquam fuerit intra præſidia ami-
corum, ideſt, intra confines: qui tunc pro-
prie dicuntur præſidia, quando confines
ſunt tuti. Hinc fit, quòd capti non ſunt ſer-
ui, niſi poſtquam ſunt inducti intra præſidia
hoſtium. l. poſtliminij ius. ff. de capti. Se-
cundo, ſciendum eſt, quòd capti ab hoſtibus,
ſi virtute militum liberentur, recuperant pri-
mum ſtatum, & ſi recuperantur inter hoſtium
præſidia, ſi ſunt ſerui, reſtituuntur Dominis:
quia milites debent eſſe defenſores, & non
Domini. Et ideo dicit Bal. in l. hoſtes. §. ab ho-
L 2 ſtibus.

ſtibus.ff. de capt. quòd ſi ſtipendiarij huius ci-
uitatis recuperāt prædam receptam à ciuibus
debent cum illis reſtituere. His ſic præmiſſis,
dico, ꝙ de recuperatis ante deductionem ad
locum præſidij veriſimiliter tutum,non eſt du
bium,ꝙ ſic:quia adhuc non erant capientium.
Pariter ſi deducantur ad locum præſidij, ſi mi
lites noſtri ſunt continuo hoſtes inſecuti etiā
intra ipſorum præſidia,nam tunc debent reſti
tui Dominis: quia non cenſentur fuiſſe capien
tium,quia locus apparet,quòd non erat tutus:
nec ipſa præda noſtrorū præſentiam refugit.
argu.l.quod idem. & l.naturalem.in prin.ff. de
acquir. rerum dom. quia incontinenti recupe-
rata,finguntur non capta.l. qui poſſeſſionem.
vbi Dyn.ff.de vi, & vi arm. Rurſum licèt mili-
tes noſtri non fuerint inſecuti hoſtes conti-
nuo, ſed poſtea ex interuallo res prius captas
recuperant, & tunc ſi erant ſerui, reſtituuntur
dominis.d.l.ab hoſtibus.Sed ſi ſunt arma,quę
recuperantur, illa fiunt recuperantium: quia
non ſine turpitudine perduntur. l.2. & 3. ff. de
capt. vide glo.in c. ius gentium. in verſ. poſtli-
minia.diſt.1. & ibi dicit Do. Gemin. ꝙ milites
noſtri temporis bene ſeruant illas leges, quia
recipiunt arma, & veſtes illorū, quos capiunt.
Rurſum ſi ſunt alia mobilia, in quibus locus
eſt poſtliminio, & tūc reſtitutio fit Dominis,
ſi verò non eſt locus, & tunc fiunt occupan-
tium.l.2.l.ſi quid in bello. ff. de capti. Quæ aūt
ſint illa mobilia in quibus habet locum poſt-
liminium.tex.in d.l.2.dicit,quòd naues onera-
riæ propter vſum belli,non piſcatoriæ,aut pa-
ratæ voluptatis cauſa,adeò quòd ſi equus, vel
equa propter freni impatientiam decurrerit
ad hoſtes, habet locum poſtliminium, & ſic
Dominis reſtituitur. Ex quibus collige, ꝙ cur-
rus,quadrige,& muli,ſuper quibus arma, Bom
barde machinæ,victualia pro campo deferun
tur,& ipſorum curruum boues, & quadrigarū
equi ius habent poſtliminij.Ideo non ſunt mi-
litum recuperantium. Sed alij equi, & boues,
& alij muli intra præſidia ducti,ſi poſtea recu
perantur, fiunt recuperantium, & non reſti-
tuuntur.l.transfuga.de acq.rer dom.

20 Vndecima.Bona immobilia † capta in bel-
lo, ꝙ Imperator, vel populus Romanus indi-
cit barbaris, vel etiam econtra ſi à barbaris
fuit eis indictum, ſemper ſunt Principis.l. ma-
giſtris.ff.de acq.rer.domi.l.ſi captiui.§.expulſi.
ff.de capti. ſed mobilia ſi capiantur in incurſu
territorij inimicorum, antequam ſit bellum
campeſtre inter partes ordinatum, fiunt capiē
tium, & ita procedunt iura.l. 2. & l. ſi quid in
bello. ff de capt. ſed ſi in conflictu capta ſunt,
tunc debent aſſignari Duci belli.23.q.5.c.dicat
aliquis, qui poſtea illa diſtribuit militibus ſecū
dū merita.d.c.dicat.c.militare. in glo.fi.1.diſt.
l.pen.C.de donat.2.Reſpon.& ita Bar.d.l.ſi qd
in bello.ff.de cap.dicit ſeruari de facto: quia fa
cto prælio omnes res aſſignantur, & vocatur
butinum,& ratio eſt:quia qñ ſunt capta in con
flictu,tunc periculum vitæ eſt omnibus com-
mune,& tunc viri probi non vacant circa ſpo
lia,ſed circa ſtragem,& confuſionem inimico
rum, circa quam ſi non vacaſſent, alij ſpolia
ſalua non habuiſſent, imo forte propria bona
perdidiſſent, & ideò vbi periculum, ibi com-
modum collocandum eſt. Quod idem credit
Salic.qñ vna brigata fecerit caualcatam ſuam,
alij verò remanerent, pro illorum iuuamine,
& tutamine,vt ſpolia diuidantur inter omnes
de brigata: nam ipſi ſunt participes, & huiuſ-
modi rei auxilium, & fauorem præbentes in
l.1.C.de rapt.virg.& l.qui demum & l.ſi ami-
cis.ff.de adult.

21 Duodecima.Aliquis furando † Chriſtianos
à paganis captiuos detentos, vt eos reſtituat
libertati,ad reſtitutionem non tenetur,& ma-
ximè ſi pagani circunciderent eos in contem
ptum fidei Chriſtianæ. Dixit enim Dominus
ad Ioſue 8. Pones inſidias vrbi poſt eam. 23.q.
2. Dominus, ꝙ cōſtitueret retrorſum inſidias,
ideſt bellàtores inſidiantes hoſtibus, vt dicit
Auguſt. Cum quis mouet bellum iuſtum vtrū
aperte, an ex inſidijs nihil ad iuſtitiā intereſt,
& Greg. contra hoſtes fidei non tm̃ à parte,
ſed etiam à dorſo laborandum eſt. 23.q.8.c.vt
pridem.Rurſum intendit ille animam liberare
à peccato idolatriæ, & occaſionem peccan-
di infideli ſubtrahere.Aſtenſ. lib. 1.tit.33.art.3.

Tertiadecima. Princeps, qui nullum habet
22 ſuperiorem † ſiue ſit Rex,ſiue Imperator,au-
toritate propria ſi iuſta cauſa ſubſit, poteſt
mouere bellum tam contra ſubditos, quàm
contra extraneos, poteſt etiam ſubditis ſuis
dare autoritatem mouendi bellum tam con-
tra Principem extraneum, quàm contra ſubdi
tos ſuos, ſi cauſa ſubſit, & viderit expedire, vt
puta quia rem ſuam, vel ius ſuum non poteſt
proſequi. Non tamen poteſt contra ſuos ſub-
ditos proprios, quamdiu poteſt iniuriantem
iuſtitiare, vel quamdiu vult ſtare iuri coram
eo, vel coram iudice ſuo, ſi eſt iudex medius
inter huiuſmodi Principem & iniuriantem.
Si autem non poteſt illum iuſtitiare, vel non
vult ſtare iuri, non ſolum princeps ſed ēt ille,
qui habet ſuper ſe ſuperiorem, vt ciuitas, vel
Dñs terræ,poteſt autoritate ſua mouere bellū
cōtra huiuſmodi iniuriantē, ſi ſubeſt ei media
te, vel immediate, & dare licentiam iniuriam
paſſo mouere bellum.hæc not. in c.Dominus
noſter. 23. q 2. Quod intelligi debet gladio
ſpirituali præmiſſo.ext.de iudic.c.cum non ab
homi-



homine. Fr.Ioan.in ſum. de bell. lib. 2.tit.5. q.
45.Aſtenſ.lib.1.tit.29.

Decimaquarta. In bello iuſto licitum eſt
23 † vti inſidijs occultando ab eis ea,per quæ vo
lumus eos impugnare, tum quia ſic vti inſidijs
fuit præceptum Dei,qui nihil iniuſte agit, aut
præcipit,vt patet Ioſue 8. & ponitur in c. Do-
minus noſter.23.q.2.Tum etiam,quia propoſi
tum noſtrum eis aperire non tenemur. Vnde
inter cætera præcepta artis militaris hoc præ-
cipue ponitur de occultandis conſilijs, ne ad
hoſtes perueniant.Et talis occultatio pertinet
ad rationem inſidiarum,quibus licitum eſt vti
in bellis iuſtis. Non tamen licet eos ſic decipe
re,ꝙ dicatur eis falſum, vel non ſeruetur pro-
miſſum:quia nulli hominum eſt mentiendum.
ita D.Tho.in 2.2.Fr.Ioan.qui ſupra.q.47. Car-
di.à Turrecre.in d c.Dominus Deus. Panorm.
in c.vnic.nu.1.de ſagit.

24 Decimaquinta.Qui habet iuſtum† bellum,
ſi fecerit incendia, vel effracturas arborum,
aut vinearum extirpationes in terra propria
aduerſarij ſui,vel hominum eius, nō tenebitur
de damnis, quæ bona fide intulit, aut à quibus
commodè abſtinere non potuit, ſecundum in
duſtriām, & conſuetudinem bona fide pugnā
tium.Si autem graſſandi animo, & malitioſè
ea intulit,cum alias poſſet ſibi commode con
ſulere,tenebitur. Et compenſabuntur illa dam
na cum damnis ſibi datis, & hominibus ſuis
vſque ad concurrentes quantitates. Et de eo,
quod ſupercreuerit tenebitur ſatisfacere illis,
quos damnificauit.ita Fr. Io q.57.Aſtenſ.lib.1.
tit.32.art.6. Quod idem dicendum, vt non te-
neantur ſi iuſtè bellantes incenderent eccle-
ſias,præſtando operam rei licitæ, dum incen-
dunt machinas hominum,aut caſtrum,aut vil
lam,quam alias non poſſunt expugnare com-
mode.ita Monia.

Decimaſexta. Miles ad præceptum Domini
25 iuſtè & licitè † bellare poteſt. Quinimo pro-
pter bonum obedientiæ excuſatur in dubio,
quando dubitat vtrum bellum ſit iuſtum, vel
iniuſtum.23.q.1.c.quid culpatur: modo præce
dat inquiſitio quantum potuit, quia ſi peritio-
res conſuluit & dubius ſemper remanſit,excu
ſatur. alioquin tanquam affectator ignorantię
poſſet puniri. facit tex. in c.cum inhibitio.§.ſi
quis vero. de cland. deſp. Nec excuſatur pro-
pter timorem amittendi feudum,vel bona tē-
poralia, licetq; metus poſſit attenuare culpam,
quo ad pœnitentiam iniungendam per ora-
tiones, & ieiunia.c.ſacris. quod met.cau. Sed
nunquid ſicut ſubiecti excuſantur in dubio,ita
26 excuſari poſſint † amici,& cognati mouentis
bellum,qui non ſunt ei ſubditi,& milites,& ſti
pendiarij extranei.Dic,ꝙ non:quia non excu-
ſat eos bonum obedientiæ,ſicut ſubditos,nec
debent ſe committere diſcrimini in dubio, vt
iuuent aliquem in præiudicium alterius: quia
ſicut,dicit Ambr. ſi non poteſt alicui ſubueni-
ri,quin grauetur alter,commodius eſt neutrū
iuuari, quàm grauari alterum. 14.q. 5.c. deni-
que. Nec eſt ſimile de aduocato, quē excuſat
bona fides, quādiu credit iuſtam eſſe cauſam,
quam fouet,licèt in veritate ſit iniuſta:quia ibi
eſt Iudex ſuperior,qui cauſam examinat,& iu
dicat de allegatis.In bello vero viribus corpo
ralibus negotiū nititur, non per rationem diiu
dicatur.ita Arch.in c.denique.24.q.5. An vero
miles in bello quæ rapuit teneatur reſtituere,
vide etiam Aſtenſ.lib.1.tit.32.art.9.

27 Decimaſeptima.Sacrilego† Regi indicenti
bellum milites in dubio obedire tenentur.d.c.
quid culpatur. Excommunicato vero non te-
nentur obedire, quamdiu in excōicatione per
ſiſtit. Imo iure vr̃ abſolutus ab eius fidelitate.
extr.de pœn.c.grauem.15. q. 6.c. iuratos mili-
tes.Sic nec eſt ei obediendū,qui non eſt legiti
mè conſecutus imperium.63.diſt.ſi per ordina
tionē.16.q.7.c.ſane.ad hoc.23.q.4.c.ille.& q.5.
c.miles.Arch.in d.c.quid culpatur.

Decimaoctaua. Cum bella ideo ſint ſuſci-
pienda, vt in pace viuatur ſine iniuria ſuper-
28 borum,ideo quinque ſunt† culpanda in bello,
quæ notantur in d.c. quid culpatur. Primū eſt
nocendi cupiditas:qui enim bellat, vt princi-
palius proximo noceat, & non vt proſit,& ad
pacem reducat, talis merito reprehenditur
agens contra charitatem. Vnde militibus, ait
Ioan.Luc.3.Neminem concutiatis.Secundum
eſt, vlciſcendi crudelitas.i. crudelis, & vitioſa
libido ſe vindicandi:talis.n. merito vituperat,
quia intendit potius vindictam, quàm emen-
dam. Ezec. 23. Pro eo quod fecit vltionem
vt vendicaret, peccauit delinquens. Tertium
eſt implacabilitas, & merito inculpatur impa
catus, quia dum bella gerit, præ ira ſæuit, nec
iuſtum videt ſic turbatus nec clementiæ man-
ſuetudinē nouit, vnde impacatus animus fini
belli,qui eſt pax inimicatur.Quartum eſt feri-
tas bellandi. Ferus.n. animus abſque ratione
non præuidet pericula. Et ita ſuperbe rebella-
re contendit. Hoc peccato punitus ad mortē
fuit Abſalon,qui incredili feritate Regi Dauid
patri ſuo rebellauit cū armis in bello. 2. Reg.
15.Quintum eſt libido dominandi. Hac libidi
ne motus Alexander aliena regna expugnans
occupauit,de quo habetur 1.Machab.

Decimanona. Inimicitiæ capitales,quæ im-
29 pediunt ne iter ſit † ſecurum,excuſant citatū,
ſecus eſt ſi eſſet bellū generale,in quod conſue
uerunt dare ſaluum conductum: quia tunc ci-
tatus non excuſaretur. Domi. de Rota titu.

dè dolo, & contum. deciſ. 12. in nouiſ. Ant. de
But. in c. cum dilecti. de dolo. & contum. Feli.
in c. accedens. el 2. vt lite non conteſt.

Vigeſima. Clericus, qui Dominum ſuum in
30 bello iuſto † comitatur, ſi de eo aliquid con-
ſequitur, poteſt licitè retinere, ſi datum eſt ei
ab illis, quibus licuit rapere. Si autem ipſe ra-
puit, cum rapiendo peccauerit, induci debet
in foro pœnitentiæ, ſi poteſt, ꝙ illud reſtituet
ei, cui abſtulit, ſi ſcit quis ille ſit. Sin autem, ꝙ
det pauperibus. Et ratio eſt: quia huiuſmodi
clericus rem illã rapiendo non fecit ſuam; q̃a
ſicut dominus eius non potuit ei dare autorita
tem bellandi, ita nec rapiendi, tñ rem taliter
raptam poteſt de conſenſu domini ſui retine
re, dum tñ illam conceſſerit ſibi adhuc bello
durante: quia tunc perinde eſt, ac ſi eã ſibi de-
diſſet. ita Aſtẽſ. lib. 1. tit. 29. de bello. art. 1. in fi.

Vigeſimaprima. Hoſtes deprædari in bello
31 † iuſto licet. 23. q. 8. c. vt pridem. c. quid prode-
rit. diſt. 61. Non tñ hac intentione, & ratione
militandum: Non. n. præda debet eſſe cauſa mi
litandi, ſed quies, & pax eccleſię. c militare. 23.
q. 1. Quare milites, qui non ſunt contenti ſuis
ſtipendijs iniuſte agunt ſi per violentiam exi-
gunt, & ſpoliant homines, nam bellum, quod
poterat eſſe licitum, per auaritiam fit illicitũ.
d. c. militare. & ibi Turrec. Licet publicos ho-
ſtes depredari milites non prohibeantur.

Vigeſimaſecũda. Licet aliqui dubitauerint,
32 an apud Papam † ſit autoritas mouendi bel-
lum, dicentes hoc tantum pertinere ad Impe-
ratorem, tñ certo certius eſt illum poſſe, cum
habeat ius ſuperioritatis maxime in terris ſuis,
item in factis fidei. ita expreſſe dicit Innoc. in
c. olim. de reſtit. ſpol. Calder. conſi. 1. de treug.
& pac. nu. 3. Card. à Turrecre. in c. omnis. 23. q.
8. vbi dicit, quòd Papę, aut prælatis licitum eſt
conuocare exercitum, & mandare vt eat ad
bellum, & vt viriliter agat contra hoſtes fidei,
qui ſi pro veritate fidei mortuus eſt, conſecu-
33 turus eſt regnum cœleſte. An verò ſi quis† ali
cui ſuadeat, ꝙ pro patria ſua, vel ſuo proximo,
vel eccleſiæ ſuæ periculo ſe exponat, ſit irregu
laris, ſi ille ibi moriatur, Dicit Archi. in c. de
Epiſcopis. nu. 4. 23. q. 8. ꝙ non. 23. q. 3. c. pro mẽ-
bris. & c. ſeq. ſed ſi ſciret, vel crederet eum mo
riturum, tunc videtur, ꝙ fiat irregularis: quia
eſt ordinata charitas, ꝙ quiſque plus diligat
corpus ſuum, quàm alterius. de pœnit. diſt. 3.
c. qui vult. Sed ſi ei conſulat, ꝙ indubitatæ mor
ti ſe exponat pro nomine, ſiue pro honore
Chriſti, vel pro fide, vel pro ſtatu eccleſię, non
fit irregularis, etiam ſi mors inde ſequatur. 25.
q. 1. c. quidam. 11. q. 3. c. non ſolum. & c. ſeq. Cũ
Chriſtus mortem pro nobis ſubierit. 12. q. 2. c.
cum Redemptor. c. pro humano. de homi. in 6.
Hac ẽt ratione excuſari poſſunt ab irregulari-
tate inquiſitores hæreticæ prauitatis ſcientes,
quòd ſtatim poſtquam pronunciauerunt ali-
quem eſſe hæreticum, ille morti traderetur,
hoc etiam aliàs multipliciter procurando. Ar-
chid. in d. c. de Epiſcopis.

34 Vigeſimatertia. Et ſi nõ liceat † clericis mo
uere bellum, quod ad ſanguinis effuſionem or
dinatur. iuxta S. Thom. 2. 2. 23. q. 1. c. 1. arg. ff. de
capt. l. hoſtes. Tamen in multis caſibus licitum
eſt, & primo Prælatus habens iuriſdictionem
temporalem contra inobedientes ſubditos li-
cite mouet arma. 15. q. 6. c. nos ſanctorum. & c.
autoritatem, quod intellige de prælato, qui ha
bet mixtum imperium ff. de iuriſd. om. iud. l. 2.
& 3. Et ratio eſt, ſecundum Innoc. quia tunc
non dicitur propriè fieri bellum per prælatũ,
ſed eſt potius iuſtitiæ executor. de rei vendi. l.
qui reſtituere. quaſi dicat, ꝙ iuris executio nõ
habet iniuriam. ff. de iniur. l. iniuriarum. Secun
do licitum eſt mouere bellum pro defenſione
ſua, & rerum ſuarum. Nec iſtud eſt proprie bel
lum, ſed defenſio, & quando quis eſt eiectus
incontinenti, ideſt antequam ad aliena nego-
tia diuertat licitum eſt impugnare. ff. de verb.
oblig. l. continuus. 1. reſpon. ff. de duob. reis. l.
duo. §. vlti. Et cum hoc ſit à iure conceſſum, nõ
eſt autoritas Principis neceſſaria. argum. 28.
diſt. cap. de his. ad fin. Tertio Prælatus eccleſię
pro iure ipſius eccleſiæ poteſt indicere bellũ.
v. g. pro tuitione alicuius caſtri, vt notat Inn.
in capitu. olim. de reſtitu. ſpoliat. & per conſe-
quens poteſt mittere ſuos clericos pro defen-
ſione rei eccleſiaſticæ, & eos hortari ad pu-
gnam. 23. q. vlt. cap. igitur. & c. hortatur. & cap.
omni timore. & c. vt pridem. & 63. diſtin. cap.
Adrianus. not. glo. in cap. pen. de homic. Item
poteſt bello intereſſe, ſed non debet pugnare,
& poteſt clamare Capite, & pugnate, ſed non
occidite, vt dicit Innoc. in d. cap. olim. num. 8.
Et ſi obijceres. Quare poteſt hortari præla-
tus, vel clericus vt fiat bellum, ſed non bella-
re. Reſpon. quòd non interdicitur bellare, ꝙ
peccatum ſit, ſed quia exercitium belli in pro-
pria perſona non congruit. facit tex. in capitu.
omnis. ne cler. vel mona. lib. 6. vbi id, quod per
ſe non poteſt prælatus, poteſt alteri committe
re. An vero clericus qui tali bello intereſſet
35 † incurrat irregularitatem. Reſpon. quòd ad
incurrendam irregularitatem multum refert
an quis interſit in bello iuſto, in quo commit-
titur homicidium, vel membrorũ mutilatio.
An interſit in bello iniuſto. Nam in primo ca-
ſu, etiam ſi clericus in bello iuſto aliquem vul
neret, dum tamen ipſe neminem interficiat, ẽt
ſi ab alijs fiant homicidia, nõ erit irregularis.
Sed in bello iniuſto ſecus eſt, quia ſi in tali
quis



quis dedit auxilium, vel conſilium in mortem
alterius, vel culpabilis, vel negligens fuit, & ex
hoc ſecuta fuit mors irregularis eſt. diſtin. 50.
cap. quantum. cap. ſæpe. cap. duo. not. in c. pen.
de homicid. Archid. in cap. vltim. diſtinct. 36.
Cardin. Floren. conſi. 19. Sed nunquid in bello
36 licito poſſit clericus dare †lanceam pugnan-
ti. Credit Hoſtien. quod ſic, ante conflictum.
Vbi autem bellum, vel pugna illicita eſt, non
debet clericus intereſſe armatus. extra. de ho-
micid. cap. ſicut dignum. §. vlt. Archid. in d. c.
vlt. diſt. 36. num. 12. Quarto poſſunt pręlati mo
uere arma contra raptores, & tirãnos, qui cor-
poraliter vexant non carnalia, ſeu ſpiritualia.
iux. illud. 1. Corint. 10. quæ ſunt ſalubres admo-
nitiones deuotæ orationes, & contra pertina-
ces excommunicationis ſententia. iux. ordinẽ
tex. in c. cum non ab homine. de iudic.

Vigeſimaquinta. Clerici, qui in bello iuſto
37 capiunt † arma, ſe defendentes, vel ſocios ne-
ceſſario, licet aliquis eſſet à defendentibus in-
terfectus ex aliqua parte, reliqui, qui non inter
feciſſent, nec interfectos inuaſiſſent, non
ſunt irregulares, licet voluntatem occidendi
habuiſſent: quia lex promotionis factum re-
quirit. 13. quæſtio. 1. c. vlt. Et non obſtat diſtin.
51. cap. ſi quis poſt: quia intelligitur de milite,
qui ſæpe interfuit bello, vel de officiali. Secus
ſi clerici fuiſſent in culpa voluntariè mouen-
do arma. Ita Archid in c. vlt. 23. q. 8.

38 Vigeſimaſexta. Sola intereſſẽtia clerici† ſine
conſilio, auxilio, vel fauore ad bellum, etiam
ſi poſtea ſequatur homicidium; non inducit
irregularitatem, immo ſi quis ex honeſta cau-
ſa, v. g. quia obediuit mandato ſui Epiſcopi,
cui obedire tenetur. cap. ad aures. de temp.
ordin. etiam ſi dubium ſit an mandatum ſit iu-
ſtum, modo conſter, quòd non ſit iniuſtum. d.
cap. ad aures, etiam ſi ex eius præſentia robur
accreſcat ſuis, vel timor aduerſarijs, dũmodo
dolus, vel lata culpa abſit, non fit irregularis,
diſt. 50. cap. quantum. à contrario ſenſu. not.
Innoc. in cap. pen. de homic. & in cap. ſẽten-
tiam, qui cle. vel vou. Dom. Card. conſ. 19 in fi.

Vigeſimaprima. Videtur quòd licitum ſit,
ſecundum Oldr. conſ 71. Chriſtiano vti ſine
39 peccato ad defenſionem ſuam † auxilio, ſiue
adiutorio infideliũ. Tum exemplo Pauli, qui
vt ad ſuã defenſionem prouocaret Phariſæos,
dixit ſe Phariſæum. Act. 23. & petijt à præſide
milites, quorum auxilio ſeruaretur illęſus 13.
q. 4. §. ſex. in fi. & cap. Maximianus & Macha
bei, qui fuerunt viri ſancti, & pugiles fidei in-
ierũt pactũ cum Romanis, vt mutuo ſe iuua-
rent. 1. Mach. 8. & tamen Romani erant paga-
ni. Et Abraham confęderauit ſe cum Eſchol. &
cum ſecum duxit ad bellum, & tamen nõ erat
de lege ſua. Gen. 14. & tempore neceſſitatis
communicamus excommunicatis. 11. q. 3. cap.
quoniam multos. cũ ſimil. Et Salamon ligna
pro ædificãdo templo recepit ab infidelibus.
Tum etiam, quia quod quis ob tutelã ſui cor-
poris fecit, iure feciſſe exiſtimatur. l. vt vim. ff.
de iu. & iu. maxime ſi ſe aliter tueri nõ poteſt,
l. ſcientiam. § qui cũ aliter. ff ad l. Aqui. vel
ſi iuſte timet, quòd aliter tueri non poſſit. eo.
tit. l. ſi quis fumo. Inde eſt, quòd in periculo
conſtituto ignoſcitur, non ſolum ſi aggreſſorẽ
occidat, ſed etiam ſi alium non ſocium C. ad
l. Cornel. de ſiccar. l. 2. Tum etiam, quia non
ſolum cũ infidelibus, & doloſis poſſumus ini-
micos impugnare, ſed per dolum. 22. q. 2. c.
vtilem. & 23. quæſt. 2. c. vtilẽ & 23. q. 2. cap.
Dominus. Exemplo Domini, qui cũ malis, quã-
doque facit vindictam. 22. q. 5. §. hinc notandũ
ita his, & alijs rationibus concludere videtur
Oldr. licitum eſſe Chriſtianis vti auxilio infi-
delium in bello iuſto.

Vigeſimaoctaua. Papa licitè indicere poteſt
40 non ſolum bellum infidelibus, † ſed etiã con-
cedere decimas pro actu tam pio, cum bellũ
iſtud tẽdat ad defenſionẽ fidei, & ampliatio-
nem, & ad recuperationem terrarum quibus
fuimus exſpoliati, & in quibus colebatur Chri
ſtus. Tum etiam, quia per hoc communis vti-
litas procuratur tam clericorũ quàm laicorũ
& eccleſiarum, ergo non eſt inconueniens, vt
contribuatur in onere. arg. ff. ad l. Rhod. de
iact. l. 2. §. ęquiſſimũ. Item quia pro Redẽptio-
ne captiuorum etiã res ſacræ, & ſanctę debent
vendi. C. de ſacroſan. Eccl. l ſancimus. 12 q. 2.
cap. ſicut. & c. aurum. Hoc autem agitur vt
redimantur captiui, & etiam Eccleſiæ, quę per
eos tenẽtur occupatæ, & vt aliæ defendantur,
in quibus melius eſt ante tẽpus occurere, quã
poſt. C. in quibus cauſis in integ. reſti. non
eſt neceſs. l. fi. Oldr. conſ. 72. nu. 4.

Vigeſimanona. Opem præſtans bello iniu-
41 ſto † non habens actionem mandati, vel aliã
contra vocantem ad impendia, vel damna
cõtingentia ſibi in occaſionem vocations, vel
mandati: quia in re turpi obligatio non con-
trahitur. inſt. Mand. §. illud quoque. Innoc.
in cap. ſicut, & infra. nu. 1. de iureiur.

42 Trigeſima. † Comites noſtri, qui tota die
ſine autoritate Principis, & ſumi faciunt
arma, & vaſallos proprios exhæredant, tenen
tur ſecundum Hoſten. ad reſtitutionem, niſi
ſeruent iuris ordinem, qui eſt, vt ſi vaſallus vult
ſtare iuri, audiatur, ſi contumax eſt impu-
gnetur, quod poteſt fieri autoritate iuris, vel
iudice præcipiente. l. qui reſtituere. ff. de rei
vendic. Nulli enim licet arma mouere ad
alium impugnandum ſine autoritate iuris,

 vel

ris, vel iudicis, aliter pœnam incurrit: cum intelligatur violentiam inferre. l. extat. ff. quod met. cauſa. Si ergo Dominus, qui immediate ſubeſt Principi, de vaſallo proprio conqueratur, & vellet tutiorem partem eligere, ſcilicet quo ad animam, conſulo, quod non dicatur ſibi ius, ſed vel autoritate Principis gladium ſumat, vel ad diœceſanum vaſalli recurrat, ad cuius monitionem, ſi obedire noluerit, excõmunicabitur ratione peccati. cap. nouit. extr. de iudic. c. ſolitæ. de maio. & obed. de cenſi. c. omnis anima. Et ſi per annum ſteterit excommunicatus, ex tunc diœceſanus ipſum, & res ſuas exponet. hæc Hoſt. in tit. de treu. & pace. §. quid ſi iuſtum.

Trigeſimaprima. Capta in bellis indictis ab
43 vna ciuitate alteri † ſine autoritate Principis ſubiacent reſtitutioni, quia tales dicuntur latrunculi. l. qui a latronibus. ff. de teſtam. Io. de Plat. Inſtitu. quib. mod. ius patr. poteſt. ſolu. §. ſed ab hoſtibus. Sic latrones ſunt iſti ſociales gentis armorum, qui ad ſuum libitum diſcurrunt, territoria ciuitatum faciendo redimere; vnde de omnibus per eos commiſſis tanquã latrones puniendi ſunt. vt l. hoſtes. ff. de capti.

Trigeſimaſecunda. Qui iniuſte mouet bel-
44 lum, tenetur † de omnibus damnis, quæ ipſe, vel ſui intulerũt aduerſario, & hominibus ſuis. Tenetur etiam & hominibus proprijs de damnis ab aduerſario illatis, dum iuſtè rebellat ipſe aduerſarius, niſi & ipſi mala fide iuuerint eum. In quo caſu non habent contra ipſum actionem: cum nullus ex culpa ſua cõſequi debeat actionem, & hoc quidem verum eſt in foro contentioſo, ſi tamẽ ipſi cooperati ſunt ei, inducti ad hoc eius conſilio, vel timore, aut coactione, vel quocũque alio modo, aliàs non facturi, tenetur eis ad reſtitutionem in iudicio animæ: quia qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur. ita Fr. Ioan. in ſum. Confeſ. lib. 2. de bellis. tit. 5. q. 58. Aſtenſ. lib. 1. tit. 32. art 6.

45 Trigeſimatertia. Per bellum, vel violentiã licet propria autoritate rem iam ablatam, vel inuaſam recuperare, ſi hoc fiat incontinenti, ſecundum Innoc. Si verò ex interuallo, non licet, immo debet adiri iudex raptoris, & eius autoritate recuperari, nam ſi quis propria autoritate violenter raperet, & etiam rem ſuã, cadit à iure ſuo, & perdit eam, niſi forte non poſſit per iudicem eam conſequi. 1. diſt. cap. ius gentium. Si verò furtiuè reciperet æquiualens, vt quia rem ſuam recuperare non poteſt, non tenetur qui mouit bellum reſtituere quod ibi cœpit, niſi cœperit, vel damnificauerit aduerſarium ſuum, vltra quàm ipſe aduerſarius habuerat, vel damnificauerat iniuſte de bonis mouentis ſibi bellum: & hoc procedit in iudicio animæ, vbi locum habet compenſatio etiã liquidi ad liquidum, quæ non habet locum in foro contentioſo. Vnde ſi quis in foro pœnitentiæ confiteatur ſe per furtum habuiſſe decem de rebus illius, qui manifeſte ei abſtulerat decem, non iniungat ei confeſſarius reſtitutionem, ſed faciat compenſationem, niſi aduerſarius eius poſtmodum reſtitueret ei decẽ ablata, iniunget tamen ei pœnitentiam de furto commiſſo. ad hæc vide Innoc. in cap. olim, de reſtitu. ſpolia. Archid. in cap. Dominus. 23. quæſt. 2. & quæ diximus in noſtris Deciſ. lib. 2. de furto.

46 Trigeſimaquarta Emptor † ſecundum Ray. qui ſcit venditorem iuſte, & ex iuſto bello habuiſſe, licite poteſt emere, nec tenetur reſtituere. Qui vero de iuſto bello eſſe neſciebat, ſed probabiliter credebat, quia omnes eius vicini, vel maior pars, vel ad minus ſapientes ita credebant, non tenetur hac bona fide durante. Sed ſi poſtea ſciat rem de rapina fuiſſe, debet reſtituere, ſcilicet & rem, & fructus eius extantes. De conſumptis etiam bona fide non tenetur. Et ſi per ſententiam iudicis reſtituit precium, à venditore etiam inuito repetere poterit. 12. q. 2. c. Vulterane. Si verò ſimpliciter. i. ſine autoritate iudicis, venditor ſibi tenetur in foro pœnitentiæ ad intereſſe, ſed ad hoc in foro contentioſo non poterit cogi. ff. de euict. l. ſi rem. extra. de empt. & vẽdi. cap. ſi venditor. Qui verò emerunt de rapina ignoranter ignorantia iuris, quæ in tali caſu non excuſat, vel etiam ignorantia facti craſſà, & ſupina: quia omnes vicinos, vel pro maiori parte, vel etiã pauciores, ſed ſapientiores audierunt. Dicentes bellum illud eſſe iniuſtum, & contra Deũ: vel fortè quia eccleſia prohibebat, vel excommunicabat publice autores, & principes, vel participes ipſius belli; tenentur ad reſtitutionem. capitu. requiſiuit. de ordin. ab Epiſcopo. Aſtenſ. de 7. præcep. tit. 32. art. 9. in fi.

47 Trigeſimaquinta. Si inter duos † milites vel principes fuerit bellum iniuſtum, & hincinde damna multa data, & poſtea inter eos pax ſit facta, & damna hincinde data remiſſa, non videtur hæc remiſſio ad homines, & vaſallos vtriuſque extendenda, niſi de conſenſu eorundem ſit facta. arg. C. de tranſac. l. 1. & extra. de maior. & obed. cap. fin. Et hoc intellige quando is, qui mouit bellum iniuſtè, fecerit compoſitionem: quia non poteſt per ſuam compoſitionem præiudicare hominibus ſuis, quin ipſe de proprio teneatur eis ſatisfacere de damnis ſuis, niſi & ipſi pariter fuerint in culpa: Qui autem habuit bellum iuſtum, non debet cum aduerſario componere cum præ-

iudicio



iudicio hominum ſuorum, ſed vel ipſe debet eis reddere damna illis illata, vel procurare, ꝙ ab aduerſario reddantur: Hoc autem intellige de illis damnis, quæ paſſi ſunt in incendijs, & rapinis rerum ſuarum. De expenſis autem quas fecerunt ad exercitum veniendo, vel ibi morando, ſatis ſolent Domini componere, vel diſſimulare propria autoritate. Quod etiam de priuatis damnis concedi poteſt, ſi ipſi domini viderint ex cauſa probabili potius remittenda eſſe, quàm commodo pacis carere, & pericula bellorum incurrere. Et cum in hoc caſu domini vtiliter gerant negotium ſubditorum taliter componendo, ſubditi debent habere ratum. Hæc Rod. & Hoſt. & Aſtenſ. lib. 1 tit. 32. art. 6.

Trigeſimaſexta. Sine Principis autoritate per aliquod particulare bellum licitum eſt ali-
48 cui † iniuriam repellere: quia de iure naturali quilibet poteſt vim vi repellere incontinenti, & modo defenſio ſit moderata, & ſine culpa, ideſt ſit ad iniuriam propulſandam, & non ad vindictam aſſumendam. cap. ſignificaſti. de homic. circa finem. 23. quæſt. 3. cap. non inferenda. & cap. vlt. & quidem ſi vis fiat perſonæ, & tunc licitum eſt ſe defendere, & defendendo percutere, immo etiam occidere ſi aliter quis non poteſt euadere manus eius. ff. ad l. Aquil. l. ſcientiam. § qui cum aliter. Si autem vis inferatur in rebus, tunc etiam, & illatam, & inferentem licitum eſt repellere, ſed potius illatam, dumtamen incontinenti, ideſt quam cito ſcit vim illatam, priuſquam diuertat ad alium actum, extra. de reſtit. ſpol. c. olim cauſam. & d. c. ſignificaſti.

Trigeſimaſeptima. Aliquis in bello mini-
49 ſtrauit † arma illi quibus miniſtrata ſunt, commiſerunt homicidium, vel mutilationem, an miniſtrans ſit irregularis. Solu. ſi bellum eſt iniuſtum, non eſt dubium, quòd talis ſit irregularis, licet ſecutum ſit homicidium præter intentionem: quia ſufficit culpa, & cauſa ordinata ad homicidium. Et hoc eſt verum, ſi arma eſſent talia, quę eſſent apta ad occidendum, ſecus ſi omnino fuiſſent inepta. Verùm ſi bellum ſit iuſtum, & tunc in iis caſibus non erit irregularis. Et primus, ſi bellum eſt neceſſarium pro defenſione perſonarum: nam tunc miniſtrando arma, non erit irregularis, cum nec ille ſit, qui proprio facto committeret homicidium. Secũdus, quando pro defenſione rerum etiam cum intentione vt ſequatur mors, modo miniſtraret talia arma, quæ non eſſent apta ad occidendum: & ratio eſt; quia lex factum promotionis, & nõ intentionem requirit. Tertius, quando miniſtraret arma apta ad occidendum, vt bombarda, baliſta, & ſimilia, ſed præparaſſet talia ad terrorem, cum proteſtatione ne proijcerent aduerſus homines. Ita Spec. in tit. de iud. deleg. §. iuxta. verſ. Item clericus. & verſ. poteſt etiam dici: quia ſi tunc ſequeretur homicidium prȩter intentionem miniſtrantis talis non eſſet irregularis. Et eodem modo dicit non eſſe irregularem illum clericum, qui in bello iuſto præpoſitus eſt exercitui vt ſumptus faciat, ſi reſpondeat militibus, tractatus teneat, ſententias proferat, & negotia apte diſponat, ſi forte præcipiat lanceas, vel ſagittas emi, vel miniſtrari, vel ſi hortatur ad currendum poſt hoſtes, vt illis præda, vel captiui auferantur, licet inde mors ſequatur, dũmodo ille non intendat ad mortem. Ita etiam tenet Archid. 23. q. 8. cap. fi. Erit tamen irregularis in his caſibus. Primus, quando miniſtrat arma alicui pro defenſione rerum, intendendo ad mortem: quia ſi tunc per auxilium ſuũ in miniſtrando, & parando fuit ſequutum homicidium efficeretur irregularis. Secundus, quando miniſtrauit arma, quæ non erant apta ad occidendum, tamen ex auxilio taliter præſtito per alium fuit ſequutum homicidium, licet non per illum, cui arma fuerunt miniſtrata, ita quòd ipſe fuit cauſa cauſæ, & cauſa ſua fuit ordinata ad cauſatum, licet per cauſam mediatam. Tertius, quando miniſtrauit talia arma, quæ ſunt apta ad occidendum, quia cõmiſſo homicidio erit irregularis, cum poſſit dici in culpa. Ita poſt multa concludit Mar. Socin. in cap. ad audientiam, à num. 271. vſque 276. de homic.

## *SVMMARIVM.*


1 *Treuga quid, & quare ſic appelletur.*

2 *Treuga duplex eſt, conuentionalis, & canonica.*

3 *Bellum iuſtum fieri poteſt quocunque die neceſſitate vrgente.*

4 *Treuga canonica non gaudent diffidati.*

5 *Treugæ tempore quæ perſonæ gaudeant ſecuritate.*

6 *Securitas redeundi datur quibus & veniendi.*

7 *Treugam canonicam Epiſcopi non ſeruantes, an peccent.*

8 *Conſtitutiones præceptoriæ an conſuetudine tollantur.*

9 *Treugam ſi vna pars frangit, an ſit licitum alteri frangere.*


Treugæ

10 *Treugæ tempus comprehenditur ſub tem*
*pore belli, fallit in duobus caſibus.*
11 *Treuga finita an ſine alia diffidatione*
*poſſit bellum exerceri.*
12 *Treugas frangens eſt excommunican-*
*dus.*
13 *Epiſcopus an debeat diſcordantes ad con*
*cordiam reuocare. Iudex verò ſæcula-*
*ris non poteſt. fallit in ſex caſibus. nu.*
*ſeq. & 15.*
15 *Offenſus eſt precibus ſuadendus, non co-*
*gendus, vt remittat iniuriam.*

## De Treuga. Cap. XXI.

POſtea conſiderandũ eſt, de treu-
ga, quę ſolet fieri tempore belli.
1 Eſt autem † ſecuritas præſtita
perſonis, & rebus ad tempus, di-
ſcordia nondum finita. glo. in
cap. 1. de treu. & pace. Hanc ſe-
curitatem lex quandoque appellat fœdus. l. nõ
dubito. ff. de capt aliquando inducias. l. poſtli-
minium. §. inducias. eo. tit. ſic etiam treugam
vocat Iſidorus. 1. diſt. cap. ius gentium. Dicitur
autem treuga, quaſi treugam terens, ſeu tenẽs,
quia interim habetur ſecuritas, & plerunque
tractatus pacis, per quam bellum ſopitur, vnde
& treuga pax vocatur. vt not. Archid. in c. illi
orantes. 24. q. 3. Et nota, ꝙ glo. in d. c. 1. diffinit
treugam generaliter ſumptam, & ſecundum
hoc in qualibet diſcordia etiam priuatorum
locum habet. Nam propriè loquendo inter
perſonas ſingulares nõ eſt propriè treuga. Sed
tantum in bello. vt dicit Dom. Anton. in d. cap.
1. num. 17. Pax vero eſt diſcordiæ finis, quæ de-
bet haberi in voluntate, bellum in neceſſitate,
vnde bellamus, vt pacem habeamus. 23. q. 1. c.
niſi bella. & c. noli exiſtimare. Alibi dicit tex.
quòd pax eſt vinculum concordiæ. in c. nouit.
de iudi. Sed treugarum duæ ſunt ſpecies, lega-
2 lis, † ſiue canonica, & conuentionalis. ita not.
in c. 1. de treug. & pa. Treuga canonica eſt, quę
præter omnem conuentionem certis diebus,
& temporibus eſt obſeruanda. d. cap. 1. ſcilicet
à quarta feria poſt occaſum ſolis vſque ad fe-
riam ſecundam in ortu ſolis: Nam die Iouis
bellandum non eſt propter Aſcenſionem Do-
mini in cœlum, & propter cœnam cum diſci-
pulis factam. Nam die Veneris propter reue-
rentiam Paſſionis. Nec die Sabbati: quia illa
die diſcipuli latuerunt propter metum Iudæo-
rum, & quia corpus Domini latuit in ſepul-
chro. Nec die Dominico: quia quodlibet inſi-
gne in illo die conſtitutum fuit, & etiam pro-
pter honorem Reſurrectionis Domini. Nec
ab Aduentu Domini vſque ad octauas Epipha
niæ propter ipſorum reuerentiam, ſed hodie
iſtæ treugæ non ſunt moribus vtentium ap-
probatæ. vt not. in d. cap. 1. & in gloſ. & per
Turrecrem. in cap. illi. 24. quæſt. 3. num. 3. Con-
uentionalis vero ex conuentione recipit for-
mam: & hæc eſt, quam inter ſe faciunt diſcor-
dantes: & hæc ſeruanda eſt non ſolum prædi-
ctis temporibus, & diebus, ſed etiam aliis ſe-
cundum conuentionem factam; quia fides etiã
hoſti eſt ſeruanda cap. noli exiſtimare. 23. q. 1.
Conſtituuntur autem huiuſmodi treugæ, vt
Epiſcopi interim tractent de pace. 90. diſt. cap.
præcipimus. arg. C. de fer. l. dies. arg. 13. q. 2. cap.
placuit. Sed modo deueniamus ad Deciſiones,
quarum prima.
3 Bellum iuſtum † imminente neceſſitate, vel
vbi ineuitabilis eſt defenſio, poteſt tamen in-
ferri quacunque die, & ita intelligi poteſt tex.
in cap. ſi nulla. 23. q vlt. aliàs ſi neceſſitas non im-
minet, poteſt inferri demptis illis diebus. At
bellum iniuſtum licet nunquam ſit faciendũ,
ſi tamen de facto fit, diffinit ius in d. c. 1. vt ſal-
tem illis diebus abſtineãt: & ex his habes duas
limitationes, quòd treugæ canonicæ ſunt ſer-
uandæ illis diebus, niſi imminente neceſſitate,
vel vbi ineuitabilis eſſet defenſio. ita Do. Ant.
in d. c. 1. num. 21.
Secunda. Licet treuga canonica ſit certis
4 temporibus ſeruanda, tamen fallit † in diffida-
tis: quia his non erunt ſeruandæ treugæ cano-
nicæ vt patet in c. 1. in verbo, perpetuo. de ho-
mic. in 6. ſecundum Ioan. Andr. ibi dicentem,
quòd Chriſtianus Chriſtianum offendere non
poteſt, niſi prius ipſum diffidauerit, vel iuris,
aut iudicis autoritatem habuerit, aliàs eſſet
proditio. Non tamen excuſat diffidatio, nec
valeret conſuetudo contraria, niſi prius per iu-
dicis ſententiam approbetur, quòd ſit iuſta. ſe-
cundum Hoſt. & Ioan. Andr. vide etiam Ang.
in ſuo conſ. 27. vbi dicit, quòd diffidati poſſunt
occidi etiam per priuatas perſonas. de quo ple
ne per Gemin. in c. 1. de homic. in 6. Dicentem
hoc procedere, etiam ſi ſint clerici, cum cen-
ſeantur degradati, & puniri poſſint per laicos,
eo ipſo, quòd ſint diffidati. vt vult tex. in d. c. 1.
facit quod not. in cap. 2. de pœnis. in cap. cum
non ab homine. de iudic. An autem diffidatus
iniuſtè poterit agere contra diffidantem ad
intereſſe, & ſtetur eius iuramento. dicit Bald.
in auth. item nulla communitas. C. de Epiſco.
& cleric. quòd ſic. per cap. fi. quod met. cauſa.
ita Ioan. de Anania in d. cap. 1. de treug. & pa-
ce. num. 5.
Tertia. Quædam ſunt perſonæ, quibus per-
petuo



5 petuo † treugæ canonicæ obſeruandæ ſunt, ſi-
cut presbyteri, ideſt omnes clerici. iux. glo. in
c. 2. de cohab. cler. vel mul. Item monachi, cõ-
uerſi, peregrini mercatores, ruſtici, euntes, &
redeuntes, & in agricultura exiſtentes, & ani-
malia, quibus arant, & ſemina portãt ad agrũ,
item Romipetæ, & oratoria viſitantes: vt ha-
betur in c. vlt. de treu. & pace. Habent enim ru-
ſtici priuilegium, quamdiu ſteterint in agricul
tura. glo. in d. cap. vlt. Licet beſtiæ ſemper gau-
deant. Hinc eſt quod pignorari per iudicem
non poſſunt, licet per Dominum ſic. Ita Dom.
Anto. ibi. Sic milites donec militant. Ita cleri-
ci, monachi, & conuerſi, donec in eccleſijs ca-
nonice, & regulariter viuunt. Sic & legati ho-
ſtium gaudent priuilegio. 1. diſt. c. ius gentiũ.
donec in legatione conſiſtunt. ita Card. à Tur-
recre. in c. illi oratores. num 4. & 5. 23. quæſt. 4.
Doct. in d. c. vlti. Et nota quòd dum euntes, &
redeuntes gaudent priuilegio treugarum, fit,
quod illi, cui datur ſecuritas, ſeu ſaluus condu-
6 ctus veniendi, videtur data † etiam recedendi,
de quo per Bar. in l. vtimur. de ſepulch. viol. &
in l. 1. ff. ad leg. Iul. maieſt. Sic ſi eſt data alicui
ſecuritas veniendi ad ciuitatem, videtur data,
ꝙ poſſit venire equeſter. Item ſi data eſt alicui
ſecuritas ꝙ poſſit conducere mercantias, vi-
detur data quod poſſit reducere. Ita D. Anto.
& Io. Ananias in c. vlt. de treu. & pac. Sed ſolũ
in dubio pro prima vice. per l. boues. §. hoc ſer
mone. de verb. ſignif.
Quarta. Cum treugæ Canonicæ non ſint
moribus vtentium approbatæ, ſequitur quòd
contra legem, ſeu Canonem præcepti poſſit
induci conſuetudo, quòd illa lex præcepti nõ
liget. ita glo. in cap. 1. de treu. & pac. facit quod
no. in glo. fi. in c. dolentes. de celebr. miſſ. per
Io. Andr. in c. Io. de cler. coniug Et per conſe-
7 quens ꝙ † Epiſcopi non ſeruantes conſtitutio-
nem. d. cap. 1. treugas canonicas. non punian-
tur etiam quo ad Deum. Contrarium tamen
tenet Hoſt. in d. c. 1. quòd Epiſcopi non ſeruan-
tes præceptum illius legis, mortaliter peccent.
Ponderando illum tex. ibi. Ordinis ſui pericu-
lo ſubiaceat, ideſt excommunicationi, ſecun-
dum Ber. ibi, vel periculo, ideſt depoſitioni:
quæ quidem pœna non infligitur. niſi pro pec-
cato mortali. 2. q. 3. c. nemo Epiſcoporum. Ve-
rum prima opinio videtur magis approbata.
Nam tunc conſtitutio præceptoria, conſuetu-
8 dine † nunquam tollitur, etiam ſi à principio
non recipiatur. arg. c. fi. de conſue. quando ema
naret ſuper eo, cuius contrauentio de ſe gene-
raret mortale. Sed ſi emanaret ſuper eo, cu-
ius contrauentio de ſe non generaret morta-
le, & tunc quamquam primi non obedientes
tali legi pręceptoriæ peccarent mortaliter. per
cap. quod præcipitur. 14. q. 1. & 4. diſt. §. fi. Ta-
men contra ipſam poteſt præſcribi vt in §. le-
ges. diſt. 4. & poſtquam eſt præſcriptum, con-
trafacientes non peccant mortaliter, & ſic de-
bet intelligi quod no. in d. c. 1. de treu. & pace.
Vel tex. in d. §. leges. loquitur de præcepto, quod
concernit honorem Dei, vel bonum publi-
cum: quod eſt in d. capitu. 1. Quod quidem ſi
primum onus tempore ſtatuti editi non reci-
pitur, & ſuperior ſciens patitur, & tunc con-
traria conſuetudine præceptum tolli poteſt,
cum videatur eſſe tacitus tacitus conſenſus ſu-
perioris. Sed ſi ſuperior neſciret hanc non ob-
ſeruantiam, & ſic non patitur, & tunc præce-
ptum ligat, non obſtante contraria conſuetu-
dine, cum non habuerit iuſtum initium. ita di-
cit Dom. Anto. in d. c. 1. nu. 22. & 23. vide late
Feli. in d. cap. 2.
Quinta. De conuentionali ſit iſta deciſio.
Conuentionalis ex conuentione recipit for-
mam: Et hæc eſt, quam faciunt inter ſe diſcor-
9 dantes. Sed quid ſi vna pars † rumpit, & fran-
git treugam, vtrum ſit licitum alteri rumpere.
Vinc. quem ſequitur Io. Andr. & Dom. Anto.
in c. 3 de iureiur. & Archid. in cap. illi. 24. q. 3.
num. 4. dicit, quòd non. Tamen Cardi. à Tur-
recre. in d. c. illi. num. 3. tenet oppoſitum, quòd
ſi hoſtis fidem non ſeruat, nec alter ſeruare te-
netur. extra de iureiur. capitu. peruenit. 2. 28.
quæſt. 1. cap. ſi infidelis. 95. diſt. cap. eſto ſubie-
ctus. C. de pact. l. ſi proponas. Quod dictum
extende etiam ad treugas canonicas: Nam cõ-
uentionales, quæ procedunt ex conſenſu, for-
tiores ſunt, & fortius ligant quàm illæ canoni-
cæ, quia ligant de iure naturali. ff. de pact. l. 1. &
2. De iure diuino. 23. quæſt. 1. cap. noli. De iure
ciuili in auth. de pac. te. & eius viola. & de iure
canonico, vt in iuribus allegatis, & tamen illæ
non ſunt ſeruandæ hoſti, niſi & hoſtes ſerua-
uerint, vt eſt dictum. ergo nec canonicæ. arg.
de elect. c. cum in cunctis. in prin. C. de ſacroſ.
eccl. auth. multo magis Henri. in c. innouamus.
de treu. & pac.
Sexta. Tempus belli comprehendit etiam
10 tempus † treugæ, etiam in materia pœnali,
optimus tex. in cap. ſignificauit. de Iudæ. Hinc
emptor gabellarum, qui excuſatur à tributo
conſueto propter bellum, excuſabitur etiam
propter treugam, immo etiam ſi propter ti-
morem belli abſtinerent gentes ab itineribus
illius loci. ita Petr. de Anchar. in ſuo eleganti
conſ. 84. incip. Præmiſſa facti: Ad idem tex. in
cap. 1. §. vaſalli. in tit. qui feu. da poſſ. vbi ſi ex-
cuſatur qui non ſoluit tempore belli, excuſatur
etiam tempore treugæ. Hic adde Bald. in titu.
de pace Conſt. in 7. carta, vbi notabiliter dicit,
quòd tempus treugæ accedit magis tempore
belli

belli quàm pacis allegat not. in clem. paſtoralis.de re iudic.ideo dixit ſingulariter Cald.tit. de teſta.conſi.37.quod incipit.Mandauit teſtator, ꝙ executores teſtamenti habentes conſtruere capellam ſub pœna intra annum poſt bellum finitum, non incurrunt pœnam, ſi fiat treuga per illum annum. Hæc tamen limita duobus modis Et primo, niſi loquamur largè ſumpto vocabulo,quia tunc treuga poteſt appellari pax,non attento ſine temporis, ſed effectu.per tex.not.in c.illi qui.24.q.3.ibi pax.Ad idem c.1.in fi.de treu.& pac.vbi æquiparantur quo ad obſeruantiam. Secundo limita, niſi eadem ratio,quæ militaret in pace, militaret in treuga.& niſi ratio ſtatuens aliquid in bello,ceſſaret in treuga.Et ita intellige not. dictũ Io.And.in addi.ad Spec.in rub. de treu. & pace. vbi dixit terminatum fuiſſe, ꝙ pactum factum inter principem,& aliquem corporalem in armis de ſoluendo ſtipendio durante bello, non procedit tempore treugæ. ita refert Panor.in c.nouit.in 10 col.de iudi.

Septima. Finita treuga an ſine alia diffida-
11 tione poſſit † bellum exerceri. Dixit Bald. de pace Conſt.in 8.col. quòd aliquando Domini præparant ſe ad bellum, & nondum eſt inceptum,tamen interim inter eos faciunt certam treugam puta pro vno anno,vel ſex menſibus, & tunc talis treuga non poteſt rumpi finito tempore ſine diffidatione,& qui rumpit, dicit ipſe,quòd talis vocatur latrunculus. Aliquando fit treuga pro certo tempore, & bellum fuit inceptum, & tunc finito tempore treugæ bellũ rumpi poteſt abſq; alia diffidatione, allegat Io.And.in nouel.in c ꝓ humani.de homic. in 6. cum eo tranſeunt Fel.in c.ſignificauit. de Iudæ.nu.3.Io.de Ana.in c.1.nu.1 de treu. & pa.

12 Octaua frangens treugas † eſt excommunicandus. cap. 1. de treu. & pac. & eius excommunicatio eſt publicanda conuicinis Epiſcopis,& ſeruãda. Et ſic excommunicatus in vno loco eſt excommunicatus vbique.cap.ad reprimendam.de offic. ordin. & in. capitu. cum ab eccleſiarum. Et ſic eſt caſus, in quo ſententia traxit effectum ſuum extra limites territorij ſententiantis, & eſt ratio:quia talis excommunicatio ſequitur perſonam ſicut lepra leproſum.vt not.glo.in l.ex ea.ff.de poſtul. not. Do. Ant.nu.9.& Ana.nu.3. in d.c.1.

13 Nona. Prælatus, maxime † Epiſcopus prius de plano,& ſine coactione, poſtea vero iudiciaria poteſtate debet diſcordantes ad concordiam reuocare.diſt.90. c.1. & ibi Arch. & litigantes rcconciliare.l.illicitas.ff de offi. præſi. An vero iudex ſæcularis hoc poſſit facere.Dic,
14 ꝙ regulariter non poſſunt † partes litigantes compelli per iudicem ad concordiam.ita Bar. in l.congruit.de offi.præſi.Abb.in rubr.de treu. & pac.licet poſſint ſuaderi. Bal.in l. ex ſtipulatione.C.de ſenten.idem Bal. in l. 1. §. quies. ff. de offi.præfe.vrb.dicit, ꝙ offenſus eſt precibus
15 † ſuadendus, non cogendus, vt remittat iniuriam: quia æquitatis ratio non patitur vt quis cogatur inuitos parcere iniurianti, niſi in foro pœnitentiali, ſed ante factum bene debet obuiare iudex, ne iniuria committatur, vt ibi per eum.Hæc tamen regula fallit in multis caſibus,quorum primus, quando ciuiliter agitur de crimine, vel dum agitur de crimine iniuriarum.ita glo.1.in cap.ſtudendum.diſt.90.modo iniuria Eccleſiam non reſpiciat. 23.q.4.c.ſi is qui. Secus vbi ageretur mere criminaliter, expedit enim peccata nocẽtium eſſe nota. Secundus poſſunt partes in criminalibus compellere ad concordiam, antequam naſcatur delictum.probatur in l.denunciamus.C.de his, qui ad eccl.confug. Hinc dixit Bal.in d.l.ex ſtipulatione, quòd iudex ante factum debet obuiare iuxta poſſe.Tertius in Principe, qui non habet ſuperiorem, compellit interdum partes ad compromittendum in his, in quibus Princeps habet liberam adminiſtrationem, ſed in priuatis iuribus aliorum non poteſt compellere ad concordiam, niſi iuſta cauſa ſubſit. ita Butr. c. 1. ad fi.de mut. petit.Sic Abb.in c.cum pridem.de pact.dicit in vlt.not.quòd Papa nõ cogit ad componendum, niſi res de qua litigatur ſit in libera diſpoſitione ipſius.Quartus, quando lis magno tẽpore durauit, & eſt adeo intricata, quòd de facili extirpari non poteſt, nam tunc iudex poteſt partes compellere ad concordiam, licet cauſa ſit ciuilis. tex. in cap. placuit.diſt.98.Inno.in d.c.1. ad fi. de mut.petit. In quo caſu Epiſcopus poteſt coercere laicos excommunicando.d.cap. placuit. Et ideo videtur,quòd Epiſcopus peccet mortaliter,nõ intromittens ſe per cenſuram ad pacificandos ciues cum ſcandalo diſſentientes: quia licet aliàs non obuians delicto non peccet, vt delinquens,tamen fallit in prælato. Abb. in cap. quantæ.de ſenten excommu.Et negligentia in prælato eſt peccatum mortale etiam in concernentibus pacem. c. 1 de treu. & pac. & ibi Abb.2.not. Et quòd negligentia in reuocãdo diſcordes ad concordiam ſit peccatum mortale in prælato. eſt gloſ. ſing.in cap.vnum.§.criminis, aliàs incipit ea demum.diſt. 25. licet in alio ſit peccatum veniale. vt ibi. Quartus fallit quando imminet, timor armorum rixæ, qa tunc ad euadendum rixas terrore armorum poteſt iudex cogere ad tranſigendum. l. ſi cuius.§.æquiſſimum.aliàs in l. 1.ff.de vſufru. Feli. in rubr.de treu.& pace.num.5 ibi,fallit quarto. Quintus, quando eſt diſſentio inter perſonas

insi-



inſignes, ex qua Reſpublica turbatur.Bal.in d. l. æquiſſimum. per tex. in l.ſi quis ingenuam.§. in ciuilibus ff.de capt. quia iudex debet ſtudere ad ſe dandam illam diſcordiam, nec tranſeat in præiudicium publicum, ſicut debet ſtudere ad generalem pacem,& quietem Prouinciæ ſibi commiſſæ. l. congruit. ff. de offi. præſ. idem Ang.in d.l.ęquiſsimum.dicit,quòd etiam ſi de facto poteſt ciuilis diſcordia tendere in exitium Reipublicæ, poſſunt partes compelli ad concordiam.item Bal. in l. 1. §. ſi quis. ff.de offi.præf.vrb.dicit, quòd plerunque ſtatus publicus turbatur ex priuato, & ideo propter hunc timorem poſſunt ſubditi nedum hortari, ſed etiam cogi ad quiete viuendum, quod dictum ſequitur Ana.in cap.1.in 15. col. de maled.Similiter dixit Bal.C.de libe.cau.l. cum affirmes. quòd iudex poteſt ſuadere pacem, ſed non componere partibus inuitis,niſi timeatur de præiudicio Reipublicæ.Sextus in treuga ad quam poteſt ecclebaſticus compellere, etiam laicos ex cauſa.vt per Abb.in cap. 1. 1. not. de treu. & pac. Et tene menti dictum Abbatis in rubr.eod.tit.vbi vult ſingulariter,quòd in omnibus caſibus, quibus partes poſſunt compelli ad pacem, poſſunt etiam compelli ad treugam.

Decima. Pagani tempore belli captiuos fecerunt Chriſtianos.Deinde ſubſecuta eſt treuga. Nunquid tempore treugę poſtea initæ licebit Chriſtianis eos furari. Reſp. ꝙ ſi treuga inita eſt ita generaliter, quòd non liceat alterutris,nec per violentiam, nec vllo modo ſibi inuicem auferre, aut ſurripere aliquid, tunc peccatum eſt tempore treugæ furari huiuſmodi Chriſtianos: verum in duobus caſibus credo, quòd non ſit peccatum immo meritum. Primo quando Pagani iniurioſe circunciderent illos in contẽptum fidei Chriſtianæ.arg. 23.q 2.c. Dominus.& q.8.c.pridem. & tali caſu furans pœnitus liberatus eſt omni reſtitutione.ar.diſt.54. cap. nulla. Secundus ſi furans hominem rectam habuerit intẽtionem. Verũ in hoc ſecundo caſu licet non peccauerit, tenetur tamen ad reſtitutionem non homnis propter animæ periculum, ſed damni à Chriſtiano ſibi illati, vel intereſſe probabiliter ęſtimati.arg.23.q 1.cap. noli. Eſt vero peccatum quando tempore treugæ non recta intentione furatus eſſet hominem,quo caſu tenetur reſtituere non hominem. vt ſupra dictum eſt,ſed æſtimationem hominis, vel alterius rei ſublatæ,& damni dati.Ita Raymundus Aſt.lib.1.tit. 33. art. 3. Si autem fides fuerit data tempore treugæ de ſola violentia non auferenda: tunc licite poſſunt furari huiuſmodi Chriſtianos, immo etiam munitiones,& caſtra, quæ occupauerunt de terra Chriſtianorum. ſum. conf. lib.2.tit.6.q.9.& 10.

Sed quid ſi pagani redeant ad recuperandum huiuſmodi caſtra, & violenter repellantur.Nũquid erit facta treuga.Reſp.Rod ꝙ nõ, quia quando conuentio fuit facta de violentia non inferenda,& non fuerunt fraudes, & furta excluſa, & intelligendum de violentia non inferenda in ingreſſu poſſeſſionis, non autem de illa, quæ fit pro re iam obtenta defendenda,niſi & de illa expreſſa mentio ſit facta.

Vndecima. Si Chriſtianus captiuus furetur aliquid, Sarraceno, qui detinét eum tenetur illi ad reſtitutionem, ſi fuerit captus tempore treugæ,quia eam frangebat, ſi tamen non imminebat neceſſitas famis, cum fuerit in culpa. Si autem iniuſte detinebatur,vel tempore belli captus fuerat, vel neceſsitas famis imminebat,cum talem Sarracenus paſcere teneatur, ad reſtitutionem non tenetur, ſed tunc ſecundum Rod. fit compenſatio rei ſic ſubreptæ cũ iniuria detẽtionis illius Chriſtiani iniuſte.Pręterea cum huiuſmodi Sarracenus ſit hoſtis,nõ refert quomodo noceatur eidem.arg.l.2.C.de comm.& merc.Ita Rayn. tit.de furt.Hoſtiẽ.in ſum.de pœnit.& remiſ.Fr.Ioan.in ſumma. lib. 2.tit.6.q.12.

## *SVMMARIVM.*

1 *Furti,& rapinæ materia vbi tractetur.*
2 *Furti appellatione quid veniat.*
3 *Furtum quid.& raptus triplex.*
4 *Furtum quo præcepto ſit prohibitum.*
5 *Rapina grauius eſt delictum, quàm furtum.*
6 *Contrectans pluries rem, vnum furtum committit.*
7 *Pluries vadens ad locum, vbi conceditur indulgentia,an toties illam conſequatur.*
8 *Ludi multiplicatio an multiplicet pœnam.*
9 *Clericum pluries percutiens,an ſemel, vel pluries eſt excommunicatus.*
10 *Multiplicationem non reitare delictum, qualiter intelligatur.*
11 *Fornicans pluries an pluries confiteri teneatur.*
12 *Diuerſitatis ratio inter multiplicationẽ fornicationis,& contractationis.*

Furti

13 *Furti notari non poſſunt, qui autoritate Domini, vel iudicis alienas res accipiunt.*

14 *Furti ſpecies eſt alienæ laudis occultatio.*

15 *Aſſerenti ſimpliciter dominum permiſſurum, non creditur, ſed Iudex ex coniecturis colliget.*

16 *Inuito Domino, quando furtum committatur.*

17 *Inuitus Dominus dici non poteſt, ſi ſemel rem conceſſerit.*

18 *Monachus tempore neceſsitatis poteſt facere eleemoſynam de bonis monaſterij ſine conſenſu Abbatis,*

19 *Furtum committit rapiens rem alienam diuitibus cauſa pietatis.*

20 *Furtum an committat rapiens mulierem.*

21 *Furti tenetur receptans ſcienter rem alienam.*

22 *Furti reus eſt monſtrans iter ſeruo fugienti.*

23 *Furtum committit vtens re commodata ad alium vſum. & nu. ſeq.*

25 *Furtum quandoque quis committit, & non tenetur actione furti, & econtra.*

26 *Furtum an committat negans depoſitum illi, qui apud ſe depoſuit.*

27 *Furans, vt reſtituat Domino, ſi reſtituit, an excuſetur à furto.*

28 *Furtum quandoque fit, & res eſt furtiua, & non tenetur furti.*

29 *Furti an teneatur penes quem inuenitur res furtiua.*

30 *Fur ſi deſiit poſsidere, an teneatur ad reſtitutionem.*

31 *Furtiua res an perſcrutari poſsit in domo alicuius.*

32 *Mandans vt furtum faciat an teneatur furti.*

33 *Precium recipiens à fure vt non reuelet, an ſi reuelauerit, poſsit fur agere contra ipſum.*

34 *Furtum an ſit iudicandum ad petitionem partis, vel iudicis.*

35 *Per furtum commiſſum ab vno ex duobus, qui fecerunt pacem, an dicatur rupta pax.*

36 *Si vnus furatur plures res, an dicatur vnum, vel plura furta.*

37 *Saccum pecuniæ capiens in via, an committat furtum.*

38 *Furem, vel latronem capere, vel occidere an liceat priuato.*

39 *Fur ſemel furti conuictus, vt promoueri poſsit ad ſacros ordines, quinque requiruntur.*

40 *Furti pœna alia eſt, ſi agitur ciuiliter, alia, ſi criminaliter, alia ſi ſecundum Canones.*

41 *Furtum eſt peccatum idque mortale.*

42 *Neceſsitas vrgens ſinit vt occultè, ſiue palam poſsint ſurripi aliena.*

43 *Pauper poteſt implorare officium iudicis, contra diuitem, vt ei ſubueniat.*

44 *Frangens oſtia meretricis cauſa libidinis non tenetur furti, ſi fures aliquid ſurripuerint.*

## De furtis. Cap. XXII.

DE materia furti, & rapinæ. vide
1 14. q. 5. † & 6. per totum. 12. q. 2.
in primis nouem cap. & 6. q. 3. c.
placuit. de pen. diſt. 1 c. vulgaris.
& c. aut facta. & in noſtris De-
ciſ. lib. 2. cap. 93. Et vt meum morem conſer-
uem, aliqua præmittam, deinde ad deciſiones
deueniam. Præmitto igitur primum, quòd
2 † nomine furti intelligitur prohibita etiam ra-
pina, quæ eſt contrectatio rei alienæ violenta,
& contra voluntatem poſſidentis. cap. pęnale.
14. q. 5. Nam vt ibi dicit Archid. num. 7. Nomē
furti extenditur, & comprehendit omnem il-
licitam vſurpationem rei alienæ. Et ita in hac
tam generali ſignificatione accipitur, cum de-
3 ſcribitur à legiſtis. Furtum † eſt contrectatio
rei alienæ fraudulosa mobilis corporalis inui-
to Domino animo lucrifaciendi rem, vel poſ-
ſeſsionem, vel vſum, facta. Rapina vero, ſiue ra
ptus, ſecundum Archid. 36. q. 1. in princ. tribus
modis dicitur. vno modo eleuatio ad cœlum
contra ordinem naturæ. Vnde dicitur ſuper il-
lud ad Cor. 2. cap. 12. Scio huiuſmodi hominē
raptum vſque ad tertium cœlum, dicit ibi glo.
hoc eſt contra naturam eleuatum. vide Bea-
tum Thom. 2. 2. q. 175. Secundo modo dicitur
prout pertinet ad raptum mulierum, quæ fit
ad effectum męchiæ. Cuius appellatione venit
omnis illicitus coitus. Tertiò modo prout per-
tinet ad rapinam, vel depredationem rerum,
& ita ſumitur. ff. & C. vi bono. rap. vide etiam
tex. in l. Marcellus. ff. de verb. ſign. qui dicit ver-
bo rapuiſſe continetur, & ſciſſum, & fractum,
& vi quoque raptum. Et habet locum in rebus
mobilibus, vel ſe mouentibus. vt in l. 1. ff. vi bo-
no. rapt. inſt. eod. §. quæ non ſolum. In rebus au
tem immobilibus non habet locum niſi in ca-
ſu, quando quis expelleretur de prædio alieno
ad occupandum illud, in quo prædio eſſent
mobilia, nam gratia mobilium etiam vi bo-
norum raptorum agi poſſet, & etiam ex inter-
dicto vnde vi. vt l. 1. §. ſi quis. ff. de vi, & vi ar-
ma. Prohibetur autem vtrumque tam furtum,
4 quàm rapina illa † prohibitione, non furabe-
ris. Et licet iſta ſit prohibitio, & non præce-
ptum, tamen quælibet prohibitio quandoque
dicitur pręceptum, vt cum dicitur. Decem ſunt
præcepta, vel mandata Decalogi cum in qua-
libet prohibitione aliquid præcipiatur, & ali-
quid prohibeatur, (verbi gratia) Non furabe-
ris. Hic præcipitur non furari, & prohibetur
furari. Ita Arch. in d. c. pœnale. Et nota, ꝙ licet
5 vtrumq; prohibeatur furtū, & rapina, † tñ ra-
pina grauius eſt delictum, quam furtum. ita
decidit B. Tho. 2. 2. q. 56. art. 9. hac ratione, quia
furtum, & rapina habent rationem peccati
propter inuoluntarium, quod eſt ex parte eius
cui aufertur. Sed in furto eſt inuoluntarium
per ignorantiam, in rapina per violentiam, ſed
grauius eſt quod eſt inuoluntarium per vio-
lentiam, quàm per ignorantiam: quia violen-
tia directius opponitur voluntati, quàm igno-
rantia, ideo rapina grauius eſt delictum. Tum
etiam eſt & alia ratio: quia per rapinam non
ſolum infertur alicui damnum in rebus, ſed ēt
vergit in quandam ignominiam perſonæ, ſiue
iniuriam, & hoc præponderat dolo, & fraudi,
quæ ſunt in furto. Quibus ſic prælibatis deue-
niamus ad deciſiones, quæ partim colliguntur
ex definitione furti, partim ex alijs, quæ perti-
nent ad eandem materiam.
Prima. Circa contrectationē. Contrectatio
enim ponitur pro omni adductione, baiula-
tione, vel delatione. l. ſi quis vxori. §. ſi quis aſi-
6 num. ff. eod. Contrectans † pluries eandem rē,
non plura, ſed vnum furtum committitur. ita
glo. dicit in c. imitare. 6. q. 1. in fi. & eſt tex. in l.
1. & l ei qui. ff. de furt. Et hæc faciunt contr.
Bart. qui voluit, quòd ille qui furatur in vno
territorio, ſi portat rem ad aliud territorium,
& ibi contrectat, poſſit ibi ſuſpendi ratione no
ui furti, quia in vtroque loco contrectando læ
ditur Reſpublica, & ideo nouum ius oritur
agendi. Quam quidem opinionem Bar. ſequi-
tur Franciſcus de Aret. & dicit, quod eſt caſus
in l. Inficiando. §. infans. ff. de furt. vt refert D.
Ant. in cap. 1. de rapt. num. 9. quæ quidem lex
bene facit, ſed non aſtringit. Verum quæ opi-
nio ſit ſeruanda. dicit Mar. Socin. in d. cap. 1.
quòd de rigore iuris fur eſt puniendus tātum
in primo loco, & ſic, ꝙ contrectans rem plu-
ries, vnum tantum furtum committat. ſed de
æquitate opinio Bart. eſt ſeruanda in odium
furum, contra quos vt plurimum iuris regulæ
degenerant. vt inſt. de act. §. ſic itaque.
7 Hinc plura inferuntur, & primo, † ꝙ ſi con-
ceditur indulgentia tali pacto. Quicunque iue
rit ad illam Eccleſiam vſque ad tale tempus,
vel quicunque vadit tali die, conſequatur talē
indulgentiam, quòd ſi quis pluries multiplica-
uerit viſitationem in die, non ſæpius, ſed tan-
tum ſemel illam conſequetur. ita facit tex. in c.
1. & 2. de filijs presb. in 6. & de præben. c non
poteſt. 2. Reſp. eod. lib. D. Tho. in 4. ſent. diſt. 20.
art. 2. Sed ſi concederetur indulgentia peren-
nis abſque temporis determinatione vt quicun
que iuerit ad talem Eccleſiam conſequatur ta
lem indulgentiam, & tunc quoties viſitabit, to-
ties indulgentiam lucrabitur. D. Tho. qui ſup.
& ita intelligitur Card. in Clem. 1. verſ. quibus.
de priuil. & in clem. 2. verſ. ad hæc. de pœn. &
remiſſ. adde Archid. in cap. vlt. de pœnit. & re-
miſs. in 6. Io. Andr. & Butr. in c. cum ex eo. eod.
tit. & ibi Zabar. Calder. in repetitione in cap.
noſtro. eod. tit. Præpoſ. in cap. militare. 6. q. 1.
Secundo infertur quòd ſi ſtatuto cauetur, vt
8 quicunque ludat ad azardum † ſoluat de-
cem, quòd ſi quis ludat, & multiplicet ludum
in eodem ſero cum pluribus non tenetur, niſi
ſemel ad pœnam ſtatuti: Et hoc quia vnicus
eſt ludus propter vnicam offenſam reipublicę.
ita Bar. in l. inficiando. §. infans. ff de furt. Ter-
9 tio, quòd † licet quis plures ictus intulerit cle-
rico, tamen ſi hoc fecerit ſemel tunc vnica ex-
communicatione eſt ligatus. ita not. in reg. de-
lictum. in 6. Et hoc, quia omnes percuſſiones
cenſentur vna, ex quo ſimul fiunt, & quia con-
ſideratur iniuria, quæ fit iuri publico. de foro
comp. c. ſi diligenti. quæ eſt vna tantum. arg. ff.
arb. fur. ced. l. ſi plures. Vbi licet arbor. quæ ce-
ditur furtim, ſit plurium, vna tātum ſola actio
competit omnibus. Verum ſi conſideretur of-
fenſa ipſi perſonæ offenſæ, & tunc ſecus eſſet.
Hinc infertur quarto, quòd ſi ſtatuto cauetur,
vt qui dederit alapam, puniatur in centum. nā
tunc conſiderando iniuriam illatam ipſi per-
ſonæ, ſi quis dederit alapas etiam eodem tem-
pore, & eidem perſonæ, locus eſt multiplica-
tioni pœnarum. ff. de priu. deli. l. nunquam plu-
ra. &

ra.& quod ibi not. Cy. & Bart. Pariter eadem ratione infertur quinto, quòd qui multiplicat fornicationem, vel adulterium pluries, cum muliere, toties peccat quoties multiplicat, cũ ſint plura adulteria. Ita Bar. in l. vulgaris. ff. de furt. vbi dat pulchram declarationem ad illud,
10 quod dicitur † multiplicationem non reiterare delictum, quia illud procedit, quando pęna nõ eſſet iterabilis, vnde ſi pro delicto adulterij imponeretur pęna mortis, licet quis multiplicauerit adulterium, vnicam tantum pęnã luet, & ratio eſt: quia pœna non eſt iterabilis. Sed ſi pœna eſſet iterabilis, tunc pluribus fornicationibus cum eadem muliere habitis teneretur ad plures pœnas. Pariter in foro pœnitentiali plus eſt puniendus, & maior pœnitentia imponenda eſſet illi, qui pluries deli-
11 quit, quàm qui ſemel. Rurſum † committens pluries fornicationem, toties confiteri debet. arg. tex. in cap. imitare. 6. q. 1. & 25. quæſt. 1. cap. 2. Hoſt. in ſum. tit. de pœnit. & remiſſ. §. quæ interrogationes. ver. Circunſtantiæ vero. & in §. qualis debet. verſ. frequens. Quod dictum intellige, quando interrupto tempore peccaſſet, aliàs ſi per annum tenuiſſet amaſiam, vel concubinam, peccando cum ea perſeueranter dicto tempore, tunc ſufficeret ſi diceret ſe perſeueranter peccaſſe, vel id egiſſe. de pœnit. diſt. 1. cap. 1. Archid. in d. c. imitare. Si tamen vis ſcire differentiæ rationem inter multiplicationẽ fornicationis, & contrectationis, ꝙ illa mul-
12 tiplicat delictum, † & iſta non. Dic, quòd ex prima contrectatione eſt orta furti actio, vnde non poteſt plus oriri ex noua contrectatione: quia ex multiplicatione cõtrectationis non multiplicatur intereſſe eius, cui factum eſt furtum, ſed multiplicatione fornicationis bene multiplicatur contemptus Dei, & ipſius proximi, & ſic peccatum. Rurſum, ex prima contrectatione res quo ad poſſeſſionem eſt furis. de reſt. ſpol. c. ex litteris. vnde pluries contrectando non committit plura furta, ſed in adulterio ſecus: quia ex copula adulterina mulier non eſt viri, nec quo ad proprietatem, nec quoad poſſeſsionem, ideo quoties multiplicat, toties peccat in rem alienam. Ita Præpoſi. in d. c. imitare. 6. q. 1.

Secunda. Furti notari non poſſunt, qui res
13 † acceperunt autoritate illius, cuius erant res illæ, & perſonæ. cap. dixit. 14. quæſt. 5. Hinc filij Iſrael rapientes ſpolia Ægyptiorum ad Domini iuſſum, cuius ſunt omnia: nam Domini eſt terra. diſt. 8. capitu. quo iure. extr. de deci. cap. tua. non commiſerunt furtum. vt dicit ibi Archi. & Turrecrem. niſi cauſa cũpiditatis iſtud feciſſent. arg. 1. q. 5. c. cum mininiſter. Pariter accipere aliena autoritate iudicis hoc decernentis, non eſt furtum, quia iam fit ei debitum, per hoc quod eſt ſibi ſententialiter adiudicatum. Aſten. lib. 1. de furt. tit. 33. art. 3.

14 Tertia. Furti ſpecies eſt † occultatio alienæ laudis. ita Bald. dicit in prooem. ff. per tex. in l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid. & idem Ioan. And. in prooem. ſexti. qui dicit. quòd nihil eſt adeo reprehenſibile, & vituperabile, quàm malle potius in furto deprehendi, quàm profiteri illi, à quo profeceris. Et ex hoc infert Mar. Socin. in rubr. de fur. nume. 7. quòd ſicut non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. vt in reg. peccatum. de reg. iur. lib. 6. ita etiam non remittitur Doctori, aut magiſtro, qui alienas opiniones, aut laudes ſibi appropriat, niſi reſtituat.

15 Quarta. Simpliciter aſſerenti † ſe crediſſe Dominum permiſſurum non creditur, quia hoc modo faciliter quilibet poſſet euitare pęnam furti, ſed ex coniecturis debet iudex iudicare. ita dicit Bar. in l. inter omnes. §. recte. ff. eod. (verbi gratia) ſi eſſet nimis familiaris Domino, vel ad accipientem haberet ſpecialem dilectionem. ff. de acquir. poſſ. l. qui iure familiaritatis, vel ſi eſſet nobilis, & honeſtam vitã præcederet. & ſequeretur. ff. de iudic. l. ſi longius ſpacium. in fi. extra, de donat. c. 1. His enim caſibus præſumere poteſt iudex Dominum permiſſurum. vt dicit Archid. in d. cap. pœnale. Quinimmo, nec ſimpliciter creditur Domino, ſi dicat furtum commiſſum ſuo conſenſu: qa poſſet dicere in fraudem ad liberandum reum à pœna, & inquiſitione.

16 Quinta. Inuito Domino furtum † committi dicitur, quando Dominus non conſentit. not. glo. 9. q. 2. cap. ſi. probatur in l. inter omnes. §. recte. ff. eod. item ſi vidit rem auferri, & non contradicit. vt ff. eod. l. pen. Quis autem probare teneatur, quòd furtum non fuerit Domino inuito factum. Reſp. Archid. in d. cap. pœnale, quòd ſi Dominus agit contra furem, fur probabit. Si autem tertia perſona agat, ille, qui dicit, quòd inuito Domino probare debet: quia qui dolum allegat, probare dolum tenetur. ff. de proba. l. exceptionem. §. qui dolum. & l. in exceptionibus.

Sexta. Inuitus Dominus dici non poteſt ſi
17 ſemel mihi rem † conceſſerit, vt quia habuit rem pro derelicto, & dedit mihi poteſtatem accipiendi, & vendendi pro debito. vt l. falſus. §. ſi quis. & §. ſi ratum. & l. cum creditor. ff. eo. In caſu tamen non teneor furti, licet inuito Domino faciam, videlicet ſi compellente neceſſitate famis maxima. de quo per Doct. in c. ſi quis propter. de furt. vnde inducunt Docto-
18 res gloſſam ibi. Si enim, quod monachus † tẽpore neceſſitatis poteſt facere eleemoſinam





de bonis monaſterij ſine conſenſu Abbatis, ſi interim non poteſt haberi Abbas, & idem not. in cap. non dicatis. 11. q. 2. Sic arbitror dicendum de vxore, quæ poteſt facere eleemoſinam de bonis mariti imminente maxima neceſſitate: cum potentius ius habeat vxor in bonis mariti, quam monachus in bonis monaſterij: cum ipſe propriam veſtem non dicatur habere. Idem dicendum de quibuſdam rebus viri, ſcilicet pane, & ſimilibus, quæ bono, & approbato more conſueuerunt ad vxoris pertinere diſpenſationem, nam poteſt moderatè dare pro Deo, informans ſibi conſcientiam, ꝙ maritus debeat hoc ratum habere, licet etiam aliquando hoc prohibuerit. Solent enim hoc aliquãdo mariti prohibere ad terrorem, vt nõ prohibeant à tanto, ſed à toto: quia de alieno mulieres largæ ſunt, de proprijs vero auariſſimum eſt genus mulierum. l. ſed ſi ego. iuncta glo. ff. ad Velle. Poteſt etiam vxor informare ſuam conſcientiam ex qualitatibus mariti, an pauper, vel diues ſit, catholicus, vel non, & cogitet ſi maritus viderit an pigeat, vel non: & ſi credit marito diſplicere, habeat expreſſam licentiam, aliàs ſecus. vide Butr. in cap. 3. de furt. In caſu etiam ſpeciali fit furtum, quamnis fiat conſecratio Domino volente, vt puta, ſi perſuaſi ſeruo tuo, vt rem furaretur, & ad me portaret, & ſeruus dixit tibi, & tu conſenſiſti, & iſtud eſt in odium ſerui corrupti. vt ff. eod. l. pen.

19 Septima. Qui vſurario, vel auaro † rem ſubtrahit cauſa pietatis, vt inde eleemoſinam faciat, talis furtum, vel rapinam committit: quia non ſunt facienda mala, vt eueniant quæcunq; bona. 3. q. 1. c. noſſe. & 32. q. 4. c. non ſunt. ſed videtur, ꝙ ille non faciat furtum, quia non facit hoc animo lucrandi. Sed non eſt ita, quia ſpecies lucri eſt de alieno elargiri, ſi tamen manifeſtum eſſet inſtanti neceſſitati de rebus occurrentibus eſſe ſubueniendum, puta cum imminet perſonæ periculum, & non poteſt aliter ſubueniri, tunc ſicut licitè poteſt aliquis de rebus alienis ſiue occultè, ſiue manifeſte ſublatis ſuæ neceſſitati ſubuenire, ſic etiam poteſt neceſsitati proximi ſic indigentis ſubuenire. ita Turrecre. in cap. forte. 14. q. 5. Aſtenſ. art. 3. lib. 1. verſ. Quid ſi quis. tit. 33.

20 Octaua. Qui alicuius † ancillam, vel meretricem rapit non cauſa lucri, ſed cauſa libidinis exercendæ non committit furtum, licet grauiter peccet. vt ff. eo. l. verum. & l. fullo. §. §. qui ancillam. eodem titu. Delicta enim ex fine ſortiuntur nomen. Vnde dicit Ariſt. 5. Ethic. ꝙ qui męchatur, vt furetur, potius eſt fur, quam mœchus. idem dicit D. Thom. 2. 2. quæſt. 11. artic. 1.

21 Nona Furtum committit, qui ſcienter rem alienam receptat l. 1. & l. eos. C. eod. In quibus habetur, quòd ille, qui ſcienter receptat res ſubtractas à ſeruo, à filio, ab vxore, vel ab alio, tenetur furti, & condictione furtiua, & pondera: quia iſtud procedit etiam, ſi ille qui recepit, non habet animum lucrandi ſibi, ſed alteri. aut declarat Bar. in l. 1. in prin. C. eod. per l. ſi quis perferendum. ff. eod. Hinc rectores terrarum, vt in ſcientiam deducantur, & ad propalandum inducant homines, faciunt publice per præconem præconizari qualiter factum fuit furtũ talis rei: vnde ſi quis ſciret, debet illam notificare, aliàs procederetur contra eum tanquam contra furem, nec male facit, qui denunciat: quia omnis inordinata charitas incipit à ſeipſo. in l. præſes. C. de ſerui. & aqua.
22 Pariter dicit Ang. in l. † eos. C. eo. ꝙ ſi qs monſtrat iter ſeruo fugienti cum aliena re, quòd tunc monſtrans tenetur furti, quia licet poſt delictum non totaliter conſumatum non præſtet opem, tamen fugiendo ſemper contrectat, ſicut in illo qui receptat.

23 Nona. Qui habet voluntatem Domini † ad vnum vſum, ſi vtitur ad alium, committit furtum: Hinc infertur, ꝙ qui accipit equum, vel rẽ aliam commodatam vſque ad locum certum, ſi cum illa re vltra locum certũ procedat, furtum committit, niſi crederet Dominum permiſſurum, & iuſta cauſa ſubſit hoc credendi. Ita Ananias in c. qui cum fure. num. 3. de fur. Aſtenſ. qui ſupra art. 1. qui addit, ꝙ tali caſu nõ tenetur reus furti, etiam ſi dominus non erat
24 permiſſurus. Sic qui † rem ſibi conceſſam ad vtendũ alij cõmodauerit tenetur furti: qa alio vſu quam ſibi conceſſo vtitur. Et quia videtur hoc facere gratia ſui lucri: Species enim eſt lucri ex alieno beneficio ſibi debitorem acquirere. Similiter & creditor furtum committit, ſi vtatur pignore ſibi obligato. ff. eod. l. ſi pignore. in princ. Et breuiter conſtituenda eſt hæc regula, ꝙ in omni cõtrectatione rei alienæ contra Domini voluntatem committitur furtum. Cum furtum ſit contrectatio rei alienæ inuito Domino.

Decima. Furtum quandoq; quis committit
25 & † tamen non poteſt conueniri actione furti videlicet ſi fiat furtum illi, ſeu in domo eius, apud quem ludit ad azardum, vt l. 1. ff. de aleat. Et econtrario quandoque quis non eſt fur, & tenetur actione furti. vt eſt tex. in l. qui vas. §. qui furem. ff. eod. vbi conſcius furti ſi non indicat furem, non eſt fur, tamen tenetur actione furti. Sic celans furem furti tenetur, vnde Bar. in d. §. qui furem. concludit, quòd quandoque quis celat furem, ideſt ſeruum fugitiuũ, & tunc tenetur furti, ſecundum ea, quæ haben-

tur in l. 1. C. de ſer. fugi. quandoque quis celat
alium furem, & tunc aut celat cum re furtiua,
& tunc tenetur furti, tanquam præſtans opem
furto. l. eos. C. eod. ſed ſi celat furem ſimplici-
ter non tenetur furti, ſed pœna illius tituli. ff.
de receptat.
26 Vndecima furtum committit † negans de-
poſitum illi, qui apud ſe depoſuit. ita glo. 11. in
cap qui in viuorum. de conceſſ. præben. verum
ſi alius peteret, vt puta procurator, & tunc
negando, non committit furtum, niſi oſtendat
inſtrumentum procurationis. idem in hærede,
qui tenetur oſtendere teſtamentum. Ita Ioan.
de Anan. in d. cap. qui in viuorum. num. 2. verſ.
in glo. 11.
Duodecima. Qui furatur vt reſtituat Domi
27 no, † ſi reſtituit, talis ſecundum Hoſt. videtur
excuſatus à furto. arg ff. depoſ. l. bona fides. &
quia non facit animo lucrandi, vtiliter etiam
gerit negotium furis, quare cogitur ratum ha-
bere. ff. de neg geſt l. ſed an vltro. §. 1.
Tertiadecima furtum quandoque fit & res
28 efficitur furtiua, † & tamen poteſt agi furti,
puta quando extraneus ſurripuit rem extra-
neam. patet. ff. & C. & extr. de fur. Quandoque
fit furtum, & res eſt furtiua, & tamen non po-
teſt agi furti, exemplum in ſeruo fugitiuo, qui
ſui ipſius furtum facit. l. 1. C. de ſer. fugi. Exem-
plum etiam in furto, quod faciunt ſerui, & fi-
lij Domino, & patri. l. ſerui, & filij. in prin. ff. de.
fur. Quandoq; fit furtum, & agitur furti, & ta-
men non efficitur res furtiua: exemplum in de-
bitore, qui ſurripuit pignus creditori. l. ſequi-
tur. §. ſi rem. ff. de vſuc. Quandoque non fit fur-
tum, nec efficitur res furtiua, tamen agitur fur-
ti. Exemplum in illo, qui ſuadet ſeruo alieno
aliquam rem domino ſuo ſurripere, & ſe dedu-
cere, & ſeruus hoc domino ſuo notificauit, &
domino permittente hoc facit. l. ſi quis ſeruo.
C de furt. Quandoque fit furtum, non tamen
efficitur res furtiua, nec agitur actione furti.
Exemplum, quando filiusfamilias rem aduen-
titij peculij ſurripuit patri, furtum committit
ratione poſſeſsionis, tamen res non efficitur
furtiua: quia proprietas eſt filij. vt d. §. ſi rem,
nec agitur furti, vt d. l. ſerui, & filij. in prin. & de
his plene per Bart. in d. §. ſi rem. & per Cyn. in
d. l. 1. C. de ſeru fug. in 8. op.
Decimaquinta. Si res furtiua reperiatur pe-
29 nes aliquem, † an præſumatur illam ſubtra-
xiſſe, niſi doceat à quo habuit illam. glo. in l.
ius ciuile. C. de furt. tenet, ꝙ non, niſi frequen-
ter emiſſet res furtiuas, nam tunc propter fre-
quentiam præſumitur particeps furti. Bart. ibi
dicit, ꝙ debet inſpici pro quanto precio quis
emit, vtrum clam, vel palam, & ſic ex iſtis, &
ſimilibus indiciis perpendetur. l. dolũ. C. de do-
lo. Et hoc idem ſequitur Bal. dicens, ꝙ propter
qualitatem perſonæ, & frequentiam actus, ſępe
de aliquo malum præſumitur, & ideo dicit, ꝙ
ſi iudici videbitur, poterit deueniri ad tortu-
ram. arg. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. Si
autem iudici non videbitur perſona torquen-
da, quia eſt grauis, & honeſta, tunc ex poſſeſ-
ſione non præſumitur furtum l. non omnes. §.
à barbaris. ff. de re milit. Et non obſtat l. mino-
rem. C. de falſ. vbi qui vtitur falſo inſtrumẽto,
præſumitur illud feciſſe, niſi oſtendat actorẽ:
quia ibi non ſolum inſtrumẽtum erat apud ſe,
ſed etiam illo vtebatur, vnde ex quo illo vti-
tur, videtur originẽ ſumpſiſſe ab illo, niſi aliud
appareat, vt ibi declarat Bald. poſt Bar. & præ-
dicta etiam ſequitur Sal. in d. l. inciuilem.
Decimaſexta. Fur licet rem ab eo ſubtra-
30 ctam † deſierit poſſidere, & poſſeſſio perue-
nerit ad tertium. Inn. tamen in c. qui cum fure.
eo. tit. dicit, ꝙ tenetur reſtituere, ſi habet vnde
reſtituat, & ratio eſt: quia ſi res ipſa periiſſet,
teneretur de caſu fortuito, ꝑꝑ moram, in qua
fur dr̃ ſemper eſſe. l. in re furtiua. ff. de cõd. furt.
31 Decimaſeptima. Scholaris amiſit librũ, † &
credit, ꝙ ſit in domo Titij, ad eius petitionem
non poteſt iudex perſcrutari in domo illius. vt
nos diximus. lib. 2. in noſtris Deciſ. c. 93. nu. 35.
verſ. nona. niſi eſſent ſerui fugitiui, vel aliæ per-
ſonæ, vt ſi vxor alicuius fugeret in domũ ſcho-
laris. Et ratio differentiæ inter ſeruos, & alias
perſonas, & mobilia eſt: quia perſonæ dolum
committere poſſunt, ſed aliæ res inanima-
tæ non, & ideo non debent patefieri, & in
diuitibus eſt ratio: ne detegatur pompa rei
familiaris propter inuidiam: in pauperibus
eſt ratio: ne detegatur vilitas paupertatis.
Et iſtud procedit ſecundum Bar. & Bal. in l. re-
quirendi. C. de ſeru. fug. niſi aliqua iuſta præ-
ſumptio moueret iudicem in contrarium, vi-
delicet quia res ſubtracta eſſet in domo: Nam
præſumptio facit operari ea quæ alias nõ fie-
rent. l. 1. cum ſi. C. de quæſt. Et dicit Bal. ꝙ ſuffi-
ciunt leuia indicia, quia agitur de nullo, vel
modico præiudicio Præterea inueſtigatio fie-
ri poteſt ad publicam vtilitatem, indiſtinctè.
per l. omnes. C. de aquæductu. lib. 11.
Decimaoctaua. Qui mãdat mihi, vt faciam
32 furtum, † alicuius rei, ſi res non eſt præſens,
qui mandat non tenetur: quia eſt conſilium:
ſed qui cępit rem, tenetur. ff. de fur. l. falſus. §. 2.
Si vero res eſt præſens, vterque tenetur, vt ibi.
& ff. rerum amot. l. mulier. Si vero qui cæpit rẽ,
noluit tractare, quia credit rẽm eſſe mandan-
tis, neuter tenetur. l. vulgaris. ff. eod. Archid. c.
fin. 14. q. 6.
Decimanona. Secundum leges poteſt quis
accipere pecuniam pro indicando furem, non
tamen



tamen ſecundum Canones. ita glo. 1. q. 1. cap.
quod quidam. §. ex his verbis. circa princip. &
ibi Archi. & idem tenet Lau. Vinc. dicit etiam
Archid quòd quamuis peccet is, qui furem nõ
indicat Domino quærente, non tamen ad iu-
dicium eſt quis per iudicem compellendus, vn
de male faciebant illi rectores, de quibus habe
tur in c. dilectus. de exceſſ. prælat.
33 Vigeſima. Quis recepit † precium à fure vt
non reuelaret alicui, qui poſtea reuelauit, po-
teſt fur precium condicere ab eo. ita Archid.
poſt Vinc. in d. cap. quòd quidam. §. ex his. nu.
16 per tex. in l. 1. & 2. ff. de cond. ob turp. cau.
Licet ipſe indicare debeat his qui poſſunt pro
deſſe, non obeſſe. 22. q. 5. cap. hoc videtur. Ho-
ſtienſ. vero in ſumma huius tit. ſub rub. de cõd.
fur. §. fin. verſ. illud ſciendum. dicit, quòd in fo-
ro iudiciali ſiue canonico, ſiue ciuili, ſi noluit
indicare propter lucrũ, quod inde ſentit, quod
eſt, quia participauit, vel quia à fure percepit
pecuniam, ne indicaret, & tunc tenetur ſicut
fur. & ita procedit text. in cap. qui cum fure.
eo. tit talis enim turpiter accepit etiã ſecundũ
leges. l. ſi quis à ſeruo. ff. de cond. ob turp. cauſ.
Non tamen eſt cogendus, ſi non vult. indicare
propter amicitiam, vel humanitatem, quam
cum fure haberet. ita Anan. refert in d. cap. qui
fur. nume. 7.
34 Vigeſimaprima. Ad petitionem partis quis
non tenetur indicare furtum, ſed ad petitionẽ
iudicis ſic. & ita intelligitur tex. in in d. c. qui cũ
fure. ibi furti conſcius. Furem autem ad peti-
tionem iudicis tunc tenetur manifeſtare, quã-
do eſſet interrogatus. vt teſtis in cauſa inchoa
ta cum certa perſona, quia de neceſſitate te-
ſtis habet deponere. c. dilectorũ. de teſti. cogẽ.
Rurſum, qñ iudicium eſt inchoatum cum per-
ſona incerta, & indeterminata, vt quia iudex
inquirit contra fures. 1. q. 1. c. ſi peccauerit. Item
poteſt quis, ſed non cogitur indicare, qñ ego
volo, ꝙ ille, cum quo inchoaui iudicinm, dicat
mihi autorem ſuum. & ita loquitur tex. in l. in-
ciuile. C. eo. Non tñ tenetur indicare, ſi ex furis
reuelatione immineret periculum mortis, vel
truncationis membri, aut maioris partis bo-
norum, vel ſi ſciret per ſecretam relationem
in confeſſione. c. omnis. de pęn. & remiſ. c. dile-
ctus. de exceſ. præl. vel ſi iudex interrogaret nõ
tamen vt teſtis, & ille ſciret per ſecretam rela
tionem. argum. glo. no. in c. nerui. 13. diſt & ita
debet limitari d. cap. qui cum fure. Dum dicit,
furti conſcius.
Vigeſimaſecunda. Duo fecerunt pacem, &
35 promiſerunt † ſe inuicem non offendere ſub
pęna, & vnus alteri fecit furtum, vtrum dica-
tur rumpere pacem, & incidere in pęnam. Bar.
in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publ. ita di-
ſtinguit, ꝙ aut fuit promiſſum non offendere
in ære, & perſona. & tunc incidit in pęnam,
tanquam fractor pacis: quia faciendo furtum
offendit dominum in ære. Aut fuit promiſſum
non offendere in perſona, & tũc ſecus. aut fuit
promiſſum ſimpliciter non offendere, & tunc
Bar. in l. verum. ff. eo. ſimpliciter videtur velle,
ꝙ non dicatur venire contra pacem: quia non
facit animo vindicandi, de quo etiam habe-
tur per Anch. in c. petitio. de iureiur. ita Anan.
in c. 1. nu. 4. verſ vltimo pone. extr. de fur.
36 Vigeſimatertia. Si vnus † ſimul furatur plu-
res res, committit vnum furtum. Sed ſi ſepa-
ratim, committit plura ita tex. & glo. in l. eum
qui §. idem dicit. ff. de fur. Et hoc facit pro ſta-
tuto, quo cauetur, quòd pro primo furto fuſti-
getur, pro ſecundo amputatur auricula, pro
tertio ſuſpendatur, nam ſi plures res furantur
ſimul, iudicabitur vnum furtum, quia hoc ope
ratur identitas temporis. not. in l. 1. C. vnde vi.
& in l. vulgari. ff. eo. & in l nunquam plura. ff.
de priua. delict. Angel. in d. l. eum qui. §. idem
dicit.
Vigeſimaquarta. Qui reperit ſaccum pecu-
37 niæ † in via, vt ſit immunis a furto, debet ſta-
tim facere præconizari, cuius ſit, cum veriſi-
militer præſumatur, quòd res non ſit habita ꝑ
derelicto, & hoc ex qualitate rei: quia non eſt
veriſimile, quod quis ſponte pecuniam proie-
ciſſet. Verum ſi non faceret præconizari, ſed
in veritate non haberet intentionem frau-
dandi, ſed capiendi, & reſtituendi vero Do-
mino, ſi apparet, non tenetur. Et maxime
procedit hodie ſecundum Domin. Abbatem,
quia de conſuetudine ille, qui perdit rem facit
illam præconizari, quare licite quis poteſt ex-
pectare, vt præconizetur. Si vero ex qualitate
rei iſte veriſimiliter præſumpſit rem habitam
pro derelicta, & tunc non committit furtum
cum non ſit contrectatio ſcandaloſa. l. ia-
cens. § qui alienam. ff. eodem. vide Ioan. Andr.
in cap. ex literis. eodem titu. vbi dicit inter
alia, quòd aliquando res aliena iacet in pu-
blico proiecta ſponte, quandoque iacet pro-
iecta coacte.
38 Vigeſimaquinta. Licitum eſt † priuato ca-
pere latronem & furem, non vt retineat ſed
vt ad iudicẽ ducat l. capite quinto. ff. de adulte.
Et hoc, quia niſi caperetur, aufugeret. l. ait prę‐
tor §. ſi debitorem. ff. de his quæ in frau. credit.
vbi eſt bona gloſ Vnde fit, quòd ſi poteſt ca-
pi, non poteſt impune offendi, & ita debent li-
mitari iura, quæ dicunt, quòd nocturnus fur
poſſit occidi. l. nullus. C. de iudic. capitu. 3. de
homic. quia debet intelligi quando compre-
hendi non poteſt ſine occaſione. Vnde Dom.
Abbas infert, quòd licet fur comprehendi non
 poſſit

poſſit de nocte, ex quo tamen fuit cognitus, & per iudicem poſſunt bona rehaberi, quòd tunc non debet occidi etiam de iure ciuili, & ſic probatur in capitu. 2. de homic. quod not. gloſ. & maxime Barto. in l. itaque. ff. ad l. Aquil. & plenius in l. furem nocturnum. ff. de ſicar. quod eſt bene notandum, quia videtur eadem ratio in nocturno, & diurno: quia ſi nocturnus poteſt cognoſci, non debet occidi, & ſi diurnus non cognoſcitur, poteſt occidi. Exemplum in nocturno: quia forte lucebat Luna, & ſic de facili poterat cognoſci. Exemplum in diurno, quia vidi vnum equitantem equum meum, quem furatus fuerat, & fugientem, quia poſſum illum inſequi, & illum occidere, ſi non poſſum recuperare equum meum. Verum & ſi hoc licitum ſit de iure ciuili, tamen in foro pœnitentiali videtur dicendum, quòd quis poteſt impune occidere furem, vel latronem ſe, & ſua liberando, vel ſe tantum. ita not. in cap. 2. de homic. Verum pro rebus tantum liberandis communiter dicunt legiſtæ, quòd ſi bona aliter ſeruari non poſſunt, licitũ eſt furem occidere. ita dicunt in l. 1. C. vnde vi, quæ quidem opinio poteſt procedere in foro tantum ſæculari contentioſo, non autem in foro animæ, vbi imponi debet pœnitentia. d. c. 2. facit etiam tex. in cap. ſuſcepimus. de homic. vbi litera dicit, quòd potius debet quis relinquere tunicam, & pállium, & ſuſtinere iacturã ipſorum, quam aliquem interficere. Quis autẽ dicatur fur, vel latro. Dic breuiter, ꝙ fur nocturnus dicitur à furuo, i. nigro, quia incedit in tenebris, & de nocte, vt habetur in §. furtum. inſti. de obli. quæ ex delic. Latro vero dicitur, qui incedit de die. Sæpe tamen vnum ponitur pro alio. de quo in c. 2. de furt.

Vigeſimaſexta. Quinque requiruntur vt fur
39 poſſit promoueri ad ſacros † ordines. cap. ſi. cum glo. de furt. Primum, quod ſponte confeſſus fuerit. ex quo colligitur. arg. glo. 1. in d. c. ſi. quòd mitius agitur cum ſponte confeſſo, de quo eſt text. in cap. quidam maligni. 1. q. 5. & ibi ad hoc not. Gemin. Secundum, quòd ſatiſfecerit læſo, quod intellige, ſi poteſt. vt dicit gloſ. 2. Tertium, quòd infamia non inſurrexerit contra eum. Et ſic, ꝙ fur non ſit infamis. Et nota, quòd tunc demum fur eſt infamis, quando per ſententiam diffinitiuam eſſet condemnatus, & ita intelligitur tex. in l. non poteſt. ff. eodem. Sic etiam confeſſio in iudicio cum inducat notorium. cap. veſtra. de cohab. cler. & mul. reddit furem infamem, verum ſi ille, qui confeſſus eſt, ſatisfecerit, non erit infamis. l. ſi res. ff. de procur. vbi per Bart. Quartum, quòd peregerit pœnitentiám, ſeu partem, & ratio ponitur in glo. pen. in d. cap. ſi. Quintum, quòd aliàs ſit idoneus, & non fuerit conuictus de furto manifeſto. Quis aũt dicatur manifeſtus, diuerſi diuerſa ſenſerunt. Ang. in l. 3. ff. eo, dicit, ꝙ dr̃ fur manifeſtus, ẽt ſi non deprehendatur, ſed ad eum deprehendendum occurratur cum clamore. Bar. vero dicit. per tex. in d. l. 3. ꝙ fur dicitur manifeſtus, qñ quis deprehenditur in aliquo delicto, licet non in aliquo actu propinquo ad ipſum delictum. Vnde ſi aliquis viſus fuerit fugere cum gladio euaginato, & reperitur aliquis mortuus, certe, ex hoc dicitur homicida manifeſtus, vel fur dr̃ manifeſtus is, qui cum furto deprehenditur antequam ad locũ deueniat deſtinatum. non manifeſtus, quando fur non deprehẽditur. l. 2. & 3. ff. eod.

Vigeſimaſeptima. Furti pœna alia eſt de iu-
40 re ciuili, alia de iur. canonico † poteſt enim agi contra furem ciuiliter, & criminaliter, ciuiliter ad pœnam pecuniariam, & criminaliter ad corporis pęnam. Si criminaliter agatur, & furtum eſt ſimplex, pęna eſt fuſtigatio, vel exilium, vel arbitraria iudici vt videbitur, non tñ debet exoculari, vel ſuſpendi, aut demẽbrari. Si autem ſit fur publicus, & famoſus, qui ſæpius commiſiſſet furtum, vel violenter aggrederetur cum armis, licet ſecundum iura ſcripta non ſit ſuſpendendus, contrariũ tñ in multis locis ſeruatur. Quæ conſuetudo eſt rationabilis, tum propter conſeruationem communis pacis. & quietis, tum propter incorrigibilitatem. Si vero agitur ciuiliter, pœna furti manifeſti eſt quadruplum, non manifeſti vero duplum. extr. eo. c. 2. Secundum autem canonem, ſi furtum ſit occultum, & fur ſit ſponte cõfeſſus poſt reſtitutionẽ, ſi eã facere poſſit, & poſt peractã pęnitentiam, vel partem, recte ad ſacros ordines promouetur. c. ex litteris. eo. tit. Si vero in delicto quis fuerit deprehenſus, & interfectus cum conſtet eum deceſſiſſe in peccato mortali, nõ orabitur pro eo, ſecus ſi ante mortem ſit confeſſus, quia communio nõ negatur. extr. eo. c. 2. Accuſatus autem & confeſſus, & conuictus, deponitur, & in monaſterio detruditur. extr. de pęn. c. tuæ.

41 Vigeſimaoctaua. Furtum ſemper † eſt peccatum. Exod. 20. Non furtum facies. Tum quia opponitur iuſtitiæ cum ſit acceptio rei alienæ. Tum ratione doli, quem fur committit, occultè rem alienam vſurpando. Et cum contrarietur charitati, ad quam pertinet vt proximo velimus, & operemur bonum, eſt peccatum de ſui natura mortale: cum proximo inferamus in rebus damnum. Hinc colligere poteris in omnibus præcedentibus deciſionibus, in quibus fur tenetur pęna furti, peccaſſe mortaliter.

42 Vigeſimanona. Si † vrgẽs, & euidens neceſſitas ſit vt neceſſarium ſit de reb. alienis occurrentibus



rentibus etiam ſubuenire, & aliter ſubueniri non poteſt, licite poteſt quis ex rebus alienis ſuæ neceſſitati ſubuenire, ſiue manifeſte, ſiue occulte ſublatis, nec hoc habet propriè rationem furti, vel rapinæ. Si tamen eſſet clandeſtina ablatio, & alius eſſet, qui inculparetur, conſulendum eſſet, vt illud patefiat. Aduertendum tamen eſt, quòd ablatio debet commenſurari neceſsitati, ſicut in ſimili dicitur de meritis. in l. ſi forte. ff. de caſt. pecul. Quinimmo non ſolum poteſt ſibi ſubuenire in propria neceſsitate, ſed etiam alteri, ſi de ſuo non poſſet ſubuenire. Ad prædicta vide B. Thom. 2. 2. q. 66. art. 6. Ex quibus etiam infertur, quòd pauper poteſt agere contra diuitem, vt ei ſubueniatur, non quidem iure actionis, ſed implorare officium iudicis contra diuitem, qui peccat non ſubueniendo. glo not. in cap. ſicut. diſt. 67. ſi tamen haberet cõſanguineos, deberet prius contra proximiorem gradu officium iudicis implorare: quia talis magis peccaret non ſubueniendo conſanguineo. arg. 86. diſt. c. non ſatis. cap. eſt probanda.

44 Trigeſima. Licet qui dat cauſam rei illicitæ teneatur ad omne id quod ſequitur ex illo. vt not. glo. 3. in c. ſicut nobis. de teſti. tamen fallit in eo, qui fregit oſtia meretricis cauſa libidinis. nam ſi intrauerunt domum, & aliquid furto ſubtraxerint, ille qui fregit non tenetur furti. ita tex. in l. verum. ff. de furt. facit ad id, quod habetur in l. quoniam iniuriæ ff. eod. tit. quamuis Bar. in d. l. verum dicat, ꝙ tenetur actione legis Aquiliæ.

## *SVMMARIVM.*

1 *Iudęorum, & Sarracenorum materia, vbi explicetur.*

2 *Iudæi qui, & vnde dicantur. nu. ſeq.*

*Iudæi prius dicebantur Hebræi, & quare. ſub nu. 3.*

4 *Sarraceni, qui ſint, & dicuntur cœlicolæ.*

5 *Sarraceni appellantur pagani, & quare Sarraceni appellantur. nu. 6.*

7 *Iudæi peiores ſunt Sarracenis, & Sodomitis.*

8 *Iudæi qualiter à Sarracenis differant.*

9 *Chriſtianus non debet cum Iudæo comedere, vel habitare, niſi in caſu. numero 10.*

11 *Chriſtianus non debet à ſe vocare Iudæũ medicum, nec medicinas dare.*

12 *Chriſtianis licet cibaria à Iudæis emere, & illis vti.*

13 *Chriſtiani quare à conuiuio, & non à colloquio prohibeantur.*

14 *Chriſtianus poteſt à Iudæo medicinam emere, ac ſumere.*

15 *Sinagogas de nouo facere Iudæi non poſſunt. & num. 16.*

17 *Sinagogas quare permittat eccleſia, & vt feſta ſua colant. nu. 18.*

19 *Iudæi debent habere habitum diſtinctum à Chriſtianis.*

20 *Iudæus fugiens ad eccleſiam gaudet immunitate.*

21 *Iudæi, vel pagani inducendi, ſed non cogendi ſunt ad fidem.*

22 *Iudæorum filij inuitis parentibus an baptizandi, & quid de filijs apoſtatarum. num. ſeq.*

24 *Iudæi ad fidem conuerſi poſſunt ſuccedere, & petere dotem, alimenta, & legitimam patre viuente. nu. 25.*

26 *Iudæi ad fidem conuerſi an retineant bona.*

27 *Iudæi per conuerſionem aboletur omnis ingratitudo.*

28 *Item an poſsit contrahere cum alia, coniuge ſuperſtite Iudæa.*

29 *Iudæus quando ſit baptizandus, & quo tempore.*

30 *Iudæum ad fidem conuerſum filij ſequi debent, & non matrem Iudæam.*

31 *Iudæi an conſtitutionibus, vel lege diuina, aut ſtatutis municipalibus ligentur. nu. 32 & 41.*

33 *Iudæus carnaliter cognoſcens Chriſtianam, vel econtra, vel blaſphemãs, qualiter puniatur. 34. 35. & 36.*

37 *Iudæi, & infideles indirectè excommunicari poſſunt.*

38 *Iudæi non ſunt ad officia publica admittendi, nec Iudæus doctor eſſe poteſt.*

39 *Iudæus an poſsit teſtificari, vel ſuccedere ab inteſtato. nu. 40.*

42 *Chriſtianis probibitum eſt deferre arma infidelibus.*

43 *Præſtantes auxilium ad delinquendum quandoque pari pœna cum principali tenentur.*

44 *Merces conducẽs per vim ad locum prohibitum pœnam non meretur.*

45 *Iudæi, & Sarraceni an poſsint intrare eccleſias Chriſtianorum.*

46 *Iudæu à Chriſtiano confuſus circa eorum ſectam.*

47 *Iudæi non debent habere Chriſtianos ſeruos, ſed bene poſſunt in aliquo opere extra domum ſeruire.*

48 *Eccleſia in* II. *caſibus de Iudæis iudicat.*

49 *Tributum leuantes à Iudæis ob promiſſionem vſurarum, ſunt excõmunicati.*

50 *Cogi an poſsint Iudæi ad reſtitutionem vſurarum.*

51 *Vſuras accipere à Sarracenis, vel Iudæis an ſit licitum.*

52 *Iudæi aſſerentes vſuram non eſſe peccatum, an ſint hæretici.*

## De Iudæis, & Sarracenis. Cap. XXIII.

QVia Iudæi, & Sarraceni veniunt
contra primum præceptum De-
calogi, Deum dehonorantes ma
le colendo, ideo cõſiderandum
eſt de Iudæis, & Sarracenis. Et
primo, qui dicantur, & vnde, ſecundo qualiter
differant. Deinde deueniemus more noſtro
ſolito ad Deciſiones.
1 De materia † habetur. 23. q. 8. cap. diſpar. &
28. q. 1. cap. caue Chriſtiane. 23. q. 4. 5. & 6. per
totum. & 28. q 1. cap. Iudæi. cum quatuor pri-
mis capitulis ſequentibus. 45. diſt. cap. qui ſin-
cera. 11. q. 3. cap. ad menſam paganorum. Et re-
petitur iſta rubr. in Clem. Et conueniunt mul-
ta iura. vt per Ioan. Andr. in rubr. eod. tit. Circa
2 primum ſciendum eſt, ꝙ † Iudæi ſecundum
Archid in cap. Dominus. diſtin. 57. & Ioan. de
Anan. & Mar. Soc. atque ſcribentes in rub. eo-
dem tit. atque per Aſtenſ. lib. 2. tit. 57. dicuntur,
qui legem Moſaicam ad literam tenent, cir-
cuncidendo, & alia legalia veteris teſtamenti
faciendo, non conſiderantes, nec attendentes
ad vim, mentem, & poteſtatem vorborum. Et
hinc eſt, quòd qui nimis adhærent literæ, di-
cuntur Iudaizare, quod Chriſtiani facere non
debent. cap. 1. §. pen. de ſac. vnct. 5. diſt. in prin.
de celebr. miſſ. cap. cum Matthæ. §. cæterum.
facit tex. in l. ſcire leges. de legib. Vbi ſcire le-
ges, non eſt verba earum tenere, ſed vim, ac
3 poteſtatem. Dicti autem ſunt † Iudæi à nomi-
ne dignioris tribus, ſcilicet tribu Iudæ Patriar-
chæ, quæ inter alias tribus fuit bellicoſior, &
primam aciem in bellis, & Regis priuilegium
obtinebat, ſcilicet, vt de ea ſola tribu crearetur
tur Rex. Sicut ex tribu Leui Sacerdotes acci-
piebantur. Prius autem dicebantur Hebræi ab
Heber, qui fuit pronepos Sem, abnepos filij
Noe, & interpretatur tranſitus, eo quòd ab il-
la gente tranſire, & recedere deberet Domi-
nus. Et iſte Heber, à quo dicti ſunt Hebræi fuit
ille Damaſ. & refert Hoſt. eod. tit. §. 2. in ſi Cu-
ius familia cultum tenuit vnius Dei cæteris
4 idolatria fœdatis. Sarraceni verò † dicuntur, ꝗ
innumeros Deos, Deaſq; colũt, vel rectius lo-
quendo dæmones adoraut, & iſti non recepe-
runt, nec vetus, nec nouum Teſtamentum,
licet quidam ex eis receperint quinque libros
Moyſis. vt dicit Ioan. Andr. hic in rub. & Hoſt.
in ſum. de Sarrac §. 2. Et hi Sarraceni cęlicolæ
appellantur per ius ciuile. vt in rubr. C. de Iud.
vbi gloſ. ibi dicit, quòd cęlicolæ ſunt, qui pla-
netas colunt. Qui etiam dicuntur pagani
5 † quaſi extra fidem noſtram. Dicitur enim pa-
gus à paga gręcè, quòd eſt villa, vnde paganus
quaſi in villa habitans, vt quia non ciuium, ſed
ruſticorum more, & quaſi beſtiali modo vi-
6 uunt. Qui Sarraceni licet potius † dici debe-
rent Agareni ab Agar, quæ fuit ancilla Saræ,
& Abrahæ, tamen voluerunt nuncupari à Sara
libera vxore Abrahæ, quamuis ab ea nati non
ſint, nec ab ea originem habuerint. De hoc
tamen vide 32. quæſt. 4. cap. recurrat. & cap. di-
xit Sara. glo. in cap. & ſi Iudæos. infr. eod. Ar-
chid. 54. diſtin. 1. cap. Iſrael. Hi vero Sarraceni
dicuntur ethnici, ideſt gentiles, qui abſque fi-
de, & ſacramentis viuunt. De quibus dicitur
ad Rom. 2. Gentes, quæ fidem non habent. At
7 † qui peiores ſint Sarraceni, vel Iudæi? Dic, ꝙ
Iudæi, quia habentes notitiam ſcripturarum
de Chriſto eis non credentes, Chriſti prædi-
cationem non receperunt, nec eis promiſſum
Prophetam per Moyſen. Deut. 18. receperunt,
nec eorum Saluatorem venientem admiſerũt,
vnde nimia malitia excęcati, nec ſcripturis,
nec miraculorum operationibus (quæ ei teſti-
monium perhibebant) crediderunt, in quo
eorum culpa nimium aggrauatur, vnde Domi
nus Ioan. 15. Si non veniſſem, ait, & locutus
eis non fuiſſem, peccatum non haberent: nunc
autem excuſationem non habent de peccato.
Immo dicit tex. in cap. nonne. 1. quæſt. 1. peio-
res ſunt Sodomitis: quia Sodomitæ peccabant
forni-



fornicatione carnali, Iudæi verò ſpirituali per
infidelitatem, quod quidem peccatum grauius
eſt omni peccato carnis. Item Sodomitæ
tantum naturalem legem tranſgreſſi ſunt, ſed
Iudæi etiam ſcriptam. Illi prædicatores non
habuerunt, iſti etiam Ieſum Chriſtum. Apud
illos nulla miracula facta ſunt, ſed apud iſtos
multa. Et præterea Iudæi Chriſtum crucifixe-
runt. de pœnit. diſt. 1. cap. pernicioſè. Dicuntur
etiam largo modo Iudæi hæretici, cum ſint
extra vnitatem Eccleſiæ. Differunt tamen Iu-
8 dæi † à Sarracenis in hoc, quia Iudæos non de-
bemus occidere, vel ſpoliare, ſed Sarracenos
ſic. 23. q. 8. c. diſpar. arg. 45. diſt. cap. qui ſincera.
extr. de Iud. c. ſicut. not. Archid. in c. ſi de rebus.
23. quæſtio. 7. Item in multis alijs, prout ex ſe-
quentium Deciſionibus manifeſtum fiet, qua-
rum prima eſt.
9 Chriſtiani † nullo modo debent cum Iu-
dæis comedere, nec habitare, nec eos ad ſua
conuiuia recipere. 28. q. 1. c. nullus. & c. ſeq. vbi
Hugo in d. cap. nullus intelligit per azimam
omnem cibum Iudæorum prohibitum. Et ha-
bitantes cum eis ſunt excommunicandi. c. Iu-
dæi. verb. excommunicetur. extr. eo. Et ita non
ſunt excommunicati ipſo iure, cum tex. loqua-
tur per verbum futuri temporis, ſecundum qđ
traditur in c. ſi diligenti. de foro compet. & ra-
tio prohibitionis fuit, non propter cibi im-
munditiam, ſed in deteſtationem, & odium Iu
daicæ ſuperſtitionis, ſcilicet ne videamur eo-
rum facta venerari, Vel melius, quia vt ipſi no
ſtros cibos diſcernunt, & euitant, ita & nos ab
eorum cibis abſtinere debemus. c. omnes 28.
q. 1. Non tamen prohibentur Chriſtiani a con-
uiuio gentilium. 11. quæſt. 3. cap. ad menſam.
Licet multi, & melius dicant indiſtinctè, quòd
nec cum Sarracenis debent Chriſtiani facere
prædicta, tum quia & ipſi more Iudęorum Iu-
daizant ſe circuncidendo, tum quia diſcernunt
noſtros cibos. ita Ray. & Goff. & Turrecre. in
10 d. c. nullus. num. 3. Excipitur tamen caſus, † in
quo licet vti cibis appoſitis à paganis tempo-
ribus tamen ſeruatis ab eccleſia ſtatutis, vt cũ
ad prædicandum Chriſti fidẽ accederent Chri
ſtiani. extr. eod. cap. quam ſit. & ita intelligitur
tex. in d. c. ad menſam. Item inſtante neceſſita-
te famis: nam ſi aliter euadendi aditus non pa-
teat, licitè poſſent Chriſtiani vti cibis non ſo-
lum paganorum, ſed etiam Iudæorum, quam-
uis ſit dictum, ꝙ eſſet cibus immolatus idolis.
Et non obſtat tex. in cap. ſicut 32. q. 4. vbi ſan-
ctius eſt fame mori, quàm idolotitico cibo ve-
ſci, quia intelligendus eſt, quando veſceretur
ad venerationem idoli, alias in ſumma neceſ-
ſitate famis poſſet eo veſci, ſcilicet proteſtan-
do, quòd non comederet ad venerationem
idoli: quia neceſſitas nõ habet legem: Sic licet
11 Chriſtiani † cum ſint infirmi non debeant iu-
dæos vocare, nec ab eis medicinam recipere,
nec ſe cum eis in eiſdem balneis balneare. c.
nullus. 28. q. 1. alias grauiter peccant, cum ſint
excommunicandi, ſi ſint laici, & deponendi, ſi
clerici, tamen ſi Chriſtianus moreretur, niſi iu
uaretur à medico Iudęo, cum medicum alium
inuenire non poſſet, quam Iudæum, tunc excu-
ſaretur, cũ neceſſitas non habeat legem. facit
c. diſcipulos. de conſec. diſt. 1. vbi diſcipuli tran
ſeuntes per ſata, euellebant ſpicas, & mãduca-
bant confricantes manibus. Sic Dauid cũ eſu
riret, & qui cum eo erant panes propoſitionis
ſuppreſſit, & mãducauit, & dedit illis qui cum
eo erant, quos non licebat edere, niſi ſacerdo-
tibus, cum tẽpore neceſſitatis omnia ſint com
munia. c. 1. diſt. 72. c. 2. 12. q. 1. c. ſi quis. de furt.
Secunda. Licet prohibitum ſit comedere
12 cum Iudæis, tamen cibaria † ab eis emere, &
illis vti poſſumus: quia omnia ſunt munda mũ-
dis. c. propoſuiſti. diſt. 82. ideo commercium ta
lium non eſt prohibitum, vel commeſtio, vn-
de licitè quis poteſt emere talia ab illis, & co-
medere illis non videntibus. Quod idem dic
de pannis, vel aliis rebus venialibus. Turrecre.
in d. c. nullus. nu. 2.
Tertia. Chriſtiani prohibentur à conuiuio
13 Iudæorum, non tamen † a colloquio. & ratio
eſt: quia maior familiaritas contrahitur in cõ-
uiuio, quàm in colloquio, & facilius quis deci-
pitur inter epulas. 22. q. 4. c. vnuſquiſque. Item
ideo non prohibetur colloquium, vt poſſimus
eos lucrari, docendo, & prædicando, quod ſi-
ne communi colloquio fieri non poſſet. De-
bent tamen abſtinere ſimplices, ſi neſciunt eo-
rum errores confutare. An vero cum infideli-
bus ſit de fide diſputandum, diximus prima
par. noſtrarum Deciſ.
14 Quarta. Poteſt Chriſtianus à † Iudæo me
dicinam emere, & emptam per ſe, vel alium
Chriſtianum ſumere. Item Chriſtianus po-
teſt vendere medicinam Iudæo, non tamen
illam exhibere, niſi fortè cauſa pietatis, &
humanitatis. Archid. & Turrecrem. in d. cap.
nullus. num. 5.
Quinta. Iudæi non poſſunt de nouo nouas
15 † conſtituere Sinagogas, ſed bene poſſunt an-
tiquas reficere, vel reædificare. c. Iudæi. c. con-
ſuluit. extra eod. Quod Henric. in d. c. conſu-
luit, intelligit, modo aliquid de priſtinis ædifi-
cijs remanſiſſet, alias ſecus, ſi nihil remanſiſſet,
pro quo C. de ædif. priu. l. ſi is contra quem. iun-
cto tex. in §. ex diuerſo. & quod ibi not. de rer.
diuiſ. Item intellige vt reficiant eadem forma:
quia vbicunque mutaretur priſtina forma, vi-
detur nouum ædificium. D. Ant. conſ. 68. Ma-
M 4 ria.

ria.Soc.in d.c.conſuluit.non enim poſſunt am-
pliare,nec magis ſumptuoſas, aut pretioſas fa-
cere.facit quod habetur in l.3.§.reficere. ff. de
itin.act.priu.Licet hoc non ſeruetur, quia refi-
ciendo aliquando ampliant ; & pretioſiores
faciunt.

16 An vero poſſint † Iudæi in noua Ciuitate
nouam ſinagogam erigere. dicit Flor. quòd
non,nec de licentia Epiſcopi, cum ſit prohibi-
tum de iure communi,& ideo inferior à Papa
non diſpenſat , niſi reperiatur iure permiſſum
in c.dilectus.de tempo ordin.ita Ananias in d.
cap.Iudæi.1.num. 2.vbi etiam nu.1.dicit quod
Sinagoga Græcè,Latine interpretatur aggre-
gatio,quia ibi Iudæi ſe aggregant Vnde ex di-
ctis in nu.15. infertur, quòd diſpoſitio vetans
aliquid acquirere de nouo, non dicitur vetare
iam acquiſita retineri, & ſic cum ius vetat ali-
quid in futurum,permittit in preteritum.Sicut
quædam dirimunt contrahenda, quæ non di
rimunt contracta. cap.quemadmodum. de iu-
reiur.l.patre furioſo. ff.de his , qui ſunt ſui , vel
alie.iur. Item infertur,quòd ſi de inſtrumento
debet ſolui gabella , ſi inſtrumentum reficia-
tur,illa non eſt ſoluenda,niſi ſolennitas requi-
ſita in conficiendo , requiratur etiam in refi-
ciendo.ita Fely.in d.cap.Iudæi, & clarius in c.
conſuluit. eod. titu. Sic licet alicui priuato ſit
prohibitum caſtella , ædificare de nouo , non
per hoc intelligitur prohibita reparatio iam
conſtructorum.facit l.1.§. ſi quis ædificium.ff.
17 de no.operis nunciatione. Sed quare † Iudæis
permittat hoc Eccleſia? Dicit Hoſt.en. quia
ſperat illorum conuerſionem ; & ideo tolerat.
vel quia ſunt memoria maximi fundamenti
fidei noſtræ.

18 Hinc permittit Eccleſia † vt Iudæi feſta ſua
colant.c.qui ſincera. in fi.diſt. 45. & c.ſicut.ex-
tra eod. Et hoc quia teſtimonium fidei no-
ſtræ habemus ab hoſtibus, & quaſi in figura
nobis præſentatur ꝙ credimus.Igitur Eccleſia
illos tolerat, licet peccent propter huiuſmodi
bonum , quod ex eis prouenit. Aliorum vero
infidelium ritus , qui nihil vtilitatis,vel verita-
tis afferunt,non ſunt aliqualiter tolerandi, niſi
forte ad aliquod malum euitandum, ſcilicet
ad euitandum ſcandalum,vel diſsidium, quod
ex eis poſſet prouenire,vel impedimentum ſa
lutis eorum,qui paulatim ſic tolerati conuer-
tantur ad fidem.Item D.Thom.2.2. q.10.art.2.
Turrecre.in d.c.quincera. An vero poſſint Iu-
dæi compelli ſeruare ferias, & feſtiuitates no-
ſtras.Dic,quòd non. Ita Arch.in c.rogationes.
de donſecr.diſtin.3. Mar.Soc.in c.ſicut. nu. 17.
extra eod.

19 Sexta. † Iudæi debent portare habitum di-
uerſum à Chriſtianis,tam de die,quam de no-
cte:quoniam vtroque tempore imminet peri-
culum,& debet patere dictus habitus, adeo ꝙ
ſi non pateret, vt puta quia coopertum alijs
pannis deferrent,venirent contra conſtitutio-
nem tex.in cap. in nonnullis. extra eod. Mulie-
res vero ipſorum debent portare quoddam ve
lum in capite , quod dicitur orarium , de quo
habetur in c.Monacho.27.quæſt.1.Sic & cleri-
ci à laicis per habitum debent diſtingui.c.cle-
rici.de vita & honeſt.cler. ſic & meretrices ab
aliis . Et ita in prædictis patet quòd per ſigna
cognoſcitur ſignatum, & per nutus cognoſci-
tur res,de qua agitur.l.nutu.ff.de leg.3.l. iube-
mus.C.de teſtam.

20 Septima.Iudæus ad Eccleſiam † fugiens gau
det immunitate, & hoc contra nonnullos Iu-
riſtas,& Ananiam vt refert Fel in c. Iudæi.el
1.de Iudæ.& ratio eſt:quia etiam peſſimis vi-
ris concedit Eccleſia hoc beneficium , vt co-
gnoſcant ingratitudinem ſuā.ita Car. & Imo.
in clem.1.de pœnit.& remiſ.Arch.in c.diffini-
niuit.17.q.4.Abb.in c.inter alia.in verb. extra-
hendus.de immun.eccleſ.

21 Octaua.Infideles, † vt Iudæi , vel Sarraceni
qui nunquam receperunt fidem , ſunt ad illam
auctoritatibus, & blandimentis iuducendi, &
non cogendi : quia credere eſt voluntatis , &
ſeruitia coacta Deo non placent.45. diſt. c. de
Iudæis.Si tamen conditionaliter coacti,vt per
minas de ablatione rerum ſuarum , per verba,
vel ſimilem coactionem baptiſma receperūt,
& poſtea à fide receſſerint , cogi debent redi-
re,ne fides contemnatur, vt ibidem . Si tamen
abſolutè coacti baptizarentur,non reciperent
ſacramentum baptiſmi , nec deberent ad fi-
dem cogi.cap.maiores.extra de baptiſ.in fi.At
infideles, qui fidem quandoque receperunt,
vt hæretici,& quicunque Apoſtatæ, etiam cor
poraliter cogi debent, vt ſeruent quod promi-
ſerunt.Ita Aſtenſ.lib.2.de infidel.art.3.ibi. Cir-
ca ſecundum.

22 Nona. Pueri Iudæorum † filij ſi ſunt infra
annos diſcretionis,ſecundum communem opi
nionem,& vſum eccleſiæ, nunquam ſunt inui-
tis parentibus baptizandi . vt dicit Henric. &
Feli.in cap.ſicut Iudæi.eod.tit. tum ob pericu-
lum fidei , quia baptiſmus ante vſum rationis
de facili ad perſuaſionem parentum peruer-
teretur , tum quia filij ante annos diſcretionis
ſecundum naturalem iuſtitiam debent eſſe ſub
cura parentum : Quare ſi ipſis inuitis baptiza-
rentur, fieret illis iniuria , quod eſt contra ra-
tionem naturalem.Ita etiam conſuluit Calde.
de Iudæis. conſi. 3. ſi tamen paruuli eſſent in
articolo mortis.credit Rod.ꝙ poſſent baptiza
ri.ita Aſtenſ.lib.2.de inſidelib.tit.56. art. 3.ibi,
ſed nunquid.

Decima.



Decima.Filij paruuli Iudæorum, qui ſecun-
dum communiorem opinionem non ſunt in-
uitis parentibus baptizandi , ſi de facto bapti-
23 zentur,† ſunt educandi apud parentes,non au
tem apud Chriſtianos.ita Calder.d.conſi.3.in-
uitis enim parentibus detineri non poſſunt,
aliàs competeret remedium legis primæ.ff.de
liber.exhib.dum tamen pater idoneam cautio
nem præſtet quod filium ponet in libertate,&
præſentabit eum , cum fuerit ætatis maturæ.
Item quòd cum educabitur , non deteſtabitur
ſibi fidem, aliàs ei non reſtituendus. Fely.in d.
c.ſicut Iudæi. eod.tit. At ſi adulti fuerint bapti
zati, & tunc ne parentum inuoluantur errori-
bus,ſunt eis auferēdi,& monaſterijs,aut Chri-
ſti fidelibus ad conuiuendum tradendi. 28.q.
1.c.Iudæorum.de conſec.diſt.4.c.plerique.Qd
idem dic de filijs Apoſtatarum. c. ſi baptizata
vbi glo. de conſecr.diſt.4.

24 Vndecima . Iudæi poſt conuerſionem ad
fidem non perdunt agnationem,imo poſſunt
ſuccedere parentibus,agnatis, & cognatis,cū
per conuerſionem non debeant eſſe deterio-
ris,ſed melioris conditionis, ideo dicit glo. in
c.iudæi.1.q.4. quòd non poſſunt parentes ſuos
filios conuerſos exhęredare,ſicut nec illos,qui
ingrediuntur religionem,per id quod habetur
in auth.de ſanct.Epiſcopis. in §. antepenul. in
verb.nullam.Imo dicit Io. de Anan.in cap. Iu-
25 dæi ſiue. num.5.& 6.quòd vt pater,& † mater
infideles tenētur filiæ orthodoxæ præſtare do
tem & filio Chriſtiano præſtare donationem
propter nuptias , & vtrique alimenta ſecundū
facultatem patrimonij,vt apeite dicit tex. in l.
cognouimus. C. de hæret. vbi etiam Salic &
Bal.in l.mater pro filia.C.de iure dot.Ita eadē
ratione fauore Chriſtianæ fidei ; & in odium
Iudæorum poſſunt cogi parentes ad tradendū
legitimam in eorum vita facit optime tex.in
d.cap.Iudæi.in verbo melioris conditionis.Et
hanc ſententiam tanquam æquiorem,& tutio
rem fauore Chriſtianæ religionis amplecti-
tur,eo magis,quia legitima ſuccedit loco do-
nationis propter nuptias quæ non eſt amplius
in vſu facit quod habetur in auth. res, quæ. C.
com.de leg.

Duodecima. Iudæi, qui conuertuntur ad fi-
26 dem,† non coguntur dimittere bona ſua lici-
te acquiſita. ita not.in c. Iudæi. extr.eod. licet
ſit vulgaris opinio vulgi, quòd Iudæi non poſ
ſint baptizari,niſi dimittant bona ſua.quæ qui
dem opinio vulgaris forte præualuit , cum vt
plurimum bona Iudæorum ſint illicite acquiſi
ta, quia ſæpe ſæpius vſuris operam dant : verū
ſi eſſent licitè acquiſita, poſſent ſua bona reti
nere.Ita Mar.Soc.in d.c. Iudæi.nu.16. An vero
poſſet Epiſcopus Iudæum inuitans ad fidem,il
li permittere bona ſua illicitè acquiſita , quæ
erant diſtribuenda pauperibus. dicit Panorm.
in c.in eccleſijs.de ſimon.quòd ſic:quia poteſt
quis ad bonum neceſſitatis inuitari pecunia,
vt ad fidem conuertatur. 33.q.4. cap.pen. An
etiam poſſit Iudæus ad fidem conuerſus ipſe
erogare bona iniuſtè acquiſita ſine licentia
Epiſcopi? Dic, quòd non. cap.cum ſit. de Iu-
dæis. in fi.Quod ſecus eſt de Chriſtiano rapto
re , qui poteſt male ablata erogare ſine licen-
tia Epiſcopi,vel alterius.arg.de vſur. cap. cum
tu.de homic.c.ſicut dignum.Et ratio differen
tiæ inter Iudæum raptorem , & Chriſtianum,
eſt, quia actus Iudæi, & diſpenſatio eſt ſuſpe-
cta,non ſic in Chriſtiano , de hoc per Archid.
14.q.6.cap.non ſanè. & per Hoſtien.in ſum.de
pœn.§.de quibus.verſi. ſed quæ forma. Zabar.
in d.cap.cum ſit.An vero Religioſi poſſint ma
le ablata incerta applicare ſibi , vel fratribus,
vel conuentibus ſui ordinis? Dic quòd non,
ſed debent erogari per ordinarium . de Iudæ.
cap.cum ſit.in fi.niſi per teſtatorem datus fue-
rit executor,quia tunc ipſe hoc faciet.de teſta.
cap.vlt.lib.6. vbi de hoc per Archi. & 12.q.11.
c.de laicis, & hoc ſecundum regulam charita
tis,nam primo nobis,& noſtris ſubuenire de-
bemus.not.diſt.30.cap.fin.facit quod not. diſt.
42.cap.quieſcamus. diſt.31.cap. homo.86.diſt.
cap.non ſatis. nemo enim carnem ſuam vn-
quam odio habet.13.q.2.c.non extimemus.Li
cet ſi ſolus eſſet executor , ab hac erogatione
cauere debet ſibi erogando , niſi eſſet in ſum-
ma neceſſitate: quia tunc etiam ei liceret alie-
na rapere.de furt.c.3.At monaſterio dare po-
teſt de his,quæ ſuo arbitrio habet diſtribuere,
etiam ſi ſit ſolus : quia ibi eſt euidēs diſtinctio
perſonarum. 12.q.11.c. qui manumittitur. 14.
q.11.c.ſuper prudentia.de teſta.cap.inſuper,&
cap.cum nuncius.& cap.nuper.Et idem in con
ſanguineo ceſſante fraude, & ſic intelligitur.
89.diſt.c.decenter. Quod eſt,quando eſſet eui
dens ratio pietatis.arg.ff.de adopt.l.ſi pater.§.
duos.ita Zabar.in Clem.1.q.22.de teſta.

Tertiadecima. Iudæi filius ſi fuerit conuer-
27 ſus † ad fidem,per talem conuerſionem abo-
letur omnis ingratitudo,quam commiſiſſet er
ga patrem.Hoſt.& alij in c.iudæi.el 1.eo.tit.fa
cit tex.in c non licet.10.q.vlt.vbi dicitur,ꝙ per
ingreſſum Religionis aboletur omnis ingrati-
tudo filij Chriſtiani , fortius Iudæi conuerſi.
Fel.in c.Iudæi.el 2.eo.tit.

Quartadecima . Iudæus conuerſus viuente
28 vxore ſua † Iudæa , volente cum eo habitare
cū contumelia Creatoris , poteſt ducere aliā,
quia matrimonij vinculum ſi actum dicitur,ꝙ
intellige poſt admonitionem factam ab Eccle
ſia: quia ſemper illa facienda eſt,qn̄ agitur de
forni-

fornicatione ſpirituali. c. Iudæi. ca. non ſolum.
28. q. 1. D. Thom. 3. par. q. 59. art. 5. Item poſt
datam ab Eccleſia ſententiã ſeparationis, aliàs
non poſſet propria autoritate vxorem Iudæã
expellere, & aliã ducere, niſi prius habeat licẽ
tiam ab Eccleſia, vt aliam ducat. Ita Turrecr.
in d. c. Iudei.

29 Decimaquinta. Iudæi die Dominico, † vel
alio die ſolenni debent baptizari. de conſecr.
diſt. 4. c. ne quod abſit. & fugiens ad Chriſtia-
nos, dicens, ſe velle effici Chriſtianum, non eſt
propterea immediate baptizandus, immò de-
bet ſtare inter Chriſtianos antequam baptize
tur per 40. dies. d. cap. ne quod abſit. quamuis
olim ſtabant per octo menſes. cap. Iudæi. ead.
diſt. & ratio eſt: vt mediante mora inter Chri
ſtianos habita, & curſu tẽporis poſſit eius vo-
luntas patefieri, quòd bono zelo, & rata fidei
deuotione id facit. Quod ſi fortè à fide poſtea
apoſtataret, cogendus eſt ad illam redire. 45.
diſtinct. cap. de Iudæis. de conſecr. diſtinctio. 4.
cap plerique.

30 Decimaſexta. † Vno parente ad fidem con-
uerſo, & altero in Iudaiſmo permanente, pue-
ri ſequi debent illum, qui factus eſt Chriſtia-
nus. cap. Iudæi. 28. q 1.

31 Decimaſeptima. Communiter tenetur † Iu-
dæos nõ ligari lege canonica in Spiritualibus,
quia non curatur de eorum anima. glo. in c. cũ
contingat. de iureiur. c. gaudemus. de diuort.
c. de infidelibus. de conſan. & affin Et hinc eſt,
quod dicitur eos non ligari conſtitutionibus
canonicis, quæ ſolum ligant ſubiectos Eccle-
ſiæ d. cap. gaudemus c. multis. 2. q. 1. ibi de his,
quæ foris ſunt, nihil ad nos & not. in cap. 1. de
vſur. in 6. Hinc Fel. Sand. con. 30. nu. 20. dixit, ꝙ
vidit quatuor cõcilia. ꝙ c. quãquam. de vſur. in
6. non habet locum in teſtõ facto per Iudæũ
manifeſtũ vſurariũ. In alijs aũt ligatur lege ca-
nonica. niſi ſit caſus deciſus in lege ſua, & non
réprobatus quo ad eos de iure noſtro. Cathe-
cuminus autem omnino ligatur. per tex. quem
not. ibi Domi. in c audite. 24. diſtin.

32 Decimaocta. Iudeus † ſi delinquit circa legẽ
diuinã, forte in pluralitate vxorũ, vel cõtrahẽ-
do in gradu prohibito lege diuina, põt puniri
per iudicẽ ſæcularẽ. ita Fel. Sand. conſ. 30 nu. 7.

33 Sic Iudæus † cognoſcens carnaliter Chriſtinã
ſub velamine matrimonij, cum conſtet matri-
moniũ eſſe nõ poſſe. 27. q. 1. c. caue, fit, vt talis
cõtrahens tanquã adulter capitaliter ſit puniẽ
dus. C. de Iudæ. l. ne quis Chriſtianã, cũ cõmix-
tionẽ illicitã cõmittant, & matrimonij ſacra-
mento iniuriã faciant. C. ne. ſan. bap. rei. l. 1. At
qui abſque velamine matrimonij carnaliter
Chriſtianam cognoſceret, non eſſet capitali-
ter puniendus, ſed aliter ad arbitrium iudican
tis, & cuidam ob hoc crimen fuerunt inciſa vi
rilia. vt refert Old. conſ. 333. num. 1. & 2. vide
etiam Phil. Corn. conſi. 114. vbi apponit pœ-
nam, qua puniri debeat.

Decimanona. Chriſtianus econtra cogno-
34 ſcens Iudæam, † vel Sarracenam plectendus
eſt capitali pœna ſicut Sodomitæ, & ij, qui
cum brutis nefariè coeunt. ita Bonif. ſub titul
de rapt. in fin.

Vigeſima. Licet tex in c. multis. 2 quæſt. 1.
35 dicat. † De his, quæ foris ſunt nihil ad nos, ta-
men illud intelligitur de Iudæo, qui non eſt ca
pax excõicationis, cum excõmunicatio eiiciat
extra Eccleſiam, & Iudæus extra illam ſit. vel
intelligitur vt Eccleſia non compellat ad fidẽ,
ad quam ſola diuina gratia vocantur. vt 45. di-
ſtin. de Iudæis. & de hoc plene per Innoc. ext.
de vot. c. quod ſuper. Sed licitè poteſt procede
re contra Iudæum delinquentem, cum ratio-
ne delicti fiat de foro Eccleſiæ. ext. eo. c. poſtu
laſti. & not. in c. ita quorundam. Old. conſi. 36.
Hinc Calder. conſ. 2. de Iudæ. conſuluit, Iudæũ,
36 qui doloſe, † & ſcienter, & appenſate protulit
hæc verba. Naſcha il vermocane al Papa, & à
ch'l fe Papa. Et s'o haueſſe Dio, & il Papa, &
il Veſcouo nelle mani, io trarrei à loro gli oc-
chi. poſſe puniri per iudicem eccleſiaſticum,
cum ſit crimen eccleſiaſticum. text. eſt in c. 2.
de maled. Et grauius eſt æternam, quàm tem-
poralẽ lædere maieſtatem. c. vergentis. de hæ-
ret. quæ ſicut læditur per hæreſim ita per blaſ-
phemiam, nec tolerare debet Eccleſia oppro-
bria illius, qui noſtra pertulit. de Iudæ. c. in nõ-
nullis. cum in ſubmerſionem fidei, & contume
liam creatoris præſumatur ab eis fieri, ſicut de
ridere Chriſtianos in die paraſceues. de Iudæ.
c. quia ſup his. vel nutricibus quæ corpus Chri-
ſti ea die ſuſceperunt effundere lac, ſeu eas ad
hoc cogere. eo. tit. c. etſi Iudæos. & c. in non-
nullis. Quæ decret. licet dicat per poteſtates
ſæculares hos Hebræos puniendos, intelligit
Calderin. qui ſupra, ad requiſitionem iudicis
eccleſiaſtici.

Vigeſimaprima. Iudæi, & infideles licet nõ
37 poſſint excommunicari, † quia cum ſint extra
Eccleſiam, non poſſunt extra Eccleſiam poni,
c. ad diſſoluẽdum. de deſp. impub. Tamen illud
eſt verum directe, & proprie, quia indirecte
bene poſſunt excommunicari, ſubtrahẽdo eis
communionem, & conuerſationem Chriſtia-
norum. vt in c. & ſi Iudæos. in fi. in c. poſtulaſti.
in c. cum ſit. eo. tit.

38 Vigeſimaſecunda. Iudei, vel pagani nõ † sũt
ad officia publica admittẽdi. not. in c. cũ ſit. de
Iudæ. ſunt enim infames ſaltẽ infamia facti. l.
cunctos populos. C. de ſum. Trin. & latius pro-
batur in l. fin. C. eod. vbi dicitur, quòd nullam
dignitatem,



dignitatem, nullam adminiſtrationem, nullũ
honorem, nullum officium, nullam iudicandi
poteſtatem inter Chriſtianos habere debent.
Hinc infertur, quòd Iudæus non poſſit eſſe do
ctor, quia eſt incapax dignitatis. l. fin. C. de Iu-
dæ. & doctoratus eſt dignitas. Bar. in l. omnes.
C. de decur. lib. 10. Feli. in cap. 1. num. 4. eod. tit.
Quod autem diximus non poſſe habere offi-
cium, intellige inter Chriſtianos, vel Chriſtia-
num, & Iudæum, vbi ſi eſt quæſtio inter Iu-
dæos, & Chriſtianos, non à ſenioribus iudici-
bus, ſed ab ordinarijs iudicibus quæſtio decidi
debet. At circa ea, quæ ſpectant quo ad eorũ
ſuperſtitionem, vel ſectam poſſunt promoue-
ri ad officia, & dignitates. & ita poteſt intelli
gi. l. generaliter. §. fin. ff. de decur. Item Iudæus
39 † contra Iudæum admittitur in teſtem, ſed
contra Chriſtianum de iure admitti non de-
bet, licet de facto aliquando admittatur. Qui
nimo nec contra Chriſtianum ipſo volente
admitti debet, cum non in fauorem Chriſtia-
ni, ſed vel in odium Iudæorum hoc fuit intro
ductum, vt probatur in cap. cum ſit. de Iudæ.
cui tali priuilegio Chriſtianus renunciare non
poteſt. Facit à ſimili in Macedoniano. in l. ta-
men ſi non oppoſita. ff. ad Maced. ſiue hoc di-
camus inductum in fauorem Chriſtianę fidei:
pro quo facit tex. in cap. Iudæi, ſiue Sarrace-
ni. de teſti. in fi. & tunc nec tali priuilegio re-
nunciare poteſt. Ita Anan. in d. capitu. cum ſit.
nume. 2.

40 Vigeſimatertia. Iudæi † in ſucceſſionibus ab
inteſtato tenentur ſeruare legem Moſaicam,
& non ciuilem, quia illa derogat legi commu
ni ciuili, ſicut ſtatuta ciuium. l. omnes populi.
ff. de iuſt. & iu. l. de quibus. ff. de legi. ita per mul
tas rationes concludit Calder. de teſtam. cõſi.
30. Item Calder. de conſtit. cõſi. 11. vbi gene-
raliter tenet, quòd quando lex Moſaica non
eſt reprobata quo ad ipſos Iudæos, præualet
legi ciuili. Hinc fit, quòd extantibus maſculis,
filiæ Iudæorum non ſuccedunt. ſequitur Fely.
in c. Iudæi. el 2. eod. tit.

41 Vigeſimaquarta. Iudæi ligantur † ſtatutis
municipalibus in materia proportionabili.
Bald. in l. ſpadonem. § iam autem. ff. de excuſa.
tut. vbi dixit, quòd immunitas conceſſa habita
toribus alicuius loci extenditur ad Iudæos, vt
etiam per Cœpol. conſi. 75. Item Angel. in l. 1.
ff. ad l. Iul. maie. & in l. vt imur. ff. de ſepul. viola.
dicit, quòd ſecuritas conceſſa ſocijs mercato-
ribus, prodeſt Iudæo ſocio. Fely. vbi ſupra. nu.
4. Corſet. in c. ſedes. in 3. char. de reſcrip.

42 Vigeſimaquinta. Chriſtiani † prohibiti ſunt
deferre Sarracenis arma, ferrum, & lignami-
na, & contrarium facientes ſunt ipſo facto ex-
communicati. extra. eo. cap. ita quorundam. &
cap. ad liberandam. Imo etiam per bullam cę
næ Domini, vt habetur in ead. bulla cap. 7. Et
idem dic de illis, qui galeas, aut naues vendũt,
aut in nauibus eorum piraticis curam guber-
nationis exercent, vel quibuſdam alijs machi-
nis impendunt eis aliquod conſilium, vel auxi
lium in diſpendium terræ ſanctæ. d. c. ad libe-
43 randum. Et ſic nota, quòd præſtantes † auxi-
lium ad delinquendum, pari delicto, & pari
pœna ſe aſtringunt. text. eſt in d. cap. ita quo-
rundam. qui loquitur de duplici auxilio, vide-
licet deferendi arma, & gubernandi naues, ge
neraliter autem de quolibet auxilio, vide in
cap. 1. vbi glo. magiſtr. de offic. deleg. Item no-
ta, quòd non ſolum eſt prohibitum portare ar
ma, ſed etiam vinum, oleum, & alia liquami-
na etiam cauſa guſtus hoſtibus. Ita Ioan. de
Anan. in d. cap. ita quorundam. num. 1. & 5. per
tex. in l. 1. C. quæ res expor. poſſ. per quam legẽ
dicit ibi Bald. quòd prohibitus portare extra
territorium non poteſt portare cauſa guſtus.
An vero repertus in via cum armis, quæ certũ
erat velle deferre ad hoſtes infideles perdat il-
la: ſecundum tex. in d. cap. ita quorundam. vide
Fely. in cap. ſignificauit. extra. eod. num. 7. vbi
44 dicit, quòd ſic. Si vero quis vi ventorum † con
duceretur ad locum prohibitum, tunc non me
retur pœnam. Hinc Alber. in 2. par. ſtatuto. q.
13. notat, quòd pęna appoſita conducenti por
cos per vrbem, non ligat eum, qui impulſus ti-
more deprædationis conduxit eos in vrbem,
& ſubdit per illam legem, quòd ſi tempore
treugæ aliqui milites alicuius partis conduce-
rentur vi ventorum in manus hoſtium, non ef
ficiuntur captiui, & idem ſi tempore belli. ita
refert Fely. in d. c. ſignificauit. nu. 7. in fi.

45 Vigeſimaſexta. Iudæi, † & Sarraceni non
poſſunt intrare eccleſias Chriſtianorum. glo.
in cap. perlectis. diſt 25. Quod intellige, quan-
do cauſa ſubſanandi volunt intrare. iux. glo. in
cap. Epiſcopus. de conſecra. diſt. 1. Ita Præpoſi-
tus in d. c. perlectis. nu. 5.

46 Vigeſimaſeptima. Iudæus, qui † Chriſtiano,
improperauit, quòd eorum ſecta erat magis
Deo accepta, quàm ſecta Chriſtianorũ, quod
probabat ſic: quia nunquam Iudæi ſunt obſeſſi
à dæmonibus vt Chriſtiani, fuit ſic a Chriſtia
no confuſus, quod illi flagellantur à Domino,
quia ab eo colliguntur, ſed Iudæi ſunt diaboli,
& ideo quomodo vexabit vnus diabolus aliũ
diabolum, nam ſicut digitus aliũ digitum non
poteſt moleſtare, ita nec diabolus diabolum,
ideſt Iudæum. ita Archi. in cap. vſque adeo. di-
ſtin. 33. His adde quòd præter ea, quæ ſupra di-
ximus. num. 7. dic, quòd ſecta Iudæorum peior
eſt illa Sarracenorum, vt concludit Oldr. cõſi.
51. incipiens. Iudæus, quia cum in die paraſce-
ue oret

re oret pro omnibus Iudæis non flectit genua, ſed pro paganis ſic.

Vigeſimaoctaua. Licet Iudæi non debeant
47 † habere Chriſtianos ſeruos, prout no. in cap. mancipia. diſt. 54. Imo nec intra domum poſſunt Chriſtiani liberi ſeruire eis: Non enim debent eſſe aſſidui intra domum Iudæorum, nec tanquam familiares, aut nutrix, aut obſtetrix. Quinimo ſi Chriſtiani ab eis diſcedere nolũt, poſſunt excommunicari. eod tit. cap. Iudæi. c. adhuc. & cap. Iudæos. in fine. Tamen extra domos poſſunt eis per Chriſtianos ſeruitia fieri, vnde poſſunt habere colonos Chriſtianos. eo. tit. cap. multorum. Concordat D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 10. aſſignans rationem quare Chriſtianus non poſſit eſſe mancipium Iudæi, ſed bene poſſit in aliquo ſeruire. Si tamen ex tali cõmunicatione, vel conuictu ſubuerſio fidelium timeretur, eſſet penitus interdicendis. c. nullus. c. ſcilicet. 28 q 1.

48 Vigeſimanona. Eccleſia iudicat † de Iudæis in ijs caſibus. Primus, ne nobiſcum commorẽtur. 28. q 1. c. ſæpe. Item vt repellantur à teſtimonio, & accuſatione. 2. q. 7. c. alieni. Item ne fungantur publica functione. c. nulla. diſt. 54. Item ne mancipia habeant Chriſtiana, vel nutrices, vel obſtetrices. de Iudæ. cap. Iudæi. Item ne Sinagogas nouas conſtruant, eod. tit. cap. conſuluit. Item ne in die paraſceue feneſtras aperiãt. C. de Iudæ. l. quia vero. Item vt dent decimas de prædijs, quæ habent. de deci. cap. de terris. Item ne mancipia Chriſtiana circuncidant. d. cap. nulla. Item vt pœna pecuniaria puniantur. cap. fraternitatem diſt. 54. Item vt verberibus ſubijciantur 28. q. 1. cap. ſanè. Item quòd non repellent à ſe fideles teſtes inductos. de teſtib. cap. Iudæi. Hæc Præpoſit. in d. capit. nulla. nume. 3.

49 Trigeſima. † Quia per Clem. ex grandi. de vſur. prohibentur ſtatuta, quæ impediunt repetitionem vſurarum ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. vt vult ibi gl. in verb. incontinenti. Hinc infertur, quòd in illam incidit rex, vel eius officialis, qui tollit tributum à Iudæis, vel Sarracenis, propter vſuras, quas permittit eos exercere, tanquam in hoc fauentes prædictis: Nam nedum Chriſtiani, imo & Iudæi ſunt prohibiti vſuras exercere, cum etiam lege veteri ſint vſuræ prohibitæ, & hoc maxime, ſi exiguntur à Chriſtianis. de vſur. c. quanto. & c. poſt miſerabilem. & hoc ſatis deciditur in d. Clem. in litera, ibi, repetitionem impediunt. ita Lau. & poſt eum Zabar. in d. Clem. quæſt. 15.

50 Trigeſimaprima. Iudæi † licèt ſuper reſtituẽdis vſuris non poſſint cogi per iudices eccleſiaſticos, ſed tantum per Principes ſæculares. extr. de vſur. c. poſt miſerabilem, tamẽ ſi Principes ſeculares negligentes fuerint, procedet iudex eccleſiaſticus iuxta tenorem. c. quanto. eod. tit. de Iudæ. cap. poſtulaſti. cum ſimil. verũ ſi Eccleſia haberet iuriſdictionem temporalem in loco, per ſe poſſet coercere Iudæos pœna temporali. d. c. poſtulaſti. vbi Zabar.

Trigeſimaſecunda. Adeo ſunt prohibitæ
51 vſuræ, vt nec à Sarracenis, † contra quos licite pugnamus, licitum ſit illas exigere, ſiue ex cupiditate hoc fiat, ſiue ex zelo charitatis, vt macerentur vſuris, qui non poſſunt domari armis. Qua ratione ducti quidam aſſerebant contrarium; quia cum hoſtes ſint, quibus vel imperator vel Papa bellum indixit. l. hoſtes. ff. de capti ſi non poſſumus eos iuſte occidere, & omnia per vim auferre, & noſtra facere iure belli. 23. q. 5. c. dicat. & q. 7. & c. 1. & 2. videtur ſaltem vſuram poſſe exigere. Non enim refert vtrum aperte, aut clam ex inſidijs pugnetur. 23. q. 2. c. Dominus. Tamen cum vſuræ in veteri teſtamento, & perfectius in Euangelio c. cõſuluit. de vſur. & in canonibus generaliter prohibeantur, dicimus nullo caſu eſſe licitas, ita, ꝙ nec ab hoſtibus licite recipiantur. Et nec a Iudæis, & non obſtat tex. in c. ab illo. 14. q. 4. cũ dicitur: Ab illo vſuras exigere, cui nocere deſideras: quia ille tex. legitur negatiue ideſt ſicut nulli debet nocere, ita & à nullo vſuras recipere, vnde nec ab hoſtibus licet. ita Zab. in Cle. vnica. §. ſane. q. 11. & 13. & 19. de vſu. & ante eum Archid. in d. c. ab illo. vbi etiam Turrecr. dicit, quòd hæc opinio eſt magis probabilis, vt nullo caſu ſit licitum ab aliquo hoſte recipere vſuram, nonnunquam in hoc diſpenſatio legitur facta, vnde extr. de vſu. c. ſuper eo, Alexander Papa dicit, ꝙ vſurarum crimen vtriuſque teſtamenti pagina deteſtatur ſuper hoc diſpenſationem aliquam poſſe fieri nõ videmus.

52 Trigeſimatertia. Iudæi aſſerentes † vſuram non eſſe peccatum, non incurrunt in Clem. vnic. de vſur. quia cum non ſint de gremio Eccleſiæ. c. gaudemus. de diuort. diuiſionem ab ea facere non poſſunt; & ſic non poſſunt dici hæretici, cum hæreſis dicatur diuiſio, & dicatur ab electione. 24. q. 3. c. hæreſis & cap. ſeq. Tum etiam, quia licet ſint creatura Dei, non tamen Eccleſiæ, quæ non omnes regenerauit in baptiſmo, ideo canonibus non arctantur. 11. q. 1. multi. Zabar. qui ſupra. q. 19.

## *SVMMARIVM.*

1 *Vſuræ materia diuiditur in decem articulos.*
2 *Vbi tractetur, explicatur per autorem.*

Vſura,



3 *Vſura, vnde dicta ſit.*
4 *Vſura dicitur vorago, quia omnia conſumit.*
5 *Rerum quædam ſunt quarum vſus eſt conſumptio, & quædam non.*
6 *Vſurę definitio & lucrum quid.*
7 *Lucrum duplex, formale, & virtuale.*
8 *Quodcunque verbum eſt vniuerſale.*
9 *Mutuum quid.*
10 *Mutuum quid à commodato differat, vel in quo conueniant. nu. ſeq.*
12 *Mutuum duplex, formale, & interpretatiuum.*
13 *In mutuo materiale, & formale quid.*
14 *Oblatio, & donatio, quæ præſumatur gratis fieri.*
15 *Debitum poteſt dici tripliciter in mutuo.*
16 *Volũtas ſola an faciat vſurarium. & 17.*
18 *Vſura mentalis quæ obliget ad reſtitutionem.*
19 *Mutuare cum ſpe lucri, poteſt fieri, ſed non propter ſpem.*
20 *Nihil inde ſperantes in mutuo quid ſignificet.*
21 *Vſura dupliciter poteſt capi, & vtrique competit definitio.*
22 *Vſuræ ſpecies diuerſæ explicantur.*
23 *Peccatum non eſt per viam mutui præter ſortem conſequi id, quod aliàs erat debitum.*
24 *Vſura eſt ex ſui natura malum, & ideo omnis ſuperabundantia eſt vitioſa.*
25 *In aliquibus caſibus licitum eſt recipere vltra ſortem, vt ratione intereſſe.*
26 *Item ratione feudi.*
27 *Item ratione poſſeſſionis violenter à laico occupatæ.*
28 *Item ratione liberalis donationis.*
29 *Item in contractu locationis, vel alienationis, aut emptionis. nu. 31.*
30 *Mutuum qualiter à locatione differat.*
32 *Item quando accipitur vſura ab inimicis fidei.*
33 *Epilogus caſuum, in quibus licet recipere vltra ſortem.*
34 *Mutuans ſocio, vt reſtituat vſurario ſortem, & vſuras, an ſit vſura.*
35 *Mutuans pecuniam communitati vt durante debito nõ teneatur ad collectas, an ſit vſurarius.*
36 *Mutuãs iniuriato, vt remittat iniuriam, an committat vſuram.*
37 *Vſura nec ex cã pietatis eſt exercenda.*
38 *Vſura crimen eſt eccleſiaſticum.*
39 *Vſurarium non peccare, vel facta reſtitutione non teneri ad pœnitentiam agendam, an aſſerere ſit hæreticum. & nume. 48.*
40 *Vſuræ in quo foro poſſint repeti.*
41 *Vſurarij quibus epithetis nominentur.*
42 *Communitas dans pecuniam ad vſuram, an ſinguli de illa ſint vſurari.*
43 *Vſurarius an teneatur reſtituere lucrum de pecunia vſuraria.*
44 *Vſurarius an indiſtincte vbique terrarũ poſſit reſtituere pauperibus, aut diœceſano tradere ad erogandum.*
45 *Diœceſanus reſtitutioni obnoxia an poſſit cõuertere in reparationem eccleſiæ parochialis.*
46 *Vſurario in iudicio animæ ſufficit remiſſio ſibi facta à creditore.*
47 *Caſus ſpeciales, vbi non remiſſio, ſed realis ſatisfactio requiritur.*
49 *Excommunicatus licet læſo ſatisfaciat, & ſit abſolutus, tamen debet pœnitere de peccato.*
50 *Vxor & familia vſurarij an debeant viuere de illicite acquiſitis.*
51 *Vxor an viro ignorante poſſit illicite acquiſita erogare in eleemoſinam.*
52 *Contractus vſurarius poteſt eſſe vitioſus reſpectu vnius, & non alterius.*
53 *Solui poteſt aliquid vltra ſortem ratione damni vitandi.*
54 *Mutuum non eſt dare decem vlnas pro decem alijs reddendis.*
55 *Iudex ſecularis cur patiatur vſurarios viuere, potius quàm alios fures.*
56 *Et cur plus de illis, quàm de furibus ſe intromittit.*

De

## De vſuris. Cap. XXIIII.

REdemptoris omnium, qui rex eſt
regum, Dominus dominãtium.
Apoc.19.1.Timot.6.de re iudic.
1 Clem.2.in fin.In hac ardua, † &
difficili materia de vſuris, ſed
quotidiana ob cupiditatem, quæ radix eſt om
nium malorum.de elect.c.auaritiæ. poſtulato
ſuffragio, illam explicabimus, conſiderando
eius deriuationem. Hoc eſt vſura vnde dica-
tur, & eius definitionem, deinde ad deciſiones
2 deueniemus. De materia † habetur 46. diſtin.
c.antep.pen.& vlt.47.diſt.per totum. 14.q.3.4.
& 5.& 6.per totum.Repetitur in 6.& in Clem.
Conuenit rubricæ.c.1.c.debitores.c.ad noſtrã.
1.& 2.c.ex literis.de vita.& honeſt. cler.c.2.de
empt.& vend.c. illo vos. de pign. & c.inter.de
exceſſ.prælat.

Circa primum eſt notandum, quòd vſura
3 † præter ea, quæ diximus in noſtris Deciſioni-
bus in 1. par. lib. 2. cap. 150.dicitur vſuæra ab
vſu æris, vt dicatur vſura quaſi vſus æris, id eſt
pecuniæ.Nam pecunia, ſecundum Philoſophũ
1.Politicorum, inuenta eſt commutationis, &
tranſlationis cauſa, vt quia difficile erat res ne
ceſſarias ad vſum vitæ deportare ad diſtantia
loca, conuenerunt ementes, & vendentes au-
toritate Principis, vel Reipublicæ, quòd fieret
numiſma de ære, ferro, argẽto, vel auro, quòd
in ſignum recti valoris, & ponderis imprime-
batur numiſmati character, vel imago. Sic
enim de numiſmate cẽſus quæſiuit Dominus
Matth.22. Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcri-
ptio. Verũ, quia à principio, & antiquitus pro
maiori parte fiebat de ære, de ære.n.erat pecu
nia, q̃ vidua obtulit in Gazophilatium Domi
ni. Luc.21. Idcirco vſus pecuniȩ in vſura dici-
tur vſus æris. Vlterius poteſt dici, quòd vſura
dicitur ab urendo, dupliciter. Primo, quia vſu-
ra in augmentum pecuniæ vrit, velut ignis, &
inflammat affectum vſurarij, Ambroſio dicẽ-
te in tractatu de Tobia. c.6. quòd vſura vſum
requirit, vt aduret, & inflammet. Sic enim cre-
ſcente vſura, creſcit in eo affectus pecuniæ in
infinitum, vt dicit Philoſophus. 1. Polit. quòd
pecuniæ non eſt terminus, neque finis. Auarus
enim qualis eſt vſurarius, non repletur pecu-
nia. Eccleſiaſt.5 Secundo, vſura eſt vrens, quia
in ea eſt vrens ignis conſumens, & deuorans
facultates, & ſubſtantias pauperum, à quibus
per vſuram extorquetur pecunia, & ex hoc
4 vſura † vorago dicitur: vnde Ambroſ. in tract.
de Thobia. cap.11. dicit, quòd vſura ſubſtan-
tiam inopis, & pauperis deglutit, & quaſi ma
re magnum omnia abſorbet: ita etiam eſt tex.
in c.1.eod.tit.in 6.vbi text. vſuram voraginem
vocat. Licet quo ad recipientes temporaliter
poſsint dici dulces. vt ff. de his, quæ in fraud.
cred.l.ait prætor. §.ſi quid in fraudem. verſ.ſi
vero paſsim, vbi dicit, vſurarum dulcedinem.
Sed tu dic, quòd etiam quo ad ipſum recipien-
tem dicitur vorago: quia ipſius animam deuo-
rat, vt dicit glo.2.in d.cap.1 Bene igitur vſura
dicitur ab vrendo, quia vrit, & conſumit, & de
uorat animas, & conſumit ſubſtãtiam. Quod
ſi quis dicat animam eſſe immortalem, & per
conſequens deuorari non poſſe? Reſpon. Ioan.
Monach ſecundum Greg. IIII. Dialog ꝙ ani-
ma eſt immortalis quoad viuere, quia illud
nunquam amittit. Sed eſt mortalis quo ad be-
ne viuere, quia perdit per peccatum mortale.

Præterea vſura dicitur ab vſu, eo, quòd pro
vſu pecuniæ pretium quoddã accipitur, quaſi
ipſe vſus pecuniæ vendatur. Eſt autem conſide
randum pro pleniori intelligentia, quòd diuer
ſarum rerum diuerſus eſt vſus. Quædam enim
5 † ſunt, quarum vſus eſt conſumptio ſubſtantiæ
ipſarum rerum, ſicut proprius vſus vini eſt, vt
bibatur, & ſic eo vtendo conſumitur vini ſub-
ſtantia. Et ſimiliter proprius vſus tritici, aut
panis, eſt, vt comedatur, quòd eſt conſum-
ptio ipſius tritici, aut panis, ita etiam proprius
vſus ipſius pecuniæ eſt, vt expendatur pro cõ-
mutatione aliarum rerum, cũ ſecundum Phi-
loſophum ſint inuenta nummiſmata pro com
mutatione rerum. Quædam vero res ſunt, qua
rum vſus non eſt conſumptio ſubſtantiæ ipſa-
rum, ſicut vſus domus eſt inhabitatio: non eſt
autẽ de ratione inhabitationis quòd domus
diruatur quod ſi contingat, quòd domus inha
bitando melioretur, vel deterioretur, hoc eſt
per accidens. Et idem dicendum de equo, &
de veſte, quia igitur huiuſmodi res non con-
ſumuntur per vſum, per ſe, loquendo, ideo
ſeorſum poteſt concedi, aut vendi res ipſa,
aut vſus, vel ſimul vtrumque. Poteſt enim
aliquis vendere domum, retinendo ſibi vſum
habitationis ad tempus, & ſimiliter vendere
vſum, retenta ſibi proprietate domus, & item
vendere proprietatem, & vſum. Sed in illis
rebus, quarum vſus eſt conſumptio ſubſtan-
tiæ, earum conſumptio non eſt aliud, quàm
vſus rei: vnde bibendo vinum, quod eſt vſus
vini, conſumitur vinum, & alienando pecu-
niæ ſubſtantiam, alienatur pecuniæ vſus. vn-
de qui mutuat pecuniam ſub hoc pacto, quòd
reſtituatur ſibi pecunia integra, & vlterius
pro vſu pecuniæ vult certum pretium, ven-
dit ſeorſum vſum pecuniæ, & ipſam pecu-
niæ ſubſtantiam: vſus autem pecuniæ vt di-
ctum eſt, non eſt aliud, quam eius ſubſtantia,
vnde vendit id, quod non eſt, vel vendit idem
bis, quod merito dicitur vſura, cum velit
pre-



pretium pro vſu. Circa ſecundum, ſcilicet cir-
ca definitionem vſuræ, relictis multorum Do
ctorum definitionibus, de quibus per Mar.Soc.
eod.tit.illa mihi videtur verior, quòd ſit lucrũ
6 † quodcunque ex mutuo pacto debitum, vel
exactum, aut principaliter intentum. In qua
definitione ponuntur quatuor. Et primo po-
nitur lucrum. Lucrum autem propriè dicit ſu-
perbundantiam, ſiue incrementum, quod quis
habet ex voluntaria commutatione, vltra
ea, quæ prius erant ſua, aut ſibi debita, facit
tex. in c. forus. de verbo. ſignif. Ad idem, cap.
per veſtras. de donat. int. vir. & vxo. Eſt tex.
in l. mulier. ff. pro ſocio. qui dicit, quòd lucrũ
dicitur, quòd manente ſorte ei accedit, dedu-
cto omni damno, & intereſſe. Et dico incre-
mentum, ſeu commodum temporale pretio
ſcilicet ȩſtimabile, ad excludenda bona cȩle-
ſtia, & ſpiritualia, qualia poteſt mutuans ex
mutatione propter Deũ facta, ſperare, ſicut &
idem poteſt ex quacunque operatione meri-
toria. Excluditur etiã beneuolentia, & amici-
tia mutuatarij, quàm mutuans ratione mutui
aſſequitur, hanc enim poteſt licite mutuans
ſperare, & aſſequi intendere abſque vitio vſu-
ræ. Sed nec bonum temporale ratione mutui
acquiſitum, ſi alioquin debitum ſit, dicitur lu-
crum. Ac pro inde ſi quis mutuat debitori hac
lege, vt vltra capitale, ſoluat decẽ, ſuppoſito,
quòd illa decẽ alioquin mutuatarius deberet,
explicando, quòd illud incremẽtum recipit lo
co debiti prius contracti, tunc nec eſt peccatũ
nec dicetur vſura: cum illa decem vltra ſortẽ
recepta, vt promiſſa, non ſint dicenda lucrum.
Ita Io.à Med. C. de rebus, per vſur. acquiſ.q.1.
verſ. ſecundum, & Reſpondeo: hoc etiam lu-
7 crum † dupliciter conſiderari poteſt, quod
facit vſuram, formale, & virtuale. Primum eſt
realis acquiſitio vltra ſortem, de quo ſupra.
ſecundũ eſt euitatio damni, quando talis vita-
tio damni non eſt alioquin debita, (verbi gra
tia) iuſte quis me perſequitur in iudicio, ſiue
extra, in qua perſequutione ego eram dãnum
aliquod paſſurus ſiue in corpore, ſiue in fãma,
ſiue in bonis: ſi ego mutuo intendens inde à
damno illo, quod alioquin paſſurus erã libera
ri, intendo lucrum virtuale, cum talis damni
vitatio nõ ſit mihi aliàs debita, ideo in tali ca-
ſu talis mutuatio eſſet vſuraria. Inde etiam fit,
vt ſi quis mutuet alteri aliquid ad hunc finem,
ſcilicet vt à ſolutione pȩnæ, cui erat obnoxius,
aut gabellæ, quæ alioquin iuſtè eſſet illi iniun-
genda, liberetur, lucrum prætendit virtuale,
puta uitationem dictȩ ſolutionis, quæ vitatio
non eſt ei alioquin debita, vt ſuppono, ac pro-
inde illic eſſet vſura. Econtra, ſi quis iniuſtè
me perſequitur, ſi mutuata pecunia ceſſat à
perſequutione, licet damnum euitem, quia ta-
men illa vitatio erat debita, nam erat iniuſta
vexatio, tunc non dicor conſequi lucrum, &
per conſequens non vſura ad illum finem mu-
tuare. Et idem ſi mutuet ad finem, ne illi graua
men aliquod per iudicem, aut alium fiat: quia
tunc vitatio grauaminis, cum alioquin ſit illi
debita, non eſſet lucrum. Inde etiam fit, quod
ſi aliquis alteri mutuet cum pacto de ſoluendo
aliquid ratione intereſſe, quod mutuãs ob cau
ſam mutuatarij patitur, cum non prætendat lu-
crum, non erit vſura. Itaque multum confert
ſcire quid nomine lucri veniat intelligendum,
vt ſciamus in quibus caſibus ſit, vel nõ ſit vſura
In propoſito vero noſtro lucrum ponitur pro
genere, facit quod not.in cap. eiiciens. diſtinct.
88. Vbi omnis vſura eſt lucrum, ſed non econ-
uerſò: quia non omne lucrum eſt vſura. Pri-
mum patet: quia ſi quis ex pacto vltra ſortem
mutuatam acceperit, eſt vſurarius.c. quicquid.
14.q.3. Secundum patet, quia in contractu lo-
cationis, & conductionis, & ſimilibus accedit
lucrum, & tamen non eſt vſura. Secundo poni-
8 tur in definitione verbum quicquid, ſeu † quod-
cunque. iuxt. text. in dict. capit. plerique. ad
quod concordat capit. 1 & §. fina. ead. quæ-
ſtio. & cauſa. & gloſ. in l. rogaſti. ff. ad Tre-
bell. Quod quidem verbum eſt vniuerſale.
vt eſt text. & ibi tradit Paul. in Clem. ſi Roma-
nus. de præben. Vnde omnem rem compre-
hendit. l. hæredes mei. in princ. & l. baliſta. ff ad
Trebelian. ſiue ſit pecunia, ſiue ſpecies, ſiue fru-
ctus, ſiue electuarium, vel quodcunque aliud,
d c. plerique: quia qui omne dicit, nihil exclu-
dit. l. à procuratore. ff. mand. c ſolitæ. de maio.
& obed. Item dicit quodcunque, vt compre-
hendat generaliter non ſolum illud, quod con
ſiſtit in actuali datione rerum, ſed in operis, &
in verbali ſeruitio, & ſimilibus, ſiue illud ſit
magnum, ſiue paruum, ſiue modicum. Tertio
ponitur in dicta definitionẽ verbum. Ex mu-
tuo, quod ponitur ad differentiam aliorum cõ
tractuum, in quibus non eſt mutuum, vt loca-
tio, venditio, & ſimiles: nam lucra, quæ ex mu-
tuo vero, vel paliato non acquiruntur, non eſt
vſura. ſecundum not. in cap. in ciuitate, eodem
9 tit. Eſt autem mutuum datio † reuocabilis ali-
cuius rei vſu conſumptibilis. Si enim reuoca-
bilis non ſit, non erit mutuum, ſed vel donatio,
ſi loco eius nihil rependatur, vel alius contra-
ctus. Etſi non ſit res vſu conſumptibilis, quales
ſunt quæ in pondere, vt in maſſa auri, & argen
ti, numero, vt in pecunia, menſura, vt in vino,
oleo, & frumento. l. 2. ff. ſi cert. petat. Inſtit. qui-
bus modis contr. oblig. in princip. non erit
mutuum, ſed vel commodatum, vel loca-
tum, aut aliud huiuſmodi. Differunt autem
mutuum.

mutuum, & commodatum in multis: & pri-
10 mum, quia mutuum fit† in rebus vſu conſum-
ptibilibus. Commodatum vero in his, quæ nō
ſic vſu conſumuntur. Item in commodato re-
ſeruatur dominium, ſimul & actio ad rem cō-
modatam eandem numero, quæ ſi abſque cul
pa commodatarij pereat, nō ipſi, ſed commo-
danti perit. Sed in mutuo vſus ſimul, & domi
nium rei mutuatæ in mutuatarium transfer-
tur, inde mutuum dicitur, quia de meo fit tuū.
l. 2. §. appellata. ff. ſi cer. pet. Hinc ſi mutuatum
qualitercunque, vel ex culpa, vel ſine culpa pe
reat, ipſi, non mutuanti perit. Rurſum rem cō-
modatam eandem in ſpecie quis tenetur red-
dere, ſed rem mutuatam non eandem in ſpe-
cie, ſed aliam in genere eiuſdem bonitatis. Nō
enim eoſdem centum florenos, quos quis mu
tuo accepit, vel ſextarios frumenti vel decem
amphoras vini tenet̄ reſtituere, ſed alios eiuſ-
dem bonitatis, & æqualis valoris. Pro his facit
tex. in l. ſecnnda. ff. ſi certum petatur. vbi dici-
tur: Mutuum damus recepturi non eandem ſpe
ciem, quam dedimus, alioquin aut commoda-
tum erit, aut depoſitum, ſed idem genus. ita
Ioan. Andr. in regu. peccatum. & Turrecrema.
in cap. ſi fœneraueris. 14. quæſtio. 3. Conueniūt
11 † autem mutuum, & commodatum, quia de
ſui natura debent eſſe gratuiti, nam ſi mutuū
non eſt gratuitum, eſt vſura. Sed ſi pro com-
modato aliquid exigitur, non eſt vſura, ſed de
ſinit eſſe commodatum, & tranſit in alium
contractum, ſcilicet commutationis, aut loca
tionis, vel venditionis, aut emptionis. Com-
mutationis (inquam) ſi exigatur, aut recipiatur
aliqua res pro re, quando commodata eſt. Em
ptionis, & venditionis, ſi recipiatur pecunia, lo
cationis, ſi accipiatur pecunia pro vſu rei, vt
fundi, vel domus, at ſi alia res, & non pecunia
recipiatur, erit contractus innominatus, i. do
vt des, vel vt facias, & omnes iſti contractus li
citi ſunt laicis. Turrecr. qui ſupra.

12 Rurſum mutuum † eſt duplex, formale, ſcili
cet & interpretatiuum. Primum fit, quando
res mutabilis actu de mutuante in mutuata-
rium trāsfertur, vt eadem in genere reddatur.
Secundū fit emptione, & venditione, vt quan
do in emptione pretium rei anticipatur, vel
differtur ſuo tempore ſoluendum. Vbi licet for
ma contractus ſit emptio, & venditio, tacite
tamen ipſa pretij anticipatio, aut ſolutionis di
latio eſt ſuo modo mutuatio. verbi gratia. E-
mens agrum, vel bladum ſeminatum pro mi-
nori quàm valeat, vel quam aliàs empturus eſ-
ſet pro eo, quod ſoluit pretium, prius quam
accipiat rem emptam, dicitur vſurarius, quia
videtur ibi eſſe ratio mutui, cum ſoluat pre-
tium rei emptæ antequam eam recipiat, cum
tamen ex vi emptionis ſtatim recipere debe-
bat. Sic qui vendit bladum, vel aliud, plus
quam valet, ex eo, quia differtur ſolutio, vide-
tur venditor emptori mutuare pretium rei em
ptæ, quod ſtatim ex vi emptionis ſoluere tene-
batur, cum iam recepit rem ſibi venditam, &
quia ratione talis mutui aliquid plus recipit,
ideo cadit ibi vſura. ita Turrecrem. in cap. ſi
fœnerauerís. 14. q. 3. notatur in cap. in ciuita-
te. & in cap. nauiganti. de vſur. Et ita confor-
miter ad huiuſmodi duplex mutuum, tacitum
ſcilicet & expreſſum: ita etiam eſt duplex vſu
ra, expreſſa, & palliata. Sedes itaque & funda-
mentum vſuræ mutuum eſt.

Rurſum quemadmodum in qualibet re na-
turali duo ſunt principia, principium materia
le, & formale, vt in domo materia ſunt lapi-
des, cementum, ligna, & huiuſmodi, forma ve
ro eſt ipſa formalitas domus, ſcilicet latitudo,
13 & longitudo, ita in † contractu vſurario, ma-
teriale eſt ipſum mutuum, quia vſura non gi-
gnitur niſi ex mutuo, & formale eſt ipſa ex-
actio lucri ex pacto expreſſo, vel tacito. ita Io.
And. in dicta regula, peccatum. num. 7. Zabar.
in cap. in ciuitate. q. 1. num. 5. eod. tit. Tertio po
nitur in definitione verbum, pacto. Vbi tangi-
tur alia differentia, nam excluditur lucrum ac
14 cedens ex liberalitate: quia † illa oblatio, vel
donatio præſumitur eſſe grata, & libera, quā
non præuenit petitio, vel obligans pactio, &
per conſequens illius oblati licita eſt receptio,
vt dicit Ioan. And. in d. reg. peccatum: nam
poſſumus licitè recipere, quæ etiam prohibe-
mur petere, ſicut patet 1. q. 2. cap. ſi Epiſcopū.
vbi dicitur, quòd pro ingreſſu non licet pecu-
niam exigere, ſed ſponte oblatum licite reci-
pere: cuius ratio redditur ibi autoritate Gre-
gorij dicentis, quòd oblatio nullam culpæ ma
culam ingerit, quæ non ex ambientis petitio-
ne proceſſit. Et de hoc patet ſimile. argum. in
cap. quam pio. ead. quæſt. & 18. diſt. cap. de eu-
logijs. Hinc infertur, quòd mutuans, qui ali-
quid à mutuatario recipit, non quaſi exigens,
nec ex aliqua obligatione tacita, vel expreſ-
ſa, ſed ſicut gratuitum donum, non eſt vſura-
rius, nec peccat in recipiendo, & ratio eſt: quia
etiam antequam mutuaſſet pecuniam, lici-
tè poterat aliquod donum gratis recipere, er-
go etiam poſt mutuationem: Non enim de-
bet eſſe peioris conditionis per hoc, quòd mu
tuauit. ita Turrecrem. in cap. putant. ibi, ſecun-
da concluſio. 14. quæſt. 3. Quarto ponitur in
definitione debitum. Vbi notandum, quòd va-
15 rijs † modis poteſt mutuanti aliquid eſſe de-
bitum à mutuatario. Et primum eſt debitum
naturaliter tantum, & in genere, quod dicitur
ad antidora, ideſt vt benefacienti benefacia-
mus,



mus, & talem naturalem obligationem nullo
modo poteſt mutuans deducere in ciuilem,
ideſt, in pactum, ad certam, & determinatam
actionem, puta ad remutuandum, ad emen-
dum de officina ipſius mutuantis, aut agros
eius colendum. &c. quia talis obligatio pa-
cto acquiſita vſura eſt cum ſit aliquid pretio
ęſtimabile. ita tenet glo. 14. quęſt. 3. cap. 1. &
per Goff. in ſum. eod. tit. §. ſi. Rayn. & Hoſt.
& eſt glo. in Clem. vni. eod. tit. Secundū dici-
tur debitum ex charitate, & non ex iuſtitia,
quod ſi omittatur, peccatum eſt ſed non iniu-
ſtitia, qualia ſunt opera indigenti impenſa ad
eum curandum, ſi morbo laboret, vel ad eū
defendendum, ſi iniuriam patitur. Et pro hu-
iuſmodi operibus mutuare vſura eſt cum talia
opera ſint pretio æſtimabilia: poteſt enim Me
dicus pro ſua curatione, & defenſor pro ſua
defenſione ſtipendium, & mercedē recipere,
vt alias diximus. Tertium dicitur debitum,
cuius non ſolutio, non ſolum eſt peccatum,
ſed etiam iniuſtitia, vt debitum contractum
ratione delicti, vt furti, vel rapinæ aut cōtra-
ctus, & mutuare alicui, vt præter ſortem illud
ſoluat, non eſt vſura, cum non ſit pretio ęſti-
mabile, nec pro ipſa debiti ſolutione licitum
eſt mercedem recipere, ſicut eſt in alijs debitis
prius expoſitis. Igitur vſura eſt lucrum ex mu-
tuo pacto debitum primo & ſecundo modo,
non autem tertio. Quarto & vltimo ponitur
in definitione principaliter intentum: vbi in-
quirendum a nobis eſt quando lucrum ſpera-
tum reddat mutuationem vſurariam vbi ad-
notandum eſt ſecundum Alex. de Ales, quòd
16 ſecundum leges humanas voluntas † ſola non
facit vſurarium, quia lex humana manū cohi-
bet, & non animum, ſed ſecundum legem di-
uinam, quæ animum cohibet, ſola voluntas
facit vſurarium, ſicut ſola voluntas occidendi
hominem facit homicidam. 1. Io. 3. Qui odit
fratrem ſuum homicida eſt. Similiter ſola vo-
luntas fornicandi facit fornicationem. Mat. 5.
Qui viderit mulierem ad concupiſcendum, iā
męchatus eſt incorde ſuo. Non tamē omnis
17 voluntas † acquirendi aliquid vltra ſortem
abſque pacto facit quem vſurarium, ſed tan-
tum intentio, & voluntas principalis acqui-
rendi aliquid, alias non mutuaturus, ita colligi
tur ex c. ſi fœneraueris. 14. q. 3. cap. 1. cap. con-
ſuluit, extr. de vſur. quia tunc lucro ſubſecuto
in foro animæ tenetur ad reſtitutionem, licet
gratis fuerit illud oblatum à mutuatario. Ita
tenet Hoſt & Io. Andr. in d. c. conſuluit. Ray. in
ſum. & Goff. vt refert Henr. Boich. in cap. in ci
uitate. num. 10. eod. titu. Verum ſi lucrum non
fuerit ſubſecutum, tunc eſt voluntarie vſura-
rius quo ad Deum, qui cor reſpicit, & non ma
num. 22. q. 5. cap. qui peierare. 14. q. 5. capitu. fin.
de pœnit. diſt. 1. capit. nunquam. & debet de il
la praua intentione pœnitentiam agere, & cō
fiteri, non tamen reſtituere, cum nihil recepe-
rit vltra ſortem ſi vero poſt mutuum abſq; ta-
li ſpe lucrandi, ſed gratis factum, ſubſequitur
intentio, ita vt oſtēdat ore, vel opere, vel gerit
in mente ſe aliquid velle vltra ſortē, quod po-
ſtea eſt conſecutus, tunc vſurarius eſt. arg. 1. q.
1. c. eos. in fi. ff. de calumn. l. 1. § qui autem. & te
netur reſtituere Mar. Soc. eo. ti. nu. 20. At ſi gra
tis mutuauit ob charitatem, et gratis aliquid re
cepit, tunc nec peccat, nec vſurarius eſt, ne pe-
ioris conditionis efficiatur mutuans, quàm nō
mutuans. arg. de reg. iur. c. factum legitime. lib.
6. cum ibi not. 23. q. 5. c. de occidendis. in fi. Ex
18 his igitur collige, quòd vſura † mentalis, quæ
obligat ad reſtitutionem, eſt, quando quis mu
tuat cum intentione antecedenti, ſeu contem-
poranea cum mutuo, vt quando ante mutuū,
vel mutuando habebat animum, aliàs nō mu-
tuaturus habendi aliquid vltra ſortē, vel quan-
do ſubſequitur intētio ad lucrum, vt quia poſt
mutuum gratis celebratum ſubſecuta eſt pra-
ua intentio. Prima dicitur, mutuatio vſuraria,
& lucrum vſurarium. Secunda dicitur mutua-
tio none vſuraria, ſed receptio lucri ſic. Tertia
vero quando gratis mutuat, & gratis aliquid
recipit, dicitur neutrum eſſe vſurarium. Reperi
tur etiā mutuatio vſuraria, ſed lucri receptio
non, vt quando animo corrupto mutuat, ſed
poſtea animo depoſito lucrum à mutuatario
ſponte, & liberaliter oblatum recipit. Rurſum
19 aliud eſt mutuare † cum ſpe lucri, & aliud pro-
pter ſpem prout colligitur ex gloſſa in interli-
neari. 1. ad Corint. 9. vbi ait, quòd aliud eſt ara-
re in ſpe, aliud vero propter ſpē. Mutuare pro-
pter ſpem eſt, quod vſurariū eſt, & à Chriſto
prohibitum Non autē mutuare cum ſpe. Cum
enim de quolibet liceat ſperare, quod faciet
omne illud, ad quod erit obligatus, & ſciam
ex beneficio mutui hominem obligati ad gra
tiam conſimilem, vel maiorem, poſſum licite
ſperare quod ſit facturus, ſed non debeo pro il
la gratia ſperata, aut propter illā mutuare. ita
Io. à Medi. de rebus per vſur. acquiſi. q. 1. circa
finem, vt igitur concludamus mutuare propter
ſpē ideſt propter lucrum principaliter intentū.
i. ſperatum, ita vt illa ſit cauſa finalis alias non
mutuaturus, eſt vſura. Non tamen prohibe-
tur mutuum factum cum ſpe circa illud, ad
quod tenetur vnde poteſt mutuans ſperare il-
lud, ad quod tenetur accipiens: quia in conſi-
mili caſu neceſſitatis tenetur ſibi dare mutuū.
vnde poteſt illud ſperare ab accipiente non
tamen ex vi mutui, ſed ex charitate accipien-
tis mutuum: Mutua enim beneficia accendunt


charita-

charitatem,& quia etiam ex præcepto Dei de
bet indigenti mutuum dare. Vnde conceden-
dum eſt,quòd mutuans poteſt ab eo, qui reci-
pit in ſimili caſu ſperare mutuum:quia ad hoc
tenetur. Aliàs tamen ſi hac intentione tradi-
dit ſibi mutuum,non eſt meritorium;quia non
ponit Deum finem. vnde dicitur Luc 6.& ha-
betur in c.conſuluit. extr.eod. Mutuum date,
nihil inde ſperantes ſupple ab homine,vi mu-
tui,ſed à Deo.ita Turrecr.in c.ſi fœneraueris.
nu.5.verſi.his habitis.14.q.3.vbi nota verbum.
20 Nihil, ſiue † ſit pecunia, ſiue ſit aliud. Vnde
Hieron.ſuper Ezech.c.6.& habetur in gl.ſuper
Exod.c.18. putant quidam vſuras tantum eſſe
in pecunia, quod præuidens diuina ſcriptura,
omnis rei aufert ſuperabundantiam, vt non
plus accipias quàm dediſti. Quidam enim ſo-
lent pro pecunia fœnerata, & maximè à ruſti
cis munuſcula diuerſi generis accipere,& non
intelligunt ſcripturam;vſuram ſuperabundan-
tiam appellare,quicquid illud eſt.ſi abſque eo,
quod dederint plus acceperint.Item Ambro-
ſius. Plerique refugientes præcepta legis, cum
dederint pecuniam negotiatoribus,non in pe-
cunia vſuras exigunt, ſed de mercibus eorum
aliqua vſurarum emolumenta percipiũt. Ideo
audiant quid lex dicat. Neque inquit eſcarum
vſuram accipies,neque omnium rerum.Et ca-
pitur ex illo tex.Deuteron.33.Non fruges,nec
aliquam aliam rem. Item ſubditur ratio. Eſca
vſura eſt, & quodcunque ſorti accedit vſura
eſt, quod velis nomen imponas. Ex his ergo
21 conclude vſuram poſſe dupliciter † capi, vel
pro peccato vſuræ,ſeu contractu vſurario, vel
pro commodo,ſeu lucro vſurario. Si ſecundo
modo accipiatur,manifeſta eſt definitio ſupra
poſita, ſcilicet, quòd vſura eſt lucrum ex mu-
tuo pacto debitum,vel exactum, aut principa
liter, ideſt finaliter intentum. Si vero primo
accipiatur.vt peccatum importat,ſeu contra-
ctum vſurarium, erit ſenſus definitionis talis.
Vſura eſt mutuatio, ex qua lucrum ex mutuo
pacto debetur,& exigitur, vel principaliter in
22 tenditur, ideſt, ſperatur. Vbi nota † diuerſas
ſpecies vſuræ.Quædam pactionalis,& eſt ipſa
mutuatio adiecto pacto lucri intenti. Item ex
actionalis, & conſiſtit in exactione, qua poſt
factam mutuationem lucrum exigitur.Eſt de-
nique realis,& conſiſtit in receptione lucri ob
mutuum factum,& mentalis, & cõſiſtit in ſpe
lucri principaliter intenti, in quibus omnibus
peccatum vſuræ committitur ſub nexu reſti-
tutionis. Iura etiam ciuilia loquendo de vſu-
ris,frequenter vtuntur his vocabulis,videlicet
centeſimas,ſemiſſes.vt l.fi.C. de vſur.rei iudic.
l.qui ſemiſſes.ff.eo.cum ſimil. Item trientes:itẽ
beſſes, de quibus omnibus loquitur text. in l.
eos.C.eod.tit. Cẽteſima vſura dicitur,quæ ſor
ti in anno comparatur, vt dicit glo. 46.diſt.c.
quoniam. Et hæc in traiectitia pecunia, quæ
ideo ſic dicitur, quia trans mare vehitur.l.1.ff.
de naut.fœn. vſque ad centeſimam tãntum lici
tum erat ſtipulari.d.l.eos.ſemiſſes vſuræ dicun
tur, ſecundum quas ſingulis annis quinquagin
ta pro centum dantur. Sed trientes,ſecundum
quas ſi ſors eſt centum, habita ratione ad an-
num, debentur triginta tria, & vnum tertium.
Beſſes vero poterant ſtipulari vſque ad duas
partes centum, habita ratione ad annum. ita
Mar.Soc.de vſur.nu.11.vſque ad 16. Eſt etiam
& alia vſura iuſta,quæ eſt ſpiritualis,de qua lo
quitur Aug. Miſer homo cur fœneraris homi-
ni, fœnerare Deo, & centuplum accipies; De
hac loquitur text.46.diſt.c.ſicut.de pœn.diſt.1.
c.medicinæ,ſed iſta cum nõ deſcendat ex mu-
tuo,ſed ex donatione,dr̃ longe improprie vſu
ra, ac ſi velit dicere Augu. ꝙ licet in fœnore
magnum ſit lucrum, longe tñ maiora ſunt in
his,quæ dantur amore Ieſu Chriſti. Sed modo
deueniamus ad aliquas Deciſiones pertinen-
tes ad definitionem, quarum prima eſt.

Cum lucri appellatione veniat incremen-
tum omne, præter ea, quæ ſunt ſibi debita, vt
ſupra diximus.nu.6.Hinc infertur, non ſolum
non eſſe vſuram, ſed nec peccatum per viam
23 † mutui conſequi id,quod aliàs erat debitum,
etiam quando alia via poſſet mutuator rem
ſuam recuperare, modo explicet mutuatario
ſe illud incremẽtum exigere loco debiti prius
contracti,ita vt dicat, Mutuabo tibi hac lege,
vt decem,quæ aliàs mihi debes,ſimul cũ capi-
tali ſoluas,nam tunc nec lucrũ ex mutuo quæ-
rit, nec fraudulenta eſt huiuſmodi compenſa-
tio,ſed aperta,accedente inſuper debitoris cõ
ſenſu,aliàs ceſſante debitoris conſenſu ſi vltra
capitale illud debitum exegerit, licet non ſit
vſura, eſſet tñ fraudulenta huiuſmodi recom-
penſatio,& ita peccaminoſa, cum non ſit lici-
tum proprium debitum propria autoritate,&
clam recuperare. gl.in c.ius gentium. diſt. 1.vt
ſupra in prima parte. lib.2.c.93. nu.9. diſſerui-
mus, quando alia via iuſta poteſt debitor rem
ſibi debitam recuperare,quamuis ad illius re-
ſtitutionem non teneatur.
24 Secunda. Cum vſura ſit de ſe malum† quia
eſt quædam ſuperabundantia ſorti accedens
in mutuo vitioſa,& contra legem Dei, & con
tra legem gratuiti, ideo dicta ſuperabundan-
tia nunquam poteſt exigi ipſa remanente ſub
ratione illiciti, & mali, quia ipſa remanente
ſub ratione mali non cadit in ea diſpenſatio,
ſicut probatur in cap.ſuper eo.eod.tit.Si tamẽ
eſſet aliqua circunſtantia, quæ poſſet tollere
rationem vitij ab iſta ſuperabundantia, tunc
liceret



liceret mutuanti talem ſuperabundantiam exi-
gere vltra ſortem, ſicut eſt in quibuſdam ca-
ſibus, de quibus per nos in 2. par. lib. 2. cap.
106. De caſibus,in quibus permittitur vſura in
tellige, nõ vera, ſed ſimilitudinaria, vt ratione
25 intereſſe, † Debitor enim ex cuius non ſolu-
tione creditor dãnificatur notabiliter, tenetur
ſecundum iuſtitiam ſatisfacere creditori in fo
ro conſcientiæ ad intereſſe. extr. de fideiuſ. c.
peruenit. quo caſu, quia non gratia, aut vſus
rei mutuatæ aliquid accipitur, ſed ratione in-
tereſſe non eſt vſura. Alius caſus eſt, quando
eccleſia accipit in pignore à vaſallo ſuo feu-
26 dum, † quod tenet ab eodem, nam tunc fru-
ctus non computantur in ſortẽ, ita tamen vt
vaſallus interim non teneatur ad ſeruitium. ex
tr. de feud. cap. 1. cap. conqueſtus. extr. eod.
Hoc autem non eſt accipere vltra ſortem gra-
tia mutui, aut vſus rei, ſed gratia recuperatio-
nis rei ſuę de manu laici, vt habetur. in ead.
decret. Zabar. in c. in ciuitate. oppoſ. 6. eod.
tit. quia tũc dominium vtile cum directo con-
ſolidatur, & ad dominũ ipſum vtrumque per-
27 tinet. Item quando clericus † redemit poſſeſ-
ſionem temporalem alicuius eccleſiæ ſibi
aſſignatam pro beneficio à laico, qui tenet eã
iniuſtè, nam ſi clericus mutuando illi pecuniã
acceperit illam in pignus, tunc poteſt mu-
tuans fructus eius, & rẽ vltra ſortem recipere,
cum non fiat cauſa lucri, ſed vt reuertatur ad
eccleſiam, quæ aliàs forte recuperari non po-
terat. Et nec eſt vſura, quia recipitur tantum
ſuum. extr. eod. cap. 1. & cap. conqueſtus.
Quod Rich. in 4. diſt. 15.art. vlt. q.5. extendit
generaliter ad quemcunque, qui mutuat illis,
qui violenter, vel fraudulenter rem ſuam deti-
nent, nam mutuans nõ tenetur reſtituere illud,
quod accepit vltra mutuũ: quia ſic non acci-
pit alienum, ſed trahit ad ſe illud, quod ſuum
eſt. per d. c. 1. in tex. & gloſſa. Rurſum, quan
28 do ſine omni pacto † datur aliquid gratis ob-
latum, modo aliqua concurrant. Et primum,
quòd huiuſmodi oblatio ſit ſpontanea,& libe
ralis datio,qualis non eſſet, quãdo metus quo
timeret mutuantem non amplius illi mutuatu
rum, cauſam præſtaret. Qualiter vero poſſet
præſumi, quòd nõ gratis, & liberaliter munus
offertur, ſed vel vt terminus ſolutionis ſortis
prorogetur,quod eſt ſecundo mutuare, vel vt
poſtmodum cum ipſe oblator indiguerit, illi
mutuetur.Dic,quòd hoc poteſt colligi, quan-
do munus offerens eſt paupertate preſſus, aut
illiberalis, qui talia munera liberaliter offerre
non ſolet.Vel ſi mutuator,verbis,aut ſignis in-
ſinuauit ſe aliquod munus ex mutuo ſperare,
etiam ſi iocoſe id dixerit, ſed mutuatarius id
ſerio dictum eſſe acceperit,vnde aliquod mu-
nus poſtea offert, nam tunc his, aut alijs caſi
bus exiſtentibus, rationabiliter præſumi po
teſt donationem non ſponte factam. Secun-
dum requiritur, vt mutuans ſponte oblatum
non tanquam ſibi ratione mutui debitum,ſed
tanquam ſponte donatum recipiat. Tertium,
quòd talis rei donatæ receptio, nec aliorum
ſit ſcandalizatiua, nec ipſius recipientis infa
matiua ita Ioan. à Medi.C.de reb.per vſu. ac
quiſ.quæſt.3.verſi. Tertia cauſa. ſed in quo ca-
ſu teneatur ad reſtitutionem diximus ſupra.
num.18.
29 Item in contractu locationis † non poteſt
committi vſura:quia illud, quod accipitur pro
re locata eſt merces, & non vſura. Et ſi tu di-
ceres, quare eſt merces, & non vſura, ſicut in
contractu mutui. Dico, quia ex re locata vſus,
& fructus rei differunt ab ipſa re,nec alienatio
ne,aut conſumptione fructus, vel vſus conſu-
30 mit res,vt in mutuo.Præterea † mutuum mul
tipliciter differt à locatione.Primum,quia mu
tuum dicitur contractus gratuitus, vnde dici-
tur:Mutuum date, ſed locatio dicitur contra-
ctus iuſtitiæ,& æquitatis.Mutuum ergo de ſui
natura debet eſſe gratuitum, aliàs venditur
charitas, & gratia, quæ in mutuo communi-
catur. Quæ venditio nihil aliud eſt, quàm abu
ſio,& corruptela charitatis:in locato vero nõ
ſic eſt, vt de ſe patet, & ideo etiam in rebus
conſiſtentibus in pondere, numero,& menſu-
ra locatis, poteſt aliquid recipi vltra ſortem.
Secundo differt ratione proprietatis, nam in
locato remanet proprietas locantis non autẽ
in mutuo, cum transferatur in mutuatarium.
ita Ioan.And.in cap. fina.eod.titu. Tertio dif-
fert ratione vtilitatis: nam ex locato homo re
cipit fructum.88.diſt.cap.eijciens. ſed ex pecu-
nia mutuata non. Quod ſi quis obijciat ma-
iorem fructum quem percipere ex denarijs,
quàm ex agro, vt docet experientia.Reſpon-
detur, illud eſſe principaliter ex induſtria ho-
minis,& ingenij.ita cõm. Doct.vt refert Mar.
Soc.eod.tit.nu.69.
31 Rurſum nec in† contractu emptionis vero,
quia licet aliquid accedat vltra iuſtum pre-
cium, non eſt vſura: quia illud non recipitur
vltra ſortem. ſed de ſorte. Et idem dicendum
de fructibus perceptis ex re empta. Item nec
in commodato, vt colligitur ex his,quæ ſupra
diximus.num.11. Præterea alius caſus habetur
14.quæſtio.4.cap. ab illo. vbi Ambroſ. Ab illo
32 exige † vſuram, cui nocere merito deſideras.
Cui iure inferuntur arma, huic legitimè infe-
runtur vſuræ. Quem bello vincere non potes,
ab hoc vſuram exige quæ neſcit crimen occi-
dere. Si autem in tali caſu aboletur, vitium
vſuræ eſt, quia hoc non fit ſpe lucri, ſed zelo


fidei,

fili, & charitatis, vt inimici fidei debilitentur, & etiam, quia bona non ſunt eorum, qui impugnant fidẽ, ſed iure debentur alijs, quare etiam dixerunt aliqui, quòd ab hoſtibus licitè poſſumus accipere vſuram, nam omnia eorũ poſſumus licitè auferre, vt habetur 23.q.7.c.1. & 2. Et quibuſcunque inſidijs poſſumus nocere eis. 23. q 2. cap. Dominus. Hinc ſecundum aliquos, Chriſtianus poteſt accipere à Iudæis, & Sarracenis vſuras, ſicut à cæteris hoſtibus Chriſtianæ fidei, ſed alij, vt nos diximus ſupra tit. de Iudæ. circa finem, intelligunt dictum Ambr. negatiuè. Scilicet ab illo, exigere vſurã cui nocere merito deſideras, quaſi dicat, nulli debes deſiderare nocere, ergo à nullo debes exigere vſuras, vel vt dicit Turrecr. in d. cap. Ambroſius dicit ibi vſuram aliquam vrgentẽ & immoderatam exactionem vt tributum quã hoſti imponere poſſumus, vt affligatur, & opprimatur Et hoc innuit litera, vbi dicit, qui fuerit vſurarius exactor inimici Igitur ex his omnibus caſibus ſupra numeratis, & alijs, de quibus in prima parte.lib.2.cap.106.nunquam lucrum, vel aliquid ſupra ſortem recipitur ratione mutui ſed vel ratione feudi.c. 1.extr. de feu. vel ratione beneficij violenter occupati. cap.1.de vſur.vel ratione dotis.cap. ſalubriter. eod.tit.vel ratione intereſſe.c.conſtitutus, de fideiuſ.vel ratione liberalis donationis. facit tex.1.q.2 c. ſicut Epiſcopum vel ratione moræ, vel ratione pœnę.20.q.2.cap.in legibus.vel ratione retraditionis rei venditæ.glo. in c.conqueſtus.eod.tit.vel ratione dubij.c.nauigati.de vſur.vel quando pecunia locatur ad pompam. vt not. in d.cap.conqueſtus, vel quando accipitur vſura ab inimicis fidei.cap.ab illo.14.q.4.ſecundum aliquos.

34 Tertia. Debitor, qui † accepit pecuniam ſub vſuris, ſi poſtea eandem mutuauit amico ſuo, vt reſtituat ſortem, & vſuras deinde currentes, talis mutuans non eſt vſurarius, & nec peccat, quod intellige ſecundum Ioan. Cald.in cap.nauiganti. extr. de vſur. quando mutuans tunc omnino intendebat ſatisfacere vſurario de illa pecunia, quam ſocio mutuauit. ad hæc 14.q.4.cap. ſi quis oblitus, ibi, aliqua incrementa, quia in hoc caſu nihil ſibi lucri acquirit, ſed tantum damnum euitat. Nec enim cum ſuo damno tenebatur ſocio ſubuenire.23.q.5.cap. ſi non licet: ſolum ergo damnum euitat, vnde pecunia nihil ſibi germinat, & ideo in eo deficiunt rationes definitionis vſuræ.arg.14.quæſt. 3.cap.plerique. vbi vero tunc non intendebat ſatisfacere vſurario, ceſſant prędictæ rationes, & ideo tunc peccat, & tenetur, ſi à ſocio vſuras recepit, ad illam reſtitutionem.

35 Quarta. Mutuaui † pecuniam communitati hoc pacto, quòd durante termino non tenerer ad collectas. Reſp Spec.in tit.de vſur.verſic.ſed pone, quòd talis non eſt vſurarius, quia lucrum non capit, ſed damnum euitat. Io.vero Calder.dicit, quòd ſi collectæ imponendæ eſſent ex certo, quòd iſte non excuſaretur: niſi in propatulo eſſet, quòd eſſent iniuſtæ: vt nos diximus in prima part.lib.2.capit. 104.nu. 10. Si vero dubitatur, an durante debito aliqua ſit imponenda, vel non, tunc verum eſt dictum Specul. quòd excuſaretur. per capitu. nauiganti. ratione dubij. ſed Card. in cap. conſuluit. [illegible] contrarium, etiam in dubio, quòd etiam in collectis extraordinarijs in quibus eſt veriſimile dubium an imponantur, nõ ſit excuſatus mutuans à peccato vſuræ, quia tunc dubietas excuſat, quando indifferens eſt ad lucrum, & damnum, ſed hoc certum eſt, quòd non, niſi lucrum contingere poteſt. igitur ſiue quis mutuat vt ſit liberatus à collectis ordinariis, ſiue extraordinariis contractus eſt vſurarius, niſi in propatulo eſſet, quòd eſſent iniuſtæ.

36 Quinta. Iniurias intuli Petro, † quamobrem mihi inimicatur, propter quod oportet me ſubire expenſas tot florenorum in menſe in famulis, quos mecum tenere oportet armatos, vnde ipſi Petro egenti mutuo centum, cum pacto vt mihi remittat iniuriam, vel ſine pacto, ſed principaliter hac ſpe ductus vt beneuolentia, vel venia ab eo accepta ceſſent expenſæ prędictę, non autem ex aliqua charitate, quam ad ipſum habeam, nunquid peccẽ, vel ſim vſurarius. Reſp. quòd iſte non ſit vſurarius: quia licitum eſt alicui ſuam vexationem redimere. cap.dilectus.de ſimon. Et non obſtat, ſi dicas, quòd iſta damnieuitatio cum ſit iuſta qa dedi cauſam delictio eſt pecunia ęſtimabilis, & per conſequens ſit vſura cum non poſſim redimere vexationem.arg.de æta.& qual.c.1.nam negatur, ꝙ ſit iuſta, quia licet peccauerim iniuriãdo, iſte tamen peccat in vindicando. Nam, vt ait Apoſt.ad Ro.c 12.Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus, & per conſequens cum nihil lucri percipiatur, ſeu paciſcatur, ſeu ſperetur, ſed ſolum damnum, quod me ſubire facis propter timorem vindictæ euitetur, non eſt vſura ob illum finem mutuationem facere. arg.eorum quæ notat gloſſ.14.q.4. capit. quoniam multi, quæ dicit ꝙ vſuræ poſſunt peti, vt damnum euitetur. vide quæ diximus in prima par.lib.2.c.101.nu.4.& 5.

37 Sexta. Adeo eſt execranda vſura, † vt nec pro redimenda anima captiui poſſit exerceri.eodem titu.capitu.quia.& cap. quoniam. & c.ſuper eo. Non enim prætextu pietatis eſt impietas exercenda, & committenda.1.q.1. capi. non



non eſt putanda. de conuerſ. Infid.cap.1. 14.q. 5.cap.2. & c. ne quis. Hinc infertur, quòd non eſt licitum mutuare cum pacto, vt dẽt aliquid pauperibus. arg. tex.in d. c. nõ eſt putanda, cũ vſura ſit omni iure prohibita. vt nos diximus in 1.par.lib.2.c.103. ob ſex canſas, quas ibi nu. 7.aſſignauimus ſi quis tamen velit videre xix. rationes, quibus prohibetur vſura videat Mar. Soc.eo.tit.à nu.30. vſque 56.

Septima. Ex quo vſura prohibita eſt veteri & nouo teſtamento, & omni iure, vt nos aliàs diximus. & per Archid. in d. cap. 1. de vſur. in
38 6. Hinc fit, † quòd ſit crimen eccleſiaſticum, de quo plene per Io. Andr. in d. cap. 1. & Io. Mo. qui finaliter videntur concludere, quòd etiam de tali crimine per iudicem ſęcularẽ poſſit cognoſci in his caſib. & primus eſt. quãdo ceſſante conſuetudine vt eccleſiaſticus tantũ cognoſcat, quæſtio vſurarum de duceretur in iudicio, non vt vſura, ſed vt intereſſe ſecundũ not.per Innoc. in c. 1. eo. tit. & Doct. in cap. conqueſtus. eod. titu. ita Gulielm. in Clemen. 1. eod. tit. Secundus, quando in foro iudiciali eſſet quæſtio ſuper facto, ſcilicet an vſura ſit ſoluta, vel non. Ita Do. Ant. in c. cum ſit, de foro compe. probatur in c.poſt miſerabilem, eod. tit ſecundum Doct. Et eodem modo poterit tunc cognoſcere eccleſiaſticus. facit cap. ad noſtrã, el.2.de iureiur. Zabar.in d. Clement. 1. q. 18. vbi num. 41. ponit exemplum, vt ſi petitur fructus cõputari in ſortem, qui dicũtur fuiſſe centum, alius dicit, quòd quinquaginta? vel ſi debitor dicit ſe reſtuiſſe ſortem, creditor negat, vel dicit ſe ſoluiſſe quinquaginta, & creditor, quòd viginti, & tunc de his cognoſcit iudex ſæcularis, vide etiam Zabar. in cap. cũ ſit, de de foro comp. vbi etiam dixit, quare crimen vſurarum eſt eccleſiaſticum. In his etiã caſibus tantum cognoſcit Eccleſiaſticus. Primus ſi conſuetudo diſponat, ꝙ Eccleſiaſticus tm̃ cognoſcat. per not. in c. 2. de excep. lib. 6. Secundus, quando quæſtio vſurarum deducitur vt vſura, & in foro pœnitentiali, quia tũc eccleſiaſticus tantum cognoſcit, arg. cap. noua, & cap. omnis, de pęnit. Tertius, quando eſſet quęſtio in iure, an ſit contractus vſurarius, vel non: & ita Lapus dicit curiam ſeruare, vt refert Gemin. in cap. 1. eod tit. & ibi Fran. in 6. De hoc etiam vide Bar. in l. Tertia. ff. ſolu. matr. Exemplum poni poteſt. Inſtrumentum mutui purum in ſui forma impugnatur de fraude vſurarũ, ita, quòd actor dicit inſtrumentũ vſurarum, & reus negat, tunc dicitur quæſtio vſuraria, & cognoſcit eccleſiaſticus, & videtur caſus in cap. illo vos. de pign. vbi vnus dicebat fundũ eſſe vẽditum, alter dicebat in veritate fuiſſe pignus, & tm̃ cognouit eccleſiaſticus. Et ad idem melius. de emp. & vendit. cap. ad noſtram.

Octaua. Aſſerere. pertinaciter vſuras non
39 eſſe peccatum † vel vſurarium non eſſe obligatum reſtitutioni, vel ea facta non teneri aliter ad pœnitentiam agendam, ſicut in mutuo, commodato, vel depoſito. gl. in Clem. 1. §. ſanè, videtur velle, quòd ſit locus illi literæ, ſcilicet, quòd velut hæretici ſunt puniendi, cũ obligatus reſtitutioni ex delicto etiam poſt reſtitutionem teneatur pœnitere, non tamen ſi eſt obligatus ex contractu licito, vt mutui, vel ſimilibus cõtractibus: quia in primo caſu offenditur Deus, & proximus, vnde ſatisfacto proximo debet per pœnitentiam ſatisfacere Deo. Sed obligatus ex contractu licito obligatur tantũ homini, & ideo ſufficit vt illi ſatisfaciat.

Nona. Cum vſuræ ſubiaceant reſtitutioni,
40 ſi eſt vſura deducta † in pactum, & ſpecificata. iux. tex. in cap. inter. de exceſ. præla. petuntur in foro Eccleſiæ per condictionem indebiti, vel officium iudicis. eod tit. cap. Michael. & c.1.lib.6. ſed ſi eſt mentialis tantum, tunc non poteſt peti in foro fori, ſed tantum in foro animæ per viam ſupplicationis gratioſæ ab hæredibus defuncti, ſi hæres recepit emolumẽtum, ſed ſi nihil recepit, ſufficit de mente corrupta pęnitere. arg. de ſimo. c. fi. Eſt etiã & aliud augmentum, ſiue acceſſio ad ſortem, quæ non eſt vſura, vt in caſu ſocietatis, & ibi petitur tanquam intereſſe, vt cum quis certat de damno vitando, & hoc debet peti in foro proprio: qa actor debet ſequi forum rei, & ſic ſi reus eſt laicus, petitur in foro ſæculari. arg. de foro compet. cap. ex tenore.

41 Decima. Vſurarij † dicuntur raptores, 14.q. 4. cap. ſi quis vſuram. conſumptores ſubſtantiarum pauperum. cap. 1. eod. tit. in 6. vbi vocatur vſura vorago. Sectatores turpis lucri auaritiæ cauſa. 14. q. 4. cap. quoniã. Infideles. cap. quid dicam. ead. queſt. Dicuntur etiã ſerui Io. 18. circa medium. Dicuntur etiam capite diminuti. 11. q. 7. §. quia ergo. filij diaboli nõ naſcendo, ſed imitãdo eius opera: ad hoc 22. q. 2. §. item opponitur. maledicti, vnde Chriſo. dicit, quòd ſuper omnes mercatores vſurarius eſt maledictus. ita Arch. & Io. Andr. in d. c. 1. eod. tit. in 6. ſunt omnibus odio, & apud omnes nationes habiti viles abiecti, & vituperabiles, ita vt omnia bona eorum dicerentur bona diaboli. Abhorrebat quis aſpiciendo eorum domum, aut agrum. Nemo de eorum domo ignem ſumebat. Nemo ab eis oſculũ pacis in Eccleſia accipiebat, & de occurſu illorũ pueri expaueſcebant. vt dicit Dom. Mar. Soc. eo. tit. num. 59. Tandem quibus pœnis afficiantur videant Doct. in. cap. 2. eodem titulu. in 6. Zabar.

conſ. 25. & quæ nos diximus in 1. par. lib. 2.
cap. 103
42 Vndecima. Communitas † dat pecuniã ad
vſuram, ſinguli ciues vſurarij dicuntur. Et hoc
quo ad eos, quorum autoritate, & conſenſu
fit, pro hoc de procur. cap. fi. eod. tit. c. con-
queſtus. 7. q. 1. cap. ſicut vir. & 24. q. 3. cap. ſi
habes. Et ſecundum Hoſt. omnes hi, quibus
hæc in mente ſua placent, & ratum habent, &
conſentiũt, & prohibere poſſunt, & nõ faciũt,
ext. de ſent. excom. c. quantę. Immo omnes hi,
qui præſtiterint autoritatem compellendo,
aut præcipiendo communitati fęnerari taliter,
quæ aliter hæc non eſſet factura, tenentur re-
ſtituere in ſolidũ, aliàs ſi autoritatem, & con-
ſenſum preſtiterint, non tamen cõpellendo,
aut pręcipiendo, & tunc tenentur ad reſtitutio
nem quantum ad eos peruenit de vſura, vel
quantũ releuati ſunt ab expenſis, quas de ſuo
feciſſent in ſuſtinendis oneribus communita-
tis. ita Ray. & Rod. vt refert Aſten. lib. 3. de
vſura. art. 7. q. 3. & 4.
43 Duodecima. Vſurarius † an teneatur reſti-
tuere id quod lucratus eſt ex pecunia vſuraria.
Reſp. D. Tho 2. 2. q. 78. art. 3. & Rich. 4. diſt.
25. q. 5. art. 6. quòd rerũ quædam ſunt, quarũ
vſus eſt earum conſumptio, quæ non habent
vſufructũ principaliter ſecundum iura. Et ideo
ſi tales res ſint per vſuram extortæ, vt denarij,
triticum, vinũ & huiuſmodi, non tenetur ho-
mo reſtituere niſi tantum receptum: quia ſi
quid tali re acquiritur, ex induſtria eſt, & nõ
ex fructu rei: Niſi forte per receptionem, vel
detentionem talis rei debitor ſit damnificatus
amittendo aliquid de bonis ſuis, tunc enim te
netur ad recompenſationem nocumenti, vt ſi
domum ſuam vel aliquid huiuſmodi oportuit
eum pro pretio viliori diſtrahere, quàm vale
ret, vt vſuras ſolueret, Quædam verò ſunt,
quarum vſus non eſt earum conſumptio, ſeu
diſtractio, & hæ habent vſumfructum, vt do-
mus, ager, & ſimilia, & ideo ſi quis alterius
domum, vel agrum per vſuram extorſiſſet,
non tantum tenetur reſtituere domũ vel agrũ
ſed etiam fructus perceptos ex ilis, deductis
prius laboribus, & expenſis, quia ſunt fructus
rerum, quorum non ipſe, ſed alius erat Domi-
nus, D. Tho. ſequitur Zabar. in d. Clem. unic.
eod. tit. q. 7 Laur. de Rodul. in eod. tract. q. 44.
& Aſtenſ. qui ſupra. q. 22. ver. vtrum vſurarius.
44 Tertiadecima. Qui extorſit † vſuras in alie
nis partibus, puta in Frãcia, an poſſit illas tra-
dere ſuo Diœceſano, & ille eas erogare pau-
peribus: cum incerti ſint illi, quibus facienda
eſt reſtitutio. Reſp. Quo ad primum, præter
ea, quæ diximus in 1. par. lib. 2. cap. 133. nu.
10. quòd poteſt illas tradere ſuo diœceſano,
ſi per ſe reſtituere non vellet, iux. not. per Ar-
chid. in cap. 2. de reſt. lib. 6. qui quidem diœ-
ceſanus debet pauperibus erogare, de Iudęis
cap. cum ſit nimis. de reſt. cap. tua. de vſu. c.
quia in omnibus. Et hoc ideo, ne pecuniam
imburſent, vel male erogent ſimplices ſacer-
dotes, vt dicit Hoſt. in c. cum tu. nu. 3. eo. tit.
Quis autem ſit iſte diœceſanus. Dico, quòd
Epiſcopus delicti, vbi ſunt extortæ vſuræ, at-
que etiã ille, de cuius dięceſi eſt ſubditus. Ad
ipſum eñ pertinet habere curam ſuorum ſub-
ditorum. Quare ſi ſubditus in aliena diœceſi
rapiendo, vel furando delinquat, ipſe debet
eſſe competens iudex in foro animę, vt not.
17. q. 1. cap. 1. & per conſequens ſemper quod
agitur de dimiſſione peccati, vt eſt in caſu pro.
poſito Reg. peccatũ. de reg. in 6. quia vſura-
rius tradendo vſuras dięceſano, eum abſoluet.
Quibus tamen pauperibus poſſit, diœceſanus
diſpenſare, dico, quòd pauperibus quibuſcun-
que: iura nãque, tractant de huiuſmodi di-
ſtributione, ſeu reſtitutione, indiſtincte, & ge-
neraliter loquũtur de pauperibus, non reſtrin-
gẽdo ſe ad certi loci pauperes, vt patet de vſur.
cap. cum tu. de homic. cap. ſicut dignum. 14.
q. 5. c. non ſane. de immun. eccl. cap. quia ple
rique. Igitur generaliter, & in diſtincte de qui-
buſcunque pauperibus pòteſt inteligi. de con-
iug. lepros. cap. 2. de priui. c. quia circa. Hoc
etiam probatur, quia quando iura voluerunt
illicitorum reſtitutionem fieri in certo loco,
illum locum expreſſerunt, vt patet de Iudæ. c.
ad deliberandũ. Ergo vbi nõ exprimitur, reſtat
regula in contrarium. Bene verum eſt, quòd
hæc erogatio potius deberet fieri pauperibus
illius loci, in quo eſt damnum, vel cuius habi
tator erat is, cui facienda eſſet reſtitutio quã
extraneis. arg. C. de ſer. l. 2. & fi. & l. præſes. quia
veriſimilius eſt, quòd inter illos inueniatur
is, cui damnum datũ eſt, vel hæres eius, quàm
inter alios extraneos. ſecũdum Hoſt. in d. c.
cum tu. num. 3. ſed dictum Hoſt. eſt de con-
ſilio, quod indicat verbum potius, & melius.
Vnde non excludit, quin alijs poſſit fieri reſti-
tutio: cum conſilium non obliget. 4. diſt. ca.
denique. & 14. q. 1. cap. vlt. Ita Feder. de Sen.
45 conſ. 33. An vero Epiſcopus poſſit † concede
re, quòd talia conuertantur in reparationem
eccleſiæ parochialis. Do. Henr. Boic. in d. c.
cũ tu. finaliter concludit, quòd ſic, ſi eccleſia
reparatione, vel augumento indigeret nece-
ſſario, vt quia populus nõ poteſt in ea cõueni-
re ad diuina, nec facultates eccleſiæ ad ipſius
reparationem ſufficiunt, Aliàs non poterit,
quando facultates eccleſiæ ſufficiunt, vel repa
ratio non eſt neceſſaria, vel nimia fames pro
tunc imminet pauperibus. 86. diſtin. cap. pa-
ſce,



ſce. quia tunc ſi id, quod pauperibus debetur,
alteri ſoluatur, onus non remittitur, ſed auge-
tur. cap. eam te. de iureiu. Et qui tenet pauperi-
bus eroganda, rapit aliena. 47. diſt. cap. ſicut. 2.
facit. cap. non eſt putanda. 1. q. 1. Et nec pietatis
prætextu impietas eſt exercenda 30. q. 1. c. no-
ſce. Sed quid ſi vſuratius non eſt ſoluendo, vt
quia amiſit vſuras. Dic, quòd nihilominus tene
tur ſi habet aliunde, & ratio eſt: quia eſt debi-
tor quantitatis in genere, & ſic non liberatur
interitu. C. ſi cer. pet. l. incendium. ff. ad l. Falc. l.
in ratione. At ſi omnino nihil habet, liberatur
vſque quo peruenerit ad pinguiorem fortunã.
de ſolut. c. Odoardus. arg. 26. q. 6. cap. ſi quis de
corpore, nulla habita ratione ne egeat. ita gl.
in d. c. cum tu. de vſur.
Decimaquarta. Vſurario ſufficit in foro cõ
46 ſcientiæ † remiſſio ſibi facta ab his, qui debẽt
rehabere vſuras ſine reali reſtitutione. modo
ceſſantibus, metu, dolo, circumuẽtione, & cal-
liditate, & omni fraude, omnino proprio mo-
tu, vel ad preces vſurarij, vel amicorum, vel ad
remunerãdum ſeruitia recepta pecuniam ſibi
debitam, & extortam ſiue per vſuram, ſiue per
furtum, vel rapinam, nec reſtitutioni paratam
remittant. Ita hanc ſententiam tenet Io. And.
in cap. peccatum. de reg. iur. in 6. Hoc etiam vi
detur tenere Archid. de vſur. cap. 2. lib. 6. ſuper
verb. ſatisfactum. vbi dicit, ſatisfactum accipi-
mus, quomodocunque voluntati creditoris ſa
tisfaciat. allegat l. ſi rem. §. omnes. verſi. ſatisfa
ctum. ff. de pign. actio. Et idem videtur tenere
Hoſt. in ſum. de vſur. § qui pœna. fallit in qui-
buſdam caſibus ſpecialibus, in quibus non ſuf-
47 ficit † rei malæ ablatæ remiſſio, de quibus in
c. ſtatutum. ad fin. de reſcrip. in 6. & de ſenten.
excom. c. 2. eo. lib ergo cum ſit ſpeciale in eis,
regula remanet in contrarium, quòd ſufficit
remiſſio. not. de cler. non reſid. cap. vnic. lib. 6.
Hinc dixit Feder. de Sen. conſi. 18. num. 5. quòd
ſi vſurario perſeuerante in contumacia, & in
crimine, & non diſpoſito ad aliquam reſtitu-
tionem vſurarum, is, qui debet recipere vſu-
ras, motu proprio, vel ad petitionem vſurarij,
remittit vſuram ſibi debitam, liberatus eſt vſu
rarius à reſtitutione rei, non autem à peccato,
48 † quòd contraxit, vſuras exercendo, vel fu-
rando, niſi de illo peccato confiteatur, & pœ-
nitentiam peragat; nam in re male ablata ob-
ligatur quis æternæ pœnæ propter peccatum
mortale, quod contraxit in auferendo rem il-
licitè à proximo, & ad reſtitutionem rei. Duos
ergo offendit, Deum, & proximum, & ſic duo
bus ſatisfacere tenetur. de vſu. cap. cum tu. in fi.
de hom. cap. ſicut dignum. §. ex eo. Simile in
49 † eo, qui eſt excommunicatus, qui clericum
percuſſit, quia licèt ſatisfaciat læſo, & Eccle-
ſiæ, & ſit abſolutus, tamen niſi pœniteat d.
peccato, quo ad Deum non eſt abſolutus. d.
hoc 4. q. 1. in ſumma. de ſenten. excom. c. dece
nimus. lib. 6. Fed. de Sen. conſi. 22. nu. 6. & 144.
per totum.
50 Decimaquinta. Licet vxor † & familia vſu-
rarij non debeant viuere de illicitè acquiſitis,
tamen ſi non habent alia bona licitè acquiſi-
ta, vnde commode viuere poſſint, poſſunt ali
de illicitè acquiſitis; Nam vxori debentur ali
menta ex titulo oneroſo, facit quod not. eod.
tit. c. cum tu. & c. conqueſtus. & cap. ſalubriter.
Sic idem eſt dicendum de familia, ſi ſunt per-
ſonæ obligatæ ad obſequium, aliàs debent re-
cedere. arg. 11. q. 3. c. quoniam. de ſen. excom.
c. quod in dubijs. & c. inter alia. Et pro hoc, ꝙ
ſi non habent aliundè, poſſint de male acqui-
ſitis ali, facit, quia ob neceſsitatem famis licet
etiam furari cibos. de fur. c. 3. Zab. in Clem. 1.
51 eod. tit. q. 8. Sed nunquid vxor † poſſit reſtitue
re male ablata viro ipſo viuente, & ignoran-
te. Reſpon. Aſtenſ. eod. tit. 11. art. 7. quòd non:
cum non ſit domina rerum. Et nec etiam ipſo
ſciente, & contradicente, & prohibente: ſed
ſic viro ſciente, & non contradicente. Sed cir-
ca furtum à viro commiſſum, vxor non tene-
tur reſtituere illud, niſi quãtum ad eam de bo
nis eius peruenit, vel in quantum bonis eius
vſa fuerit.
Decimaſexta. Vnus, & idem actus poteſt eſ
ſe vitioſus reſpectu vnius, qui non eſt vitioſus
reſpectu alterius. Huiuſmodi eſt contractus
52 † vſurarius, qui quamuis ſit vitioſus reſpectu
eius, qui mutuum præſtat, non tamen eſt vitio
ſus reſpectu eius, qui mutuum recipit, ſicut po
teſt poni exemplum in paſſione Chriſti, quæ
fuit vitioſa reſpectu Iudæorum, qui eam intu-
lerunt, non autem ex parte Chriſti, qui eam re
cepit. Immo valde virtuoſa; igitur recipere ad
vſuram ex cauſa rationabili, nõ eſt peccatum:
quia vbi duo mala concurrunt, ſemper eſt eli-
gendum minus malum ab illo, qui neceſſe ha
bet incidere in aliud de duobus. Et ideo pau-
per debet potius eligere recipere mutuum ad
vſuram, ꝗ mori fame. ita Io. And. in reg. pecca
tum. nu. 33. de reg. iur. in 6. Et nos diximus par.
1. lib. 2. c. 108. An vero ſit indiſtinctè verum, vt
quis poſſit recipere ad vſuram ſine peccato,
conſtitue tres concluſiones. Prima eſt, ꝙ ſi vſu
rarius non eſt paratus mutuare ſub vſuris, vel
non habet alios paratos recipere, debet abſti-
nere à recipiendo ſub vſuris etiam pro pia cau
ſa, vt puta pro liberãdis Chriſtianis qui eſſent,
& detinerentur in Sarracenorum poteſtate. c.
ſuper eo. eod. tit vbi prætextu boni, mala non
ſunt committenda. Secunda cõcluſio, ꝙ ſi ma-
gna pericula imminerent non recipiendo ad

ſuras, vt quia pauperes fame morerentur, & labens ad mutuandum non eſt diſpoſitus ſine fœnore, etiam ſi non habet alios paratos recipere, licet nedum recipere ab eo, ſed etiam ſuadere vt mutuet: quia mutuando euitat maius malum, quod incurrit non mutuando, cum ſit cauſa mortis, & minus malum præeligendum eſt, vt euitetur maius. Tertia concluſio, quòd ſi vſurarius eſt aliàs mutuaturus, & habet paratos recipientes, vt quia publice fœneratur, nõ ſolum pro opere pio, ſeu virtuoſo, ſed etiam pro indifferenti licet, ſed pro actu vitioſo, puta vt viuat luxurioſè, non. vt refert Inno. in d. c. ſuper eo. & ibi Zabar. nu. 2. Henr. in c. quia in omnibus. nu. 6. eod. tit.

53 Decimaſeptima. Qui debet † ſoluere centum in Paſcha, cum quibus volebam ego mercator ire ad nundinas empturas merces, ſi diſtuliſti ſoluere, & ex hoc ſum damnificatus, poſſum petere, quòd vltra ſortem reſtituas dãnum vt nos diximus in 1. par. lib. 2. c. 105. num. 21. & ſeq. & 31. & maxime in contractibus bonæ fidei, quia non petitur tanquam vſura, ſed vt intereſſe cauſa damni vitandi, nõ iure actionis, ſed officio iudicis, vt reddatur indemnis. ff. pro ſoc. l. ſocium. c. peruenit. de fideiuſ. not. 12. q. 2. c. ſi quis de clericis. de hoc vide Zabar. in d. c. peruenit. & de intereſſe. in c. ſacro. de ſent. excommu.

54 Decimaoctaua. Mutuum non eſt † dare decem vlnas panni pro decem alijs reddendis ad certum tempus, quamuis talia videantur conſiſtere in menſura. Eſt enim, ſecundum Monal. in ſumma, potius contractus permutationis, quàm mutui. Vnde nomẽ menſuræ hic reſtringitur ad modios, & vaſa, quibus menſurari ſolent liquida, & grana. Ita Franc. de Plat. in tracta. de vſur. nu. 3.

55 Decimanona. Iudex ſæcularis † cur patiatur vſurarios viuere, & non alios fures, & raptores cum vſurarij publici manifeſte ſint mali. Reſp. Alex. de Ales. in 4. ſent. diſt. 15. quòd Iudex ſæcularis Rempublicam gerit quo ad temporalia, vnde quamuis vſurarius ſit fur, tamen quia fur eſt domeſticus, & non per violentiã furatur, quia etiam ex furto illius prouenit aliqua vtilitas ipſi Reipublicæ quantum ad temporalia, ideo permittit illos viuere, quamuis

56 alios fures puniat. Quare autem iudex † eccleſiaſticus plus ſe intromittit de pœna vſurariorum, quàm aliorum furum. Reſp. idem vbi ſupra, quòd iudex eccleſiaſticus, qui ſubtilius inſpicit, quàm ſæcularis, perſequitur vſurarios propter damnum ſpirituale, quod ex vſura accidit, & quia vſurarij fecerunt ſibi officium, & modum viuendi cum contemptu præcepti diuini, & damno proximi. Aſtenſ. lib. 3. de vſu. ti. 11. q. 12. Hæc circa hanc materiam ſufficiant, præter ea, quæ diffuſius diximus in 1. par. lib. 2. à cap. 105. vſque ad 121.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuris patronatus plures definitiones.*

2 *Ex iure patronatus tria patrono competunt.*

3 *Patronus ſi vergit ad inopiam, eſt alendus per eccleſiam.*

4 *Sed quid ſi ſua culpa.*

5 *Eccleſia cogenda eſt per ſuperiorem, ſi nõ vult alere patronum.*

6 *Ius patronatus duplex.*

7 *Ius patronatus acquiritur fundatione hoſpitalis, & altaris. & nu. ſeq.*

9 *Iuſpatronatus fundari non poteſt abſque Diœceſani conſenſu.*

10 *Item in donatione à laico alteri laico facta.*

11 *Patronus aliquem inſtituere in eccleſia non poteſt ſine Epiſcopi conſenſu.*

12 *Eccleſia in caſibus quatuor mutari poteſt de loco ad locum.*

13 *Patronus in qua eccleſia habebit ius patronatus, quando mutatio ſit, in noua, vel in veteri.*

14 *Conſenſum, qui interponere non vult, poteſt per ſuperiorem cogi.*

15 *Ius patronatus tribus ex cauſis acquirĩt.*

16 *Ius patronatus an adaptetur ad cappellas mendicantium.*

17 *Conſtruens, vel fundator quis dicatur.*

18 *Eccleſia vt poſſit conſtrui, dotari, aut fundari, debet aliquid dari ante conſecrationem.*

19 *Ius patronatus an acquiratur reædificatione.*

20 *Ius patronatus an poſſit refici per patronum ſine licentia Epiſcopi.*

21 *Ius patronatus competit vtrique ſexui, etiam mulieri, & infanti. nu. ſeq.*

23 *Ius patronatus competit tam laicis, quã clericis.*

24 *An competat Iudæo, hæretico, & excommunicato.*

*Ius*



25 *Ius patronatus quatuor modis transfertur ad hæredes, tranſit etiam ad extraneos. nu. ſeq.*

27 *Sed qualiter trãſit, cum ſit ſpirituale, vel ſpirituali annexum.*

28 *Hæredes plures vnius patroni an vnam, vel plures voces habeant.*

29 *Ius patronatus non tantum ſucceſſione, ſed etiam titulo pro legato transfertur.*

30 *Ius patronatus transfertur donatione.*

31 *Ius patronatus vendi non poteſt. nu. 33. fallit tamen in caſibus. nu. 32.*

34 *Ius patronatus ſi venditur, quando vendi non poteſt, quid fiet de pretio.*

35 *Ius patronatus an poſſit pignori dari.*

36 *Sed an in feudum dari.*

37 *Epilogus omnium.*

38 *Ius patronatus an transferatur in fiſcũ per bonorum confiſcationem.*

## De iuris patronatus definitione. Cap. XXV.

DE materia habetur 16. q. 7. c. piæ mẽtis vſq; in finem, vbi vide omnino gloſſam in d. c. piæ mentis. & extr. eod. & in 6. & in Clemen. Verum circa definitionẽ aliter à Legiſtis, aliter à Canoniſtis definitur ius patronatus. Nã ſecundũ

1 Iuriſtas † ius patronatus eſt poteſtas iure ciuili patrono conceſſa in perſonã liberti ad obedientiam ſibi præſtandam propter beneficiũ manumiſſionis. ſed ſecundum Canoniſtas aliter definitor. Nam Inno. in rub. eo. tit. dicit, ꝙ ius patronatus eſt ius quoddam, quod neque mere temporale eſt, neq; mere ſpirituale eſt. Spirituale videtur, quia non poteſt vendi. eo. tit. c. ad audiẽtiam. Temporale, quia transmittitur ad hæredes. 16. q. 7. c. filiis. c. cõſiderandũ. Arch. in d. c. piæ mentis. nu. 2. & c. 1. nu. 1. eo. tit. dicit, ꝙ eſt autoritas, ſiue poteſtas prouidendi eccleſiæ proueniens ex beneficiis ante conſecrationem eccleſiæ collatis. Sed Ioan. And. dicit, ꝙ ius patronatus eſt ius honorificum, oneroſum, & vtile alicui in eccleſia competens ex eo, quod diœceſani conſenſu eccleſiam fundauit, dotauit, vel conſtruxit ipſe, vel is, à quo cauſam habuit, ita hanc definitionem ſequitur Ioan. de Anan. in rub. eo. tit. nu. 5. & Henr. Boich. in c. quoniam. num. 1. Et quidem plures colliguntur Deciſiones, quarum.

2 Prima eſt. Ex iure patronatus † cõpetit patrono honor, onus, & emolumentum. Hinc in definitione dicitur. Eſt ius honorificum, oneroſum, & vtile. vnde verſus. Patrono debetur honor, onus, & emolumentum. Præſentet, præſit, defendat, alatur egenus. Honor vero conſiſtit in præſentatione, & reuerentia. Repræſentat enim ad præbendas, & ad eccleſias non collegiatas. extr. eo. per totum. In collegiatis autem non requiritur conſenſus eius pro electione facienda, ſed bene electus ei præſentatur, & conſenſus poſtulatur. extr. eod. c. nobis. Quæ tamen ſigna ad cognoſcendam eccleſiã collegiatam, vide per Inn. in c. poſtulaſti. eo. ti. Honor etiam conſiſtit, quia ſedet iuxta prælatum, in proceſſione præ aliis honoratur, nam quaſi principalis primus ĩcedit, honorificẽtius ſuſcipitur, & ſtudioſius ei ſeruit, ſecũdũ Goff. & Arch. in c. frigẽtius. & Turrecr. in c. piæ mẽtis. 16. q. 7. Rurſum ex iure patronatus proueniunt onera, quia præcipuus defenſor eccleſiæ eſt, vnde tenetur eccleſiam ab omnibus oppreſſionibus, & impugnationibus defendere, vnde & aduocatus eius, & defenſor dici põt, & de rebus eccleſiæ ſollicitudinem gerere, ne fraudentur. 16. q. 1. c. conſtitutum. & q. 7. c. filiis.

3 Item † eſt vtile, quoniam ſi vergat ad inopiam, debet ali de bonis eccleſiæ. d. cap. filiis. & cap. quicunque: non tamen ſecundum voluntatem ipſius patroni, ſed cum debita ratione, ne egeat. Credo tamen dicit Hugo, quòd perſona, & qualitas, & eccleſiæ facultas ſunt hic conſiderãda: quia aliter eſt prouidendũ nobili, vel infirmo, & aliter ignobili, & ſano. Si enim eccleſia tenetur ſubuenire omnibus indigentibus, præcipuè tamen ſuis benefactoribus, & inter eos præcipuè patronis. arg. diſt. 86. c. non ſatis, quem tenetur pinguius alere, quàm alios pauperes, & pinguius illum, qui fuit diues, quàm illum qui fuit pauper. facit c. ne cogantur. diſt. 47.

4 Secunda † Patronus, qui ſua culpa ad inopiam deuenit, eſt de bonis eccleſiæ alendus. ita Hugo dicit in c. quicunque. 16. q. 7. per tex. in cap. non ſatis. diſt. 86. & hoc rationabiliter eſt inſtitutum. Primo aſt vitandum vitium ingratitudinis, vnde Eccleſiaſt. 29. Gratiam benefactoris ne obliuiſcaris. Secundo, quia qui eccleſiam ditauit ad pauperes ſuſtentandos, factus pauper de bonis eccleſiæ quæ ſunt bona pauperum ſuſtentari debet. Tertio, vt per hoc diuites, ad dotandum eccleſias, & ad largiendum eccleſijs munifici, & promptiores reddantur. ita Card. in d. c. quicunque. An autẽ poſſit vendere ius alimentandi, quod habet ex diſpoſitione iuris, vel honorem, qui debetur perſonæ ſuæ. dicit Abb. in c. præterea. nun. fi. quòd non: quia licet iſta ſint temporalia, tamẽ

non

non poſſunt vendi: quia inhærent perſonæ ip-
ſius patroni,quia non poteſt quis ali , vel ho-
norari per alium.arg.in c.2.de offic.deleg.Sunt
enim hæc iura annexa iuri patronatus, vt non
poſſint ab eo abdicari.

5 Tertia. † Si eccleſia non vult patrono ſub-
uenire cum poſſit,poteſt cogi per ſuperiorem.
ita dicit Io.And.in c.nobis.ver. vergat. eo.tit.
An autem debeat habere alimenta in Eccleſia,
vel in domo ſua.Spec.in tit.qui fil. ſint legit.§.
1.verſ.ſed pone. dicit, quòd extra domum de-
bet habere. Idem dicunt in vxore, quòd ſi
relinquantur alimenta vxori,quod debet habe
re etiam extra domum.vt dicit Bar.in l.4. § fi.
de alim.leg. Si vero eccleſia non habet niſi tã-
tum pro ſe,tunc non tenetur.facit cap.præſen-
ti.de offic.ord.lib.6.Tu etiam adde glo. in d.c.
quicunque. igitur in alimentis præſtandis ab
eccleſia patrono hæc ſunt conſiderandaſ: nam
primo ſunt detrahendæ expenſæ neceſſariæ,vi
delicet ſubueniendum eſt ſeruitoribus, & cul-
tui diuino,pro reparatione ipſius eccleſiæ. Et
de his,quæ ſuperſunt ſubueniendum eſt patro-
no, Sicut in ſimili ſeruatur in liberto, qui de-
bet alere patronum egentem. vt in l. ſi quis à
liberis.§.alimenta.ff.de lib.agnoſc.Ad hoc tex.
cum bona glo.in cap.quicunque.16.q.7.Et ſi di
ces, quale priuilegium eſt iſtud, cum eccleſia
de ſuperfluis teneatur ſubuenire omnibus ege-
nis.cap.quoniam.16.quæſtio.1.nam reſp. quòd
abundantius, & melius debet prouidere pa-
trono, quàm aliis pauperibus. Item pauperes
non habent actionem cõtra eccleſiam. vt no.
in cap.ſicut hi.47.diſt.& cap.exigunt. 1. quæſt.
7.ſed patronus habet actionem per hæc iura
Canonica.

6 Quarta. † Circa illud in definitione poſi-
tum. In eccleſia, collige duplex ius patrona-
tus, quæ inter ſe differunt, nam aliud eſt ius
patronatus, quod habet quis in libertis. de
quibus habetur.12.queſt.2.cap. libertus. aliud
aduocatorum, qui dicuntur patroni in cauſis
clientulorum. vt 15. q. 2. cap.1.l.in velamento.
C.de poſtula. & l.in honorariis.ff.de muner.&
honor.

7 Quinta. † Ius patronatus non ſolum acqui-
ritur fundatione eccleſiæ, ſed etiam hoſpitalis.
Qui enim fundat hoſpitale ita acquirit ius pa-
tronatus,ſicut fundator eccleſiæ.cap. inter di-
lectos.de donat.quod intellige, ſi eſt hoſpitale
religioſum:quia bene eſt patronus propriè, &
ibi Epiſcopus inſtituit, ſecus ſi eſt hoſpitale
priuatum, quando non efficitur propriè pa-
tronus, ſed dominus regens ipſum autoritate
propria,nec ab eo Epiſcopus exigit iura epi-
ſcopalia.Abb.pulchrè in diſput.incip. Sempro
nius 15.col.verſ.cum deſcendendo.Fel.in c.de
quarta.num.3.verſ.quinto. de præſcript.

8 Sexta. † Sicut acquiritur ius patronatus per
fundationem,vel dotationem eccleſiæ,ita per
fundationem, vel dotationem altaris:quia idẽ
iuris eſt de eccleſia,& altari,cum etiam nomi
ne altaris eccleſia intelligatur. 1. q. 3.c. quæſi-
tum.de conſecr.diſt.1.cap. ſi motum. & quod
etiam ſi datur eccleſiæ dos poſt eius conſecra-
tionem,poſſit dans fieri patronus,not.Archid.
16.q.7.cap.filiis.Innoc.eod.tit.in rubr. & Ioan.
And.in cap.1. præſupponendo, quòd de con-
ſenſu diœceſani hoc fiat.Zabar.conſi.82. Tur-
recrem.in cap.monaſterium.16.q.7. & ibi Ar-
chid. vbi exponit oratorium cappellam pro
commodo priuatæ perſonæ fundatam. Hoc
etiam notant Doct.in capitu.nobis.tit.noſtro.
Cald.conſi.20.

9 Septima. † Ex verbo illo, diœceſani con-
ſenſu. Collige hanc deciſionem, quòd ius pa-
tronatus non poteſt fundari ſine conſenſu Epi
ſcopi.c.nemo. de conſecr. diſt. 1. ſiue patronus
ſit clericus, ſiue laicus, qui vult illud fundare.
16.quæſt.7.cap. piæ mentis.& c.Frigentius, &
melius in c.conſiderandum.& tit.noſtro. cap.
nobis.Et ratio eſt: quia eius eſt examinare lo-
cum erectionis,& eccleſiæ dotem,& diſpone
re qualiter ſit regenda,vel gubernanda.in au-
then.de Monach.§.illud.col.1.de conſecr diſt.
1.c.nemo.& c.nullus.de iure patron.& not. ꝙ
vbi requiritur in actu conſenſus per modum
autoritatis, ſufficit, quòd ſuperueniat ex poſt
facto.not. in c.cum conſuetudinis. de conſuet.
& in c.cura. eod.tit.

10 Octaua. † Non ſolum conſenſus Epiſcopi
requiritur in fundatione iuris patronatus, ſed
etiam in donatione, vt quia patronus laicus
vult donare alteri laico, ſecus autem ſi dona-
ret eccleſiæ,vel clericis,quia tunc donatio va-
let etiam ſine autoritate Epiſcopi. ita glo.fi.in
cap.illud.tit.noſtro,& ratio eſt: quia cum do-
natur eccleſiæ, conditio eius fit melior, ſed
quando donatur laico, poſſet eius conditio
fieri deterior,ſi vellet donare vni malo homi-
ni.vide cap.1.tit.noſtro.in 6.vbi Arch.& Ioan.
de Anan.in d.cap.illud.nu.7.vide etiam Franc.
in d.cap.1.num.2.vlt.notab.vbi colligit, quòd
licet ius patronatus ſit ſpiritualiter annexum.
de iudic.cap.quanto,tamen poteſt donari ſin-
gulariter,& de per ſe. vt d.cap.1. & cap. illud,
etiam ſine aliqua vniuerſitate, vel plene, puta
ſine caſtro,villa,vel fundo.ita determinat Ro-
ta per tex.in d.cap.1. in deciſ. 404. quæ incipit.
Item fuit dubitatum, intelligendo de conceſ-
ſione facta loco religioſo, vel clerico pro ec-
cleſia, ſecus ſi laico, vel clerico nomine pro-
prio, quia tunc de per ſe donari non poſſet
ſine conſenſu Epiſcopi. vt per glo.in d. cap. il-
lud.



lud. & per Innoc. in cap. cum ſecundum. in fi.
tit.noſtro.

11 Nona. † Autoritas etiam Epiſcopi neceſſa-
ria eſt,quando patronus vellet aliquem pone-
re in eccleſia, ſicut nec etiam Epiſcopus poſſet
aliquem ponere in eccleſia ſine autoritate pa-
troni.Hinc ſequitur, quòd patronus non con-
ſequitur in eccleſia, niſi ius præſentandi, non
autem ius inſtituendi, vel adminiſtrandi bo-
na.not.in cap. prætereа.titu. noſtro, an autem
fieri poſſet per conſuetudinem, quòd colla-
tio ſpectet ad laicum.Ioan. Andr.in d.cap.pre-
terea. & in capitu 2. de præbend. in 6. dicit,
quòd ſi Papa ſcit, & tolerat, quòd poteſt, &
illud operatur magis tolerantia Papæ, quàm
conſuetudo.

12 Decima. † Neceſſaria eſt etiam autoritas
Epiſcopi, quando Eccleſia mutatur de loco
ad locum ſuadente neceſſitate,dum tamen di-
uinum officium non deſeratur. cap. ſi quis.16.
q.7. Et hæc eſt vna de quatuor cauſis, quibus
eccleſia mutatur de loco ad locum, aliæ tres
ponuntur in cap.tribus.de conſecra.diſtin.1.in
quibus poſſunt transferri eccleſiæ,vel reliquiæ
de loco ad locum. An autem tunc remaneat
locus profanus,ſi res ſacra, puta reliquiæ, tol-
lantur de loco. Dic, quòd ſic. Et ſic nota ar-
gumentum ſecundum Vinc.per hoc, quod di-
citur de reliquiis.in cap.2.tit.noſtro.quòd Epi-
ſcopus poteſt exſacrare locum ſacrum, ideſt
facere non ſacrum: quia quando res ſacra tol-
litur de loco, remanet locus profanus. ita Ioã.
Andr.in d. cap.2.

13 Vndecima. Quando eccleſia † transfertur
in alium locum conſenſu Epiſcopi: tunc pa-
tronus habebit ius patronatus in veteri, & nõ
in noua, ſi patronus erat in priori eccleſia ra-
tione conſtructionis, vel territorij: niſi poſt-
quam fuit patronus, in prima aliquid fecerit
per quod acquiſiuiſſet ius in noua, eam con-
ſtruendo, vel dotando. Si vero fuiſſet patro-
nus ratione dotationis, quia diuitiæ nouam
ſequuntur eccleſiam, habet ius patronatus in
vtraque. ita Turrecrem.in cap. monaſterium.
16.quæſtio.7.

14 Duodecima. † Si ille,qui debet interponere
conſenſum, non vult, tunc poteſt cogi per ſu-
periorem.facit tex.in l.fi.§.neceſſitatem. C. de
bon.quæ lib.& l.dotem.ff.ſolu.matri. Ex cauſa
tamen rationabili conſentire non tenetur, vt
probat tex.in cap.nullus.16.q.7.Quæ autem ſit
illa,iudicabitur arbitrio boni viri.ſimile habe-
tur in cap. conſuluit. de offic. deleg. Superior
vero quis ſit. Dic, quòd eſt Summus Pontifex;
nam debet patronus denunciare Papæ.Quod
ſi valde diſtat,poteſt adiri Archiepiſcopus,nõ
vt ipſe conſentiat loco Epiſcopi, ſed vt Epi-
ſcopum cogat ad conſentiendum. Ita Ioan.
Andr.prout refert Ioan. de Anan.in cap. nul-
lus. de iure patr.

Decimatertia.Circa verba illa,fundauit,do
15 tauit, vel conſtruxit. nota, † quòd tribus ex
cauſis ius patronatus acquiritur, primo ex ec-
cleſiæ conſtructione, vt qui ædificat de con-
ſenſu Epiſcopi. Secundo fundi collatione ad
eccleſiam ædificandam, vt ſi do ſolum,vt ædi-
fices eccleſiam.18.quæſtio.2.c. Abbatem. el 2.
Tertio ex eccleſiæ dotatione, inde verſus:
Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus. ita
Anan.in rub.Henr.in cap.nobis.nu.1. Turrecr.
in c.piæ mentis.nu.4.16.q.7.

16 Decimaquarta. † Licet ſecundum Do.Pe-
trum Anch. ſi nobilis fecit cappellam in San-
cto Dominico, vel in eccleſia mendicantium,
non acquirat ius patronatus:quia iura loquen-
tia de iure patronatus, non adaptantur ad ca-
pellas mendicantium, ergo nec eius diſpoſitio
vt dixit Anan.in c.in ſingulis de ſta.mon. nam
ibi non cadit dos, ſed mendicitas: tamen per
tex.in c. nobis. tit. noſtro, hoc dictum eſt du-
bium,quia conſtructione acquiritur ius patro-
natus.& in fine loquitur de cappella.

17 Decimaquinta. † Conſtruens, vel fundator
is dicitur ſecundum Arch.in d.c.piæ:qui à prin
cipio,& de nouo in loco aliquo eccleſiam ædi
ficauit cum conſenſu Epiſcopi loci Diœceſa-
ni, aliter eccleſia ædificari non poteſt. extr.de
iure patr.cap.nobis.1.reſponſo. cum ſimilibus.
Si vero fundator poteſt,& vult ſolus ędificare,
& dotare,diœceſanus alium non admittet, vt
euitetur diſſenſio.Turrecr.in d.cap.piæ num.5.
Item ſi eccleſia ab vniuerſitate conſtruitur,
vel dotatur,non ſinguli,ſed corpus habent ius
patronatus. 12.q.2.c. qui manumittitur. Ioan.
Andr.in c.1.eo.tit.lib.6.nu.4. Item in ipſa fun-
datione poteſt patronus laicus de conſenſu
Epiſcopi certum cenſum retinere.extr.eo.cap.
præterea.2.ſed vltra nihil debet exigere,nec in
aliquo grauis eſſe,& ſi contraueniat,per cen-
ſuram eccleſiaſticam ſatisfacere compelletur.
c.in ſingulis.§.fi.de ſtat.monach. Turrecr.in d.
c.piæ mentis.nu.8.in fi.

18 Decimaſexta. † Vt poſſit eccleſia conſtrui,
vel ædificari,aut dotari, debet dari aliquid an-
te conſecrationem, quod ſufficiat ad lumina-
ria,& clericorũ ſtipendia.vt de conſecr.diſt.1.
c.nemo.Aliàs ſi non daret ſufficientem dotem,
non eſſet patronus, ſi autem ſunt plures, ſuffi-
cit, ꝙ dent partem, dummodo illæ partes fa-
ciant vnam dotem ſufficientem. vide glo.in c.
quandocunque.16.q.7.& glo.63. diſt. in ſum-
ma.Anan.in c.1.nu.8.eo.tit.

Decimaſeptima. Non ſolum fundatione, &
conſtructione eccleſiæ acquiritur ius patrona-
tus.

19 tus,ſed † etiam reædificatione,quando eccle-
ſia eſt omnino funditus deſtructa, & aliquis
reædificat eccleſiam de conſenſu Epiſcopi,nã
tunc perinde eſt,ac ſi eccleſiam ab initio con-
ſtruxiſſet.cap.conſuluit.de Iudæ. Vbi habes, ꝙ
fauorabilius eſt reædificare deſtructum,quam
de nouo conſtructum. & eſt caſus ſecundum
Hoſt. in cap. quoniam. tit. noſtro. in auth. vt
nullus fabr.orat. do.l.1.§.1.col.6.Quo caſu pa
tronus, qui per primam fundationem eccleſiæ
ius patronatus acquiſiuit, per deſtructionem
ipſius eccleſiæ radicitus, omnino ipſum ius
amittit.vt no.Ber.in d.c.quoniam.in fi. æquum
tamẽ eſt, quòd antequam Epiſcopus extraneo
de conſenſu ſuo ædificare volenti conſentiat,
antiquum patronum ſuper hoc moneat,& ip-
ſum cuilibet extraneo præferat. argu. de his,
quæ fiunt à prælat.c.cum Apoſtolica. de loca.
& conduc. cap. potuit. Quando vero eccleſia
non eſſet omnino funditus deſtructa, & tunc
non acquiritur ius patronatus.arg.ff.ne quid in
loc.publ.fi.l. prætor. §. vicinales. Quod idem
dicimus, quando reædificaretur eccleſia ſine
conſenſu Epiſcopi,vt eſt expreſſum in auth. vt
20 null.fabr.orat.do. An † autem poſſit refici ius
patronatus ſine licentia Epiſcopi per patro-
num, quando eccleſia eſt deſtructa. glo. 1. in
cap.3.de iure patr.dicit,quòd ſic,& ibi Scribẽ-
tes.Fel.in c.cum acceſſiſſent.in glo.fi. num. 33.
de conſt. vbi ponit regulam, quòd actus, qui
non poteſt fieri à principio ſine licentia ſupe-
rioris, poteſt tamen refici, ſi erat deſtructus
abſque illius autoritate. Hinc Iudæi, qui non
poſſunt nouas Sinagogas facere, poſſunt ta-
men veteres, vel ruentes reficere, & prohibiti
ædificare caſtra, non prohibentur reficere. ſe-
cundum Bald.in l.1.§.ædificare.in verb.refice-
re.ff.de mort.infer. Fel.vbi ſupra. Sic religioſus
prohibitus non imprimere librum abſque li-
centia Capituli,illa habita, poteſt illum refice
re,addendo,vel minuendo.Hæc autem, & ſi-
milia intellige vt habeant locum,quando ędi-
ficatum non eſſet omnino penitus deſtructũ.
ita Hoſt. in ſum. de eccl. ædif. in fi. Ex quo in-
fert, ꝙ in ædificanda eccleſia diruta requiri-
tur licentia Epiſcopi, ſecus in ædificanda non
diruta.

Decimaoctaua. Circa illud verbum in defi-
nitione poſitum,ipſe pone,hanc deciſionem,
21 quòd † ius patronatus poteſt competere vtri-
que ſexui, & ita mulier eſt capax iuris patro-
natus: quia maſculinum comprehendit fęmi-
ninum,de quo 17.q.4. cap. ſi quis ſuadente. ita
Io.Andr.in cap.generale.de elect. in 6. Et hoc
puto veriſſimum, & p obatur aperte per tex.
in cap.fin. de conceſſ. præben Calder. de iure
patro.conſ.1.Anan. in c.nobis.nu.3.tit.noſtro.

22 Decimanona. † Infanti pariter poteſt com-
petere ius patronatus, & in eo ſuccedere po-
teſt, vel aliàs ſibi acquiritur, ſicut maioribus,
& per tutorem poteſt fieri nomine ſuo præ-
ſentatio.20.quæſtio.2.cap.puella,& quod not.
de regu. cap. 2. Quod ſi præſentatio non fiat,
nihilominus remanet ſibi in aliis vacationi-
bus, quod ſibi primo competebat. ar. no. de
iur.patr.cap.3.& per Innoc.de elect. cap. quæ-
relam.& de reſtit.ſpolia.cap.in literis. Calder.
tit.noſtro conſ. 8.

23 Vigeſima. † Ius patronatus competit tam
laicis, quàm clericis: verum laicis procedit in
Eccleſijs ex quadam tolerantia, & gratia ſpe-
ciali contra iuris regulas: quia laici iura ſpiri-
tualia, vel eis annexa poſſidere non poſſunt.
cap. decernimus. de iudic. & quia Eccleſiæ cũ
ſuis dotibus ſunt ſub poteſtate,& ordinatione
Epiſcopi.10.q.1.c.nouerint. & c. decretum, &
& ex his infertur,quòd quando Eccleſiæ cepe-
runt ædificari, nullum ius patronatus compe-
tebat fuit autem poſtea inductum, ad hoc vt
laici inducerentur ad Eccleſias ædificandas,&
dotandas.De quo etiam per glo. & Archi. 16.
q.7.cap.piæ mentis.

24 Vigeſimaprima. † Quamuis ius patrona-
tus competat vtrique ſexui, non tamen com-
petit Iudæo: Vnde Iudæus ædificando Eccle-
ſiam,non acquirit ius patronatus.d.c.piæ mẽ-
tis.& cap quicunque fidelium. & ratio eſt: vt
dicit Ioan.And.in c.ea,quæ.de regu. iur. quòd
Iudæus non aquirit cognationem ſpiritualem.
De hæretico idem,quòd non acquirat ius pa-
tronatus.Differt tamen à Iudæo,quia ſi Indęus
leuat puerum de fonte, quærit ſibi cognatio-
nem ſpiritualem, verum non acquirit ius pa-
tronatus,quia cum bona ſua ſint ipſo iure con-
fiſcata de hæret.cap. cum ſecundum. lib. 6. er-
go de ſuo non poteſt dare fundum,dotem,vel
ædificium.facit de cap.monach.cap.2.§.ſi. Itẽ
dato, quòd patronus eſſet, illud confiſcatum
eſſet.facit quod not. .q.7.c.maximum. An au-
tem ius patronatus tranſeat ad fiſcum. glo. in
cap.filiis,& nepotibus.16.q.7. dicit, quòd non:
ſed tu dic, quòd tranſit ad fiſcum eccleſiaſti-
cum confiſcatis bonis alicuius. De excommu-
nicato. dicit Io.And. quòd male facit Epiſco-
pus illum admittendo, tamen ſi dat licen-
tiam vt ædificet. ædificando patronus erit, cũ
religionem profiteatur,& matrimonium con-
trahat,& alia faciat,quæ not. Io.And. in reg.
Dolo facit.de reg.iur.in 6.Non tamen habebit
exercitium,& fructus iuris patronatus, donec
fuerit abſolutus.ita Anan. nu.4. & Henr. nu.2.
& 3. in cap.nobis.tit.noſtro.

25 Vigeſimaſecunda. † Circa illud, vel is,à quo
cauſam habuit.Collige modos, quibus ius pa-
trona-



tronatus ad alios transfertur qui ſunt quatuor,
videlicet per ſucceſſionem, donationem, &
& permutationem,& venditionem:vnde ver-
ſus Ius patronatus tranſire facit nouus hæres,
Res permutata,donatio,venditioque:vnde cir
ca ſucceſſionem nota, ꝙ ius patronatus tranſ-
fertur ad omnes,ſiue ſint ſanguinis,ſiue extra-
nei.glo.16.q.8.c.conſiderandum. Iaſ. in l.1. nu.
71.ff.de leg.1.& eſt communis.Abb. in c.1. de
iure patr.Card.conſ.122.Decius conſ. 149.co.
1.& ad quemlibet hæredem tranſit in ſolidũ,
etiam ſi in æqualibus partibus ſint hæredes
quia inuiſibile eſt.extra.eod.cap.2.vide Fed.de
Sen.conſi.225.

26 Vigeſimatertia. † Ius patronatus, ita demũ
ad hæredes ſanguinis tranſit,cum in bonis ſint
hæredes, quia ius patronatus tranſit cum vni-
uerſitate hæreditatis. extr.eod.cap.cum ſecun-
dum.in glo.1.Hinc fit,quòd ius patronatus ec-
cleſiaſticum quod ita fuit inſtitutum vt Titio,
& eius liberis competat, non tranſit in patro-
ni filium qui eius hæres non eſt, aut hæredita-
tem patris repudiauit Abb.conſ.54.lib.1.Quo-
rum ſententia communis eſt contra glo. ind.
c.conſiderandum. Secundo infertur extraneo
vniuerſali hærede inſtituto ius patronatus ad
eum pertinere, & non ad filium etiam iure
certo inſtitutum. Abb. in d.c.1.Franc. in c.1.de
teſta.in 6.ſuper gloſſam inſtituit.

27 Vigeſimaquarta. Ius patronatus † licet ſit
ſpirituale,aut ſpirituali annexum, tamen tran-
ſit ad hæredes, & ſi ſpiritualia non tranſeant.
vt 8.q.1 cap.apoſtolica:& ratio eſt,quia ius pa
tronatus eſt ſpirituale, nõ purum, ſed miſtum,
quia pendet ex prouidentia rerum tempora-
lium. Nam ſi merum eſſet,laicis concedi non
poſſet.Tum etiam, quia vt ad hæredes tranſeat,
hoc non conuenit de iure communi, ſed de ſo
la gratia,vt omnes inuitarentur ad bonum, &
promptiores eſſent ad benefaciendũ. ita Tur-
recre.in d.cap. piæ.nu.9.

28 Vigeſimaquinta. Plures hæredes † vnius ex
duobus patronis habent vnicam vocem in
pręſentatione Rectoris,& habẽtur loco vnius:
& ſic in iure patronatus videtur fieri ſucceſſio
in ſtirpes,& nõ per capita. ita no. in Clem.plu-
res.de iure patr.vbi etiam not.Doct.& Imola,
ꝙ inter patronos poteſt conueniri de præſen-
tatione facienda alternis vicibus: & vt facilius
prouideatur Eccleſiis, & vt euitetur diſcor-
dia,quæ aliàs poſſet interuenire.

29 Vigeſimaſexta. † Ius patronatus poteſt non
ſolum ſucceſſione,ſed etiam titulo pro legato
transferri: Ratio autem quare ius patronatus
poſſit legari, eſt quia poteſt donari, cap. illud.
tit.noſtro.Et legatum eſt donatio.l.legatum.ff.
de leg.2. ergo, &c. Debet tamen interuenire
conſenſus Epiſcopi,ſiue ante, ſiue poſt. ſecun-
dum Ioan.And.in cap.cum ſæculum.eo. tit. li-
cet Dominus Federicus conſ.225. Quod inci-
pit Si opinio teneat, quòd etiam ſine Epiſco-
po poſſit legari.& ratio eſt: quia ius patrona-
tus quæritur ſucceſſione, & non dicitur de ge-
nerali,nec particulari, ergo legari poterit, qa
legatarius dicitur ſucceſſor.vt in l.ſi rem lega-
tam ff.de excep.Et non obſtat, quòd non poſ-
ſet donari ſine conſenſu: quia aliud eſt in do-
natione, & aliud in legato quia legatum eſt
fauorabilius quam donatio. capitu. cum dile-
ctus. de donat. Et nihil eſt, ꝙ magis debeatur
hominibus, quàm vt ſupremæ voluntatis liber
ſit ſtilus.Et hanc opinionem tenet Petr.de An
cha.& Bald.& ſequitur Ananias in d. cap. cum
ſæculum.

30 Vigeſimaſeptima. † Donatione transfertur
ius patronatus, An vero requiratur Epiſcopi
conſenſus.Dic, quòd ſic, ſi datur laico. eo. tit:
c.præterea. & maxime quando dubitatur ne
fiat in fraudem,& transfertur in potentiorem,
vt innuitur ibi,ſi vero donetur clerico, aut lo-
co religioſo, & tunc non requiritur conſenſus
Epiſcopi.eo.tit.cap.ex inſinuatione,& illud.&
diuerſitatis ratio eſt: quia ex donatione facta
laico,Eccleſiæ conditio deterioratur, cum ſo-
leant laici Eccleſiæ eſſe nimium infeſti. 2. q.7.
cap.laicos.& c.laici.Sed ſi fit loco religioſo,fit
Eccleſiæ melioratio, cum eripiatur à manibus
laicorum arg.c.cum apoſtolica de his, quæ fi.
à præl.ite ſi clerici excedunt metam, facilius
poſſunt compelli,quàm patroni laici. diſt. 69.
cap.indi cum.Item propter timorem fraudis,
vel fictæ conditionis.arg. de diuor. cap. quan-
to.in fi. de quibus debet inquirere Epiſcopus,
quia ſi inueniet, denegare debet aſſenſum.arg.
cap.prouida.de elect in 6. poteſt etiam ius pa-
tronatus permutari cum alio ſpirituali. 16.q 7.
cap.nemini.& cap.ad quæſtiones.& c. fi. de re-
rum permut.

31 Vigeſimaoctaua. † Licet ius patronatus vẽ-
di non poſſit. vt not.in c.de iure extr.eod cum
ſit annexum ſpirituali:vnde ſicut iura mere ſpi
ritualia vendi non poſſunt abſque vitio ſimo-
niæ,ita neque iura ſpiritualitati annexa.vt not.
in cap.veniens. el 1. de teſti. quia ratione con-
nexitatis idem iudicatur de eo,quod de ſpiri-
tualibus. cap.quanto.de iudi. vbi ius pa-
tronatus per iudicem laicum diffiniri non po-
teſt.Tum etiam, quia quamuis ius patronatus
quo ad quædam participet de temporalitate,
tamen à digniori naturam aſſumit, ſcilicet à
ſpiritualitate, de qua magis participat. d. cap.
32 quanto. tamen tranſit † cum vniuerſitate, ſi
vniuerſitas eſt realis, & talis, quæ ſine expreſ-
ſione verborum vniuerſalium,ſeu generalium.
con-

continet,& importat vniuerſitatem,& etiam illud ius ſpirituale,vel quaſi,ſiue illa iura ſpiritualia,vel quaſi,ſicut eſt villa, vel caſtrum, qđ in ſe continet non ſolum ius patronatus . vt in c.ex litteris.extr.eo.ſed etiam honorem,diſtrictum & iuriſdictionem.vt ff deverb.ſign.l.pupillus. §. territorium , & tali caſu non eſt neceſſaria autoritas Epiſcopi.d c.ex litteris.& c. cum ſæculum.Aduertat tamen, quòd vendendo non exprimat ius patronatus, (verbi gratia) vendo villam cum iure patronatus in ea exiſtente , quia talis venditio iuris patronatus non valeret.Abb.in cap.illud.num.4 extr. eod. plenè per Gem.in c.vni.eo.tit.in 6.Rurſum ſi ſit aliud ius vniuerſale,quod multa in ſe cõtineat, vt eſt hæreditas: nam cum illa tranſit ius patronatus.arg ff.de petit.hære.l. Item videndũ. §. ſi. cum duabus leg.ſeq. ſecundum Inn. Hoſt. & Abb.in d.c.ex litteris.

33 Vigeſimanona.† Ius patronatus in his caſibus vendi non poteſt.Primus quando venditur cum vniuerſitate tali, quæ eſt verbalis , & talis,quæ ſine expreſſione verborum vniuerſalium , vel generalium vniuerſitatem aliquam non continet,nec importat, vt ſi quis obliget, vel vendat omnia iura,quæ habet in villa,cum non ſit ſua,ſed infra limites territorij,villæ,habet tantum certos fundos , vel certa iura , & inter alios ius patronatus,nam tunc non tranſit ius patronatus. Vnde tali caſu , quando dicitur vendo tibi omnia iura,quæ habeo in tali villa,hæc vniuerſalis reſoluenda eſt in ſingularem.Hoc eſt vendo tibi hoc,& illud,& ſic de ſingulis,quæ ibi habeo. Secundus ſi vendit aliquis fundum,vbi habeat Eccleſiam,non intelligitur Eccleſia tranſire in venditionem. l.ſi mercedem.§.ſi cum fundum. ff. de act. empti. Item ſi quis vendat palatium ſuum,vbi habeat capellam , quæ forte multa priuilegia habet, & multos redditus,nõ intelligitur capella trãſire in venditionem , quia licut ad capellam non ſit iter niſi per palatium,tamen cum poſſit bene teneri etiam ſi non vadat ad Eccleſiã. dicit Inn.in d.c.ex literis . quòd ius patronatus non tranſit,quia poteſt habere ius præſentandi.Tertius,quando fieret contractus in ſpecie ſuper iure patronatus,quia talis contractus nõ valeret.cap. de iure. extr.eod. Quod procedit etiam ſi interueniret conſenſus Epiſcopi.Hoſt. in cap.præterea.eod.tit. fallit tamen hoc quod diximus de venditione in permutatione, quæ fieri poteſt cum alio ſpirituali. 16. queſtio. 7. cap.nemini.

34 Trigeſima.† Ius patronatus quando vendi non poteſt, ſi tamen de facto venditur, pretium non debet remanere penes venditorem: quia quis non debet locupletari cum aliena iactura.l. nam & natura. ff.de cond.& demonſtr. ſed debet applicari illi Eccleſiæ,vbi fundatum eſt ius patronatus.ita Io.And.in d.c.de iure.per not.in c.ad hæc.de ſimo.& 17. q. 4. c. ſi quis in atrio.& vendens priuari debet iure patronatus,qui præſumpſit id vendere.ita Abb.in cap. quia clerici.nu.8.extr.eo.

34 Trigeſimaprima.† Ius patronatus an poſſit pignori dari, ſunt plures opiniones, verior tamen eſt opinio , quòd nec ſimpliciter , nec cum vniuerſitate poſſit pignori obligari. Turrecr.in c.piæ mentis.nu.11. 16.q.q.7.

35 Trigeſimaſecũda.† Ius patronatus, vt per ſe vendi non poteſt,ita nec in feudum dari.vt dicit S.Tho.in 4.diſt.25.Et idem dicit Hoſt. quia feudum requirit homagium,quod eſt res temporalis,cum vniuerſitate tamen , quæ in feudũ datur,cui eſt annexum , poteſt in feudum dari illi,cui illa villa datur.extr.eod.cap. cum ſæculum.vbi Inno.Ex hac igitur definitione habe-
37 tis explicatum ex verbo † honorificum , quid ex iure patronatus competat patrono . Item ibi,in Eccleſia . Super quo fundetur ius patronatus.Item ibi,Diœceſani. In quibus caſibus ad fundandum ius patronatus requiratur conſenſus Epiſcopi,& an Capituli ſede vacante.& an Eccleſia poſſit mutari de loco ad locum. Item ibi,fundauit , quibus modis ius patronatus acquiratur. Item ibi,ipſe, quibus competat ius patronatus. Poſtremo ex verbo , vel is,à quo cauſam habuit , Qualiter transferatur ius patronatus. An vero ius patronatus transferatur in fiſcum, ſi confiſcãtur bona patroni. Dic, quòd non : ſed tranſibit in eccleſiam. argu. de verb.ſignif.c.in quibuſdam. & c.fęlicis.de pęn. in 6. quæ iura quanquàm loquantur , quando iniuria irrogata eſt eccleſiæ, tamen generaliter poſſunt intelligi, quãdocunq; bona patroni confiſcantur.arg.illius cap.fęlici.ita etiam cõſuluit Bar.& Sal. ꝙ confiſcatis bonis vaſalli ob crimen læſæ maieſtatis feudum reuertitur ad eccleſiam , & hæc opinio licet non probetur omnino in dictis iuribus , tamen quia fauorabilis eſt eccleſiæ, ſuſtineri poteſt, facit quia ius patronatus competit patrono de gratia , quæ non dēt in alium extendi. Itē ſi fieret confiſcatio huius iuris,ageretur de præiudicio eccleſię: quia non eſſet ſpes ꝙ aliqñ reuerteretur ad eccleſiam , ſicut quando eſt apud patronum.ita in opinione reſidet Zab.in Clem.plures.8.q.de iure patr.& in Clem.2.verſ.Inquiſitoribus. q.7. de hæreticis. Et hæc de definitione.

*SVMMARIVM.*

*Patronus cur ſic appelletur , & de alijs eius nominibus.*

Patro-



2 *Patronus ex vi iuris patronatus conſequitur poteſtatem præſentandi.*

3 *Ad præſentandum laicus habet menſes quatuor, eccleſiaſticus ſex.*

4 *Patronus intra hoc tempus debet actualiter præſentare.& nu.6.*

5 *Patronus , quando in abſentia ſuperioris poſſit eligere , & præſentare præſentatio qualiter fieri debeat . ſub numero 6.*

7 *Patroni quando propter diſcordiam nolunt conuenire,quid faciendum.*

8 *Si inter patronos ſit diſcordia, quis ſit patronus quid faciet Epiſcopus.*

9 *Patroni an poſſint paciſci vt alternis vicibus præſentent.*

10 *Præſentandi poteſtas inter laicum, & clericum pulchra quæſtio.*

11 *Præſentatio facta à pluribus vt valeat, quæ neceſſaria.*

12 *Patroni an debeant ſimul,vel ſinguli, vt ſinguli præſentare.*

13 *Inſtitutio Epiſcopi ſine præſentatione patroni non valet.*

14 *Patronus licet ſeipſum,non, tamē filium præſentare poteſt.nu.15.*

16 *Statutum præmians indicantem furem, non intelligitur de indicante ſeipſum.*

17 *Præſentatio facta per illum, cui fuit legatum ius patronatus,quando valeat.*

18 *In præſentatione perſona præſentata non computatur in numero præſentantium, quod ſecus eſt in electione.*

19 *Ius patronus qualiter probetur.*

20 *Patronus laicus , & clericus qualiter differant.*

21 *Præſentatio , quæ non tenet , non adimit ius iterum præſentandi.*

22 *Præſentandi poteſtas vt ad Epiſcopum deuoluatur,qualiter intelligatur.*

23 *Præſentatum per patronum Epiſcopus ſi aliàs eſt dignus, non poteſt repellere.*

24 *Patronatus beneficia clericorum legatus poteſt conferre,ſed non laicorum.*

25 *Ius patronatus qualiter extinguatur.*

26 *Patronus an poſſit renunciare iuri patronatus in præiudicium legitimorum hæredum.*

27 *Ius patronatus poteſt in totum tolli per Epiſcopum ex cauſa.*

28 *Ius patronatus amittitur,ſi patronus labatur in hæreſim.*

29 *Patronus quot modis ſpernatur.*

30 *Patroni non ſe ingerant in ijs, quæ ad ſacramentorum adminiſtrationem ſpectant.*

## De iure patronatus in genere. Cap. XXVI.

DEinde conſiderandum eſt, quare dicatur patronus, & quot modis capiatur , quare ius patronatus ſic vocetur , & de aliis nominibus eius.Rurſum qualiter probetur. Item præſentatio quomodo fieri debeat. Deinde quid fiet , quando diſcordia eſt inter præſentãtes.Item qualiter,& in quibus differãt ius patronatus laici,& clerici.Rurſum qualiter amittatur , & quibus modis patronus ſpernatur.Circa primum,dicitur patronus, quia ſicut
1 † pater ducit filium de non eſſe ad eſſe,ita patronus vel ducit eccleſiam de non eſſe ad eſſe ratione fundi collati,vel conſtructionis,vel de eſſe ad bene eſſe dotando: quia ſine dote eccleſia pro nihilo hr̃, & ſpiritualia ſine tēporalibus diu eſſe non pñt, vulgatis iuribus ; & dicitur patronus reſpectu ſerui manumiſſi , quia ex eius manumiſsione propter tale beneficiũ ſeruo collatum , qui ex ſeruitute reductus eſt ad libertatem , quæ auro non venditur remanet Domino certum ius à iure ſibi conceſſum in libertum , vt toto titulo. ff. & C. de iure patr. liberti. Item patronus dicitur qui eſt caput , & ſuperior.c. dilecta. de exceſſ. prælat. Item qui celat crimen.c.quemadmodum. circa finem. de iureiuran. vbi talis appellatur patronus criminis.Item qui habet ius , vel etiam dominium alicuius rei,vnde Imol. in cap.dilectos.adducit illud vulgare.Iſte eſt patronus talis poſſeſſionis,vel domus.Item dicitur patronus,qui conſtruxit,fundauit,vel dotauit eccleſiam,vel cappellas,vel altare , aut alium pium locum , & de huiuſmodi patronis hic ſumus tractaturi,vt de iure patr.toto tit. & in 6. & in Clem. Item large poſſunt appellari patroni, qui præſentarent ſcholarem ad eorum collegia,ſeu ad aliqua ſedilia:ſed quare ſic appellatur, & de nominibus aliis eius, reſpondeo , ꝙ ius patronatus dicitur propter defenſionem,

quam

quam patroni debent impendere eccleſiæ, & ſecundum diuerſas regiones diuerſimode appellatur: nam quandoque vocatur aduocatio. extra, eod. c. quia clerici: vnde patronus poteſt vocari aduocatus eccleſiæ: quia tenetur eccleſiam defendere, ſicut patronus dicitur aduocatus reſpectu cauſæ, quam promouendam aſſumit patrocinio ſuo. l. rem non nouam. § patroni. C. de iudic. 15 q. 2. c. 2. Hinc ex quo patronus habet defendere eccleſiam, & eius bona. 16. q. 7. cap. filiis, & quia officium aduocati, & defenſoris eſt defendere. vt in tot. ti. de poſtul. merito huius actus defenſionis patronus poteſt dici aduocatus, ſeu defenſor, vt eum appellat tex. in d c generali. & d. c. præterea. tit. noſtro. Hinc Panorm. in c. nobis. in 2. not. de iure patron. dixit ducem Venetorum appellari patronum ſancti Marci, à patrocinando, ideſt defendendo ipſam eccleſiam. Nam patrocinari idem eſt, quod defendere. Quandoque vocatur proceſſio, quia forte debet ire in proceſſione primus. Archid. in c. frigentius. 16. quæſt. 7. Nonnunquam vocatur vicedominatus, vel cuſtodia, ex quo habet cuſtodire bona eccleſiæ, ne dilapidentur. extra, eo. cap. præterea. Quandoque gratia. 16. q. 5. cap. ſi quis Epiſcoporum, quia cum ſit ſpiritualitati annexum. cap. de iure patron. cap. quanto. de iudic. & laici de iure non debeant tractare negotia eccleſiaſtica, & maximè ſpiritualia. vt in c. decernimus. de iudic. cap. Meſſana. de elect. & eccleſiæ cum ſuis dotibus ad ordinationem Epiſcoporum pertineant. 10. q. 1. cap. decretum. & cap. nouerint. Igitur ex permiſſione iuris, & ex gratia procedit. vt hoc ius cadat in laicum, & ius præſentandi, quod alias eſſet mere ſpirituale, vt electio. cap. ſacroſancta. & c. Meſſana. de elect. ipſis patronis permittatur. Hæc tamen omnia pro eodem ſupponunt. extra. de ſta. monach. cap. in ſingulis. §. fi. Dom. Ant. in d. c. quia clerici. ſed modo deueniamus ad Deciſiones, quarum prima eſt.

2 Patronus ex vi iuris patronatus † non conſequitur poteſtatem concedendi eccleſiam, neque eligendi proprium Rectorem, ſed præſentandi inſtituendum Epiſcopo loci. ita tex. & ibi Scribentes. in cap. fin. extr. eod. Ex quo tex. nota propria vocabula, quibus debemus vti in hac materia, nam propriè patronus non eligit, ſed præſentat, & Epiſcopus propriè non confirmat, ſed inſtituit. Licet interueniat reſpectu patroni quædam electio impropriè dicta, quia patronus primo in mente eligit, vel etiam ſimplici verbo vt electum præſentet Epiſcopo. Non enim poſſet præſentare, niſi primo eligeret, ſed tamen non eſt propriè electio, de qua iura canonica diſponunt, vnde per eum non transfertur ius ſpirituale in electum ſed eſt quoddam initium ad inſtitutionem obtinendam. vt in cap. quod autem. extr. eod. facit, quod not Inno. in cap. quod ſicut. de elect. Et ſic impropriè intellige iura, quę dicunt patronum poſſe eligere.

3 Secunda Ad præſentandum † laicus habet quatuor menſes, patronus vero eccleſiaſticus habet ſemeſtre, licet à laico reacquiſiuerit ius patronatus: ita tex. in cap. vnic. §. verum. eo. tit. in 6. vbi Francus in ſecundo not. nu. 2. notat, quod etiam vltimus dies iſtius temporis includitur in hac dilatione, vnde ſufficit patrono præſentare etiam vltima die ita etiam Gemi. ibi. & Ioan. And. in c. cum vos de offic. ordin. menſis autem accipitur prout currit in calendario, & currit continue, ideſt tam diebus feſtis, quàm non feſtis. Et incipit currere iſtud tempus à die vacationis, & notitiæ ſecundum Ioan. And. & Panorm. in cap. fin. ext. eod. vnde fit, quòd patrono ignoranti tempus, quo eccleſia vacauerit, non currit tempus ad præſentandum, tum, quia regulariter tempus præfixum ad eligendum, vel conferendum non currit ignoranti. vt in c. quia diuerſitatem. de cōceſ. præb. in fi. Tum, quia agitur de præiudicio patroni, quia expedit patrono habere clericum ſibi gratum. Item eſt honor in præſentando. vt in cap. nobis. extr. eod. quo non debet priuari ſine culpa ſua. ita Panorm. affirmat in cap. cum propter. extr. eod. qui reſpondet ad illum tex. qui videbatur contrarius, & mirabilis prima fronte, quòd non valenti præſentare, currit tēpus. Lambert. tamen de iure patr. par. 2. libro 2. art. 8. concludit contra Panorm. ſcilicet, quòd à die vacationis currat patronis tempus quadrimeſtre, vel ſemeſtre, & dicit hanc eſſe com communem opinionem ex Rota. Et hoc, ne laici ad eorum libitum eccleſiam vacare ſinant. Et ita ſecundum eum obſeruatur hodie, nam per Ordinarium non admittitur ignorantiæ allegatio, vel impedimenti, ſed elapſo tempore dato ad præſentandum incontinenti ipſe prouidet. Limitat tamen iſtam opinionem, quando vacaret beneficium per ſecretam renunciationem beneficij, vel eccleſiæ, nam ſi tunc ipſemet renuncians remaneret in poſſeſſione, quia tunc patronus habet probabilem ignorantiam, & non tenetur diuinare nō curret ei tempus, niſi cum viderit eccleſiam vere vacare. ita dicit in d. art. 8. & 20. in fine. Item in art. 15. limitat ſecundo, quando beneficiarius eſſet abſens in longinquis partibus, & eccleſia regitur per ſuum vicarium, nam tunc quia patronus probabiliter ignorat vacationem, non currit tempus niſi à die ſcientiæ. Menſis autem accipitur, prout currit in Calendario,





& currit de momento ad momentum, & de hora in horam. vt per Doct. in cap. quæſitum. in §. electus. ſuper gloſ. in verb. menſem. de elect. lib. 6.

4 Tertia. † Ad præſentandum non ſufficit, quod intra iſtud tempus patronus eligat, niſi actualiter præſentet. ſecundum Ioan. And. in d. cap. vnic. & Panor. in c. fi. extr. eo. facit tex. in c. nobis. ext. eo. Rota in deciſ. 111. quę incipit. Item non ſufficit. Dicens, quòd non ſufficit patronis, quòd eligant, vel nominent præſentandum ad beneficium patronatum, vel literas præſentationis dent, vel tradant etiam præſentato, niſi intra tempus debitum actualiter præſentent perſonam per eos electam, ſeu literæ præſentationis præſententur ſuperiori realiter, ad quem ſpectat inſtitutio. Fran. in d. cap. vnic. §. verum.

5 Quarta. † Patronus in abſentia ſuperioris poteſt eligere, & præſentare presbyterum, ſi de hoc conficit inſtrumentum, nam tunc ſufficit, ſi intra tempus talis presbyter præſentet tale inſtrumentum coram ſuperiore, & in abſentia patroni petat ſe inſtitui. ita Rota vbi ſupra, & Lapus in ſua alleg. 75. cum talis preſentatio poſſit fieri per literas patroni, & ſic abſente patrono. ſecundum glo. in c. ea noſcitur. de his quæ fiunt à præla. & in Clem. 1. verſ. literarum. de exceſſ. prælat.

6 Quinta. † Patronus debet realiter præſentare: quia tempus eſt præfixum non ad nudam electionem, ſed ad præſentationem Epiſcopo faciendam. d. c. vnic. eo. ti. in 6. Qualiter autem debeat fieri præſentatio. Docto. per tex. in c. fi. eo. tit. dant praxim in præſentationis actu. Non enim debet dicere patronus, præſento vobis clericum, cui eccleſiam conceſſi, ſeu contuli, ſed debet dicere. Hunc clericum elegi vobis præſentandum & ſic præſento eum, & peto eū per vos inſtitui. ita Abb. in d. c. fi. nu. 5.

7 Sexta. † Si patroni laici nolunt conuenire ad præſentandum propter diſcordias: tunc interim ponendus eſt ęconomus in eccleſia, qui fructus fideliter reſeruet inſtituendo futuro. c. cum nos. extr. de offi. ordin. Et ſi patronorum vota diuiduntur, præfertur is, qui maioribus meritis adiuuatur, & à pluribus præſentatur. extr. eo. c. quoniam. Si numerus, æqualis eſt, recurre ad merita. cap. ſi forte. diſt. 62. Et ſi pares ſūt in meritis, poteſt iterum Epiſcopus dicere, iterum præſentate. c. ſi duo. diſt. 79. Quod ſi nolunt, vel non poſſunt concordare, quia adhuc repræſentant duos primos, locus erit gratificationi. cap. cum autem. eo. tit. cap. venerabilem. §. obiectionem. de elec. Si autem Epiſcopus ſine ſcandalo non poteſt gratificare, cum per omnia partes ſunt pares, & patroni minantur mortem, tunc Epiſcopus tenetur eccleſiam interdicere, & reliquias extrahere in patroni ū verecundiam, & ruborem. extr. eod. c. 1. & 2. intelligendo ſecundum Inno. in d. cap. 2. de reliquiis, quæ ſunt in Eccleſia in capſa, vel in arca ſed Vincentius intelligit de relquiis, quæ ſunt intra altare, & ſic colligit, quòd Epiſcopus propter iſtam contumaciam poteſt altare execrare, cuius intellectus placet Domino Antonio de Butrio in d. c. 2. Quod ſi patroni non poſſunt reduci ad concordiam intra ſex menſes, tunc Epiſcopus ſi fieri poteſt abſque ſcandalo inſtituet aliū autoritate Concilij. de conceſſ. præb. & Eccl. non vac. c. 2. & extr. eod. cap. eam, vel in fine recurrat ad brachium ſæculare. extr. de offic. ordi. cap. 1. & de hære. c excommunicamus. §. moneantur. Hæc Innoc. in cap. 1. extr. eod. & Turrecre. in cap. piæ mentis. nu. 14. 26. quæſt. 7.

8 Septima. † Si inter patronos eſt diſcordia quis eorum ſit patronos: & patroni ſunt laici, tunc Epiſcopus debet expectare vſque ad quatuor menſes, ſi vero ſunt clerici vſque ad ſex: nam tantum tempus habent ad præſentandum. vt not. Ioan. de Anan. in cap. quoniam. extr. eod. Quod ſi vſque tunc non fuerit definitum, prouideat Epiſcopus de paſtore, ſaluo in poſterū iure ipſius qui vicerit. c. fi. extr. eo. Si autem ſit diſcordia inter Epiſcopum, & patronos laicos præſentantes, forte Epiſcopo ignorante eos eſſe patronos, & tunc donec lis ſopiatur, ponat Epiſcopus in eccleſia ęconomum, qui fructus reſeruet futuræ perſonæ. capitu. cum vos. de offic. ord.

9 Octaua. † quando patroni nolunt conuenire propter diſcordias, poſſunt paciſci vt alternis vicibus præſentēt. l. quoties. ff. de vſufr. Quę quidem conuentio poteſt libere fieri ſine autoritate Dięceſani. ita habetur in Cle. ſi plures. eo. tit. in ver. libere. facit quod not. de præben. in 6. c. licet Epiſcopus. D. Ant. in c. 1. nu. 12. eo. tit. & per hoc reprobatur opinio Innoc in c. quærimoniam. extr. eo. vbi tenet neceſſariam autoritatē ſuperioris. Immo poteſt talis conuentio fieri etiam eccleſia non vacante. ita gl. ex verſi. eo. in d. Clem. allegat tex. in c. conſultationibus. de donat. Item probatur in tex. ibi in d. Clem. dum dicit, alternis vicibus: nam in eadem vice non poteſt concurrere duplex vacatio. Pariter ſi habent plures patronatus, poſſunt inter ſe conuenire, vt vnus præſentet in vna eccleſia, & alius in alia. Abb. in d. c. 1. nu. 6. Et ſicut vnus ſit patronus ſolus in vna eccleſia, & alius in alia. ſecundum Vinc. in d. c. 1. & c. ex inſinuatione.

10 Nona. † Laicus, & clericus ſi habent ſimul poteſtatē præſentādi: & laicus, & clericus præ-

ſentant vnum: deinde laicus ante admiſſionem Epiſcopi variat accumulando, quis iſtorum admittatur? Et an Epiſcopus poſſit ſecundum. præferre, in præiudicium primi? Dic, ꝙ non Sed primus eſt admittẽdus: quia primus habet duas voces ſcilicet vocem laici, & vocem clerici, ſecundus vnam tantum. ita D. Ant. in cap. quod autem. nu. 13. extr. eo. Ex quo tex. duo notant Docto. quòd patronus laicus poteſt ante admiſſionem Epiſcopi variare, vnde primo præſentato, poteſt pręſentare ſecundum. Item, quòd poteſt variare accumulando non autem recedendo a primo. Abb. & Io. de Ana. in d. c. quod autem.

11 Decima. † Præſentatio facta a pluribus, vt valeat, quãdoq; neceſſe eſt, vt cõueniat maior pars, habito reſpectu ad omnes patronos, & quandoque ſufficit maior pars reſpectu partiũ. Exemplum primi, ſeptem ſunt patroni, tres præſentant vnum, duo vnum, & duo aliũ. Dicit Io. Andr. in c. 3. extr. eod. quòd ille, qui habet tres, debet præferri: quia habrt maiorem partem, & hoc intellige, quando iſti præſentãt vt ſinguli, vt communiter faciunt laici, qui de patrimonio habent ius patronatus, & ita intelligitur tex. in d. cap. 3. Nonnunquam ſufficit maior pars reſpectu minoris partis. Vt quãdo præſentatio competit pluribus, nõ vt ſingulis, ſed vt vniuerſis, vt quia præſentatio fit a collegio. Et ita intellige tex. in c. eccleſia veſtra. de elect. Exemplum, in vniuerſitate ſunt centum, quinquaginta eligunt vnum, triginta, vnum, & viginti, vnum, nulla electio valet, quia non reperitur facta à maiori parte totius vniuerſitatis. Sic intellige de ſcholaribus: quia eligunt nõ vt ſinguli, ſed vt collegium, & vt vniuerſi. arg. in c. cum pro cauſa. de procu. & per Innoc. in cap. cum ab eccleſiarum. de offic. ordin. Hinc collige regulam, vt quando plures habent explicare aliquem actum, ſemper debes conſiderare, an habeant hanc poteſtatem, vt collegium, an vt ſinguli, quia primo caſu requiritur maior pars totius collegij: ſed in ſecundo, requiritur maior pars reſpectu aliarum partium. ita Abb. in c. 3. extr. eod.

12 Vndecima. † Patroni quandoque debent ſimul cõuenire in præſentationis actu, & quãdoque poſſunt ſinguli, vt ſinguli præſentare. Exemplum primi, quando poteſtas præſentandi ſpectat ad plures, vt ad collegium, corpus, vel Vniuerſitatem, tunc debent omnes expedire hunc actum congregati in vnum, & ratio eſt: quia tunc poteſtas non eſt in ſingulis, ſed vt in vniuerſis, & in collegio: & ideo oportet ꝙ fiat actus in forma capituli congregati in vnũ. de conſtit. c. cum M. & per Innoc. in cap. bonæ. 2. de poſtul. prælat. Nam vbi ad corpus ſpectat præſentatio, ſinguli nihil poſſunt. vt no. Archi. 16. quæſtio. 7. cap. ſi plures. & capitu. 1. in 6. eodem titulo. Exemplũ ſecundi, quando præſentatio ſpectat ad plures, non vt ad corpus, ſed vt ad ſingulos, & tunc ſigillatim quilibet poteſt præſentare, nec eſt neceſſe, quòd congregati in vnum præſentent, vnde facta præſentatione ab vno, poterit alius præſentare eũdem, vel alium. ita Dom. Anto. in c. quoniam. extra eod. num. 13.

13 Duodecima. † Inſtitutio Epiſcopi ſine præſentatione patroni non valet. c. illud. extr. eod. fallit, niſi patronus ſit negligens, nam tunc poteſtas deuoluitur ad Epiſcopum. c. 2. de ſuppl. neglig. præl. Immo etiam ſi Epiſcopus non ſit, modo poſſit inſtituere. vt eſt glo. multum not. in Clem. 1. de ſuppl. neglig. prælat. vel niſi fiat collatio de autoritate Apoſtolica. c. dilectus. extr. eod. Immo etiam de autoritate Legati. Si Patronus ſit clericus. Quod ſi laicus ſit patronus, hoc non poſſet. iſte eſt proprius caſus in d. c. cum dilectus, vide bonam glo. in c. per literas. de præben. in Clem. fallit etiam ſi patronus præſentaret indignum. c. 2. de ſupp. neglig. prælat. An vero patronus laicus præſentando indignum, priuetur poteſtate præſentandi. Communiter tenetur per Scribentes, & præcipuè Anan. in d. c. illud. ꝙ non, licet aliud ſit in eligentibus: quia ſi eligant indignum, ſunt priuati poteſtate eligendi pro illa vice. cap. nihil pro defectu. de elect.

14 Decimatertia. † Patronus ſiue clericus, ſiue laicus non poteſt ſeipſum ad beneficium vacans pręſentare. cap. per veſtras. extr. eod. & ratio eſt: quia differentia debet eſſe inter præſentantem, & præſentatum, dantem, & recipientem. glo. fi. in d. cap. per veſtras. facit tex. in cap. debitum. extr. de baptiſ. Natura enim correlatiuorum, talis eſt, quòd vnum non eſt reliquum; & incompaſſibilia ſunt officia in eiuſdem perſona, vt vicem teneant præſentantis, & præſentati, & ſic agentis, & patientis De quo per Calder. in cap. poſtulaſtis. de conceſſ. præben.

15 Aduerte † tamen ad vnum ſingulare, quia licet patronus nõ poſſit ſeipſum præſentare, poteſt tñ. filium ſuum etiam in poteſtate ſua exiſtentẽ ad beneficium in quo præſentãdi ius ad ipſum ſpectat præſentare. de hoc eſt glo. not. & perpetuæ memoriæ commendanda. in c. quia clerici. extr. eod. & in c. conſuluit. vbi hoc notant Innoc. & Hoſt. Et tamen pater, & filius cenſentur eſſe eadem perſona. l. fi. C. de impub. & aliis ſubſti. Qđ intellige iuris fictione, & nõ rei veritate. ſecundum Vinc. in c. ex inſinuatione. extr. eod. inde eſt, quòd punito corpore filij præſente patre, fere pater magis, quã filius periclitatur. inſt. de nox. act. §. fin. cum ſimil. vel aliter poteſt reſpõderi, ꝙ pater, & filius eſt eadem perſona fictione iuris ciuilis quo ad temporalia, non autem in eccleſiaſticis, in quibus filiusfamilias loco pàtrisfamilias hř. vt patet in eo, quod legitur. & no. in c. ad hæc. & c. tua nobis de teſt. de æta. & qualit. c. indeeorum. igitur ex his concludendum eſt, ꝙ licet pater poſſit
16 præſentare filiũ, non tamen ſeipſum. Et ſic † facit ad quæſtionem, ꝙ ſi ſtatutum dat præmiũ indicanti furem, vel alium malefactorem, non ſenſiſſe intelligitur de indicante ſeipſum. Circa quod vide quod habetur in l. 4. §. ſi tibi indicium. ff de condic. ob turp. cau. Anan. in d. cap. per veſtras. vbi etiam concludit. in fi. quòd licet præſentatio ſui ipſius non valeat, tamen inſtitutio facta ab Epiſcopo vacante Eccleſia clerici patroni valida eſt, vt affirmant Io. And. & omnes alij Doct. quamuis conſentiat patronus ex poſt facto.

17 Decimaquarta. † Præſentatio facta per illum, cui fuit legatum ius patronatus, ante approbationẽ factam talis legati per Epiſcopũ, an valeat? dico, ꝙ communis opinio habet conſenſum Epiſcopi poſſe interuenire etiam poſt legatum factum, non tamen ante præſentationem faciendam per legatarium, & ratio eſt: quia tale legatum non tenet ante approbationem factam per Epiſcopum c. ſi tibi abſenti de præb in 6. c ſi pro te. eo tit.

18 Decimaquinta. † Licet dubium non ſit perſonam electam computari in numero eligentium. per c. Cumana de elect. c. cum iure. eo. ti. tamen in præſentatione ſecus eſt. Vox enim præſentati non debet computari in numero, nec ſibi prodeſſe debet. l. fi. de inſtit. & c. per veſtras. extr. eo. Vbi etiam hoc innuit glo. fi. imo vt dicit ibi glo. 1. ex hoc deberet repellli, tanquam ambitioſus. 1. q. 6. c. ſi tibi. 8. q. 1. c. in ſcripturis. cum concord.

19 Decimaſexta. † Circa probationem iuris patronatus, dico, quòd fama inducit iuſtã cauſam credendi etiam in antiquis vnde per famam poſſunt probari antiquiſſima dominia, quod eſt ius patronatus. ita Bart. in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle Inno. in cap. veniens. de verb. ſign. licet continua poſſeſsio xl. annor. & vltra non ſufficiat ad probandum ius patronatus. Prodeſt tñ poſſeſsio quoad actum præſentationis, cum præſentatio debeat fieri ab eo, qui eſt in poſſeſsione. vt in c. quærelam. de elect. ſecundum Ioan. Andr. de quo per Archid. in cap. ſi plures. ſuper gloſſam. 16. q. 7. vbi dicit, quòd poſſeſsio nõ facit patronum. Nam non ſequitur, poſſideo, ergo ſum dominus, vel habeo ius in re. Nihil enim habet commune proprietas cum poſſeſſione, & econtra, nec oportet permiſceri cauſas poſſeſſionis, & proprietatis. ff. de acq. poſſ. l. naturaliter. & l. permiſceri, ſed quantum ad præſentatum prodeſt ipſa poſſeſſio, vel etiam ad prę'umendum eum eſſe patronum, cum ex multitudine actuum q; longiſsimo temporis curſu præſumatur veritas. vt no. in l. ſi filius. C. de petit. hæred. & l. ci de in rem verſo. ff. de vſur. ita Franc. in c. vnic. nu. 5. eo. tit. in 6.

Decimaſeptima. Nota plures differẽtias in-
20 ter patronum laicum, & clericum, & † prima eſt: quia patronus clericus præſentando indignum, perdit ius præſentandi pro illa vice, ſecus in laico. ita not. in cap. cum vos. extr. de offic. ord. Et hæc eſt opinio communis, prout not. Io. de Anan. in d. c. cum vos. nu. 3. & ratio eſt: quia ſi patronus laicus poteſt variare præſentando dignum, fortius debet admitti variatio, quando præſentatur indignus. per not. in c. noſti. & in c. cum terra. de electio. & hanc opinionem ſequitur Paul. in Cle. 1. de iur. patr. quę ſecundum Io. de Imo. eſt tutior, & æquior, à qua in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum, licet diſputationis gratia poſsit defendi alia opinio, quam ſequitur Panor. in d. c. cum vos. nu. 5. ſcilicet, ꝙ patronus laicus ſcienter præſentando indignum ſit priuatus pro illa vice poteſtate præſentandi. & ad tex. in d. c. cũ vos. qui eſt pro opinione communi, reſpondetur, ꝙ intelligitur, quando ignoranter præſentaret indignum, vel quando propter ſcandalũ vitandum fuiſſet reſeruatum ius præſentandi, vel quando eſſet dubium an præſentatus eſſet idoneus, vel non.

21 Decimaoctaua. † Clericus patronus, qui variare non poteſt præſentat aliquem idoneum Vicario Epiſcopi, qui non habet ius admittendi præſentatum, deinde poſtea alium præſentat Epiſcopo, & per eum admittitur. Quis eorum eſt præferendus primus, vel ſecundus? Reſpon. ꝙ ſecundus, & ratio eſt: quia prima præſentatio non tenuit, quia facta illi, cui non debuit, & ſic ius præſentandi iterum non ademit. l. 2. ff. de opt. legat. & l. optione. ita Ioan. de Imo. in d. Clem. 1.

22 Decimanona. † Quando poteſtas præſentandi deuoluitur ad Epiſcopum, debet intelligi poteſtas inſtituendi: ſed ſi poteſtas inſtituendi pertinet ad alium. puta ad Abbatem, vel Capitulum, tunc ius patroni deuoluitur ad habentem inſtitutionem, & ſic habebit liberam collationem. Hoc voluit gloſſ. ſingu. perpetuo menti tenenda. in Clem. vni. de ſuppl. neglig. prælat. & ſic not. quòd illud ius patroni non deuoluilur ad eum, ad quem de iure communi pertinet inſtitutio, ſed deuoluitur ad eum, qui habet ipſam inſtitutionem, licet de iure ſpecia

ita Abb.in cap.cum vos.extr.de offic.ord.

23 Vigeſima.† Præſentatum per patronũ Epiſcopus ſi alias eſt dignus,non poteſt repellere, immo debet acceptare præſentationem.vt notatur in c.decernimus. & ſeq. & ibi bona glo. 16. q. 7. Et ſi Epiſcopus repellit præſentatum non repellendum, tenetur ſibi prouidere de beneficio, ex quo ſine cauſa,& iniuſtè eum repellit.vt in c.paſtoralis.extr.eo.

24 Vigeſimaprima.† Secunda differentia inter patronum laicum, & clericum eſt, ꝙ legatus poteſt conferre beneficia patronata clericorum ſed non laicorum.extr.eo. c.cum dilectus. & cap.dilectus.de offic.legat.Ioã. de Imola, in Clem.per literas.de præben. Et hoc intellige, quando ius patronatus ſpectat ad clericũ,tanquam ad clericum, ratione dignitatis: quia ſi ſpectaret ad clericum tanquam ad laicum ratione patrimonij,tunc ſecus eſſet.ita Do. Ant. in d.c.cum dilectus.nu.5.Sed quid ſi clericus,& laicus ſunt ſimul patroni, quæritur nunquid legatus de latere poſſit tale beneficium conferre? dic quòd non:quia non debet priuari laicus patronus propter mixturam clerici, poſſet tamen conferre cum conſenſu laici. ita Abb. in cap.fin.num.9. de iure patr. Feli. in cap.multorum.de Iudæis. Cæteras autem differentias vide per Hoſtien.extr.eod.in ſum. ver. in quibus differant,num.10.per Ioan.de Anan.in capitu. cum propter.eod.titu. per Franc. in cap. vnic. eod.titu.in 6.

25 Vigeſimaſecunda.† Ius patronatus extinguitur,quãdo donatur,vel remittitur eccleſiæ, cuius quis eſt patronus. ita gl. iuncto tex.in c. 1.in verb.eidem.eo. tit. in 6. ſic extr. de teſti. c. ſignificauit. & tunc à iure patronatus efficitur libera,& erit patrona ſuiipſius. ſecundum glo. ibi,ſed certe ſecundum Inno.in rubr.eo.tit. cũ ius patronatus ſit quædam ſeruitus, tunc potius extinguitur, quàm remittitur, cum peruenit ad eccleſiam,quia res ſua nemini ſeruit. ſecundum Petr. de Ancha. in l.ſi quis ædes. ff.de ſeruit.ruſtic.præd.& ſic nota, quòd ius patronatus non ſolum poteſt remitti in totum à principio, vt quia ſit pactum, ꝙ tempore donationis, vel fundationis nihil iuris retineat patronus,ſed etiam ex poſt facto. vt eſt tex. in d. capitu. 1. quando iuri patronatus in totum renunciatur.

26 Vigeſimatertia.† Patronus poteſt renunciare iuri patronatus etiam in præiudicium legitimorum hæredum.ita Ioan.Andr.tenet.per tex.in cap.ſignificauit.extr.de teſt. & ratio eſt: quia hæredes non poſſunt venire contra factum defuncti. l.cum à matre. C. de rei vendi. Quod intelligit Pet. de Anch.in iure patronatus deſcendẽte ab ipſo renũciante:ſecus in eo, ꝙ deſcendit à genere, & trãſit ordine ſucceſſiuo de vno in alterum, quia tunc prior in gradu non poteſt ſequentibus præiudicare.l.peto. §.fratre.ff de leg.2.& per Bar.in l.1. §. diui fratres.ff.de iure patr. quod intellige, quando pater expreſſe acquiſiuiſſet ius patronatus pro ſe,& deſcendentibus ſuis:quia tunc filij,vel deſcendentes,haberent ius patronatus, etiam ſi non eſſent hæredes, vt dixit in ſimili Bald. in auth.vnde ſi parens.C.de inoffi.teſtam. Secundo intellige,quando pater tempore fundationis,vel dotationis, pactus eſt vt non tranſiret ad hæredes extraneos. ſecundum Bald. in l. 3. de in ius voc. Aliàs verò cum ius patronatus non tranſeat ad filios, niſi ſint hæredes:ſecundum glo.in Clem.2. eo.tit.contra glo. 16. q. 1. cap.conſtitutum.& q.7.cap.filiis,tunc indiſtinctè pater poſſet renunciare in præiudicium legitimorum hæredum,ſeu filiorum. ita Fran. in cap.1.nu.4.eo.tit.in 6.

27 Vigeſimaquarta.† Ius patronatus poteſt in totum tolli per Epiſcopum loci, ſine conſenſu hæredum,ex cauſa,vt puta quando vtilitas eccleſiæ hoc poſtularet. Item quando eccleſia eſſet adeo depauperata, quòd non inuenitur qui velit illi eccleſiæ deſeruire. ita Feli. in capitu.cum acceſſiſſent. verſ. tertio reſtringitur. numero 20. & nume. 19. verſ. ſecundus caſus. de conſtit.

28 Vigeſimaquinta.† Ius patronatus amittitur, ſi patronus labatur in hæreſim.ita glo.1. & ibi not.Arch.in c.quicunque.16. q.7. An vero rediens ad fidem recuperet? dic quòd ſic. c. quia diligentia.extr.de elect.vbi notat Io.de Anan. ꝙ ſchiſmaticus, & hæreticus rediens, recuperat ius patronatus,& alia bona ſua. De hac tamen materia, vide quòd plene habetur in cap. quamuis.de reſcrip.in 6. An vero patronus cõmittens crimen læſæ maieſtatis,eius filius clericus priuetur eccleſia patronata, quã habet? Abb.in cap.cum laici.num.4.concludit, quòd non. Tu autem vide quæ diximus. lib. 2. c. 11. num.16.& 17.

29 Vigeſimaſexta.† Circa vltimum, quib. modis patronus ſpernatur. Dic, ꝙ duobus modis. Primo ſi non vocetur vbi commodè vocari poteſt, & expectari. Secundo ſi adeſt, nõ tamen auditur, nec admittitur ad conſiliũ. Simile not.in cap.obeuntibus. diſtin. 63. argu. 11.quæſt. 3. cap. certum. Si vero patronus eſt abſens,& commodè expectari non poteſt,tũc clerici debent eligere ſibi prælatum, & ſi ibi non ſint clerici,eliget populus, vel Epiſcopus, nec ipſe poſtea adueniens poterit contradicere,prælatus tamen eum debebit cognoſcere ſicut patronum.ita Turrecre.in c. decernimus. num.9.16.q.7.

Vige-



30 Vigeſimaſeptima.† Religioſus datus ad eligendum,vel præſentandum, non poteſt eligere,vel præſentare ſine licentia ſui ſuperioris,& ratio eſt:quia nec ſine talis ſuperioris licentia poteſt conſentire electioni, nec poteſt eſſe fideicommiſſarius,nec eligere ſepulturam,non poteſt eſſe iudex,aſſeſſor,aduocatus,procurator,non poteſt eſſe arbiter. Hæc probantur in cap.ſi religioſus.de elect.de teſtam.capitu.2.de ſepult.capitu.vlti. 16.quæſtio.1. cap. monachi. 2.& cap.qui vero.& cap. præſentium. 2. quæſt. 7.Et vt omnia concludam, nihil agere poteſt. 11.quæſt.1. cap.non dicatis,ad idem de poſtul. cap.ex parte.

31 Vigeſimaoctaua† Patroni in his quæ ad ſacramẽtorum adminiſtrationem ſpectant,nullatenus ſe præſumant ingerere,neq; viſitationi ornamentorum eccleſiæ, aut bonorum ſtabilium,ſeu fabricarum prouentibus immiſceant, niſi quatenus id eis ex inſtitutione, ac fundatione competat:ſed Epiſcopi ipſi hæc faciant, & fabricarum redditus in vſus eccleſiæ neceſſarios,& vtiles,prout ſibi expedire magis viſum fuerit,expendi curent.ita habetur per Cõcil.Trid.cap.3.ſeſſ.24. in fi.

*S V M M A R I V M.*

1 *Decimarum materia conſideratur ab auctore in 13.articulos diuiſa.*
2 *Decimæ definitio.*
3 *Primitia quid,& quare introducta.*
4 *Primitia cui danda, & quota pars.*
5 *Oblationis ſpecies tres.*
6 *Oblatio quæ fit à fidelibus ad altare, eſt voluntaria,niſi in quatuor caſibus.*
7 *Decimarum quatuor genera in veteri lege.*
8 *Decimarum hodie aliæ prædiales, perſonales, & mixtæ. Et quæ mixtæ.num. ſequen.*
10 *Decimarum inſtitutio à quo iure emanarit.*
11 *Decimæ an ſint in præcepto, & de iure diuino.*
12 *Decimæ prædiales quando ſoluendæ, & an ſtatim fructibus collectis.*
13 *An dandæ deductis expenſis.*
14 *Conſuetudo num excuſet à decimis prædialibus non ſoluendis.*
15 *Decimas non requirant viri Eccleſiaſtici à laicis, vbi ſine ſcandalo id facere nequeunt.*
16 *Decimæ perſonales quo tempore ſoluendæ.*
17 *Decimæ integri ſolui debent aliàs non ſol uentes peccant mortaliter.*
18 *Decimas non ſoluentes poſſunt cogi per iudicem ex officio, immo ſunt excommunicandi.nu.ſeq.*
20 *Cenſura eccleſiaſtica quid differat à diſtrictione.*
21 *Decimas non ſoluentes quibus pœnis ſubijciantur.*
22 *Decimas diligenter ſoluentes,quadrupliciter remunerantur.*
23 *Decimę prędiales,vel perſonales cui Eccleſiæ ſoluendæ.nu.ſeq. & 29.*
25 *Ad decimas obligatus,an liberetur pręueniendo tempus ſolutionis.*
26 *Compenſatio inter laicos quo ad decimas qualiter fiat.*
27 *Decima,an à laico, vel ab Eccleſia præſcribi poſsit.*
28 *Decima an debeatur, ſi quis ſoluendo incidat in egeſtatem.*
30 *Decimæ vt non ſoluantur ex priuilegio, an hoc poſsit facere Papa.*
31 *Decimas non ſoluentes vt non peccent, an Papa poſsit diſpenſare.*
32 *Decimæ non ſoluuntur ratione præſcriptionis.*
33 *Decimas an remittere poſsit Epiſcopus, & an nouales.nu.38.*
34 *Decima in quot partes diuidenda.*
35 *Decimas niſi clerici ex priuilegio apoſtolico poſſunt vendicare.*
36 *Decimæ dę quibus rebus ſint dandæ.*
37 *Decimæ à monachis de noualibus an ſoluendæ.*
39 *Decimæ an ſoluendæ de animalibus diſtingue quatuor caſus.*
40 *Decima an minutim de agnis, & hædis poſsit ſolui.*
41 *Decima an de piſcatura ſit præſtanda.*
42 *An de illicitè acquiſitis. nu.43.*
44 *Decimam an vſurarius dare debeat, ſi*

O 3 ager

*ager ſeminatur de vſura.*
45 *Decimæ prædiales an ſoluendæ ab infidelibus.*
46 *Clerici ad decimas tenentur niſi in dote Eccleſiæ.*
47 *Religioſi quibus caſibus ſint immunes à decimis, vel non. nu ſeq.*
49 *Clerici quando alijs clericis decimas ſoluere, vel non ſoluere teneantur. nu. 50.*
51 *Coloni exemptorum an teneantur ad decimas.*
52 *Coloni partiarij an ad illas ſint obligati.*
53 *Religioſi retrahentes à ſolutione decimarum quando excommunicati ſint.*

## De decimis. Cap. XXVII.

DE materia decimarum, & primitiarum habetur. 16. q. 1 §. de his. vſque
ad finem quæſtionis. & q. 7. vſque
ad §. cum ergo. de conſecr. diſt. 5. c.
1 quadrageſima & extr. eod. quam † quidem ma
teriam conſiderabimus in iis articulis. Quorum primus, de eius definitione, & diſcrimine
inter decimas primitias, & oblationes. Secundus, de ſpeciebus earum. Tertius à quo iure
emanauerunt, & an ſint in præcepto. Quartus,
quando, & quo tempore ſoluendæ, & qualiter.
Quintus, quibus pęnis ſubiiciantur non ſoluentes, & qualiter remunerentur ſoluentes. Sextus,
cui ſint ſoluendæ. Septimus, in quibus caſibus
non ſoluendæ. Octauus, de quibus rebus ſoluendæ ſint. Nonus, an de illicite acquiſitis. Decimus, qui ad earum ſolutionem teneantur, vel
ſint immunes.

Circa primum ſciendum eſt. iux. Archid. in
cap. decimæ. 16. q. 1. & Turrecr. in cap. reuerti-
2 mini. 16. q. 1. quòd. † Decima eſt omnium bonorum iuſte acquiſitorum talis pars, ſcilicet
debita Deo ſiue in ſignum vniuerſalis dominij. ſiue pro remiſſione peccatorum, ſiue pro
ſtipendio militum deſeruientium in tabernaculo Dei. de decim. c. 1. & cap. parrochianos. &
cap. non eſt. & cap. tua nobis, §. verum. & cap.
cum non ſit. extr. de dec. Zabar. conſ. 26. in prin.
Et nota, quòd habemus decimam, primitiam,
3 & oblationem. Primitia † enim eſt pars prima frugum Domino offerenda, de quibus dicitur Exo 22. Decimas, & primitias non tardabis offerre. & Exo. 23. Primitias frugum terræ
tuæ deferes in domum Domini Dei tui. Quæ
quidem primitiæ fuerunt introductæ in ſignũ
rei iam factæ, ſcilicet liberationis ab Ægipto
per interfectionem primogenitorum ſaluatis
primogenitis Iſrael. Erant etiam in ſignum
rei faciendæ, vt ſcilicet initium operum noſtrorum attribuamus Deo autori omnium bonorum. Erant etiam in ſignum futuri, ideſt
recuperandæ cæleſtis hæreditatis amiſſæ, quæ
eſt propria primogenitorum. ita Aſtenſ. lib. 6.
de decim. artic. 8. Deferebantur etiam in recognitionem diuini beneficij, quaſi aliquis profiteretur ſe a Deo fructus terræ percipere, &
ideo ſe teneri ad aliquid de huiuſmodi Deo
exhibendum, ſecundum illud 1. Para. vlt. Quæ
de manu tua accepimus dedimus tibi. & quia
Deo exhibere debemus id, quod præcipuum
eſt, ideo primitias quaſi præcipuum aliquod
de fructibus terræ præceptum fuit Deo offer-
4 ri. Quæ quidem † primitiæ ſecundum Ray. &
Hoſt. debent dari presbytero parochiali. 16. q.
1. doctos ac probos monachos. Quota autem
pars debeat dari. Dic, ꝙ ſecundum conſuetudinem patriæ, & indigentiam miniſtrorum. Et
ita ſolutio primitiarum ſecundum determinationem Eccleſiæ eſt in præcepto tempore moderno. Determinat autem Eccleſia vt ſecundũ
conſuetudinem approbatam ſoluantur primitiæ, & indigentiam miniſtrorum Dei: Conſeruet ergo quęlibet eccleſia conſuetudinem ſuã,
ſi habet, quam ſi non habet, recurrat ad conſuetudinem vicinarum eccleſiarũ. Si vero inueniat ibi diuerſas conſuetudines, illam ſequatur,
quæ magis accedit ad mediocritatem, vel quæ
à pluribus obſeruatur. Si tamen eccleſia eſſet
ita tenuis, quòd ſacerdos non haberet vnde
poſſet ſuſtentari, tunc dicerem illam conſuetudinem eligendam, quæ amplius ſoluit, vel ſaltem medium tenet inter illas. Hæc Alexan. de
Hal. in 3. Turrecre. in ſum. 16. q. 7. arg. tex. in cap.
certificari. de ſepult. cap. cum olim. in fi. de con
ſuet. & 12. quæſt. 2. cap. Epiſcopus. Aſtenſ. lib. 6.
de decimis. art. 8. circa finem. De oblationibus
5 vero Rayn. in ſumm. dicit, † quòd ſunt tres ſpecies oblationum. Vna quæ eſt donatio rei facta inter viuos Deo, vni eccleſiæ. Secunda facta cauſa mortis, quæ reducta eſt ad inſtar legatorum. Tertia vſualis, quam fideles faciunt
ad altare, vel ad manum ſacerdotis. Prima eſt
voluntaria, & cum data ęſt, de illa non plus
quærimus, ſed ſi ſolum eſſet promiſſa conſtat,
quòd eſt debita. De ſecunda non dubitatur
quin ſit debita, vnde non ſoluentes ſacrilegi
dicuntur, & homicidæ, & necatores gentium.
Hæc per ordinem. 12. quæſt. 2. cap. nulli. & cap.
qui abſtulerit. & 13. quæſt. 2. cap. quæ oblatio-
6 nes. Tertia vero † eſt voluntaria, & in conſilio,
non autem in præcepto. Sic dicit D. Thom. 2.
2. quæſt. 86. art. 1. quòd oblationes de ſui ratione habent, quòd volũtariè offeruntur. Ad hoc
illud



illud Exo. 25. Ab omni, q offert vltroneus, accipies eas. & Matt. 5. Si offers munus tuum ante
altare, &c. & non obſtat tex. in cap. omnis. de
conſecr. diſtin. 1. qui videtur contrarius, quia
tex. ille intelligitur de oblatione interiori, vel
bonorum operum. Fallit tamen in quatuor caſibus, in quibus aliquis ad oblationes tenetur.
Primo ex præcedenti conuentione, ſicut cum
alicui conceditur aliquis fundus eccleſiæ, vt
certis temporibus certas oblationes faciat,
quod tamen habet rationem cenſus. Secundo
propter præcedentem promiſſionem, vt cum
aliquis inter viuos promittit, vel in teſtamento reliquit aliquid offerendum eccleſiæ, vt pro
ſeptimis, vigeſimis, & anniuerſariis. Hæc Hoſt.
Tertio propter eccleſiæ neceſſitatem, vt quia
ex poſſeſſionibus, aut redditibus eius non poſſit ſacerdos ſuſtentari. Quod ſi parrochiani
ſunt ita pauperes, vt ſacerdoti prouidere non
poſſint, tunc quærat ſacerdos manibus ſuis victum. diſtinct. 91. cap. clericus victum. Quarto
propter conſuetudinem approbatam. Tenentur enim fideles in aliquibus ſolennitatibus, in
quibus tenentur totam miſſam audire. capitu.
miſſas. de conſecr. diſtin. 1. ad aliquas oblationes conſuetas. cap. apoſtolicam. de ſimo. quæ
tamen oblætiones ſunt etiam voluntariæ, quo
ad quantitatem, & ſpeciem rei, quæ offertur.
Quod ſi parochiani non offerunt, poſſunt
cogi ad hoc, non à presbytero, per officij ſubtractionem, ſed ab Epiſcopo, cuius officium
eſt in talibus implorandum. ſecundum Thomam. per tex. in d. cap. ad Apoſtolicam, vbi ad
conſeruandas pias conſuetudines circa oblationes, poſſunt cogi per Epiſcopum loci. vt dicit Alex D. Tho. & Hoſt. Hæc Arch. & Turrecre. in d. c. omnis. Henri. in c. quamuis. num. 7. &
8. de Decimis. Frater Ioan. in ſum. eod. titu. ſub
rubr. de oblat. q. 54. Vtrum aliquæ oblationes.
Sed modo deueniamus ad deciſiones circa
definitionem ipſius decimæ fere pertinentes
ad totam materiam, quarum
7 Prima. † In veteri lege quatuor erant genera decimarum. Primæ erant, quas populus debebat ex lege Leuiticæ tribui, & loco illarum
ſunt, & ſucceſſerunt hodie illæ quas parochiani dant parochiali eccleſiæ. ſecundum Ioan.
And. & Abb. in cap. 1. eod. tit. Item aliæ decimæ ſunt, quas ex illis decimis à populo ſic receptis Leuitæ dabant ſacerdotibus, de quibus
loquitur Num. 18. ante finem. Et loco iſtarum
ſunt partes, quas percipiunt Epiſcopi ab eccleſijs parrochialibus. 10. quæſt. 3. cap. vnio. vel
quæ datur Domino Papæ, vel alicui Principi ſæculari de mandato eius. ſecundum Abb.
& Ioan. And. Item aliæ, quas vnuſquiſque de
populo Iſrael ſeparabat ad inuitandum ſacerdotes, & loco illarum ſunt oblationes, vnde
in quibuſdam prouinciis obſeruatur, quòd
quilibet parochianus faciens celebrari pro animabus parentum, inuitat ſingulis annis ad anniuerſarium ſacerdotes. Eſt & quarum genus
decimarum, quas parochiani pauperibus recondebant, ideſt ad vſum pauperum reſeruabant, & loco iſtarum ſuccedunt, & dantur
eleemoſynæ pauperibus. Et de his quatuor
generibus loquitur gloſ. in cap. eccleſias. §. his
itaque. 23. quæſt. 1. Harum vero primum tantum genus eſt neceſſarium, ſcilicet illæ tantum
debentur, quas parrochiani dant parrochiali
eccleſiæ: aliæ vero ſunt voluntariæ, & ideo
non exigendæ. arg. extr. de cenſi. cap. ex parte.
Secundum Hoſt. in d. c. 1. & plenius. eodem tit.
cap. à nobis.
8 Secunda. † Species iſtarum decimarum huius primi generis duæ ſunt ſpecies, quia quædã
ſunt prædiales, & quædam perſonales. Perſonales ſunt, quæ debentur ex negociatione, vel
artificio, ſeu ſcientia, aut militia, vel venatione, aut huiuſmodi, & ex opere perſonali. Prædiales vero, quæ proueniunt ex ipſis prædiis, vt
vinum, bladum, aut fructus arborum. vt extra,
eo. tit. c. ad apoſtolicæ. & c. paſtoralis. & extr.
de parroch. cap. vlt. Sed de quibuſdam dubium
9 eſt, an ſint prædiales, vel perſonales, vt de
agnis, & fętibus aliorum animalium, quæ in
paſcuis gregatim paſcuntur. & licet Ber. in d.
c. ad apoſtolicæ. computet decimas animaliũ
inter decimas prædiales, & cum eo conueniãt
Ray. & Gof tamen Hoſt. cuius dictum mihi
magis placet, & cum eo tranſeunt Aſten. Henri. & Frater Io. in ſum. tenet, quòd ſint mixtæ,
quia tales decimæ partim proueniunt à prædiis, cum ex eis viuant animalia, à quibus procedunt. arg. extr. eo. c. commiſſum, & partim à
perſonis, quæ ea cuſtodiunt. extr. de re iudic.
cap. pęn. Igitur hoc verbum, decima, poſitum
in definitione, comprehendit decimas prędiales, vel perſonales, aut mixtas, quas parochiani dant parochis.
10 Tertia. † Decimarum inſtitutio emanauit à
iure naturali ſecundum determinationẽ partis exhibendæ, puta, quia aliqua pars eſt exhibenda Deo, & miniſtris eius. Dictat enim ius
naturale, ꝙ Deus debet honorari de propria
ſubſtantia ſecundum illud Prou. 3. Honora Dominum de tua ſubſtantia. ſic patet de Abrahã,
& Iacob. cap Decimas Deo. 16 q. 7 ſic, & ſimpliciter à iure naturali, quòd Miniſter Dei debeat ſuſtentari, ſecundum illud Mala. 3 inferte
omnem decimam in honorẽ meum, vt ſit cibus in domo mea Et ꝙ miniſtranti ſpiritualia
debent tẽporalia miniſtrari, vt dicitur 1. Cor.
11. & Luc. 10. Dignus eſt operarius mercede

ſua. Verum ſecundum determinationem certæ
partis exhibendæ, puta partis decimæ, & non
minoris, non eſt à iure naturali ſimpliciter, ſed
ſecundum quid. Nam quod tanta pars, & non
minor detur, hoc non dictat ius naturale ſim-
pliciter. ita Hugo. lib. de ſacram par. 12. cap. 4.
Aſtenſ. lib. 6. de decimis. art. 1.

11 Quarta. † Secundum indeterminationem,
vt ſcilicet aliquota pars detur ad ſuſtentationē
miniſtrorum Dei: ſemper decimæ fuerunt in
præcepto, & de iure naturæ. Vnde Geneſ. 47.
Sacerdotibus Ægypti cibaria ex horreis pu-
blicis præbebantur. Sed ſecundum determina-
tionem talis partis, ſcilicet decimæ ante Le-
gem fuit in conſilio. Vnde Gen. 14. legitur, ꝙ
Abraham dedit decimas Melchiſedech: nun-
quam vero legitur hoc fuiſſe ſibi præceptum.
In lege vero fuit hoc in præcepto ſimpliciter,
vt patet Exod. 23. & Num. 18. Tempore vero
gratiæ factæ ſunt in præcepto, ſecundum Tur-
recrem. in c. reuertimini. 16 quæſt. 1. Ad quin-
tum, tantum decimæ prædiales de iure ſunt
diuino. Vnde Leuit. vlt. dicitur, omnes deci-
mæ terræ ſiue de frugibus, ſiue de pomis arbo
rum Domini ſunt. Item decimæ animalium,
quæ ſub virga paſtoris tranſeunt. Sed decimæ
perſonales non ſunt in præcepto diuinæ legis,
ſunt tamen in præcepto eccleſiæ vbi eſſet con-
ſuetudo, vel miniſtri Dei indigerent, & pro-
pter indigentiam, & ſuſtentationem perirent,
Alij verò Theologi communiter tenent,
quòd decimæ non ſunt in præcepto ex diſpo-
ſitione legis diuinæ. Richar. 4. diſtin. 17. S. Tho.
2. 2. quæſtio. 87. Canoniſtæ abſolute tenent con
trarium, & primo glo. in cap. in aliquibus. ex-
tra, eod. Idem tenet Innoc. in rubri. eod. titu.
qui allegat multas autoritates, prout etiam re-
fert Dom. Anton. in cap. parochianos. eod. tit.
nume. 5. Et hoc tam de decimis prædialibus,
quàm perſonalibus. Ego tamen facile aſſenti-
rem opinioni Cardinalis in dicto cap. reuer-
timini, ſcilicet, ꝙ ſunt de præcepto vbi eſſet
loci conſuetudo adprobata, vel miniſtri Dei
indigerent. Alioquin infinitæ animæ torque-
rentur, cum pauci ſint qui eas ſoluunt. vt not.
Hoſtienſ. in cap. ex parte canonicorum. in fin.
& cap. tua. in fine. & cap. paſtoralis. & cap. in
aliquibus. eod. titu. De hoc etiam notat Archi-
diac. in cap. decimæ. 16. quæſt. 1. Henr. Boich,
qui reſidet in hac opinione. in capitu. peruenit.
num. 22. eod. tit.

12 Quinta. † Decimæ prædiales cum ſint de
præcepto ex iure diuino, neceſſario ſunt ſoluē-
dæ fructibus collectis, ſtatim, ita videtur velle
tex. in cap. cum homines. extrà, eodem. Hoc
eſt, quando frumentum eſt ſeparatum à paleis
ex communi conſuetudinæ, quæ eſt in noſtris
temporibus vt dicit Panorm. in cap. peruenit.
extra, eodem. & debent deferri expenſis villi-
ci, ſeu domini, vſque ad domum eccleſiæ, vt eſt
text. iuncta glo. in cap. reuertimini. 16. quæſt. 1.
& ibi Turrecrem. Panormit. in dicto capitu.
peruenit. Hinc infertur, quòd talis ſolutio de-
bet fieri abſque monitione, cum illa non re-
quiratur ad conſtituendum eum in mora, cum
tempus ſit appoſitum in lege vide gloſ. in Cle-
men. ſæpe. de verbor. ſignific. & dicto cap. cum
homines, & non ſoluentes peccant vide bo-
nam gloſ. in cap. 1. eodem titulo. in ſexto. Po-
teſt etiam is, cui debetur decima, petere in-
terdici Domino prædij ne fructus colligat, niſi
eo, vel eius nuncio præſente, C. quando. & qui-
bus quar. pars. l. 2. lib. 10. ibi ſub aſpectu curia-
lium. l. non ſolum. ff. de rei vendicat. alias, ſi ve-
ro. & ratio eſt, quia habet partem in fructibus,
& ex conſequenti in fundo. nam fructus ſunt
pars fundi l. fructus. ff de rei vendicat. ita tenet
Dom. Cardin. Zabarel. conſil. ſuo 146 vide
Ioan. de Anania in capitu. ex parte. titulo
noſtro.

13 Sexta. † Decimæ prædiales dandæ ſunt non
deductis expenſis, nec etiam illis, quæ fiunt pro
fructibus colligendis. ita tex. in cap. cum ho-
mines. & cap. tua nobis. extr. eod. vnde nec ſe-
men deducendum eſt, vt dicit Goff. & Hoſt. ti.
de decimis Decimæ vero perſonales, ideſt de
negotiatione, vel artificio, vel aliis, quæ non
computantur in fructibus terræ, diſtribuuntur,
quia vel ſurgunt ex rebus decimatis, & dedu-
cuntur expenſæ, vel non; & tunc ſecus. extr. eo.
c. paſtoralis.

14 Septima. † Cum decimæ prædiales ex præ-
cepto debeantur, hinc fit, quòd nulla conſue-
tudo excuſare poſſit a decimis prædialibus
ſoluendis, ſiue conſuetudo in totum, vel in
partem tollat decimas. capitu. in aliquibus. ex-
tra, eodem. 16. quæſtio. 7. capitu. quicunque, niſi
forte conſuetudo per Papam approbata eſſet
per conuentionem, vel amicabilem compo-
ſitionem autoritate ſuperioris ſubſequenter
factam: Nam vt dicit Hoſtien in cap. ſtatui-
mus. extr. de tranſact. Compoſitio inter perſo-
nam eccleſiaſticam, & laicos ſuper aliqua par
te decimæ, vel tota, de conſenſu ſuperioris
prælati, valet. Turrecrem. in d. cap. reuertimi-
ni. num. 14. vide Abbatem in cap. cum homi-
nes. nu. 4. extr. eod.

15 Octaua. † Licet miniſtri eccleſiæ poſſint
laudabiliter requirere decimas, tamen lauda-
biliter faciunt, ſi eas non requirunt, in locis vbi
ſine ſcandalo requiri non poſſent, vel propter
deſuetudinem, vel aliam cauſam, nec tamen
ſunt in ſtatu damnationis, qui non ſoluunt in
illis locis, in quibus eccleſia non petit: niſi
propter



propter obſtinationem animi habentes volū-
tatem non ſoluendi, etiam ſi peterentur ab eis
ita D. Thom. 2. 2. q. 87. Archid. in c. maiores,
16. q. 7. Franc. in c. 1. eod. tit. in 6. nu. 2. Tur-
recr. in d. c. reuertimini. Henr. in cap. perue-
nit. num. 20. eod. tit. Et non obſtat, quòd cū
decimę ſint de præcepto. ergo ſemper videtur
obligare non ſoluentes ad peccatum mortale:
quia eſt præceptum affirmatiuum, & non ne-
gatiuum, vnde cum ſit præceptum affirmati-
uum, etſi obligat, non tamen ad ſemper, ſed
pro loco, & tempore, ideſt cum neceſſitas eſt
& petuntur à miniſtris? Si verò non eſt neceſ-
ſitas, nec petantur aliquibus rationabilibus de
cauſis, tunc non ſoluentes, non peccant, ſe-
cundum ſuperius dicta à S. Thoma.

16 Nona. † Decimę perſonales ſolui debēt, vbi
eſt cōſuetudo eas ſoluere eo tempore, quo ma
ior commoditas prouenit eccleſiæ. Hoc eſt in
fine anni: nam particularis, & minuta ſolutio
multa habet in commoda. l. planè. ff. famil.
erciſc. arg. tex. in c. ex literis. de pignor. ſi quis
tamen ante annum vellet ſoluere, ſecundum
Hoſtien non eſſet refutandus. ita refert Turre-
cre. in d. cap. reuertimini. nu. 21.

17 Decima. † Decimę integrè ſolui debent. c.
in aliquibus, verbo cum integritate, & ſic eſt
contra illos Theologos, & Magiſt. Senten. vt
refert gl. in cap. 1. eod. tit. lib. 6. qui dicunt,
quòd ſufficit aliquid dare pro decima, & no-
mine decimæ. Sed oportet, quòd ſoluantur
cum integritate, vt habetur per Concil. Tri-
dent. ſeſſ. 25. cap. 12. & non ſoluens integrè,
videtur peccare mortaliter, quòd colligitur
ex eo, quòd poteſt ab hoc compelli per ex-
communicationem, & excommunicatio non
fertur niſi pro mortali. cap. nullus. cap. nemo.
11. q. 3. Et hoc non ſolum procedit in laicis,
ſed etiam in religioſis. Zabar. in Clem. 1. q. 24.
de decimis.

18 Vndecima Non ſoluentem † decimas Iu-
dex ex officio poteſt cogere, cum immineat
periculum animę, ſi non ſoluatur. de deci. c.
prohibemus. & in talibus exuberat officium
iudicis. de iudic. c. nouit. de off. ordin Clem.
1. Et hoc, modo conſtet poſſeſſiones, ex qui-
bus decimæ petuntur, eſſe infra limites paro-
chię, vel homines accipere ab ea ſacramenta
eccleſiaſtica, quoad perſonales decimas, nam
ex quo de communi iure ſcripto decima de-
betur parochiali eccleſiæ. de decim. c. cū con
tingat, & ius commune notorium eſt & tan-
quam notorium debet ſciri. 1. q 3. §. ſed notā-
dum. Ideo in contrafacientem tanquam no-
toriè delinquētē, poteſt aduertere iudex ex of
ficio ſuo, adeo quòd nō eſt neceſſe quòd cau-
ſa in iudiciū deducatur, vel teſtes admittātur,
pro hoc, quod not. de fil. presbyt. c. qm̄. & po
terit ꝓcedere ſine vlla alia iuris ſolēnitate Im-
mò dicit Lau. in Clem. diſpēdioſā. de iudic. &
poſt eū Zaba. ibi q. 23. quòd non eſt opus in li-
teris monitorijs contra non ſoluentem deci-
mas ponere clauſulam illam, niſi cauſam ra-
tionabilem volueris allegare, & probare, ad
quod faciendum talem diem peremptorium
aſſignamus. Ex quibus dictis haberis, quòd
19 poſt admonitionem † non ſoluentes decimas
præteritas, ſunt excōicandi. 16. q. 7. c. omnes
decimę, & tradit Laur. formā literarum mo-
nitorialium, quia debet dicere Iudex. Mone-
mus vos, vt infra tot dies (verbi gratia) quin-
decim pro primo, & ſecūdo, & tertio perem-
ptorio, quorum, quinque pro primo, quinque
pro ſecundo, quinque pro tertio peremptorio
aſſignamus, decimas de fructibus talium poſ-
ſeſſionum ſitarum in tali parochia, ſoluatis
eidē, vel reſtituatis, alioquin, ex nunc, prout
ex tunc, in his ſcriptis vos excommunicatio-
nis ſententia innodamus, quod not. in practi-
ca. Et ita habes, quòd non ſoluentes poſſunt
compelli per cenſuram eccleſiaſticam. 1. q. 7.
cap. omnes decimę. Immo etiam per diſtri-
ctionem, & temporalem pęnam. cap. nun-
20 cios. ext. eod. & ſic † nota differentiam inter
cenſuram eccleſiaſticam, & diſtrictionem:
nam apellatione cenſuræ veniunt ea, quæ ha-
bentur in cap. quærenti. de verb. ſign. ſed di-
ſtrictionis appellatione venit pœna tempora-
lis. Prima concernit animam, hæc corpus. De
hoc vide per Do. Abb. in d. ca. quęrenti, &
in noſtris Deciſ. lib. 4. c. 1. nu. 5. ver. nā cenſura.

21 Item † non dantes decimas, ſacrilegium
committunt, & ęternę damnationis periculū
incurrunt. 16. q. 7. cap. 1. 12. q. 2. cap. gloria.
vnde Hieron. Amico aliquid rapere furtū eſt,
eccleſiam fraudare ſacrilegium eſt, exinde ali-
quid ſubtrahere, omnium prędonum crudelita
tem ſuperat. Rurſum frequenter damna patiū-
tur, qui decimas dare negligunt. 16. q. 1. cap.
reuertimini, vnde ibi Archi. ponit, mala, quæ
Dominus infert frequenter propter ingratitu-
dinem non ſoluentium decimas: nam immit-
tit ſterilitatē contra vbertatem. Vnde Domi-
nus Malac. 3 Quia mihi non reddidiſtis deci-
mas, & primitias, idcirco in fame & penuria
vos maledicti eſtis. Et Aug. 16. q. 1. c. decimæ,
dicit. cum dando decimas, & terrena, & cœ-
leſtia poſſit mereri, propter auaritiā duplicē
benedictionē fraudas, ideſt ſubtrahis tibi. Itē
ꝓpter nō ſolutionē decimarū immittit Deus
ſiccitates, infirmitates, & mortalitates. vnde
2. Paral. 6. Clauſo cœlo pluuia non fuit ſuper
terrā. Item quanti pauperes mortui fame fue-
rint, tot detentor decimarū reus eſt homici-
diorum

22 diorum.d.cap.decimæ.At † econtra, qui deci-
mas diligenter dat,quadrupliciter à Deo remu
neratur. Prima enim remuneratio eſt abun-
dantia fructuum. Secunda ſanitas corporis.
Tertia indulgentia peccatorum. Quarta cę-
leſte regnum.d.c.decimæ.& ibi Turrecr.Aſteſ.
lib 6.de deci.art.9.

Duodecima. Licet decimarum tempore le
gis fuerint quatuor genera,vt ſuperius diximus
quod plenè proſequuntur Doctor. in capitu.à
nobis.de deci, hodie tamen eſt vnum ſolum
genus in præcepto, ſcilicet vt decima pars om
nium emolumentorum licite prouenientium
23 ſoluatur eccleſiæ † in cuius parrochia ſunt
prædia,etiam ſi non ſit matrix,ideſt baptiſma-
lis,ſi ſunt decimæ prædiales.capi.quoniam.ex-
tr.eod.16.quęſtio.1.cap.alia.& cap.ſi laicus.13.
quæſt.1.cap.eccleſias.§.1.& iſta opinio vide-
tur eſſe communis, quam ſequuntur Goffr. &
Ioan.de Anan.qui not.in Sum. ſua de decimis.
§.ſed quibus.Hug Lau.& Archid.13. quæſt. 1.
in ſumma.Hoſt.eod.tit.§.cui danda. Ber. infra
eod.cap.ad Apoſtolicæ Cardin.conſi.26.ſcili-
cet, quòd decimæ de iure communi pertinēt
ad illam eccleſiam infra cuius parochiam prę
dia ſunt ſita. Si vero non conſtaret,quia limi-
tes non ſunt certi,habet locum cap. quoniam.
eod.tit quia diœceſano debentur. Et hæc de
decimis prædialibus, niſi aliud obtineatur,vel
de præſcripta conſuetudine.ext.de eod.c. cum
ſint.& cap.ad apoſtolicæ,vel ex conuentionè.
24 extr.eod.c. ex multiplici. Verum † ſi ſunt per-
ſonales, & tunc ſunt dandæ illi eccleſiæ paro
chiali,vbi dantes audiunt diuina, & recipiunt
ſacramenta, modo in illa eccleſia habeat do-
micilium.cap eccleſias.13.q.1.d.c.cum homi-
nes.& cap quoniam.eod. titu.Si vero quis ha-
bet domicilium in pluribus locis. vt aliquis
Rex.aut princeps.& tunc illi Eccleſiæ ſoluet,
vbi habet domicilium principale. arg. C. vbi
ſenat.vel clar.l.2. At ſi in omnibus principali-
ter,ſeu æqualiter habitat, & tunc illæ inter ſe
diuident.vt arg.tex.in l.aſſumptio. §. iuris pru-
dentibus. ff.ad municip.notat Innoc.in c.om-
nes.de ætate.& qual.ſequitur Henric. nume.1.
& 2.eod.tit.vbi etiam num. 3. dicit de decimis
mixtis,vt de agnis,& fętibus animalium. Hoc
tamen haberi debet pro indubitato, quòd in
ſoluendis decimis attenditur prius conſuetu-
do.capi.ab apoſtolicæ.in fine.de decim. Card.
conſi.98.

25 Decimatertia.† obligatus ad decimam,quæ
conſiſtit in fructibus prædiorum vel alijs re-
bus, quàm in nutrimentis animalium, libera-
tur, ſi præuenit tempus ſolutionis.l.quod quis.
ff.de act.& oblig.l.quod in diem.ff.de ſolu. pa-
riter poteſt ſoluere ante tempus, ſi decima cō
ſiſtit in nutrimentis animalium, & Eccleſiæ,
vel prælato non fit præiudicium. Aliàs non
(verbi gratia) ſi quis ſtatim agnum poſtquàm
fuerit natus vellet tradere,non liberatur: quia
fieret præiudiciū eccleſiæ ſed debet tradi poſt
quam fuerit lactatus, & aliquantulum impin-
guatus.arg.ff.de an. leg. l. eum qui. ſecundum
Hoſt.& Ioan.An.in c.cum homines.eo. tit.

26 Decimaquarta.† Compenſatio inter laicos
non poteſt fieri quo ad decimas ſoluendas in
poſterum ſine autoritate iudicis, & ratio eſt:
quia decimæ ſunt tributa animarum.16.quæſt.
1.c.decimæ.ext.eod.capitu.tua nobis.In tribu-
tis autem non eſt compenſatio admittenda.l.ſi
ca. C. de compenſa.inter clericos tamen po-
teſt admitti compenſatio ſine autoritate iudi-
cis.vt patet in cap.ex parte tua.& cap. ex mul-
tiplici.tit.noſtro.Henr.eodem ti.cap. cum ho-
mines.num.5.

27 Decimaquinta.† Licet laicus Decimam prę
ſcribere, vel retinere non poſſit contra cleri-
cum.cap.cauſam. de præſcrip. tamen vna Ec-
cleſia poteſt præſcribere decimas contra aliã.
cap. cum ſint homines.cap.ad apoſtolicæ. tit.
noſtro. Quod debet intelligi cum titulo, vel
ſpacio tanti temporis, quod de contrario non
ſit memoria.capi.1.de præſcrip.lib.6. D. Card.
conſi.98.in prin.Idem in tributo: quia ſubditus
non poteſt præſcribere contra Dominum: ſed
bene vnus Dominus contra alium.ita Ioan.de
Anan. in capitu. tua nobis. nume.10. titu.no-
ſtro.

28 Decimaſexta.† Decima debetur etiam ſi ſol
uendo quis incideret in egeſtatem.Puta colli-
git quis tot fructus,qui ſufficiunt ſibi, & pro fa
milia ſua,ſi autem ſoluit decimam, ipſe indi-
get.tunc glo.12.q.1.c.quia tua fraternitas. de-
cidit, quòd tenetur.Eſt etiam glo. 86.diſtinct.
cap.non ſatis.vbi Archid. dicit, quòd de elee-
moſynis ſibi factis debet ſoluere decimam.Sic
etiam Vincen.in cap.cum homines. ti. noſtro
concludit, quòd propter paupertatem quis
non debet retinere alienum.cap. habebat. 12.
quæſt.1.Dicit tamen Panor.in d.c.cum homi-
nes, quòd iſte tenetur ſoluere,ſed eccleſia te-
netur ſibi remittere tantum, quòd poſſit viue-
re, cum eccleſia de ſuo teneatur ſibi prouide-
re. Facit in ſimili quod dicit.glo.in cap. qui-
cunque.16 q.7. quòd ſi quis tanto tempore nō
ſoluit decimas,quòd ſi vellet integre ſatisface-
re,oporteret vendere omnia bona ſua,ꝙ licet
teneatur ipſe hoc facere,eccleſia tamen debet
ſibi remittere,vnde poſſit viuere. Dicit etiam,
quòd ſi eſſet tanta inopia, quòd fame periret,
ſi decimam ſolueret, quòd non teneatur ad
ſolutionem:quia in tali caſu omnia ſunt com-
munia.facit tex.in l.2.§.cum in eadem.in fi.ibi
in glo.



in glo. ff.ad l.Rho. de iact. per quem tex. dicit
ibi Angel. quòd milites tempore neceſſitatis
poſſunt licite deprędari victualia. Facit etiam
tex.in capitu.ſicut.diſtinct.47.c.ſi quis propter
de furt.

Decimaſeptima. Decimæ poſtquam paro-
chiæ fuerunt diſtinctæ, de iure communi ſol-
uendæ ſunt eccleſiæ,intra cuius parochiam ſi-
tum eſt prædium,vel ſita ſunt prædia. vt ſupe-
29 rius num.22.probauimus. Fallit † tamen hoc
in multis caſibus, quorum primus eſt, ratione
priuilegij. Quod in clericis, & religioſis cla-
rum eſt.capit.ſi de terra.extr.de priuil.capit.ex
parte.cap.nuper. extr. eod. ſed an etiam laicis
hoc poſſit concedere.vide tex. in cap. à nobis.
extr.eod.vbi dicit, quòd ſic. Debet tamen qui
dicit ſe exemptum,hoc probare quia non præ
ſumitur exemptio,ſed vſurpatio,ex quo habet
ius commune contra ſe.capi.ad decimas.de re
ſtitu.ſpol.in 6. Debet etiam qui habet priuile-
gium non ſoluendi decimas, non venire con-
tra illud:quia ſi illas perſoluerent, vtique amit
tunt priuilegium.d.capitu.ſi de terra. An vero
30 † poſſit ſummus pontifex dare hoc priuilegiū,
cum decimæ ſint de iure diuino.capitu. tua.de
deci. & ipſe teneatur defendere ius diuinum
vſque ad ſanguinis effuſionem.25.q.10.capitu.
ſunt quidam.Doct.in dicto c.à nobis.dant plu-
res reſponſiones.Quarum prima eſt, ꝙ poſſit
ſpecialiter vni concedere priuilegium, vt non
teneatur ſoluere, ſed non poteſt facere con-
ſtitutionem generalem vt non ſoluantur. Se-
cunda, quòd Papa nōn poteſt diſpenſare ſu-
per ius diuinum circa articulos fidei,vel præce
pta.6.diſt.§.his ita.& diſtin.5. in princip.ſed in
alijs poteſt interpretari, & ſic impropriè diſpē
ſare.ſicut nos lib.2.cap.31.à num.7.vſque ad vi
geſimum,plene diximus.Hoſt.vero dicit,quòd
licet Papa non poſſit diſpēſare circa præcepta
moralia,fallit in decimis: quia non eſt præce-
ptum mere morale. vt etiam dicit Aſtenſ. lib.
6.de decim. art.1.quæſtio.3.& ratio ſecundum
Hoſt.eſt,quia in alijs præceptis verſatur honor
Dei irremiſſibilis, vel vtilitas publica humana
indiſpenſabilis, vt eſt videre in illo præcepto.
Non habebis Deos alienos. Item in alio. Ho-
nora patrem tuum,&c.& in ſimilibus, in qui-
bus nec in totum,nec in partem diſpenſari po-
teſt, ſed in præcepto decimarum eſt duplex
conſideratio. Prima quatenns verſatur honor
Dei,nam decimas ſibi retinuit in ſignum vni-
uerſalis dominij.cap.tua.2.eod.titu.Et hac con
ſideratione non poteſt decima vniuerſaliter
remitti: quia non poteſt Papa facere, vt ho-
nor nō exhibeatur ipſi creatori,maxime, quā-
do ipſe ſibi reſeruarit. Secunda conſideratio
eſt in vtilitate, quæ prouenit ex ſolutione de-
cimarum: Nam concernit commodum eccle-
ſiarum, & clericorum.Et ideo Papa tanquam
generalis adminiſtrator,& Vicarius Dei, po-
teſt hanc commoditatem in aliquibus remit-
tere,& diſpenſare.Dom.Anton.dicit, quòd in
laicis Papa non poteſt decimas præteritas,ne-
que futuras etiam vni remittere ſine cauſa.Pro
hoc gloſſ. not.in cap. non eſt.extr.de voto, &
nos vbi ſupra.num.27 Quare quo ad Deum,
non eſſet tutus qui decimas ſine cauſa teneret
ex remiſſione Papæ.glo. in d.capit non eſt. ita
voluit Panor.in cap.à nobis.num.4.& 5.ti. no-
31 ſtro. Vbi etiam dicit † in fine,quòd Papa po-
teſt diſpenſare vt non ſoluentes euitent pecca
tum, non in totum præceptum tollendo, ſed
hac cauſa non ſoluentes tollerando, vt pecca-
tum non incurrant, quod ſatis ſentit etiam In-
32 nocen.in d.cap.à nobis.Secundus caſus, † vbi
decimæ non ſoluuntur, eſt ratione præſcri-
ptionis.13.q.2.in ſumma.Quod intellige ſecun
dum Do. Card. in ſuo conſi. 88. quod incipit
Capitulum Ciuitatenſe. quando fit præſcri-
ptio ab vna eccleſia contra aliam eccleſiam:
quia tunc ſi non adeſt titulus, debet concurre-
re ſaltem tantum tempus, quod de contrario
non ſit memoria cap.1.de præſcrip.in 6. & ra-
tio eſt: quia tantum tempus habet vim priui-
legij.pro hoc eſt glo.in capi. ſuper quibuſdam.
in fin de verbo.ſignifica.Item habet vim con-
ſtituti.i. ac ſi de conſenſu partis tale ius fuiſſet
ſtatutum.l.hoc iure.§ ductus aquæ. ff. de aqua
quotid. & æſtiu. Item habet vim legis. ff.de
aqua plu.arcen.l.1.in fin. Si verò adeſt titulus,
tunc requiritur ſpacium 40.annorum, vt deci-
mæ præſcribantur etiam contra eccleſiam. vt
not.Mar.Soc.in c.accedentibus.num.2.extr.de
33 priuil. Fallit & tertio, † quando Epiſcopus cū
conſenſu Epiſcopi daret priuilegium vni eccle
ſiæ, ſeu dignitati, vel perſonæ eccleſiaſticæ de
decimis alterius eccleſiæ percipiendis ad tem-
pus, vel perpetuo:nam modo faciat cum con
ſenſu Capituli, & alia ſolennitate ſeruata, de
qua,de rebus eccleſ.non alien.lib. 6. capit. du-
dum.poteſt. Quod intellige etiam ſecundum
Hug.de illis decimis,quæ ad Epiſcopum perti-
nent. alias non poſſet ſine conſenſu illorum,
quorum intereſt,ſicut nec ipſi ſine eo. 10.quæ-
ſtio.2.cap.ſi quis Epiſcopus.12.quæſt.2. capitu.
Abbatibus. ita Arch. refert in capi.ſtatuimus.
16 quæſtio.1.Laico vero non poſſet dare Epi-
ſcopus, hoc priuilegium de decimis percipien
dis.de præſcrip.cap.cauſam, quæ. cum ibi not.
Henric.capitu à nobis. numero 6. & 7. extra.
eodem titu.

34 Decimaoctaua.† Decima ſecundum ius cō-
mune diuidenda eſt in quatuor partes, quarū
vna quarta debetur Epiſcopo.12.q.2. capitulo
Vulte-

Vulteranæ.& cap.nobis.& capi.conceſſo.& c. quatuor.10.quæſtio.1.cap.vnic.not.ſuper gloſ. in cap. conquerente. de offic. ordin. Secunda pars eſt ſacerdotis. Tertia fabricæ. Quarta pauperum, vt dictis iuribus. Poſſunt tamen Epiſcopi hanc quartam ad ſe pertinentem concedere eccleſijs baptiſmalibus cum conſenſu Capituli, ſeruata ſolennitate maximè in fundatione. ſecundum not.de relig.domib.capit. conſtitutis.de rebus eccle.non alien.cap.1.in 6. Diuiditur etiam aliquando decima ſecundũ conſuetudinem, ſi aliqua ſubeſt.de deci.cap.quoniam.in glo.11.qua ceſſante, diuiditur ſecundũ ius commune.vide Aſtenſ.lib.6. de decim. art. 3.quæſt. 4.

35 Decimanona.† Clerici baptiſmalis eccleſię poſſunt ex integro vendicare ſibi omnes decimas totius Epiſcopatus ex priuilegio Apoſtolicæ Sedis. Ita hanc concluſionem firmat Turrecr.in ſum.25.q.1.num.2 & ratio eſt: quia Papa poteſt dare priuilegium, cum ipſe poſſit omne inſtitutum eccleſiaſticum immutare, dummodo non faciat cõtra fidem, vel non obuiet his, quæ pertinent ad ſalutem, vnde talis inſtitutio, vt diuidatur decima in quatuor partes, quamuis ſit iuxta decreta ſanctorum patrum, cum non pertineat ad fidem, nec ſit de his, quę pertinent ad ſalutem, poteſt à Papa immutari. Tum etiam, quia Apoſtolica Sedes cum ad eam pertineat de bonis eccleſiæ ordinare, poteſt vni eccleſiæ ſubtrahere, & alteri per priuilegium ſuum conferre.

36 Vigeſima.† Decimæ dandæ ſunt de blado, & leguminibus tam magnis, quàm paruis, de omnibus fructibus terrarum pomis arborum, herbis hortorum, nutrimentis animalium, lana, lacte, fœno, lignis piſcationibus, venationibus, afflictis, ideſt firmis, penſionibus, molendinis, etiam ad ventum, balneis, fullonibus, item de negotijs, & artificiis, & generaliter de omni lucro licitè acquiſito.extr.eod.ca. ex multiplici. cum quatuor cap.ſeq. & cap. canonicorum.cum duob.cap.ſeq.16.quæſtio.1.ca. decimæ.& capit.quicunque.& vt dicit Imo. in Clemen.vnic.eod.ti.de omnibus rebus quæ infra limites eccleſiarum inſurgũt, per quoſcunque terræ excolantur, ſiue laicos, ſiue clericos, ſiue Religioſos exemptos, vel non exemptos. eod. ti.in 6.c.ſtatuto.

37 Vigeſimaprima.† Monachi priuilegiati ſuper decimis noualium, tenentur ſoluere decimas de terris nouiter cultis, ſi parochiali eccleſiæ aliquid primo ſoluebatur.cap. commiſſum.extr.eod.ti. Quæ autem dicantur noualia. vide cap.quid per nouale.de verbo.ſignifi. vbi duo requiruntur, ſcilicet, quòd non fuerit culta tanto tempore cuius memoria non exiſtat. Secundo, quòd ex illis nulla, vel parua commoditas percipi potuerit.ita Zabar.in Clemen.1.q.5.de decim. An verò decimæ debeantur de noualibus, ideſt de terra ſterili, & inculta, ſi redigitur ad culturam. Dic, quòd ſic, & debentur illi eccleſiæ, in cuius parochia eſt ſita. cap. quoniam.extr.eod. facit tex. in cap. paſtoralis. de his, quæ fiunt à prælat. Si vero non ſunt in certa parochia, debentur diæceſano qui poteſt ſibi retinere, vel alteri concedere Hinc infertur ſecundum Panor.in d.cap.quoniam. quòd decima omnium nemorum, & locorum, quæ non ſunt intra certam parochiam, ſpectant ad Epiſcopum loci.

38 Vigeſimaſecunda. † Poteſt Epiſcopus ſine conſenſu Capituli decimam iſtorum noualiũ, caſu quo ſibi debetur, alteri eccleſiæ concedere.tum per tex.in d.capi. quoniam.tum etiã, quia propriè hoc caſu non alienat, ſed non acquirit, quare poteſt in non acquirendo ſolus præiudicare Eccleſiæ. pro hoc vide tex. cum glo.16.q.6.cap.fin.per Innoc. in c. 2. de donat. Ita Panorm.& Ioan.de Anan. in dicto capitu. quoniam.

39 Vigeſimatertia. † Decima an ſit ſoluenda de animalibus. Diſtingue quatuor caſus: nam de precio ferarum non incluſarum, quod recipit venator, tunc ſoluet decimam tanquam de perſonali, hoc eſt, vbi audiuntur diuina. extra.eod.c.commiſſum. Secundus caſus, de feris incluſis intra clauſuram alicuius foreſtæ, vt de cuniculis, habenda eſt ratio, ac ſi eſſet decima prædialis.not.Innoc. in cap. non eſt. extr. eod. Tertius caſus eſt, de domeſticis, & tunc idem quod diximus in ſecundo caſu: quia danda eſt decima illi eccleſiæ cui ſoluenda eſſet decima herbæ, ſi non paſceretur, & ita loquitur cap. commiſſum.vbi Innoc.extr.eo. Quartus, de agnis, lana, & lacte domeſticorum animalium, & tunc debetur decima tanquam de prædialibus.vt not.extr.eodem.cap.ad apoſtolicæ.per Innoc.eod.titu. capit. non eſt. Notandum tamen eſt, quòd licet minuta ſolutio afferat incommoda creditori.l.plane.ff.fami.er-
40 ciſc.tamen decima ex agnis, † & hædulis poteſt minutim perſolui hoc eſt, ex decem agnis natis debet perſolui vnus & pręſtari debet animal mediocre, neque deterius, neque optimum, ſicut in alijs ſpeciebus debitis vt ff.de lega.1.l.legato generaliter relicto. Sic enim præſtaretur priuato, quare indignum eſt id dare Deo, quod dedignatur homo.49.diſtinct.capi. finali fine. & debet eſſe apud matrem aliquo tempore, ne ſolutio ex nimis præmatura ſolutione periret.optimus tex.in l.ſi ſeruus.in fin.ff. de ſolu.

41 Vigeſimaquarta.† Decima præſtanda eſt

piſcatu-

de



piſcatura, ſecundum mentem. Innoc. Hoſt.& Abb. in cap.non eſt.extr.de decim.illi eccleſię vbi quis percipit eccleſiaſtica ſacramenta, in duobus caſibus. Primus, quando quis libere piſcatur nullo precio dato, vel parte piſcationis: nam tunc debentur decimæ perſonales. Secundus, quando piſces non ſunt recluſi in aliquo loco: nam tunc dicuntur decimæ perſonales, licet viuant ex fructibus terræ. Sunt vero decimæ prædiales, quando piſcatura non eſſet libera, ſed piſces eſſent recluſi in aliquo loco, vel ſtagno priuato, vnde exinde datur pretium, vel pars piſcium alicui priuato, & tũc decimæ debentur illi parochiali eccleſiæ, in cuius parochia piſcatur: quia piſces non ex miniſterio hominis, ſed ex aqua proueniunt.extr. eod.cap.ad Apoſtolicæ.ita Henric.& Anan. in d.cap.non eſt. Dicit etiam ibi Do. Anto. quòd non committitur peccatum, ſi quis veniret cõtra præceptum Domini, ne in tali loco poſſit venari, aut piſcari ſub aliqua pœna: quia per tale præceptum fit iniuria ſubditis. Et ideo faciẽdo contra, non peccant, niſi factum fuerit præceptum de conſenſu populi, timeant tamen pœnam de facto.

42 Vigeſimaquinta. † Decimas nunquid quis dare debeat de illicitè acquiſitis. De prædialibus.dic, quòd indiſtinctè debent ſolui à quocunque poſſidente prædia, non tantum iuſto, ſed violento, vel clãdeſtino, ſed etiam Iudęo, vel pagano, aut hæretico.extr.eod.cap. de terris, & ratio eſt: quia tales decimæ non dantur intuitu perſonæ, ſed quaſi ex cenſu debito prędiorum. An vero, qui conuenitur ratione decimarum prædialium poſſit dicere: Accipe ſundum, nolo tibi ſoluere. Sic de vaſallo, accipe feudum, nolo amplius eſſe veſter vaſallus.text. in d.c.de terris, facit quod ſic. De feudo dicit Dynus.in l.is cum quo.ff. de aqu.plu.arc. cum quo tranſit Barto. ꝙ ſi feudum eſt deputatum ad certum vſum, & tunc non poteſt renunciare, ſecus ſi eſſet vſus indeterminatus Sic de collectis, qui ad illas tenetur, dicere non poteſt. Capiatis fundos nolo ſoluere collectas, quando impoſitæ ſunt principaliter ratione rei. vt ibi per Bar.Anan.in d. c.de terris.

43 Vigeſimaſexta. † De perſonalibus decimis iniuſte acquiſitis ſi quis tenetur ad reſtitutionem, vt quia dominium pecuniæ decimandæ non eſt tranſlatum in accipientem, non eſt ſoluenda decima, ideo non debet dari, nec recipi, vnde non datur de his, quæ proueniunt ex iniuſto bello, de quo loquitur capi.militare.23. quæſt.1.cap.ſicut.extr.de iureiuran. Nec etiam de his, quæ proueniunt ex venatione prohibita, furto, rapina, vſura, ſimonia, iniuſto etiam pedagio, vel ludo, iniuſta ſententia, falſo teſtimonio, hæc probãtur autoritate Eccleſiaſt.35. Poſtquam dixit, ſanctifica decimas tuas, ſubiunxit: Noli offerre munera praua. Non enim ſuſcipiet illa Deus. At ſi non tenetur ad reſtitutionem, vt in meretricio, & hiſtrionatu, & tũc eſt concluſio, quod tenetur decimam dare, ſed eccleſia nõ debet eam ſuſcipere, quamdiu perſona illa eſt in ſcelere publico, ne videatur eius approbare delictum, & impunitatem ei præſtare.arg.diſt.90.cap.oblationes.& 17.quæſt.4. cap.miror. quòd ſecus eſt, ſi delictum eſſet occultum, licet Prælatus hoc ſciret.argum.33.q.5.cap.Chriſtiana.& extr.de ſimon.ca.ſicut nobis. Conſulit tamen Hoſt. illi tali, quòd inde eleemoſynam faciat, vt Deus illum conuertat. Quod ſi talis peccator notorius conuertitur, poterit Eccleſia ab hiſtrione, & meretrice recipere præteritas decimas, quia iam incipit eſſe quod non fuit.cap.ferrum. diſt. 50. idem tenet Diuus Tho.2.2.quæſt 37.art.2 c.11.& Innoc.in c.ex tranſmiſſa.extr. eod. Aſten.lib.6.de deci.ti 35.art. 4.

44 Vigeſimaſeptima. † Si ager ſeminatur de vſura, vſurarius tenetur dare decimã, & Eccleſia licite poteſt recipere: quia ipſe prouentus fructuum non venit ex actione vſurarij, ſed ex diuina largitate, & opere, quo multiplicatur ſemen. Præterea hoc eſt debitum ratione prædij, & ratione perſonæ. vt dicit Alex.de Ales. & D.Thom.addit, ꝙ etiam ſi ager ſit emptus de pecunia vſuraria, vſurarius tenetur decimas dare de fructibus eius: quia fructus illi non ſint ex vſura, ſed ex Dei munere. Rurſum ſi terra eſt ſeminata ex ſemine furtiuo, vel rapto, nihilominus decima recipi poteſt ratione prædiorum Secundum Ray.& S. Thom. ita Turrecr. in capit. decimæ. nume. quarto & 5. 16. quæſtio.1.

45 Vigeſimaoctaua.† Infideles inter Chriſtianos degentes tenentur dare decimas prædiales: has enim tenetur ſoluere quilibet, ad quem prædium peruenit: quia res cum onere ſuo trãſit.extra eo.cap.de terris.c.cum non ſit.in fine. Non autem perſonales, quia non ſunt de Eccleſia. vt dicitur ibid.in glo. & ibi Innoc.

46 Vigeſimanona.† Clerici licet teneantur dare decimas de prædijs patrimonialibus, & alijs ex euentu licito acquiſitis illi Eccleſiæ, cui debebantur, antequam ad eos poſſeſſio deueniret.eod.tit. cap.1. ſiue ſint clerici communiter viuentes.ſiue alij.extra eo.c.nouum. tamen nõ tenentur dare decimas de dote Eccleſiarum. 16.quæſt.1.cap.quæſti. Et ita intelligitur tex.in c.decimas.ea.quæſt. Scilicet quòd clerici communiter viuentes non tenentur decimas dare quia hoc verum de dote eccleſiæ. ſecundum glo.in cap. nouum. in princ. quia de patrimo-

nialibus

nialibus tenentur.d.c.nouum.in fi.Rurſum clerici coniugati, qui ab aliis clericis recipiunt ſpiritualia, tenentur ad decimas. ita tex.in d. capit.nouum.in fine,intelligi poteſt,ſecundum Abbat.

47 Trigeſima. † Religioſi, qui uere dicuntur religioſi, in his caſibus ſunt immunes à decimis perſonalibus.arg.extra eod.cap.2.cum ibi not.Innoc.in gloſſa magna.de ſtatu mona. capit.1. Secundus à prædialibus, ideſt à decimis noualium ſuorum,quæ propriis manibus, vel ſumptibus excolunt, & hortorum, & animalium,quæ nutriunt.cap.ex parte tua.extra eod. ver.cæteris vero.vbi Doct.extendunt ad quoſcunque religioſos, monachos, nigros, albos, griſos,vel alios. Tertius monachi ordinis Ciſtercienſ.Hoſpitalarij,vel Templarij, nõ tenentur aliquid dare nomine decimæ de poſſeſſionibus ante generale conſilium acquiſitis. capi. nuper.extra eod. Et quod dictum eſt de monachis Ciſtercienſ extende ad alios monachos habentes ſimilia priuilegia. vt ibi per Abba. Quartus, quando eſſent exempti per priuilegium ſpeciale.arg.de offic. deleg. cap. excommunicatis. in fin. Quintus in Leproſis ſub vita communi congregatis. tales enim non ſunt vere religioſi.vt per Archid. in capit. quidem. 18.quæſt.2.& 27.quæſt.2.cap. de viduis. & tamen ſunt immunes à præſtatione decimarum de hortis,& nutrimentis animalium, ideſt de animalibus,quæ nutriunt.cap.cum dicat.de Ecclеſ.ædific.& ibi Ioan.Andr. Sextus, ſi eſt conſuetudo pro eis, vel præſcriptio. capit. primo. de præſcript.lib.6.hoc tamen caſu, quo neceſſe eſt in præſcriptione titulum habere. dicit Lau. in Clem. prima. de decim. tutius eſt allegare conſuetudinem.de hoc de conſuet. capit. fin. Septimus, donatio Epiſcopi, vel alterius inferioris, obſeruata ſolennitate iuris.de reb.eccleſ.non alienan.Clemen.2.Octauus vbi ad ipſos religioſos ſpectat eccleſia, licet faciant curam per alium exerceri.Zabar.in d. Clemen 1.
48 quæſtio.9.& 12.In his † tamen caſibus tenentur ſoluere decimas. Quorum primus, vt Leproſi de omnibus aliis, cum ſint vere religioſi. Henric. in cap. ex parte tua.nu.primo extr. eod. Secundus in vere religioſis, qui licet ſint priuilegiati, & immunes de decimis noualiũ ſuorum, quæ propriis manibus vel ſumptibus excolunt, non tamen extenditur tale priuilegium ad terras, quas colendas tradunt aliis, ſic priuilegium de nutrimentis animalium nõ extenditur ad animalia, quæ tradunt aliis nutrienda.ita Ioan.And.in capit.religioſi. in verſo tenenda. extra eod. Tertius de poſſeſſionibus poſt concilium generale acquiſitis, vel in poſterum acquirendis.d.c. nuper.

49 Trigeſimaprima. † Clerici aliis clericis decimas dare tenentur in his caſibus: & primus, clerici inferiores tenentur ad ſoluendas decimas ſuperioribus, quibus ſubiacent. Quod intellige tam de prædialibus ratione prædiorum,ſi qui habent ex patrimonio, vel aliunde licite acquiſita, vel ratione beneficiorum eis competentium, quàm ad perſonales.ita loquitur tex.in capi.2.in 2.reſpon.& capi. 1. verſicu. rurſus.ext eod.& ratio eſt: quia quilibet Chriſtianus tenetur ipſas dare de omnibus licite acquiſitis.cap.ex tranſmiſſa.eo. tit. ſecundus in Epiſcopis, qui etiam da e debet decimas de prædialibus, quod videtur expreſſum.16 queſtio.1. capit. ſi quis laicus.nam prædiales ſoluit quilibet poſſeſſor.cap.1.& 2.cap. dilecti.cap.licet.extr. eod. Alias ſi Epiſcopus totum ſibi appropriaret emendo, vel alias, poſſet omnino parochialis Eccleſia iure debito defraudari, quod non eſt ſentiendnm.cap.ſuggeſtum.extr.
50 eod. In † multis etiam caſibus non tenentur Quorum primus in ſuperioribus clericis, qui non tenentur ad ſolutionem decimarum inferioribus:quia ſi par in parem non habet Imperium, ergo nec minor in maiorem.vt ff. de arbitr.l.nam & magiſtratus.cap. cum inferiore de maior.& obe. Secundus vt nec clerici æquales non ſubditi æqualibus decimas ſoluere teneantur,vt leuitæ leuitis,ſacerdotes, ſacerdotibus.cap 2.in 1.reſpon.extr.eod.Innoc.in capiti 1.in magna glo.de ſtat.mona.Ita Henric.in d. capit.2.

51 Trigeſimaſecunda. † Coloni exemptorum an teneantur ad decimas? dic,quòd ſic,quando priuilegium eſt conceſſum perſonis: quia priuilegium perſonale ſequitur perſonam. ex quo infert Do.Abb.quòd in caſibus.cap.ex parte.1.de deci. Coloni iſtorum religioſorum tenentur ſoluere decimas de parte eorum: cum ibi eximantur perſonæ,& non prædia. Non autem tenentur, ſi priuilegium eſſet conceſſum terræ.,1.vt talia prædia non ſubiaceant oneri decimarum: & ratio eſt, quia fructus capiuntur ex terra priuilegiata.Abb.in d. cap. ex parte.num.4.

52 Trigeſimatertia. † Decimas an teneantur ſoluere coloni partiarij.Dicit gloſ.in Clemen. 1.eod.tit.& in cap.licet.extr.eod. ponderanda verba priuilegiorum,per c.porro.& cap.recepimus.de priuil.nam ſi priuilegia eximunt terras,ſeu prædia ab onere decimarum,tunc coloni etiam dicto priuilegio gaudebunt,ex quo eſt priuilegium reale,ſeu rei conceſſum. Si vero priuilegium eximat tantum perſonas, tunc priuilegiati non ſoluunt de parte ſua, ſed coloni ſic, cum ipſi non ſint exempti. capi.a nobis.extr.eod.16.q.1.cap.quæſti.ad hoc bene facit c.



cit c.licet.eod.tit.Et nota,quòd ſunt duo genera colonorum,ſcilicet partiarij,qui habent medietatem fructus, & alij, qui nummis colunt, & iſti dicuntur proprie coloni, vel etiam ſi daretur ſibi certum quid, & licet fructus non naſcantur debet habere illud, quæſtio igitur noſtra eſt in colonis partiarijs, non autem qui nummis colunt. Quod idem dicimus de pedagio quod emunt mercatores ab eccleſia,vel à fiſco: quia conſiderandum eſt, an priuilegiũ ſit reale, vel perſonale.vide Ioan. de Anan. in d.c.licet.

53 Trigeſimaquinta. † Religioſi,qui aliqua verba dicunt, vt retrahant audientes à ſolutione decimarum,ſunt excommunicati.Clem. 1. de decim. Vbi duo requiruntur, vt pœna hæc vendicet ſibi locum. Primum,quòd talia proferãt vt retrahant audientes à ſolutione decimarum. Secundum, quòd proferant obligatis ad decimas ſoluendas, ſecus ſi proferant alia intentione, vel non obligatis. Item nota, quòd hanc in pœnam incidunt, ſi hæc verba dicunt in ſermonibus, ideſt in prædicationibus,vel alibi,ideſt priuatis locutionibus. Item nota dum dicit, Religioſos, quòd hæc pœna non habet locum in clericis ſœcularibus, vel laicis, qui contrafacerent.

Trigeſimaſexta. Si Religioſi,habent Eccle-
44 ſias parochiales, † in quibus adminiſtrant curam animarum per Vicarium,decimæ Religioſis debentur,& non Vicario:quia debet eſſe cõtentus ſua portione.de præb.c.extirpandæ.§.1. & c.expoſuiſti. vnde rubr. eſt de capel.monachorum,& non Vicariorum.

*FINIS SECVNDI LIBRI.*

# DECISIONES AVREAE CASVVM CONSCIENTIÆ,

## Pars Secunda.

D. IACOBO DE GRAFFIIS A CAPVA, Monacho Caſſinenſi, Monaſterij S. Seuerini de Neapoli profeſſo, Autore.

## LIBER TERTIVS.

*SVMMARIVM.*

1 *Exceſſus quid ſit.*
2 *Prælatorum appellatione qui comprehendantur.*
3 *Chriſtianorum duo ſunt genera.*
4 *Laici licet ſint de ſorte Domini, præcipuè tamen clerici.*
5 *Clerici duodecim conditiones debent habere.*
6 *Clerici à mundi voluptatibus abſtineant.*
7 *Clerici quando conuiuijs poſsint intereſſe.*
*Clerici non debent exercere officia laicalia.*

### De exceſſibus prælatorum, & perſonarum eccleſiaſticarum. Cap. I.

CVm multa à nobis ſint diſcutienda ſub hoc titulo, hoc eſt de exceſſibus perſonarum eccleſiaſticarum, ideſt de iis quæ amplius, vel minus faciunt quam debeant. Quod vtrumque vocatur exceſſus.toto titu. de exceſſ. prælat. nam ibi exceſſus
1 † accipitur pro eo, quod eſt amplius, quàm deceat, quod ſuperabundans appellatur, vel pro eo, quod minus eſt, quàm deceat, & ita dicit defectum.vt not.glo.3. in capit. 1. de offic.cuſto.notatur 41.diſtinct.cap.quiſquis.& in Clemen.1.de iure patron. ideo prius tractabimus de iis, à quibus perſonæ eccleſiaſticæ abſtinere debeant, deinde de ijs, quæ debeant obſeruare.iuxta illud Pſ. Declina à malo, & fac bonum. Verum quia hanc materiam paulo fuſius proſequi cupimus, ne lectori tædium generemus, ſi illam ſub vno titulo explicaremus, ideo per diuerſa capita declarabimus.Igitur ad euidentiam, & intellectum infradicendorum prius arbitror conſiderandum, qui cō-
2 prehendantur † appellatione prælatorum, deinde quot ſint genera hominum. Circa primū dic, quòd hoc nomen prælatus multipliciter ſumitur, ſecundum quod ſubiecta materia requirit. Vnde quandoque comprehenduntur etiam ſuperiores Epiſcopis. vt in c.1.de cleric. ægrot.lib.6.& ibi not.Francus.Quandoque vero Epiſcopi.d.c.1.& c.2.de dona. Quandoque Abbates.cap.1.de hæret.in 6.cap.quia ſæpè. de elect.lib. 6. extr. de elect.capi. ne pro defectu. glo.in c. ad aures. de tempor. ord. Quandoq; comprehenduntur etiam omnes inferiores ab Epiſcopis habentes iuriſdictionem fori cōtentioſi.tex.eſt iniuncta glo. in c. decernimus. de iudic.& in cap. tua. de cler. ægrot. Et hoc, quando materia eſt proportionabilis tam Epiſcopis, quàm inferioribus, alias in materia tantum congruente Epiſcopis, comprehenduntur inferiores ab Epiſcopo. Clem. dudum. de ſepult.



ſepult.glo.in Clem.1.de rebus.eccl. non alien. Imol.in d. Clem. dudum. Innoc. in cap.fin. de maior.& obed. Quandoque comprehenduntur electi, & confirmati, licet nondum conſecrati.cap.tam literis.de teſti.not.Ioan.And.in cap.1.de iureiur.lib.6. Et quandoque electi tā-tum.not.Archid.8.q.4.c.fin.in fi.& in c.quanto diſt.63. Item quandoque ſimplex magiſtratus ſecundum Hoſtien.in cap.3. de offic. ordi. vbi etiam dicitur, quòd Sacerdotes, ſeu Rectores, parochialium eccleſiarum poſſunt dici prælati:quia præſunt perſonis eccleſiæ ſuę.Vnde hoc reſpectu Plebanus poteſt dici prælatus. cap. tua, de cler.ægrot.Et hoc reſpectu fori pœnitētialis:Nec immerito, cum talibus conueniat etimologia huius vocabuli, dicitur enim quaſi præ alijs latus.Et hinc eſt, quòd etiam Generales & Miniſtri regularium eccleſiarum comprehenduntur, facit quod in ſimili notat. glo. 3.in Clem.1. de reſcrip.Et hoc lato ſumpto vocabulo, nam ſtricto ſumpto vocabulo Rectores regularium eccleſiarum non dicuntur prælati.vt not.in Clem.fi.de procur.d. Clem. dudum.Quod eſt vtile ſcire, quia in materia fauorabili fit larga interpretatio, iuxta ea, quæ habentur in reg.odia.de reg.iur.in 6.Circa ſe-
3 cundum ſciendum eſt, quod duo ſunt † genera Chriſtianorum: Eſt enim vnum genus fidelium, vt ſunt laici, & aliud quod mancipatum diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare conuenit, vt ſunt clerici.cap.duo ſunt.12. q. 1.Qui propterea ſic vocantur, vel quia de ſorte ſunt Domini, vel quia Dominus ſors, ideſt pars clericorum eſt, c. clericus.12.q.1.cap. cle-
4 ros diſt.21. Non quia laici non ſint † de ſorte Domini, cum in perſona hominis iuſti dicatur Pſal.15.Hæreditas mea Dominus; ſed quia ſpecialiter, & præcipuè, atque anthonomaticè ſic dicitur de cleric.Arch.in d.c.cleros.Quod quidem nomen clericus, cum habeat Dominum in portionem, etiam Religioſis & perſonis eccleſiaſticis conuenit cum nihil debeant curare niſi fugere domeſticos, & vacare Deo ne alterius impediantur neceſſitatis munere, & cum ſuis ſe abnegauerint, c.cui portio.12.q.2. Hæc in genere dixiſſe ſufficiat. Nunc ad ea, quę clerici vitare debeāt deſcendamus, debent enim iuxta tex.in c.His ergo.diſtinct. 25.mul-
5 tas † habere conditiones. Quarum prima eſt. vt a vulgari vita ſeparati ſint: quia enim clerici in ſortem Domini vocati ſunt.ca.cleros. diſtin.21.debent quæ vulgus ſequitur, ideſt illa, quæ ſunt in mondo, relinquere: in cuius figura tribus Leui dedicata diuino cultui, ſeparata fuit à cæteris tribubus, non accipiens cum eis hæreditatem, vt Deute.18.dicitur.Secunda, vt
6 à mundi † voluptatibus abſtineant:mundi autem voluptas inquinat.Sed clerici debent eſſe mundi ab omni inquinamento. In cuius figura filij Aaron mundabantur aqua in tabernaculo miniſtraturi.Exod.ca.29.& 30 Tertia eſt, vt non interſint ſpectaculis, vbi turpes ludi exercentur.34.diſtinct.cap.presbyteri.de conſecr.diſtinct.5.cap.non oportet: viſus enim, & auditus dicuntur maculari, intereſſendo actibus turpibus, & prohibitis not.in d.c.presbyteri.Quarta ne pompis inſiſtant: quia vbi pompa, ibi humilitas non habet locum. Hiere. 47.
7 clamabunt, &c. Quinta. † vt conuiuia publica fugiant.d.c.presbyteri:quia priuata .i. ſingularia & pudica quo ad ſermones.& geſtus, & ſcilicet, vt non dicantur impudica, & ſobria quo ad cibos, ſunt licita.d.c.his ergo 43.diſtin.cap. conuiuia. Sexta. Ne vſuris vacent quod ſi faciunt à clero deiiciuntur. diſtinctio. 47. cap. quoniam multi. Septima. vt turpium occupationibus lucrorum non imcumbāt. Octaua. ne fraudulenter appetāt, ideſt impediant officium cuiuſcunque, exercendo ſimulatoriè vt noceat illi.Nona.vt non habeant affectionem ad pecuniam.c.ſicut.c.bonorum. diſtin. 47. Et ſic non prohibetur pecunia, ſed affectus.Decima, prohibitum eſt eis exercere officia laicalia. vt adminiſtrationes villarū, tutelas, vſuras aduocationes.&c.ad Tim.2 Nemo militās Deo, implicat ſe negotiis ſecularibus.Vndecima ne per ambitionem beneficia occupent.1. quæſt. 6.cap.ſicut. C de Epiſc.& cler. l.ſi quemquàm. Duodecima vt munera non accipiant pro eccleſiaſticis ſacramentis: d.c. his ergo. Ne ſibi dicatur pecunia tua tecum ſit in perditionem. Act.8. Has, & multas alias conditiones habere, debent clerici ſed modo incipiamus à negotiis.

*SVMMARIVM.*

1 *Negotium quid differt à negociatione.*
2 *Negotium ſæculare triplex.*
3 *Commertia ſæcularia clericis illicita quę, & vnde dicta.*
4 *Negotia, quæ ſine peccato vix exerceri poſſunt.*
5 *Negocia quædam illicita de per ſe, & quędam per accidens.nu.8.*
6 *Negocia ſunt regulariter interdicta conſtitutis in ſacris.*
7 *Clericis an liceat aliquid emere, vt carius vendant.*

8 *Negocia quæ prohibita.*
9 *Negocia ſæcularia criminalia ſunt clericis penitus interdicta.*
10 *Negocia ciuilia ſpectantia ad forum eccleſiaſticum tractant clerici.*
11 *Negocia pertinentia tantum ad forum ſæculare, principaliter clericis ſunt interdicta.*
12 *Tutelas quas clerici ſuſcipiant.*
13 *Tutela triplex, teſtamentaria, legitima, & datiua.*
14 *Clerici an poſsint iudicare ſubditos.*
15 *Clerici qui non poſsint ſe immiſcere negocijs ſecularibus.*
16 *Procurationes an clericis interdictæ. Et quid de tabellionatu. nu. 17.*
18 *Clerici in ſpiritualibus an poſsint conficere inſtrumentum.*
19 *Tabellio eccleſiaſticus non debet coofire inſtrumentum in ſæcularibus.*
20 *Negocia illicita poſſunt fieri licita ex cã.*
21 *Negociationes ex cauſa neceſsitatis licitum eſt clericis exercere.*
22 *In oratorio an candelæ vendi poſsint.*
23 *Pœna clericorum, vel religioſorum ſe immiſcentium negociis ſæcularibus.*
24 *Tabernam an liceat clerico habere.*

## Ne clerici, vel monachi negocijs ſæcularibus ſe immiſceant. Cap. II.

AD euidentiam huius cap. notan
1 dum eſt, † quòd negocium dif-
fert à negociatione: nam nego
cium regulariter dicitur in iu-
dicijs: & ſignificat cauſam, ne-
gociatio in cõmerciis, ideſt cõ
tractibus, de ver. ſig. c. forus. licèt negociũ acci
piatur extra iudiciũ pro negociatione. de pro
cur. c. qui generaliter. lib. 6. Clem. ſi. eo. tit. Idem
ſciendum eſt, ſecundum Innoc. eod. tit. cap. 1.
2 quod negocium ſæculare † dicitur tribus mo-
dis. Primo quilibet actus ſæcularium rerum,
vt officia, & commercia, quæ fiunt pro ſæcula
ribus rebus acquirendis, emendis, vel diſtrahẽ-
dis, de quibus in d. c. 1. plures enumerantur. Et
hęc ſunt prohibita clericis, & monachis, vt eo.
titul. cap. 1. quia inter ementis, & vendentis
commertium difficile eſt non interuenire pec
catum, vt dicitur in c. qualitas. de pœnit. diſt.
5. Dicitur autem nogocium quaſi negans ociũ.
Proprie verò in cauſis negocium, in commer
ciis negociatio locum habet, vt extr. de verb.
ſign. cap. forus. §. conſtat. Secundo dicuntur
negocia ſæcularia, quæſtiones, quæ mouentur
in iudicio ſæculari. Tertio dicuntur negocia
ſæcularia procurationes prædiorum ſæculariũ
perſonarum, & inter ſæculares horum aliqua
ſunt criminalia, aliqua ciuilia. criminalia ſunt,
vbi de ſanguine agitur, & ſunt clericis interdi-
cta, ne cler. vel mona. cap. ſententiam. Ciuiliũ
vero aliqua ſpectant ad forum eccleſiaſticum
tantum, ſicut cauſa matrimonij, & legitimatio
tionis. cap. cauſam, qui fil. ſint legit. cap. tuam.
de ord. cogn. cap. quanto. de iudic. iuris patro-
natus. de iud. c. quanto. Decimarum. cap. quo-
niam. & cap. a nobis. de decim. Aliqua vero
ſunt quæ ſunt tantum fori principaliter ſæcula
ris, & de his, quãdo ſe intromittant clerici, ha
betur in c. cum ſit generale. & in c. ex tenore.
de foro compet. Hæc originaliter habentur in
cap. 1. per Innoc. eo. tit. quem ſequitur Henric.
& Aſten. tit. 50 lib. 6. quod clerici, vel mon. Se-
cundo ſciendum eſt, quòd negotia, ſeu com-
3 mercia † ſæcularia. maxime inhoneſta, clericis
non licet exercere, vide Spec. de cler. coniug.
verſi. ſed quam. & quæ ſint commercia ſæcula
ria, dic ſecundum Iſid. 5. Etymol. cap. 26. in fin.
Commercium dictum eſt à mercibus, quo
nomine venales appellamus, vnde & merca-
tus dicitur cœtus multorum hominum, qui
res vendere, & emere ſolent. Tertio nota,
4 quòd multa † ſunt negocia, quæ vix ſine pec-
cato fieri poſſunt vt cura rei ſæcularis, militia,
mercatio, procuratio, & adminiſtratio. de pę-
nit. diſt. 1. c. negocium. & cap. qualitas. & capit.
quantitas. & diſt. 25. cap. qualis &. 88. diſtinct.
cap. conſequens. Addit etiam Hoſt. quod peri-
culoſius eſt omnibus aduocatio. Hinc adde
prædictis authoritatem Pauli. 2. Tim. 2. Nemo
militans Deo, implicat ſe negotijs ſęcularibus.
& Hyeron. 88. diſtin. Negociatorem clericum,
ex inope diuitem, & ex ignorabili glorioſum,
quaſi quãdam peſtem fuge. Non quod ſit ſem-
per fugiendus clericus factus diues, ſed ille, qui
ex cã lucri, & per huiuſmodi negociationis lu
cra, communiter enim tales extolluntur in ſu-
perbiam, & ſunt mali exempli. Turrec. ibi. in fi.
Quarto adnotandum eſt, quod negocia quæ-
5 dam † ſunt illicita, & inhoneſta de ſui natura,
& quædam ex accidẽti. Ex ſui natura ſunt om-
nia, quæ ſine peccato exerceri non poſſunt, vt
contractus vſurarum, ſimonia, furtum, adulte-
rium, & huiuſmodi Alia vero ſunt, quæ ſunt
inhoneſta ex accidenti. vt diximus in noſtris
Deciſ. lib. 2. cap. 119. num. 3. v. g. contractus
emptionis



emptionis. & venditionis. locationis. & con-
ductionis. vel quaſi cõtractus. vt tutela. cura
negotiorum geſtorum iudicium, & ſimilia
poſſunt fieri illiciti ex perſona, tempore, &
modo. Ex perſona. ſi eſt diuinis officijs con-
ſecrata, vt clericus. & monachus. Sic etiam
tempus dupliciter facit illicitã negociationẽ,
ſcilicet ratione feſtiuitatis, quæ ſeruanda eſt
& in caſu. quando negotiatio penuriam pro-
babiliter inducere poteſt. vt in caſu. ſi nimiũ
frumenti vel vini ematur. vt quando apud a
lios non habetur, vendatur. Modus facit etiam
negociationem illicitam ſi contractus ſit vi-
tioſus. & cum deceptione, & tempore iuſti
pretij. Vide quæ diximus in noſtris Deci. lib.
2. cap. 116. per totum. Igitur huiuſmodi ne-
gocia ſunt omnibus prohibita indiſtinctè tã
laicis quàm clericis, ſiue ſint inhoneſta ex ſui
natura. ſiue ex accidenti. ita Card. in c. forni
cari. diſt. 88. & in c. qualitas nu. 5. de pœn. diſt.
5. Sed modo ad Deciſiones deſcẽdamus.
Prima Deciſio. Conſtitutis in ſacris (verbi
6 gratia) presbytero. † Diacono, & Subdiaco-
no, & beneficiarijs. regulariter ſunt interdicta
negocia. & commercia ſæcularia, quæ fiunt
pro ſęcularibus rebus acquirendis, emendis,
vel diſtrahendis, ſiue ſint clerici. ſiue monachi
ſicut probat rubr. extr. eod. & ibi Hoſt. cap. 1.
num. 7. & ratio eſt: quia difficile eſt non inter
uenire peccatum inter ementis, vel vendentis
commercium. de pœn. diſt. 5. cap. qualitas.
nã difficulter exuitur negociator à peccatis la-
biorum. vt dicitur Eccleſ. 26. tum, quia nego-
ciationes ſunt ordinatæ ad lucrum terrenum.
cuius clerici debent eſſe contemptores. Tum,
quia nimis implicant animum ſęcularibus ne-
gocijs. & per conſequens à ſpũalibus retrahũt.
vt dicit Turrecr. in cap. Canonum. 14. q. 3.
7 Secunda. Non licet † clericis. & multo ma
gis monachis aliquid emere. vt carius vendãt.
88. diſtin. per totum: quia hoc fit cauſa cupi-
ditatis. hoc probatur 2. Tim. 2. Nemo militãs
Deo, implicat ſe negocijs ſæcularibus. etenim
quemadmodum miles vt victoriam obtineat
contra hoſtes, debet abſtinere ab his quę ab-
ſtrahunt à pugna. puta à negocijs, & delitijs,
1. Cor. 9. Qui in agone contendit, ab omni-
bus ſe abſtinet. Sic ſpititualis militiæ finis eſt.
vt victoriam habeat ab omnibus quæ ſunt
contra Deum, quod conſequi non poteſt, niſi
abſtrahat ſe ab omnibus. quę abſtrahunt à
Deo. Et hæc ſunt negocia ſæcularia, quia ſol
licitudo huius ſæculi ſuffocat verbum. Verum
ſi emerent multa victualia tempore fertilita-
tis. vt tempore famis abundent, id licitũ eſt; ſic
fecit Ioſeph Gen. 41. Pariter licitũ eſſet eme-
re non tantum pro ſe. ſed etiam pro aliis, ideſt
vt tempore famis vendere poſſint aliis eo pre-
cio, quo tunc venderetur ab aliis. quod tñ in-
telligas, qñ hoc fit, ne in terra ſua victualia de
ficiant, vt quia alii homines victualia ad alias
gentes tranſmittebant. vel diſſipabant. vel cir
ca ipſorum cuſtodiam debitam curam non
adhibebant: aliàs nulla vtilitate penſata ſi
emant homines, vt carius vendant, peccant.
magis tamen clerici. quàm laici. 14. q. 4. c. qui-
cunque. Hoſt. in c. 1 eo. tit. nu. 7.
Tertia. Negocia inhoneſta, & illicita. vt
8 quæ ſine peccato fieri † nõ poſſunt, ſunt om-
nibus prohibita indiſtinctè. tam laicis. quàm
clericis. cuiuſcunque ſint cõditionis & ętatis.
dummodo ſint doli capaces. patet. 14. q. 4. cap.
nec hoc quoque. 1. q. 1. c reperiuntur. in fine. c.
etſi Chriſtus. extrà. de iureiur. circa fin ibi per
ſe mala ſunt At de negotijs. quæ non ſunt de
per ſe mala, ſed ex cauſa. vel ex tempore. vel
ex perſona. vel ex loco, talis ſit concluſio, Ne
gocia quæ fiunt illicita ex cauſa. vt puta quia.
fiunt intẽtione corrupta, videlicet ꝓpter cupi
ditatem. quæ eſt improba volunta habendi
diuitias temporales non ad vſum neceſſarium
vel vtilitatem. ſed ad curioſitatem, vel pro-
pter alium finem malum, ſunt omnibus pro-
hibita indifferenter. vt patet Exodi 20. Non
concupiſces rem proximi tui. & diſt. 47. cap.
omnes virum. & ca. ſicut hi. Item ex tẽpore
negocia aliàs licita, & honeſta poſſunt. fieri
illicita dupliciter. Primò ſi fiat in tempore
feſtiuo & feriato, quia tunc non eſt vacãdũ
niſi diuinis officijs, & orationibus atque alijs
operibus ſpiritualibus, & ab omni ſeruili ope
re eſt ceſſandum. vt extrà. de fer. c. omnes.
Secundò, poſſunt fieri inhoneſta ex tempore
pręſertim iudicia. ſi exerceantur in tenebris.
quia qui male agit, odit lucem. Ioan. 3. cap.
conſuluit. de offic. deleg. l. 2. §. quia magiſtra-
tus. ff. de orig. iur. Ex perſona, quia regulari-
ter clericis negotia ſæcularia ſunt prohibita,
extr. eod. in rubr. Item ex loco, quia in loco
inhoneſto. & vili aut ſuſpecto, non debet quis
negotiari. ff. de arbit l. ſi cum dies. §. ſi arbi-
ter. 81. diſt. c. in omnibus. & 17 q. 1. c. ſi quis.
Item quędam negotia redduntur illicita ex
loco propter loci excellentiam, puta quæ in
eccleſia fiunt, quæ non debet eſſe locus ne-
gociationis ſed orationis. c. decet de immũ.
eccleſ. lib. 6 Matt. 21. Ioan. c. 2.
9 Quarta. Negocia † ſęcularia. quæ ſecundo
modo dicuntur quæſtiones, quę mouentur in
iudicio ſęculari, ſi ſunt criminalia & de ſan-
guine agitur, ſunt clericis penitus interdicta,
infra eod. cap. ſententiam in quibus nec aduo
cati ex parte Rei fieri debent. Ad ꝙ dic, vt no
tauimus, li. 2. c. 62. in noſtris Dec. nu. 27. & 28.


Quod

Quod adeo eſt verum. quod nec legati de la-
tere, quibus cõmittũtur adminiſtrationes pro
uinciarum, poſſint per ſe facere ſententiam
ſanguinis. Io. And. in c. fi. eo.tit.in 6. Franc.
de Aret. conſ.58.num.1.
10 Quinta. Negocia † ciuilia, quæ ſpectant ad
forum eccleſię tantum, ſicut cauſa matrimo-
nij, & legitimationis. extr. qui fil. ſint legit.
cap. cauſam. c. tuam. de ord. congn. Ius pa-
tronatus. cap. quanto. de iudic. Decimæ, de
deci.c. qm̃. & c. a nobis. & talias tractant cle-
rici tantum iudicando. & non alij. vt in ſu-
pradictis iuribus.
11 Sexta. Negotia quæ ſunt tantum † fori ſę-
cularis, principaliter ſunt interdicta clericis in
maioribus ordinibus conſtitutis, etiam ſi be-
neficia maiora non habeant: quia Epiſcopus
tenetur eis prouidere. de præbendis. c. Epiſ-
copus. cap. cum ſecundum Apoſtolum. Item
& in minoribus ordinibus conſtitutis, ſi ſtipẽ-
dijs eccleſiaſticis ſuſtententur. niſi pro ſe, &
miſerabilibus perſonis. extr. de poſtu.cap.1.c.
peruenit. diſt.86. vel niſi ſuam, vel ſuorum
iniuriã proſequãtur vt 4.queſt.6 c.omnibus.
12 Septima. Clerici, vel monachi, † & aliæ
perſonæ Ecceleſiaſticæ poſſunt, & debent ſu-
ſcipere tutelas legitimas miſerabilium perſo-
narum. 86. diſt. cap. peruenit. diſt. 88. cap.
Epiſcopus gubernationem, quam quidem de-
bent ſuſcipere ad mandatum prælatorum ſuo-
rum, ſiue ſecularium, ſiue regularium, d. c.
peruenit. Et ſic eſt derogatum. auth. de ſan.
Epiſcopis. §. Deo amabiles. col.9. Alias vero
tutelas ſuſcipere non poſſunt. 16. q. 1. cap.
monachi. 12. q. 1. cap nõ dicatis. Eſt enim tri-
13 plex tutela, ſ. teſtamentaria † quando pater
dat tutorem filio ſuo in teſtamento. Item le-
gitima, quæ defertur à lege, ſecundum quam
cum nullus datus eſt tutor in teſtamento filio.
qui primo loco deberet ei ſuccedere ab inte-
ſtato, tenetur ſuſcipere tutelam ipſius. Item
datiua. quæ datur à iudice, quaudo nullo tu-
tore dato in teſtamento, & nullis extantibus
conſanguineis idoneis ad tutelam, Iudex ex
officio ſuo dat tutorem. Igitur clerici. vel
monachi aut epiſcopi, tutelam teſtamentariã,
aut datiuam nullo modo poſſunt recipere,
ſed legitimam ſic. ca. ex parte extr. de poſtul.
Non tamen poſſunt cogi ad dictam tutelam
ſuſcipiendam, & nihilominus debent ſucce-
dere, quod eſt conceſſum in priuilegium cle-
ricorum. quod poſſint alicui ſuccedere ab in-
teſtato, cuius tutelam, vel curam ſuſcipere nõ
tenentur. d.cap. peruenit. diſ.86. licet in laicis
ſecus ſit. C. de legi. tut. auth. ſicut hæreditas.
Octaua. Clerici iuriſdictionem habentes in
14 ſubditos, † poſſunt ventilare cauſas. & iudi-
care inter illos. cap. quod clericis. & extr. de
foro compet. Poteſt etiam iudex eccleſiaſti-
cus. quando iudex ſęcularis negligit iuſtitiam
facere, cogere eius defectum ſupplerę, ad
tenendum iuſtitiam per ſententiam excom-
municationis, cognoſcendo ſcilicet de cauſa.
non tamẽ sãguinis. extr. de for. cõpe. & licet.
Nona. De alijs clericis. qui non ſunt in ſa-
15 cris † ordinibus conſtituti. ſed ſunt beneficia
ti, & tunc idem eſt iudicium quod de exiſtẽ-
tibus in ſacris. ſecundum Hoſt. & Io. Andr. in
rubr. eod tit. vide ſup. nu. 10. verum alij cleri
ci poſſunt ſe immiſcere negotijs ſęcularibus,
& cõtrahere, vt not. Doct. & Henric in d. rub.
Decima. Clericis penitus ſunt interdictę
16 procurationes prędiorũ † ſęculariũ extr. eo. c.
1. & 2. poſſũt tamen clerici vel monachi. non
ſuo nomine. ſed vel Eccleſiæ, vel monaſterij
prædia laicorũ cõducere, ſi pauper eſt c. ſecũ-
dum eo. tit. & ſic cauſa neceſſitatis. Et idẽ ſe-
cundum Hoſt. ſi prædia Eccleſiæ, vel mona-
ſterio non ſufficiant. arg. de dec. c. dilecti.
17 Vndecima. Clericis in ſacris ordinibus † cõ
ſtitutis, debent tabellionatus officio interdici:
extr. eo. c. ſicut te. Quod intelligas. in nego-
tijs ſęcularib. vt docet rubr. Ne cler. vel mon.
Quod ſi nihilominus conficit clericus, ſi pu-
blicè, & ſolemniter ſit interdictũ vt ſecundum
Hoſt. inſtrumentum non valet, ita etiã tenet
Ioan. à Capiſtrano in c. cleri. nu. 8. de vita, &
hone. cler. & conficiens propter inobedientiã
peccat mortaliter. ar. diſt. 10. c. iudex. extr.
de dol. & cont. c. veritatis: ad finem. Immo
ſecundum, Ray. eſt compellendus ad dimittẽ
dum, per ſubtractionẽ beneficij, appellatione
poſtpoſita. eo. tit. c. ſicut. Et idem de clericis
in minoribus, ſi ſunt beneficiati ſufficiẽter, ar.
18 ſupra. de poſtul. c. clerici. Sed nũquid in † ſpi-
ritualibus poſſit facere inſtrumentũ? Reſpon.
ſecundũ Hoſt. ꝙ ſic: niſi à laico ſit conſtitutus
tabellio. arg. ext. de iudic. c. decernimus. Cũ
enim prohibetur principale. & acceſſoriũ ext.
de iudic. c. quantò. Quid ergo fiet in eccleſia
ſticis. Dic, quòd clericus conſtitutus à Papa
poteſt vbique conficere inſtrunẽtũ 5. q. 1. c. qui
dam. 9. q. 3. c. cuncta per mũdum. & c. per
principalem. Conſtitutus autem ab Epiſcopo
poteſt cõficere inſtrumẽta per totã ſuã diœ-
ceſim. cui cura omniũ eſt cõmiſſa. 10. q. 1. c. ro-
genda. 12. q. 1. c. Epiſcopus. & c. præcipimus.
Nõ tamẽ hoc poterit alteri demãdare arg. ff.
de tuto. & cura. dat. ab his, l. nec mãdãte. Poteſt
tamen tabellio autoritate magiſtri curiæ ex
cã vera, & neceſſaria, aliũ ſibi conſtituere, qui
cõpelat qđ ipſe nõ põt cõpelere. in auth. de ta-
bel. §. pen. & fi. qđ ſi ſic fecerit. vocabĩt talis ad
ſcribẽdũ acta fori eccleſiaſtici. alię duę pſonę
honeſtę



honeſtæ ſubrogabuntur. vbi tabellio non ha-
betur. extr. de probat. c. quoniã cõtra falſam.
Duodecima. Non debet tabellio eccleſiaſti
cus inſtrumentum conficere in ſæcularibus,
19 † nec ſæcularis in eccleſiaſticis: quia conuer-
ſatio eorum debet eſſe diſcreta. & ſecreta. 2. q.
7. c. laicos. Vnde ſi laicus ſcribat nomine ſin-
gulorũ in electionibus, hoc ipſo electio repro
batur. extr. de elec. c. Maſſana. Item quamuis
clerici poſſint eſſe in foro eccleſiaſtico tabel
liones. in Curijs tamen Principum prohibẽtur
ne etiam ſint ſcriptores, extr. eo. cap. ſenten
tiam. §. nec quicquam. Tabelliones autem ſũt
perſonæ publicæ, habentes officium ſcriben-
di inſtrumenta confecta ſuper contractibus.
aut alijs rebus, ad faciendã fidẽ ſuper eiſdem.
Decimatertia. Negotia. quemadmodũ lici-
ta poſſunt fieri illicita ex cauſa, vt ſi cauſa aua-
20 ritiæ, ſic illicita poſſunt fieri † licita, ex cauſa,
vt ſi clericus ex cauſa charitatis negotijs ſæcu-
laribus cũ debita moderatione ſe ingerat, ma-
ximè cum ſuperioris ſui licentia. cap. decreuit.
diſt. 88. facit etiam dictum Apoſt. Nemo mili-
tans Deo, implicat ſe. Vbi non dicit implica-
tur, ſed ſe implicat, hoc eſt, quando in ſe ſine
pietate. atq; neceſsitate aſſumit negotia ſæcu-
laria. ſed quando in neceſsitate officij pietatis,
& charitatis, vtpote propter miſerabiles per-
ſonas exercet, tunc non implicat ſe, ſed impli-
catur huiuſmodi neceſsitate, & ita aliud eſt im
plicare ſe, & aliud implicari, ſicut aliud eſt mu
tare, vel transferre, aut tranſire, & aliud muta-
ri, vel transferri. 7 q. 1. c mutationes. & 21. q. 2.
§. ſed & aliud. Pariter licitum eſt exercere ne-
gotia, cũ a ſuperioribus committitur admini-
ſtratio. Card. a Turrecr. in c. decreuit. diſt. 88.
Decimaquarta. Licitum eſt clericis cauſa
21 neceſsitatis, † ſi indigeant, exercere negotia-
tiones, hoc eſt recipere poſſeſsiones excolen-
das ad firmam, ſ. quartam, vel quintam partem
vel conducere ad ſuſtentationem ſuam, &
ſuorum. arg. diſtin. 86. cap. peruenit. Turrecrę.
in cap. conſequens. diſt. 88. vel vti artificijs ſuis
honeſtis, ex quib. poſsit ſibi neceſſaria quære-
re, dumtamen occaſione talis artificij non de-
ſint diuinis officiis. 61. diſt. per totum. de celeb.
miſſ. cap. 1. de conſecr diſt. 5. cap. nunquam. Itẽ
poſſunt locare animalia ad certum fructum,
dumtamen per contractum licitum. vt dicit
Gul. qui etiam dicit, quòd poſſunt emere res,
quas ſi meliorauerint, carius vendere poterũt,
vt pullum, equum, vel tabulam, quam depin-
gentes carius vendant. Sed in talibus non eſt
negociatio, ſed artificium. 14. quæſt. 4. capitu.
canonum. de conſecra. diſtin. 5. cap. nunquam.
negotiatio enim ex ſe illicita eſt. Pariter iu-
dices, & officiales prohibentur negociari, ſeu
mercari. l. non debet. l. quæ ex officio. ff.
de contr. empt. Sic, & milites. l. milites. C. loc.
Item nobiles, vt videtur text. in l. nobiliores.
C. de commer. & mer. ſed nunquid contractus
factus in Eccleſia teneat, ſic etiã ſuper re pro-
fana, dic, quòd ſic, licet contrahens peccet.
gloſ. & Doctor. in cap. decet. de immunit. ec-
cleſ. lib. 6.
Decimaquinta. Licet in oratorio videatur,
ꝙ vendi non poſsint candelæ: quia ibi non de-
22 bet eſſe negociatio. d. cap. decet. tamen † in
oppoſitum eſt conſuetudo: nam ita in diebus
feſtis videntur communiter facere clerici: ven-
dunt enim candelas volentibus eas offerre in
oratorio: quæ quidem conſuetudo rationabi-
lis eſt, cum talis emptio non fiat ex cupiditate,
ſed ad vſum pium. Item Hugo inquit, quòd
illa non eſt negociatio, nec venditio, ſeu em-
ptio, ſed deuota permutatio procedens ex de-
uotione offerentium, qui libentius, & cum
maiori deuotione accedunt ad altare cum cã-
delis, quàm cum imagine Cæſaris. Turrecre in
c. conſequens. diſt. 88.
Decimaſexta. Pœna illorum, qui contra
23 † formam prædictam ſæcularibus negociis ſe
im miſcent, eſt depoſitio, ſi fuerint clerici, &
incorrigibiles. diſt 91. cap. clericus. extr. eo. cap.
ſed nec. Item ſi fuerint admoniti ab Epiſcopo,
& non ceſſauerint. priuantur priuilegio cleri-
cali, & ſic poteſt intelligi. extr. ne cler. vel mo-
nach. cap. 2. Ita tamen, quòd religioſi in hoc
diſtrictius, quàm clerici puniantur. d. cap. ſed
nec/in foro autem pœnitentiali debet eis in-
iungi, vt quicquid contra formam prædictam
lucrati ſunt, ſtudeant expendere in vſus pau-
perum. 14. quæſtio. 5. qui hæreticis, quod tamen
non eſt de neceſsitate, ſed de conſilio, maxi-
me, ſi perſonæ indigeant, aut grauentur huiuſ-
modi erogatione. ſumma Confeſ. libr. 2. titu.
8. quæſt. 5.
24 Decimaſeptima. Licet clerico † non liceat
tenere tabernam. diſtinct. 44. non oportet. &
cap. nulli. cum ibi ſint conciliabula mala, &
immoderata ſumptio vini, quibus patrociniũ
præſtat tabernarius, & cum multa vilia factis,
& verbis committatur, & ad eam perſonæ vi-
les accedere conſueuerint, tamen propter ne-
ceſſariam, & honeſtam negociationem lici-
tum eſt clerico habere tabernam ad locãdum
aliis. l. ancillarum. ff. de petit. hæredit. Archid.
in dicto capitu. nulli. nec etiam licitum eſt
clerico illam exercere perſonaliter. Clemen.
prima. de vita, & honeſta. clerico. ſi tamen
occultè hoc fiat, non eſt locus pœnæ dictæ
Clemen. 1. Sed quid ſi clericus exercet taber-
nam pro alio perſonaliter, an habeat locum
dicta Clem. Dic, quòd ſic: quia ſubeſt horror,

 & vili-

& vilitas.arg.46.diſt.c.ſicut non ſuo. Itẽ quid
in aliis vilibus officiis, vt aptare pelles, vel quid
ſimile facere: Dic; quòd idem propter identi-
tatem rationis. ita Zabar. in d. Clem. quæſtio. 4.
num. 24.

## SVMMARIVM.

1 *Venatio multipliciter dicitur.*
2 *Venatio oppreſsiua indiſtinctè eſt prohibi*
*ta clericis, laicis vero, quando bellum*
*eſt iniuſtum.*
3 *Venatio arenaria clericis indiſtinctè pro-*
*hibetur.*
4 *Venatio adulatoria quam faciunt Hiſtrio*
*nes eſt illicita. & de triplici adulatione*
*nu. ſeq.*
6 *Venatio ſaltuoſa, quæ fit cum clamore il-*
*licita, vel licita eſt, quatuor de cauſis.*
7 *Venatio ſaltuoſa licita eſt laicis.*
8 *Venatio ſaltuoſa illicita eſt ratione perſo-*
*næ viris eccleſiaſticis, Epiſcopis, cleri-*
*cis, & monachis.*
9 *Venatio ſaltuoſa licita eſt clericis in 4.*
*caſibus.*
10 *Piſcatio an licita ſit.*
11 *Venatio magis prohibetur, quam piſcatio*
*& quare.*
12 *Epiſcopus venationibus intendens, quan*
*do excommunicetur.*
13 *Venatio religioſis an ſit omni tempore il*
*licita.*
14 *Laqueum, & rete clericis imponere licitũ*
*eſt, ſed non monachis.*
15 *Canes, vel aues venaticos Monachis non*
*eſt licitũ retinere, ſed bene canes par-*
*uos, & aues cantantes. & 19.*
16 *Monachi non debent venationi vacare,*
*præſentiam exhibendo.*
17 *Venatoribus aliquid dare, an, & quando*
*liceat.*
18 *Domini an ſeruos compellere poſsint ad*
*venationem.*
20 *Aucupandi gratia non licet intrare agrũ*
*alienum, Domino prohibente.*
21 *Pœna clerici venatoris.*

## De clerico venatore. Cap. III.

Conſequenter agẽdum eſt de ex-
ceſſibus Prælatorum, & perſona
rum eccleſiaſticarum in vena-
tione. De hac materia traditur.
86. diſt. c. qui venatoribus, cum
quinq; c. ſeq. facit. 6. diſ. c. 1. in prin. vnde pro in-
tellectu dicendorum ſciẽdum eſt ꝙ multiplex
1 † eſt venatio: nam quædam eſt oppreſſiua, quæ
dam adulatoria, quædam arenaria, quædã ac-
cipitrum, quę diſtinguitur in duas ſpecies, nam
vna eſt clamoſa, & ſaltuoſa, & alia quieta. Op
preſſiuam exercent pugiles, de qua habetur. de
cleri. pu. in duello. c. 1. vel exercent illi, qui per
violẽtiam, & fortitudinem ſuam homines op-
primunt, & bona ſua eis auferunt. 6. diſt. §. vlt.
Adulatoriam exercent Hiſtriones qui verbis
adulatorijs capiunt homines, ſicut in venatio-
ne capiuntur beſtiæ. Arenaria ſolebat fieri in
arena, vbi homines pugnabant cum feris ani
malibus, ſeu beſtiis. Saltuoſa fit cum canibus,
accipitribus, & ſimilibus. Quieta, apponendo
rete. ita Abb. antiquus in cap. 1. de cler. venat.
vbi etiam Doct. & Mari. Socin. Sed modò de-
ueniamus ad Deciſiones.

Prima. Venatio ſcilicet oppreſſiua hominũ
2 ſemper † eſt illicita, tam clericis, quàm laicis.
de qua dicitur Gen. 10. Cępit Nembroth eſſe
robuſtus venator coram Domino, ideſt homi
num extinctor, & oppreſſor. vt patet diſt. 6. §.
is ita. Clericis inquam omnibus eſt indiſtinctè
prohibita, quia non debent pugnare, atq; op-
primere, & ſubiugare etiam infideles. de hom.
c. ex multa. & habetur 23. q. 8. per totum. Sed
laicis ſecundum aliquos licita eſt in caſu, quo
mouerent iuſtum bellum. vt in c. ſicut. & quod
ibi plenè not. de iureiu. 23. q. 8. cap. reprehenſi-
bile. & cap. omni timore Sed aduerte quia tũc
non dicitur propriè oppreſſiua. Vnde glo. in d.
capit 1. bene dicit in hoc, quòd oppreſſiua eſt
omnibus prohibita, & eſt grauiſſimum pecca-
tum, vt dicit Frater Ioan. in Sum. lib. 3. de ve-
nat. tit. 29. quæſt. 12.

5 Secunda. Arenaria, quæ fit in arena † de iure
Canonico clericis indiſtinctè prohibetur. arg.
tex. in c. 1. eo. tit. & c. 1. & 2. de cle. pugu. in due.
& grauiſſimũ peccatũ eſt, ſi pugnetur in arena
cũ beſtia dentata, laicis etiam illicita eſt, ſi pu
gnant recepto precio, & cauſa cupiditatis, im-
mo tales efficiuntur infames. vt in l. 1. §. Item
ſenatus. & §. beſtias. ff. de poſt. Et de hoc poteſt
intelligi tex. 86. diſ. c. q. venatoribus. & c. vidẽt
homines vbi Ambr. in d. c. qui venatoribus ar-
guit ibi ieiunium illius, qui primo diluculo ſur
gens non ad eccleſiam vadit, nec ad martyrũ
ſancta loca, ſed cõgregat ſeruulos forte ad ec-
cleſiam



cleſiam magis feſtinãtes, diſponit retia, canes
ꝑducit, ſaltus, ſiluasq; perluſtrat, & arguit eũ
tam de ſua, quàm ſuorum perditione. Si vero
laici faciunt gratia virtutis oſtendendæ, &
tunc licita eſt & non eſt peccatũ de iure Cano
nico, niſi vbi eſſet periculum mortis, vt vidẽ-
tur velle Docto. in d. c. 1. tit. noſtro. Excipiun
tur autem torneamenta. vt in c. 1. de torneã.
Sic etiam nec eſt peccatum, ſi talis venatio
arenaria fieret cauſa liberandæ patriæ. de hac
d. c. qui venatoribus, & c. vident homines.
Frater Ioan. vbi ſupra, in ſua Sum. q. 12. verſ.
ſatis enim. De iſtis illicitis venationibus loqui
tur Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 11.

Tertia. Venatio adulatoria, quam faciunt
4 † Hiſtriones, qui verbis adulatorijs capiunt
homines, omnibus eſt illicita. d. cap. qui ve-
natoribus. & 46. diſt. cap. ſunt nonnulli. & 6.
q. 1. cap. ſunt plurimi. Immo peccatũ eſt dare
iſtis Hiſtrionibus, vt eſt bona gl. in d. cap. qui
venatoribus. Et dicit Ioan. Andr. quòd hæc
venatio adulatoria interdum eſt peccatũ mor
tale, & interdum veniale. Circa quod vide
bonam glo. diſt. 25. cap. vnum. §. nunc autẽ.
quę dicit quòd tribus modis quis adulatur. Et
5 ſic triplex eſt † adulatio. Prima, quando quis
adulatur, vel attribuit alicui bonum virtutis,
quod ille non habet. Secunda, quando nimiũ
vel vltra debitum extollit bonum, quod ha-
bet, & vtrumque iſtorum eſt veniale. Tertia,
quando approbat malũ, vel vitia, quæ habet,
& hoc eſt mortale peccatum. & illam glo. ap
probat ibi Archid. & alij Scribentes. Et nota,
quòd vt dicit Do. Flor. in cap. 1. de cler. ve-
nat. Naturale eſt fauere adulatoribus, vnde
Hier. ad Euſtachium de virginibus. Naturali
ducimur malo vt adulatoribus noſtris libẽter
faueamus. Item alibi nulla eſt humilitas tanta,
quæ dulcedine gloriæ non tangatur. De Adu-
latione aliqua. lib. 3. cap. 139. diximus.

6 Quarta. Venatio ſaltuoſa, quæ fit † in ſyluis,
& ſaltibus interficiendo feras, vel aues, depre
henditur eſſe licita, vel illicita quatuor de cau
ſis: ſcilicet, ratione perſonæ, ratione cauſæ,
ratione temporis, & ratione modi. Ratione
7 † perſonæ fit iſta deciſio. Venatio ſaltuoſa,
clamoſa, quæ etiam dici poteſt aucupatoria,
quæ fit hominum multitudine congregata in
ſyluis ſiue in nemore, licita eſt laicis, prout
probatur in l. naturalem. ff. de acquir. rerum
domi. vbi dicit, quòd licite quis poteſt capere
omnia animalia, quæ ſunt in cœlo, & in terra
& in mari, & fiunt occupantis, & ſic piſces,
beſtiæ, & volucres naturam feram habentes
ſunt occupantis; fallit tamen tempore quadra
geſimæ, pœnitentiæ, aut deuotionis, nam ra-
tione temporis dicitur illicita omnibus indi-
ſtincte, vnde Hoſt. in ſum. eo tit. dicit vena-
tio eſt omnibus interdicta, ſi fiat eo tempore
quo homines debẽt eſſe in eccleſia, & orare,
ſiue ſint clerici, ſiue laici. de conſec. diſt. 3. c.
irreligioſa. & diſt. 5. c. ieiunia. 86. diſt. c. an
putatis. Niſi forte id fieret neſſitate famis vr-
gentis, arg. not. in c. licet. de feri. Et idem, ſi
apri, vel vrſi, vel ſimiles beſtię vaſtarent ſe-
getes, vel vineas, aut pecora, quia in talibus
caſibus licet etiam in quadrageſima venari.
arg. C. deferi. l. 2. & de reg. iur. cap. quod nõ
eſt licitum. Sed in alijs diebus licita eſt laicis,
etiam ſi fiat cauſa voluptatis. vt videtur velle
glo. & Ioan. Andr. in cap. 1. tit. noſtro. Et
multo magis, ſi fiat neceſſitate indigentiæ, vt
cum quis ex tali artificio ſuſtentatur, ſiue pro-
pter neceſſitatem violentiæ, vt cum quis vena
tur aliquas beſtias vaſtantes fructus ſuos, vel
pecora, ſiue fiat propter vtilitatem, vt carnes
habeat in cibum, vel pelles ad veſtiendum,
ſiue fiat propter recreationem.

Quinta. Venatio clamoſa eſt illicita Epiſ-
8 copo † Clerico, Monacho, & alijs perſonis
eccleſiaſticis. vt patet diſtin. 34. cap. 1. & ca.
1. & 2. de cler. venat. & ratio eſt, quia ipſi de
bitam maturitatem in ſua conuerſatione tenẽ
tur populo in exemplum oſtendere. tum etiã
quia ſumptus graues, quos oportet facere in
talibus venationibus in canibus, in auibus, in
famulis, pauperibus ſubtrahuntur. igitur cle-
ricis eſt illicita venatio etiam ſi ſint in mino-
ribus conſtituti, niſi dimiſerint tonſurã, facit
Clem 2. de vi. & hone. cle. licita tamen eſt
9 † in ijs caſibus: & primus, ſi clericus haberet
redditus in venatione ſicut in quibuſdam par-
tibus Franciæ, quia tunc non facit ad volupta
tem. ita Hoſt. eod. tit. in ſum. Secundus, ve-
natio quieta, & quę ſine ſtrepitu exercetur. &
vtilitatis, ſeu recreationis cauſa ad incitandũ
appetitum, vel excitandum calorem naturalẽ
eſt licita clericis. arg. extr. de homic. c. dile-
ctus filius. & de iureiur. c. etſi Chriſtus. § pen.
& de conſe. diſt. 5. c. ſint tibi. Tertius venatio
cum laqueis, & pedicis, atque retibus, & cani-
bus. Clericis etiam eſt licita, dummodo cum
modeſtia, & ſilentio fiat. Quartus in venatio-
ne ſaltuoſa, ſi rariſſime hoc faceret cauſa re-
creationis. arg. tex. in cap. 1. tit. noſtro. dum
dicit in hac voluptate ſępius detentus: ſecus ſi
rariſſime, & non cauſa voluptatis, ſed cauſa
neceſſitatis vt excitaret appetitum propter
præcedentem morbũ. argum. d c. dilectus.

10 Sexta. Circa piſcationem, piſcatio † quæ
fit propter neceſſitatem, ſicut faciunt illi, qui
per hoc victum quærunt, eſt licita: pariter ſi
piſcatio fiat propter ſolatium adhibitis cir-
cunſtantijs, eſt etiam licita. Verum piſcatio,

quæ fit deficiente aliqua debitarum circunſtã-
tiarum eſt illicita, & eſt veniale, vel mortale, ſi
nimis ponatur mens in piſcatione, ita, quòd
Eccleſia patiatur aliquod damnum in ſpiritu-
alibus, & temporalibus, prout etiam dicimus
in venatione. Magis tamẽ prohibetur venatio
11 quàm † piſcatio, quia piſcatio fit cum quiete,
& nõ fit cum tanta delectatione, & diſſolutio-
ne ſicut venatio. Venator enim currit per de-
uia, ſicut diabolus conducit animam captiuã,
ſecundum Gof. & Ray. vnde Hyero. dicit in c.
Eſau. diſt. 86. venatorem ſanctum nullum
legimus, piſcatores multos. Quod intellige
de exiſtente venatore, ne obiiciatur de ſancto
Euſtachio, qui fuit venator, quia ille poſtea ve
nationem reliquit. Et piſcatores inuenimus Ie
ſum elegiſſe, & non venatores. Et leguntur
Apoſtoli, vt dicit Greg. ſupra Io. 21. poſt Chri
ſti reſurrectionem rediiſſe ad opus piſcatio-
nis. Hæc Collegi ex dictis Card. in c. qui vena-
toribus. diſt. 86. Io. Ana. & Mar. Socin. in c. 1. de
cler. venat.
12 Septima. Circa † Epiſcopos. Epiſcopus ve-
nationibus intendens, ſi monitus non deſiſtit.
excommunicatur. glo. in d. c. 1. verſi. quorundã.
Immo per tex. in c. 1. diſtinc. 34. videtur omni
tempore illicitum eſſe venationem factã ab
Epiſcopis, ſed aduerte, quia non dicitur ibi, ꝙ
ille Epiſcopus eſſet tantum venator, ſed incon
tinens, & quod circa Epiſcopalia deſidioſus,
erat, & negligens, nec de ſpiritualibus in ali-
quo curabat, vt apparet ibi in illa grauitate
morum, &c. Et ſic eccleſia ſub eius regimine
periclitabatur. Quare dicendũ eſt, ſecundum
Hoſt. in ſum. ꝙ cauſa vtilitatis, vel recreatio-
nis poſſunt clerici, ét ſi ſint Epiſcopi, vel alij
Prælati venari, vt tamen non proficiſcantur
cum canibus, & auibus quãdo debent viſitare,
& prædicare. vt ext. de cẽſib. cap. cum Apoſto-
lus. §. Archid. ſic intellige. extr. ne cler. vel mo.
cap. 1. ver. canes, vel aues. Quare ex his conclu
ditur quòd non omnino illicita eſt Epiſcopis
venatio. Hinc. Archid. dicit in d. c. qui venato-
ribus. quòd ſi electo in Epiſcopum obiiciatur
quod ſit venator, hãc exceptionem debemus
interpretari in meliorem partẽ, ſcilicet, quod
cauſa licitæ recreationis hoc agat. arg. extr. de
reg. iur. c. 2. & 1. q. 7. c. ſancimus. niſi contrariũ
aliæ præſumptiones probabiles mouerent, quę
colliguntur ex perſonis, & ex multis circun-
ſtantijs. extr. de præſump. c. quia, & hæc inter-
pretatio latior fiet, quando excipitur contra
aliquem, quando accuſatur, quando vterque
patitur ęquale ſupplicium & vbi quis proſequi
tur ſuam, vel ſuorum iniuriam, ſecundum In-
noc. & Ber. in c. dudum 2. de elect.
13 Octaua. Circa † religioſos, licet quidam di-
cãt, quod omni tempore ſit illis venatio illici
na. arg. 23. quæſtio. ſi. cap. ſi nulla. in ſi. Hinc ha-
betur in Clem. Ne in agro. §. porro, à venatio-
nibus de ſta. mon. quòd Papa mandauit mona
chis nigris à venationibus, & aucupationibus,
abſtinere, & prohibet ne eis interſint, quia prę
ſentiam exhibendo videntur conſentire, ſicut
nec etiam clerici prędictis intereſſe debent, ac
ſpectaculis, duellis, & executionibus ad mortẽ.
C. de Epiſc. & cle. auth. inter dicimus. cap. ſen-
tentiam. ne cle. vel mon. Tamen ſit iſta conclu
ſio: Vrgente neceſſitate inopiæ, aut violentiæ,
licitum eſt, etiam monachis venari ad feras,
aut aucupari ad aues ſicut & clericis, vnde di-
cit Hoſt. quod ſi reditus religioſorum conſiſte
rent in venatione cuniculorum, ſicut in parti-
bus prouinciæ, vel aliarum ferarum incluſarũ
in parcis, ſicut in partibus Galliæ, & Franciæ
conſiſtunt, tunc licet eis in proprijs perſonis, ſi
familia tantum deficiat, recolligere, & vende
re venationem ſuam ſine peccato, dum tamen
hoc faciant tempore competenti. ita Marian.
Socin. in c. 1. nu. 13. tit. noſtro. Tu tamen dicas,
ꝙ licet religioſis eo caſu venari, per alios, non
autem in propriijs perſonis, & ſic poterunt
per alios, quod per ſe non poſſunt, per id, ꝙ
habetur in dict. § porro. & §. ſequen. Ita. Anan.
in capit. 2. titul. noſtro, vbi communis eſt
opinio.
Nona. Licet clericis ſecularibus non ſit pro
hibitum ponere laqueum, vel rete ſine clamo-
re, & canibus vt habetur per Ioan. de Anan. in
cap. 1. tit. noſtro. tamen hoc videtur (exceptis
duobus caſibus, de quibus in Deciſ. præced.)
14 prohitum † monachis, non tamen incurrunt
pœnas de quibus habetur in d. Clemen. Ne in
agro. §. porrò. Et hoc ſequitur Petr. de Anch.
& Imol. ibi. dicentes hoc eſſe notabile, quòd
monachus cum laqueo, vel rete aucupans, vel
venans incidit in pœnam, de qua ibi.
Decima. Non ſolum monachi, ſed nec etiã
15 illi de familia. retinere † poſſunt canes. vel
aues venaticas. ita probatur in d. Clem. ne in
agro. §. porro. verſ. nec à familiaribus: Et ſic
infertur, quòd illud, à quo prohibetur Dñs, vi-
detur interdictum familiaribus. vt ſic per fa-
miliam oſtendatur Dominicorum honeſtas;
vnde exclamat ibi Lau. contra illos. qui tenẽt
peruerſam familiam, vt ſi quid mali per illam
committatur. non poſſint ſe excuſare, ſi velint
ignorantiam prætendere, quia debebant iſtud
cogitare, vt ibi pulchrè, quod eſt notandum,
& ſeruandum.
Vndecima. Licet monachi habeãt redditus,
16 † qui in venatione conſiſtunt, tamen non de-
bent venationi exhibere præſentiam corpora
lem, ſicut in certis alijs eis non congruentibus
intereſſe



intereſſe non debent, puta ludis, oſtentationi-
bus, clandeſtinis matrimoniis, ſeu aliis volu-
ptuoſis, & humanis actibus laicorum. ita not.
Docto. in d. § porro. Vnde Bald in Authen. in-
terdicimus. C. de Epiſco. & cler. videtur velle,
quòd ille, qui iurauit non ludere, ſi ſtat ad
videndum eſt periurus, & idem dici poteſt in
voto, facit quod habetur per Anan. in cap. 2.
titu. noſtro.
Duodecima. Venatoribus dare licet vena-
17 tione oppreſſiua. hominum † graſſantib. ali-
quid ad euadendum violentiam eorum, & op-
preſſiones, tamen ad conducendum eos ad ta-
lia faciendum, eſt illicitum, & peccatum eſt
mortale, dare venatoribus exercentibus vena-
tionem, vt manifeſtè colligitur ex cap. qui ve-
natoribus. & ſequen. diſt. 86. In quo ſic dicit
Aug. Qui venatori donat, non homini donat,
ſed arti nequiſſimæ donat: Nam ſi homo tan-
tum eſſet, & venator non eſſet, non ei dares,
honorans ei vitium, & non naturam. Verum
dare exercentibns venationem ſaltuoſam, ſi-
ue quietam animalium, aut auium, in caſibus,
in quibus venatio eſt licita, licitum eſt. Hæc
Turrecr. in d. c. qui venatoribus. num. 7. verſic.
ad ſecundam.
Decimatertia. Domini ſeruos compellen-
18 do ad illicitam † venationem, & tempore in-
debito, faciunt ſeruorum peccata, ſua, licet ſint
ſeruorum in obediẽdo: ſunt nihilominus pro-
pria dominorum illicita præcipiendo, & ita te
nentur domini pro peccatis ſeruorum. extr. de
teſt. c. ſicut. & 22. q. 5. cap. qui compulſus. Atta-
men ſi domini cogunt ſeruos ire ad venatio-
nem licitam, ſerui obedire debent, nec in hoc
peccant: niſi incipiat placere eis, & verti in vo-
luptatem, quo caſu peccant mortaliter: Et in
tali caſu poteſt intelligi finis. cap. an putatis. 88.
diſt. Sæpe enim quod ab initio infert condi-
tio neceſſitatis, id poſtea ex conſuetudine
dulceſſit, & trahitur in perniciem voluptatis.
vt 34. quæſtio. 1. cap. 1. Sicut econtra dicitur de
illis, qui à principio ad bonum coguntur. vt 23.
quæſt. 5, §. vlti.
Decimaquarta. Prohibitum eſt monachis
19 retinere canes, † vel aues venaticas, vt puta,
accipitres, vel falcones, etiam ſi eis non vtan-
tur. ſecundum Paul. in Clem. ne in agro. §. por-
ro. Et ſic duplex eſt prohibitio, vna in haben-
do, alia in vtendo, quod etiam extenditur ad
clericos. c. 2. tit. noſtro. Et hoc ideo, ne deue-
niatur ad actum venationis. Vnde infertur, qđ
ſi quid prohibetur, prohibetur etiam id, per
quod peruenitur ad illud. l. oratio. cum alijs ibi
alleg. ff. de ſpon. l. fin. C. ſi man. ita fuer. alien. ne
proſtituatur. Vbi haberur, quòd ancilla, quæ
non debet ex pacto proſtitui, hoc eſt ex cor-
pore ſuo quæſtum quærere, non debet etiam
in caupona, vel taberna retineri ſub ſpe mi-
niſtrandi, vt fiat fraus legi. Aduerte etiam, ꝙ
ex quo prohibentur monachis canes, vel aues
venaticæ, videtur quòd poſſint retinere ca-
nes paruos, vel aues cantantes. idem Paul. in
d. §. porro.
Decimaquinta. Qui facit foueas ad capien-
20 dos † apros, vel ceruos, & bos alicuius ibi ca-
dit, tenetur lege Aquilia, ſi fecit in loco inſo-
lito hoc eſt in itinere, per quod omnes tran-
ſeunt. Sic dicitur de illo, qui laqueos poſuit in
loco, in quo ius ponendi non habebat, & pe-
cus vicini in hos laqueos incidit. ita habetur
in l. qui foueas. & l. ſequen. ff. ad leg. Aquil. &
ibi Bald.
Decimaſexta. Non licet intrare agrum alie-
21 num Domino prohibente † aucupãdi gratia,
ibi tamen captum, aucupantis eſt, ſed agitur
contra eum actione iniuriarum, ſi eo nolente
intrauit. glo. in l. 3. §, plane. ff. de acqui. rer. dom.
l. Diuus. ff. de ſeruit. ruſt. præd. & ibi Angel. vbi
dicit, ꝙ ita fuit iudicatum in perſona cuiuſdã
nobilis magni venatoris in Peruſio.
Decimaſeptima. Pęna clerici venatoris eſt,
ſi eſt Epiſcopus, ꝙ tribus menſibus ſuſpendi-
tur à communione. Si presbyter, duobus, ſi dia
conus, ab omni officio ſuſpenditur, & quod di
ctum eſt de diacono, intelligendum eſt etiam
de ſubdiacono, quia eodem priuilegio gaudet.
extr. de æta. & qual. c. à multis. Alij autem infe-
riores ſunt arbitrariè puniendi, cum nulla cer-
ta pœna eis imponatur. vt extr. de offic deleg.
c. de cauſis. Omnibus autem neceſſaria eſt tri-
na monitio facienda. vt 12. q. 2. cap. indigne.
hæc Hoſtienſ.

## *SVMMARIVM.*

1 *Coniuratio, & conſpiratio duplex, & vtriuſque diſcrimen.*
2 *Delictum in propriam perſonam commiſſum, quando Iudex cognoſcat. vſque ad nu. 6.*
6 *Iudex delictum, quod concernit vtilitatem publicam, vel dignitatem cognoſcit.*
7 *Iniuria perſonalis remitti poteſt, non autem quæ tangit eccleſiam.*
8 *Excommunicare an poſſit legatus iniuriã ſibi, vel ſuis inferentem.*
9 *Detrahere prælatis, an ſemper ſit peccatum mortale.*

Iudex

10 *Iudex ratione delicti in perſonam ſuam
aliquid exigens, tenetur ad reſtitu-
tionem.*

## De iniuria illata ſuperiori.

## Cap. IIII.

SOlent etiam ſubditi excedere &
delinquere in ſuos ſuperiores eos
offendendo factis, aut verbis,
ideo videndum eſt à nobis, an
poſſit ſuperior illum punire de
delicto commiſſo in ſuam, vel ſuorum perſo-
nam; vnde pro determinatione quæſtionis ſciẽ
dum eſt, quòd multipliciter poteſt ſubditus in
ſuum ſuperiorem delinquere, vel per contume
lias, aut conuitia, vel per coniurationem, aut
conſpirationem, vel detractionẽ. Ideo omiſ-
ſis cõtumelijs, aut conuitijs vel detractionib.
de quibus in noſtris Deciſionibus diximus lib.
2. cap. 137. & 138. videamus quid ſit coniura-
1 tio, vel conſpiratio. Coniuratio igitur † dici-
tur plurium in vnum iuratio, & differt à con-
ſpiratione: quia cõiuratio fit cum iuramento,
ſic dicta, à coniurando ideſt ſimul iurando in
vnum. Conſpiratio fit pacto tantum, ideſt ſine
iuramento, ſic dicta à conſpirando, ideſt ſi-
mul aſpirando ſcilicet quãdo plures ſimul ſpi-
rant, & flant, & tendunt, & diriguntur in vnũ.
Et ita coniuratio fit cum iuramento, Conſpi-
ratio ſine. Et Coniuratio, atque conſpiratio du
plex eſt, quædam mala, aut illicita, & quædam
bona. Et ſic coniuratio licèt in ſe ſit illicita. 46.
diſ. Seditionarios. & in dubio ſemper pręſuma
tur contra ſeditionarios. cap. ſi quis. 11. q. 1. ta-
men poteſt eſſe licita, vt ſi clerici inter ſe ſta-
tuant iuramento, quòd debeant reſiſtere præ-
lato volenti dilapidare bona eccleſiæ, vel po
nere in eccleſia malos, & peſſimos homines.
Erit tamen illicita, vt ſi iurent, quòd velint
Epiſcopum expellere, cum ſit bonus: vel non
obedire illi in expellendis concubinis, & iſta
tanquam mala, & damnabilis, ſemper prohibe
tur. cap. coniurationem. c. ſi. qui. 11. q. 1. c. 2. di-
ſtin. 79. 22. q. 4. c. ſi peccatum. Pariter conſpira-
tio poteſt fieri in re licita, & illicita. Verum
in hoc differunt: quia coniuratio licet fiat bo-
no zelo contra prælatũ cum iuramento, ſem-
per eſt reiicienda, & improbanda. d. c. coniura
tionum. & c. ſeq. At ſi fit ſine iuramento, poteſt
fieri abſque peccato, & non reprobatur. Archi.
in d. cap. coniurationum. Rurſum eſt attenden
dum, quod iniuria, quæ infertur ſuperiori, ali-
quando infertur ſuperiori, aliquando vt in iu-
riſdictionem exercentem. An vero, & quando
ſuperior poſſit de iniuria cognoſcere, huiuſ-
modi Deciſionibus manifeſtum fiet: quarum
prima.

2 Iudex, † vel prælatus nõ poteſt cognoſcere
de delicto, nec pœnam imponere, vt excom-
municare, & punire, ſi delictum ſuam perſo-
nam concernit, & eſt occultum. l. iuriſdictio-
ni. ff. de iuriſd. omn. iudic. ff. de iniur. l. lex Cor-
nelia. ff. de off. præſid. l. ſenatus. glo. in clem. 1. de
foro compet. Cardin. a Turrecr. in cap. ſi quis.
2. q. 7. Ne ſit iudex in cauſa propria, contra id
quod dicitur. C. ne quis in ſua cauſa. l. 1. Hinc
infertur per Archid in d. cap. ſi quis. quod ſi li-
tigator dicat iniuriam iudici nõ debet ipſe pu-
nire, ſed ſuperior. vt extr. de pœnis. cap. dile-
ctus. Idem dicit Panorm in cap. dilectus de
pœnis. in fi. & in cap. inter. 23. q. 4. dicit Archid.
quod iniuria Dei vendicanda eſt, & non pro-
pria, quæ patienter eſt toleranda; ſi expediat.
D. Tho. 2. 2. quæſt. 108. art. 1. vltra medium. Sic
Card. à Turrecr. in d. cap. ſi quis Epiſcoporum.
dicit quod ſi contumeliæ, aut conuitia in præ-
latum redundant, non debet ideo ille excom-
municari, aut deponi ab eo, ſed ab alio ſuperio
re. Vnde tali caſu poterit capere malefactorẽ
& in cuſtodiam ponere, ſucceſſori, vel princi-
pi reſeruando cognitionem, & pœnam. ff. de
de adult. l. capite. & l. ſi adulterium. §. fi. Dom:
Anton. in cap. 1. de maled. quod ſatis probatur
per tex. in cap in primis. 2. q. 1. ſecundum Ge-
min. Quæ quidem regula fallit primo, niſi ſub-
3 ditus peccaret † in officio coram eo exhibito,
hinc poteſt ſecundum Innoc. in d. c. dilectus.
punire delinquentes coram ipſo in officio ſibi
commiſſo, puta aduocatos, ſcriptores, & te-
ſtes, atque partes, ſi ſibi inuicem dicant conui-
tia, atque ſe percutiant. ff. de offic. procon. l. nec
quicquam. §. 1. ff. de offic. præſid. l. obſeruandũ.
Inſtitut. de iniur. §. atrox. Quod ſi erit delega-
tus, facit puniri per alium ideſt ordinarium. in
authen. de teſtib. §. ſi verò ignoti. Secundo fal-
4 lit, ſi † delictum ſit notorium. ità probatur per
text. in cap. Romana. de pœnis. in ſexto. cap ſi
quis erga. cap. ſi quis ab Epiſcopo. 2. q. 7. Dom.
Anton. in cap. 1. de maled. & in d. cap. dilectus.
Imola in Clem. 1. de foro comp. in verb. eccle-
ſiis. cap. Guiliſarius. cap. ſeq. 23. q. 4. & ratio eſt:
quia cum offenſa ſit notoria, in notoriis non
requiritur cauſæ cognitio. 2. q. 1. [illegible]anifeſta. ext.
de appel. c cum ſit. nec ſententia ſuper crimi-
ne, vnde nõ poteſt dici iudex in cauſa propria
ſed potius iuris executor, vnde recuſari non
poteſt vt ſuſpectus c. nouit. de appellat. Et hoc
quando pœna eſt à iure expreſſa: quia tunc nõ
eſt ſententiæ promulgator, ſed potius notifica
tor, ſeu denuntiator. ad hoc. 24. quæſt. 1. c. 1. ibi
factus ſum executor. Alias ſi pœna ſuper factũ
notoiium



notorium veniret imponenda arbitrio iudi-
cis, quod regulariter eſt ſecundum ius commu
ne in actione iniuriarum, & tunc ſuperior tã-
quam ſuſpectus poſſet recuſari: quia poſſet in
arbitrando excedere modum. Nec excuſat ibi
notorium eſſe delictum. pro hoc, quod notat
glo. in cap. ſuper his. de accuſat. facit quod
dixit Panorm. in c. propoſuit. de appellat.
5 Tertio fallit in Papa. † quia ſi iniuria fit occul
ta Papę. poteſt facere inquiri de ea per alium.
ſic de Imperatore. l. 1. C. ſi quis Imperat. Fa-
cit. tex. in cap. 1. de maled. vbi gloſſa voluit,
quòd Papa ſi velit. poſſit cauſam cognoſcere,
& punire. Si vero eſt manifeſta. & tunc ipſe
poſſet vendicare. 22. q. 4. c. Guiliſarius. & c. ſeq.
Quarto, ſecundum Spec. tit. de Iudice deleg. in
§. ſupereſt. verſ. quid ſi non eſt conſanguineus,
fallit ſi eſſet prælatus regularis probatæ vitæ,
nam tunc poſſet punire ſubditum pro propria
iniuria. Exemplum ponit in Cartuſienſe: modo
hoc faciat animo corrigendi, & non ex indi-
gnatione. glo in d. cap. & qui emendat. Quod
quidem fieri põt. extra iudicium. vt ff. de offic.
proconſ. l. nec quicquam. §. de plano. Vnde
dicit Archid. in d. c. & qui. quòd poteſt Iudex
delinquentem in ipſum verbis, vel verberibus,
coercere, retrudere in carcerem, vel in mona-
ſterium, vel excõmunicare: modo non aga-
tur in forma iudicij: quia nõ poteſt eſſe Iudex
in cauſa propria. Quinto fallit in iniuria con-
tra Principem commiſſa, quia de iure, & ab-
ſoluta poteſtate poteſt cognoſcere. arg. l. pro-
xime. ff. de ijs. quę in teſt. del. & in l. & hoc
Titius. de hęre. inſtit. not. glo. in cap. cum
dilecta. de confir. vtil. vel inuti. ſuper ver. pro
curatricem. vide etiam gl. 23. q. 4 in c. Guili-
ſiarius. in verb. ante matizauit. & 79. diſt. cap.
ſi quis pecunia. Et idem dicendum eſt in quo-
libet alio Iudice ſuperiorem non recognoſcẽ
te, vt dicit glo. in cap. innotuit de maled. Et
idem tenet Bar. & Doct. in l. vnic. c. ne quis
in ſua cauſa. Et hoc de poteſtate abſoluta, li-
cet de honeſtate deberet potius cauſam dele-
gare, facit tex. in d. c. innotuit. in quo Papa alij
commiſit corectionem. Facit etiam, quòd in
ſimili dicimus in cauſa ciuili ꝙ debet eligere
arbitros. vt not. glo. 1. 26. q. 6. in c. 1. & quod
not. gloſ. 2. q. 1. in cap. ſi clericus aduerſus. Fa
cit etiam l. 2. C. ſi aduerſ. deli. vbi Imperator
cauſam ſuam tractat per procuratorem.

Secunda. Poteſt prælatus cognoſcere. &
6 † punire de delicto, ſi delictum concernit
vtilitatem publicam, vel ſuam dignitatem iu-
riſdictionalem. glo. in d. c. Romana. de pœ-
nis. in 6. & in d. c. ſi quis. Qualiter autem dĩ-
gnoſcatur iniuria facta dignitati, diximus lib.
2. cap. 49. nu. 55. Probatur etiam iſta conclu-
ſio in l. 1. à contrario ſenſu. ff. de poſtul. in d. c.
& qui emendat. Dom. Anton. & Panor. vbi
ſupra. Item ſi iniuria, quæ infertur in perſonã
iudicis, redundaret in Deum, & in eccleſiam,
tunc Iudex debet, & poteſt iniuriam illam
vindicare. gloſ. in cap. ſi quis ergo. 2. q. 7.
D. Th. 2. 2. q. 108. art. 1. Iſta concluſio pro-
batur exemplo Elię 4. Reg. 1. nam ignis, vt di
cit Ambroſius deſcendit de cęlo, vt prophetę
vindicaretur iniuria. Supple in quantum pro-
pheta, i. nuncius Dei fuit: ſic. n. eius iniuria
fuit iniuria mittentis. Sic Eliſeus deriſionem
ſuam vindicauit, pueris ab vrſis ſua maledi-
ctione laniatis. 4. Reg. 2. Pariter poteſt Iudex
punire iniuriam quæ rempublicam reſpicit.
C. de offi. eius. qui vic alter. ger. l. 1. & 2. Hen-
ric. Boich. in c. 1. de offic. deleg. Sed ſi recu-
ſaretur vt ſuſpectus, non poſſet ipſe ſolus co-
gnoſcere, ſi eſt delegatus, verum ſi ordinarius.
poterit petere aliũ ſibi adiungi. l. apertiſſimi.
& ibi authent. C. de iudic. quia cum ſecun-
dario perſonam eius reſpiciat. merito poteſt
dici ſuſpectus. quod ęquum dicit Ioan. Andr.
in d. c. 1. de maled Sed ꝙ dicitur de adiuncto.
procedit de iure ciuili. Secus de iure canoni-
co. vt ordinarius etiam in totum recuſari poſ-
ſit. ſi eſt ſuſpectus. c. ſi quis contra clericum.
de foro comp.

7 Tertia. Licèt † iniuriam quatenus tangit
perſonam, quis remittere poſſit, non tamen
illam, quæ tangit eccleſiam, 23. q 4. cap. ſi is
qui cap. cum deſideres, extr. de ſent. excom.
Hinc fit. quòd quamuis conſentienti non fiat
iniuria. 33. q. 5. ca. noluit. ff. de reg. iur. l. nemo
videtur. tamen excommunicatus eſt qui in
clericum etiam volentem manus iniecerit vio
lentas. cap. contingit. el. 1. de ſent. excom. &
ratio eſt: quia talis iniuria dicitur fieri eccle-
ſiæ. Sic filius poteſt remittere iniuriam quo ad
ſe. ſed non quo ad patrem quantenus tangit
commodum eius, ſed non in quantum tangit
commodum aliorum. ff. de pact. l. iuriſgen-
tium, §. ſi paciſcar. diſt. 63. cap. Salonitanę.
An vero Epiſcopus poſſit remittere ſolus abſ-
que Capitulo iniuriam factam eccleſię, Dic,
quòd cum Epiſcopus ſit procurator, & non
dominus. 12. q. 1. c. vlt. extr. de dolo. cap. ſi a-
ternitatem. & non poſſit facere conditionem
eccleſiæ deteriorem, non poteſt. ita gloſ. in d.
cap. contingit.

8 Quarta. Legatus † poteſt excommunicare,
& punire eos, qui ſibi, vel ſuis nuncijs iniuriã
vel damnum inferunt vel ſuam iuriſdictionem
impediunt, modo iniuria ſit manifeſta: arg.
ff. de offic. rect. prouin. l. ſenatus conſulto. ext.
de for. comp. cap. cum contingat. ad fi. extr.
de offic. Arch. cap. vlt. & poteſt ſuam iuriſdi-
ctionem

ctionem impedientes punire. arg ext.de pęnis. c.Romana.de offi.deleg. c. 1. alias deluſa videretur eius poteſtas,ſi coerctionem huiuſmodi non haberet.extr.de offi.deleg. cap. ex litteris: potius enim in hoc iniuriam Ro.eccleſiæ vindicare videtur,quàm ſuam. 2.q.7.c. accuſatio. ſecundum ea quæ not.in c.contingit. de ſent. excom.Hæc Arch,in c.ſi quis magiſter.diſt. 94. & ibi Turrecr.An vero percutiens legatum,vel Cardinalem, poſſit ab eo abſolui. Franc. in c. fęlicis.nu.5.de pęnis in 6.dicit,quòd ſic. per gl. in d.c.ſi quis magiſter.

9 Quinta. Peccatum eſt mortale † prælatis, vel aliis detrahere.6.q.1.cap.deteriores. cap.nimium.23.q.4.ſuntque homicidæ. cap. homicida.de pœnit.diſt.1.& nec obſtat. tex. in l.eum, qui nocentem.ff.de iniur.vbi dicitur, quòd expedit peccata nocentium eſſe nota; quia illud locum habet,quando agitur criminaliter contra aliquem,& ſic eſt intelligendum quod habetur.90. diſt. cap. ſciendum.& per Inno in c. cum P.de accuſ.Verum quod diximus non eſſe licitum prælatis detrahere, non eſt ita ſimpliciter intelligendum.ſecundum glo.in Clem. 1. in verb.detrahunt. de priuil. ſed tunc demum, quando nominatim exprimendo aliquem nomine proprio,vel per circunſtantias,ſit detractio,ſecus ſi in genere tangerentur vitia prælatorum, vel alterius quia illud eſſet bene licitum,exemplo Chriſti, qui ſic fecit. Matth. 23. vbi dicit:Super cathedram Moyſi.Facit. 1. q. 1. c.omnia.de offic.ord. cap. ſi ſacerdos. vbi aliquid licet in genere quòd non licet in ſpecie. Cauendum eſt tamen, vt nullo modo poſſit quis venire ad notitiam perſonæ, verbi gratia, deſcribendo prælatum per circunſtantias corporis. Item vt nec nimis effrenatè in generali locutione loquatur, ſed potius refrenet linguam ſuam: quia ſcriptum eſt, quòd qui inconſultè loquitur,ſentiet mala. 43. diſtin. cap. ſit rector. Et hæc nota contra prædicatores id facientes.

10 Sexta Iudex, ſiue Dominus alicuius † Ciuitatis,qui ratione delicti commiſſi in perſonam ſuam occultè, de illo cognouit, quod tamen facere non poterat, prout ſupra diximus. nu. 2. ſi carcerauerit, & tandem condemnauerit delinquentem, vt ſibi tantum ſoluat, tenetur ad reſtitutionem: carceratio illicita fuit, cum non fuerit facta in caſu licito, & per magiſtratum licite agentem. vt ff. quod met. cauſa. l.3. ideo omnis promiſſio ob eam cauſam extorta,nullius fuit momenti.vt ff.quòd met.cauſa.l. qui in carcerem, & cum non tenuerit obligatio principalis, non tenuit acceſſoria.vt C. de vſur.l.eos.in prin.ff.de reg.iur. l. cum principalis.ita in ſpecie Oldr.conſ.7.vbi cõſuluit, quòd extortum per Dominum Ciuitatis à quadam muliere maledicta, quæ fecit facturas in perſonam ſui Domini,cum male ablatum eſſet, deberet reſtitui per executores datos ad reſtituendum male ablata.

## SVMMARIVM.

1 *Canonis priuilegium retinetur etiam habitu non retento,*

2 *Vt iuramento ipſius ſtetur in dependentibus ab eius animo, qualiter intelligatur.*

3 *Clericus percutiens laicum ab omnibus pro clerico habitum, eſt beneficio priuandus, ſi credens ſe eſſe excommunicatum,celebrauerit & beneficium obtinuerit, manifeſtata veritate, quod percuſſus ſit laicus.*

4 *Priuilegiũ fori difficilius perditur, quàm priuilegium canonis.*

5 *Priuilegio canonis, licet quis renunciare nequeat verbo,poteſt tamen facto.*

6 *Clericum inuentum in proſtibulo,familia poteſtatis capere poteſt.*

7 *Canon, ſi quis ſuadente, non comprehendit Iudæos.*

8 *Iniurians clericum verbis,aut ſcriptis, in canonem non incidit.*

9 *Attentatio licet puniatur effectu non ſecuto, fallit tamen in multis caſibus.*

10 *Enormis percuſſio dicitur facta a laico ſacerdoti publice gladio euaginato. & 15.*

11 *Vt laici incidentes in canonem abſoluantur à ſummo Pontifice, fuit introductũ in fauorem clericorum, & in odium laicorum.*

12 *Intellectus ad cap. peruenit. de ſenten. excom.*

13 *Dignitas etiam dicitur ex conſuetudine loci.*

14 *Sacerdotes deuenientes ad proiectionem calceorum in loco publico an ſint abſoluendi à ſummo Pontifice.*

16 *Clericos omnes incidentes in canonem vt*

Epiſco-



*Epiſcopus poſsit abſoluere, qualiter intelligatur.*

17 *Percutiens ſacerdotem Religioſum, qui à ſuo monaſterio receſsit, ſub prætextu accedendi ad ſuperiores, an ſit excommunicatus.*

18 *An talis religioſus recedens à ſuo monaſterio ſit apoſtata.*

19 *Dictio, quaſi, quandoque eſt expreſsiua veritatis.*

20 *Clericus, an & quando percutiendus ob coitum abſq; metu excõmunicationis.*

21 *Conuerſum percutiens, an & quando ſit excommunicatus.*

22 *Prælatus verberans monachum,vel clericum,an ſit excommunicatus.*

23 *Clericum violenter capiens an excommunicetur.*

24 *Iniectores violenti à Papa abſoluuntur, niſi in caſibus.*

25 *Verberans clericum excommunicatum eſt excommunicatus, niſi in duobus caſibus.*

26 *Percutiens clericum, incidit in excommunicationem,fallit in multis caſib.*

27 *Laicus qui ſe defendendo contra clericũ exceſsit,an ſit excommunicatus.*

28 *Sacerdos ſcenis ſe immiſcens, an perdat priuilegium canonis, vel fori.*

29 *Clericus percuſsioni ſe ſubijciens eſt excommunicandus per ſententiam.*

30 *Clericus ſeipſum percutiens eſt excommunicatus.*

31 *Excommunicatus an ſit denunciandus.*

32 *Denunciationis forma.*

33 *Excommunicati euntes ad Papam, debẽt deferre literas Ordinarij.*

## De quibuſdam Deciſionibus in materia Canonis. Si quis. Cap. V.

Conſequenter videndum eſt de exceſsibus qui ſolent committi a perſonis eccleſiaſticis in materia Canonis, Si quis ſuadente, per plures Deciſiones, quarum.

Prima. Clericus licet non deferat habitum
1 ſuum, † adhuc retinet priuilegium Canonis.
Et hoc verum,ante trinam monitionem,ſecus
eſt poſt trinam monitionem.cap.contingit.de
ſent.excom.quia tunc perdit priuilegium clericale, & ſic intelligitur illud. extr. de ſentent. excommu. cap. in audientia. Et hoc habetur in cap.ſi vero.eod.tit. Hinc fit, quòd percutiẽs huiuſmodi talem, eſt excommunicatus.Doct. in d. cap. ſi vero. Sed quid ſi dubitetur, an ſciuerit eum eſſe clericum, vel laicum. Reſpon. quòd poteſt ſe purgare iuramento: quia in de-
2 pendentibus ab animò † alicuius, ſtatur iuramento ipſius glo.in d.cap. ſi vero. vide notata in cap.ſignificaſti.de homi.Hoc limita in foro conſcientiæ, ſeu pœnitentiali. extr. de ſponſ. cap.tua,quia non eſt veriſimile, quod quis ſit immemor ſalutis propriæ. cap ſancimus. 7. q. 1.de conſecra.diſtin.4.cap.cum itaque.ſecus in foro contentioſo,ſeu iudiciali, in ijs, & ſuper his, quæ poſſunt legitime probari. de off. ord. cap. ex parte, vel in his, quæ licet non poſſint alias legitime probari, tamen ſcandalum, vel fama publica laborant ſuper eum: quia tunc debet ſe ſolenniter purgare.vt no.Hoſt. in cap. ex literis.de homic. Verum in alijs relinquitur conſcientiæ ſuæ,ſaltem iuratæ, maxime quando ignorantia non eſt craſſa, vt in caſu noſtro.d.c.ſi vero. Quod ſi iurare renuerit, quod ipſum eſſe clericum ignorabat, quia tunc præſumitur contra eum, quia non vult iurare, & ideo tanquam excommunicatus vitandus eſt, donec per Sedem Apoſtolicam, abſoluatur. d.c.ſi vero.

Secunda. Clericus percuſſit Sempronium
3 † laicum credens eum clericum, incedentem in habitu, & tonſura clericali, & pro clerico communiter habitum, & reputatum, & inter clericos viuentem, & conuerſantem, & officiantem, & celebrationi diuinorum ſe ingerentem,& non obſtante, quod ex hoc crederet ſe excommunicatum, diuina officia celebrauit, & credens ex hoc ſe eſſe irregularem,permiſit ſe ad beneficia promoueri. Nunc quæritur an manifeſta veritate, quod Sempronius erat laicus, debeat dicto beneficio priuari, & declarari, ius non habere.Reſpon.Feder.de Sen.conſ.13. poſt multa quod iſte non eſt excommunicatus, nec irregularis, & ratio eſt: quia ad incurrendam excommunicationem requiritur veritas. 17.q.4.c.ſi quis ſuadente. & non intentio.arg. tex.in l.falſus.§.qui alienum. ff. de furt vbi non committit furtum, qui rem derelictam accepit animo furandi, neſciens eam derelictam. Ad idem l.inter omnes.§.pen.eo.titu. vbi non committit furtum,qui putat ſe inuito Domino facere,cum tamen Dominus vellet. Tunc quia

con-

communis opinio prodeſſe non debet verita-
te manifeſtata. Itē videtur caſus in c.ſi iudex.
de ſent.excom.in 6.in fi.Nam clericus, qui cō-
muni opinione habebatur pro laico, debet
pro clerico tractari hoc probato. Econtra qui
pro clerico habebatur, debet tractari vt lai-
cus probato eum eſſe laicum. pro hoc facit
quod not.Ioan.And.& Arch in c. vnic. de vo-
to,in 6 Item vbi opus eſt facto, non ſufficit co
natus.de ſponſ.c.pen. vbi de hoc. Tum etiam,
quia veritas, cuius virtus, & potentia omnia
vincit.8.diſt.c.conſuetudo. debet præferri ani-
mo delinquentis,poſſeſſioni clericatus,& com
muni opinioni, & per conſequens tenendum,
ꝙ iſte non ſit excommunicatus, nec irregula-
ris, quare non debet declarari,vel denunciari
ius non habere,& ita collatio,vel eius promo
tio, nulla fuit: verum propter eius indignita-
tem inſurgentem ex contemptu, & ex delicto
ſuo,quòd tacere non debuit,debet priuari be-
neficiis,& puniri. facit c.inter dilectos. de ex-
ceſſ.præl.ibi,irritandum.de cle.excom. mini.c.
vlt. ibi, vitandi. de elect. cap. dudum. in verb.
Nos igitur ibi,caſſaretur. & ita concludit Fe-
der.de Senis qui ſupra.

Tertia. Clericus cū maiori difficultate per-
4 dit priuilegium † fori,quàm priuilegium cano
nis.patet per c.ſi Iudex laicus. de ſent.excom.
in 6.vbi per omiſſionem habitus,& deprehen-
ſionem in crimine, non perditur priuilegium
fori, ſed priuilegium Canonis ſic, eo ipſo, ꝙ
immiſcet ſe enormitatibus, & deprehenditur
in crimine.c.cum non ab homine. de iudic.&
ratio eſt: quia priuilegium fori emanauit à iu-
re diuino,& à Deo,iuxta illud. Nolite tangere
Chriſtos meos.& probatur 96.diſt.in c. ſi Im-
perator.Notant Inno.& Hoſt.in c. 2. de maio.
& obed.Sed priuilegium Canonis emanauit a
iure poſitiuo. Tum etiam, quia odioſius re-
putatur à iure,quòd clericus iudicaretur à lai-
co,quod ab eo tanquàm priuatus iudicaretur.
facit à ſimili,de iuramento præſtito laico à cle
rico ſine Epiſcopi autoritate.quod valet,& ta-
men non valet præſtitum iudici ſæculari. cap.
1.de iuram.calum.Nunquid autem clericus in
minoribus inſtitutus perdat priuilegium cleri-
cale, ſi ſine aliqua admonitione conuerſatur
vt laicus? dicit Hoſtien.quòd ſi exercet actum
omnino contrarium clericatui, vt quia duxit
ſecūdam vxorem,vel fecit ſe militē,& exercet
ſe in ſcena, ex toto perdit priuilegiū clericale,
per id,quod habetur in cap. quiſquis.84.diſt.Et
ita ſecundum Hug.habes caſum ſpecialem, ꝙ
ſine crimine priuatur quis iure ſuo,non tamen
ſine cauſa,punitur enim non quia peccauit,ſed
quia fecit ſe indignum,vt amplius promoueri
non poſſit.Igitur huiuſmodi talis perdit priui-
legium clericale,& quo ad beneficium,& quo
ad promotionem.vt 32.diſt.in cap. ſeriatim.Et
verberans talem non incidit in Canonem. Si
quis ſuadente.Facit quod legitur.& no.in cap.
quiſquis inuentus.in glo.17. q. 4. cap. clerici. 1.
reſponſo.ſumpto arg. à contrario ſenſu literæ.
de cler.coniug.lib.6. Arch in d cap.quiſquis.di-
5 ſtin.84. Rurſum ex his colligitur † quòd licet
priuilegio Canonis quis renunciare non poſ-
ſit verbo.extra de foro compet.cap ſi diligen-
ti.poteſt tamen renunciare facto, vt ſi faciat
actum omnino contrarium,vel ſi poſt trinam
monitionem deſerat habitum clericalem. &
tonſuram, vel enormitatibus ſe immiſceat.c.
perpendimus.de ſent.excommu.& c.cum non
ab homine & c.in audientia.

Quarta. Familla Poteſtatis licite poteſt ca-
6 pere † clericum inuentum in proſtibulo,vel in
adulterio,& ducere ipſum ad Epiſcopum. Ita
firmat Bal.in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſ.
& cler.in verſ.ſed quæro. quod procedit, quā-
uis inuentus fuerit in habitu,& tonſura: nam ſi
hoc permittitur cuicunque priuato.ſecundum
Inno. in c.vt famæ.de ſenten.excommu.multo
magis permittetur miniſtro Reipubl. l. 1. §.
quies.ff.de offi.præfe. vigil. Facit quod no. in l.
ſi C.de malef & mathe. Præterea quis non in-
cidit in excōmunicationem, niſi per dolum.c.
ſi quis ſuaeente. 17. q.4. Sed hic non eſt dolus,
quia fit propter quietem publicam,ergo ceſſat
excommunicatio, facit quod habetur in l.ſi
quis in ſeruitute.ff.de furt. & ea, quæ diximus
in noſtris deciſ.lib.2.c.49.nu.5 Vbi poteſt capi
clericus à laico, ſi timeretur de fuga, interim
dum ſuus Prælatus adiretur.arg.in l. deſertorē.
ff.de re milit. Abb.in cap.cum non ab homine.
de iudic.& ibi Barba. in 12. col. vnde dicebat
Petr.de Ancha.conſi. 180. aliàs 184. incip. In
auxilium veritatis, ꝙ in fugiente non poteſt
allegari exceptio incompetentiæ capientis fu-
gientem,cum res ſit tempore peritura,& ideo
detrahitur iuris diſpoſitioni. vt in l. nullus.
Cod. de iudic. ſequitur Barba. in rubr. de fo-
ro competen. in 5. colum. Ludouic. Roman
conſil.228.

Quinta. Licet Canon, Si quis ſuadente,
7 † generaliter loquatur,& indiſtinctè,dicens:Si
quis, & per conſequens generaliter debeat in-
telligi.c.relatum. 2. de teſtam. Hinc compre-
hendit omnes qui poſſunt excommunicari, ſi-
ue ſit maſculus,ſiue fœmina.d cap.ſi quis. cap.
mulieres.de ſenten.excomm.tam laicus, quàm
clericus.c.1 eo tit.ſecularis, ſiue regularis. c.2.
c.cum pro cauſa.eo tit. ſiue ſit non exemptus,
ſiue exemptus, & priuilegiatus etiam regula-
ris c.nulli.eo.tit.Item non ſolum priuata per-
ſona,ſed etiam publica.c.3.eo.tit.c. ſi iudex.eo.
titu. in 6. Non ſolum maior,ſed etiam minor,
modo ſit doli capax.d.c. 1. ſiue liber, ſiue ſer-
uus.c.relatum,ſiue diues,ſiue pauper. c. ea no-
ſcitur.eo.tit.tamen non comprehendit Iudeos
vel infideles,iniicientes manus violentas in cle
ricum, quia conſtitutionibus eccleſiaſticis nō
arctantur.extra de diuor. c. gaudemus. patet
etiam in eo,quod legitur & no. 15. quæſt. 4.c.
vlt.& 17.q.4.c.conſtituit.in fi.

8 Sexta. Iniurians clericum † verbis, aut ſcri-
ptis.iux.tex.in l.1. ff. de iniur. & inſt. eodem. in
prin.in Canonem non incidit,ſed ille ſolus,qui
violentas manus in ipſum iniecit, percutien-
do,pulſando,vel verberando.tex.in d. c. ſi quis
ſuadente.Sed nec is incidit qui iniurias inferen
do,moliatur clericum percutere, manum ex-
tendendo, vel gladium euaginando, & non
percutiat, nam licet grauiter iſte peccauerit,
non tamen in Canonem incidit. per tex. in d.
c.ſi quis.verb.iniecerit manus. quæ verba cum
9 effectu ſunt accipienda.Hinc licet † attentatio
puniatur,quamuis aliquid ſequutum non ſit. l.
ſi quis cum telo.ff.ad leg. Cornel. de ſicariis.l.
quiſquis.C.ad leg.Iul.maie.& ſola voluntas pu
niatur.arg.1.q.1.c.quicunque ſtudet.51. diſt. c.
ſi quis.tamen fallit hæc regula. Primo in ex-
communicatione,& aliis cenſuris, quia ad eas
incurrendas,requiritur factum. ſecundū Card.
in c.præterea requiſiuiſti.ad fi. de appel.refert,
& ſequitur Fel.late in d.c in 6.fallentia. Secun
do fallit in pœnis appoſitis per ſtatuta, cum
tales pœnæ non habeant locum in delictis.nō
conſumatis, etiam ſi deuentum ſit ad actum
propinquum. Verba enim ſtatuti exigunt actū
perfectum.vt volunt Doctor.in l.1. §. diuus.ff.
de ſic.& quia ſtatuta debēt intelligi in caſu ve
ro,& non ficto,l.3.§.hæc verba.ff.de neg. geſt.
Dom.Nico.in cap.1.extr. de eo, qui mitti. in
poſſ.Tertio fallit, quando ſtaret per ipſum de-
linquentem, quo minus perficiat. ſecundum
Innoc.in d.c.1.Quarto fallit, quando eſſet ta-
le delictum, in quo pœna ipſo iure imponere-
tur,tunc locum non habeat ipſa pœna, ſi deli-
ctum non ſit perfectum, etiam ſi ſit deuentum
ad actum propinquum: quia tunc punitur ar-
bitrio iudicis.vt habetur in c. cum in cunctis
extr.de elect.& c.perpetuo. eo. tit. in 6. voluit
Io.And.in reg.in pœnis.de reg iur.in Mercur.
vbi plenius de hoc.Quinto fallit,quando deli-
ctum non habuit actum exteriorem, ſed ſtetit
in ſola cogitatione etiam cum conſenſu ratio-
nis,quia illa cogitatio non punitur quo ad ec-
cleſiam, vt inquit eleganter Card. in Clem. 1.
poſt Mattheſ.in prin.in 3.q. de vſur. dicens, ꝙ
qui errat in corde,in caſu illius Clem. non ta-
men procedit ad exteriora, quo ad eccleſiam,
non eſt excommunicatus, licet quo ad Deum
ſic.Sexto fallit in delictis non atrocioribus:qa
in ipſo affectus pro effectu non habetur.ſecun
dum Bald.in l.ſi quis non dicam.in 3.col. C.de
epiſco.& cler.Septimo fallit, vbi etiam ſi ha-
buiſſet effectum, nemini nocuiſſet: probatur
per gloſſ. penul. in cap. quanto. de iureiuran.
vbi quando falſitas probatur circa id quod de
ſe non probat,non nocet, quod dicit ibi Inno.
eſſe menti tenendum. Vltimo fallit, in caſibus
reſeruatis Epiſcopo: vide quæ diximus in no-
ſtris Deciſionib.lib.1.cap.13. nume. 71. verſic.
Rurſum nec.

Septima. Laicus ſacerdotem in dignitate
10 † conſtitutum in foro publice,& coram mul-
tis officialibus gladio euaginato percutiens
dando illi, vt vulgo dicitur chiattonata,abſq;
læſione, eſt excommunicatus excommunica-
tione Papali, ita quòd non eſt ab alio abſol-
uendus,quàm a ſummo Pontifice,& ratio eſt:
quia licet poſſit ſuſtineri, quòd talis iniuria nō
ſit atrox ex facto,cum nec illa dicatur, quæ fit
baculo,aut lapide. vt habetur per Extr. perle-
ctis, niſi talis eſſet perceſſio, quæ deſideraret
remedium chirurgiæ, vel aliorum medicina-
lium,vt dicit Hoſt.in c.peruenit. de ſent.excō.
quæ quidem non eſt in quæſtione propoſita;
tamen videtur eſſe atrox ex alio capite, ſcili-
cet ratione notorietatis. vt eſt optimus tex.in
l.prætor edixit. §. fi. ff. de iniur. §.atrox.Inſtit.
de iniur.Hinc percuſſus in platea, vel in thea-
tro, vel coram iudice, dicitur atrox iniuria.
Hoſt.in d. cap. peruenit. Rurſum ſi enormem
iniuriam cenſet Ber.vbi ſcandalum eſſet,ſi ex-
communicatus abſolueretur, quapropter non
abſoluitur monachus, ſi clericum percutiat.
extr.de ſent.excommu.c.cum illorum.§.1.ver.
quid ſi clericus. cum clericus ſæcularis maior
monacho reputetur.cap.à ſubdiacono.diſt.93.
ergo multo magis habebit locum,quando lai-
cus in foro coram mille hominibus cuiuſcun
que generis, percuſſerit ſacerdotem: cum ra-
tione perſonæ,læſio,quæ eſſet leuis, iudicetur
grauis:hinc leuis iniuria,quæ eſſet contra pue-
rum,vel in dorſo,vel cum manu, vel cum ba-
culo,vel in occulto,grauis eſſet contra ſenem,
vel in capite, vel cum pugno, vel in manife-
ſto.vt refert ſum. Aſten.lib.7 tit.13.art. 4. Ac-
11 cedat propterea, † quia hæc communitas, vt
laici incidentes in Canonem ſint abſoluendi à
Summo Pontifice fuit introducta in fauorem
clericorum,& in odium laicorum. facit tex.in
c.contingit.in fi.de ſent.excommu.Rurſum fa-
cit tex.in cap.peruenit.de ſent. excommu. nam
12 dum in d. cap. peruenit, † non fit mentio ex-
preſſa de presbyteris, ſed tantum de clericis,
hoc modo.De his abſoluendis, qui clericis nō
enormem,ſed leuem,& modicam iniuriam ir-
roga-

rogarunt, tuæ fraternitatis arbitrio duximus
committendum. ergo videtur, quòd talis exce-
ptio deneget tale arbitrium Epiſcopo in non
exceptuatis. facit tex. in cap. ſi dominus. 32. q.
7. & per conſequens vt poſſit iudicare an læſio
facta à laico ſacerdoti, ſit leuis. Eo magis, quia
Archipresbytero ciuitatis, qui vt explicauimus
in noſtris Deciſionibus in noua editione. lib. 2.
cap. 97. num. 7. dicitur habere dignitatem: cum
13 dignitas † etiam dicatur ex conſuetudine lo-
ci. 12. diſt. c. conſuetudo. glo. in Extr vnic. Io. in
verbo dignitates. de præbẹn. Item in prærroga-
tiua, quam habet in proceſſionibus, ſeſſioni-
bus, & aliis actibus. iux. not. per Docto. in cap.
cum nonnulli. de cler. non reſid, & in cap. 1. de
conſuet. lib. 6. Quare ſequitur, quòd iniuria le-
uis fit atrox ratione dignitatis. vt habetur in d.
Extr. perlectis. in verb. dignitas. facit tex. in d. c.
cum illorum. verb. Epiſcopum. Quibus omni-
bus ſic ſtantibus, arbitror huiuſmodi laicum,
cum non habeat legitimum impedimentum.
iux. tex. in cap. quamuis. de ſent. excommu. eſſe
14 † abſoluendum à ſummo Pontifice, cum enor
miter læſerit præfatum Archipresbyterum.
Quinimmo etiam ſi dubitatio eſſet, an talis
iniuria eſſet leuis, is cuius arbitrio poſſet iudi-
care debet abſtinere, per ea, quæ notantur in
c. porro. §. fi. de ſent. excom. vt refert Henric.
in d. c. peruenit. Et declarando debet potius
declarare enormem, quàm leuem, vt per dictã
Extr. Et nos in noſtris deciſ. lib. 2. in noua edit.
c. 49. nu. 57. cum arbitrium debeat regulari ſe-
cundum dicta Doctorum, & legum, vt inquit
Fel. in d. c. cum illorum.

Octaua. Duo ſacerdotes quorum vterque
15 alterũ mentiri aſſeuerat in foro publico † co-
ram officialibus deuenerunt ad proiectionem
calceorum cum formulis, ita, quòd calcei teti-
gerunt veſtem illorũ, tali caſu ſunt abſoluendi
à ſummo Pontifice. Tum ratione notorietatis:
quia omnis exceſſus notorius efficitur graue
delictum. Fel. in c. cum illorum. nu. 13. de ſent.
excom. Tum ratione ſcandali. Et non obſtat
huic ſententiæ dictum Pau. in d. c cum illorũ,
16 vbi Epſcopus poteſt abſoluere † omnes cleri-
cos: quia intelligitur de clericis communiter
viuentibus à læſione mediocri, quia cum ſint
perſonæ priuilegiatæ, & Epiſcopus poteſt ab-
ſoluere omnes perſonas priuilegiatas, vt oſtia-
rios ſeruos, fit vt etiam poſſit abſoluere huiuſ-
modi clericos, cum ſint perſonæ eccleſiaſticæ.
Henr. in d. c. peruenit. Sed ab enormi, nullos po
teſt abſoluere, niſi in caſibus, quibus Papam
non poſſent adire. Nec etiam obſtat dictum
Lap. alleg. 76. vbi concludit Epiſcopum poſſe
abſoluere plebanum, qui canonicum manu va
cua percuſſit: nam talis eſt percuſſio leuis, vt
per dictam Extr. & forte non ſcandaloſa. Sic
etiam Card. conſ. 42. vbi concludit, Epiſcopum
poſſe abſoluere clericos, qui inuicem ſe per-
cuſſerunt cum manibus, & pedibus. quia ibi lo
quitur de clericis communiter viuentibus. Et
ita tam in præcedenti deciſione, q̃ in hac con-
ſului, dum legerem Romæ quod & factum
eſt, quia petierunt abſolutionem a ſummo
Pontifice
17 Nona. Laicus alapa percuſſit † quendam re-
ligioſum, eo tempore quo receſſerat à ſuo mo
naſterio ſub prætextu accedendi ad ſuos ſupe-
riores vt ab aliquo prætenſo grauamine libe-
raretur, incidit in canonem, ſi ſciebat ipſum
eſſe religioſum: cum gaudeant hoc priuilegio
etiam fugitiui, & Apoſtatæ, vt inquit Sylu. in
verb. Excommunicatio 6. cum tale priuilegiũ
non ſit introductum in fauorem clericorum
principaliter, ſed ipſius Eccleſiæ. vt not. in cap.
contingit. 1. de ſent. excom. An vero præfatus
18 † Religioſus recedens à ſuo conuentu ſub prę-
textu ad ſuos ſuperiores accedendi, vt à graua
mine liberetur, ſit Apoſtata. Reſp. breuiter, ꝙ
talis non eſt apoſtata, quod quidem dupliciter
probari poteſt. Primo ex Doctrina Caiet. 2.
2. q. 12. art. 1. vbi inquit, quòd Religioſus, qui re-
cedit à religione, ac vagatur extra animo non
retrocedendi, ſed propter prælatorum forte ri
gorem, aut libidinem, aut aliquid huiuſmodi,
talis non eſt Apoſtata, ſed fugitiuus, & vagus,
cum Apoſtaſia conſiſtat in eo, qui retroceſſio-
ni à religione conſentit. Secundo per Concil.
Trid. ſeſſ. 25. c. 4. vbi dicit. Non liceat Regulari-
bus a ſuis conuentibus recedere etiam præte-
tu ad ſuperiores accedendi niſi ab eiſdẽ miſſi,
aut vocati fuerint. Qui autem ſine prædicto
mandato repertus fuerit, tanquàm deſertor ſui
inſtituti puniatur. vnde conditio tanquam de-
ſertor ſui inſtituti puniatur. vnde conditio tan
quam, cum propriè ſit ſimilitudinaria, & de-
notet diminutionem. c. quoniam. §. quod ſi ſu-
pra. vt lite non conteſt. ſicut dictio vtpote, &
quaſi. vt eſt tex. cum glo. in l. facto. ff. de cond.
& demon. fit quod iſte non ſit deſertor, & per
conſequens Apoſtata, ſed tanquam Apoſtata
ſit puniendus, & non obſtat illud Euang. Ioan.
19 c. 1. vbi dictio, † quaſi eſt expreſſiua veritatis,
dum dicitur, quaſi vnigenitum a patre. Nam
Chriſtus fuit verus filius Dei, & vnigenitus. Ita
etiam glo. in c. prout. de dolo, & contum. & in
c. parochianos. de deci. Nam reſpondetur, ꝙ
tunc improprie iſtæ dictiones capiuntur, vel
quia ita conſtat de mente legiſlatoris, vnde
quando aliter non conſtat de mente, tunc ſi-
militudinariæ iſtæ dictiones ſunt intelligen-
dæ. l. non aliter. ff. de lega. 3. arg. tex. in cap. fin.
de verb. ſignif. ex quibus omnibus concluden-
dum



dum eſt iux. Conc. Trid. quòd nõ ſit apoſta-
ta, cum non receſſerit animo deſerendi reli-
gionem, ſed bene vt Apoſtata, & verus fugi-
tiuus eſt puniendus.
Decima. Iniiciens manus violentas in cleri
20 cum quem inuenit cũ muliere turpiter † agẽ-
tem, eſt excommunicatus in his caſibus. &
Primo quando inuenerit eum turpiter agentẽ
cum alia muliere, quam cum vxore, ſorore
tam legitima, quàm etiam naturali, filia ſua
propria, vel matre. Ita tex. in c. ſi vero alicu-
ius. in ver. cęterũ de ſen. excõ. & ratio eſt: quia
tunc non intereſt eius, ſed eſt in culpa ſe im-
miſcendo rei ad ipſum non pertinenti. c. non
eſt ſine culpa. de reg. iur. in 6. Secundus, quã
do inuenerit eam turpiter agentem cum alijs
aſcẽdentibus præter matrem, vel deſcenden-
tibus pręter filiam, nam licet nomine matris
intelligantur omnes aſcendentes, & nomine
filiæ omnes deſcendentes, pro quo. ff. de verb.
ſignif. l. appellatione. & l. liberorum, tamen
ſecundum Ber. & Hoſt. alij nõ recedunt à ver
bis huius capituli. & ideo Ray. Io. in ſum.
Conf. de ſen. excom. q. 35. & Aſten. lib. 7. de
cano. ſi quis ſuadente. dicunt, quòd has perſo-
nas priuilegium huius capituli, ſi vero, non
excedit Tertius, quando non inuenit eum tur-
piter agentem cum vxore, matre, vel filia pro
pria: ſed tantum ſolum cum ſola ſedentem, &
cõfabulantem quia percutiendo eſt excom-
municatus. arg. tex in d. c. ſi vero ibi, turpi-
ter inuentum. Quartus, quando inuenit eum
in opere turpiter agentem. & ipſum mutilaue
rit, vel interfecerit. argu. tex. in d. c. ſi vero,
& nos affirmauimus in noſtris Deciſ. in ſecun-
da editione. lib. 2. cap. 49 nu. 45. Quintus, quã
do non ſunt probabilia ſigna, quòd conſta-
ret, quòd clericus expleuerit coitum, & ille eũ
percuſſerit. Septimus, quando exiſtentibus
apertis indicijs turpitudinem coitus ibi exple-
tam, non incontinenti, ſed poſtquam clericus
ad alia diuertit, & à loco diſceſſit, verbera-
uerit: nam tunc incidit in canonem, vt tenet
Guil. ſuper Ray. in d. c. ſi vero. Octauus, qui
procurat, quòd clericus vocetur ab vxore ſua
ad turpem actum, & taliter vocatum verbe-
rat cum vxore ſua, incidit in excommunica-
tionem. Ita frater Ioan. vbi ſupra, verſ. 11.
Nonus, ſi percuſſerit clericum turpiter agen-
tem cũ ſorore adoptiua. arg. ff. de in ius voc.
l. quarta. §. parentes. & l. ſequ. Decimus ſi fa-
cta monitione clerico ne accedat ad ſuã vxo-
rem, inuenerit ſolum cum ſola ſedentem, vel
cõfabulantem. Nam tunc ſolũ poteſt detinere
per 20. horas, & teſtes cõuocare, ne ſit locus
inficiationi, vbi nõ vult, nõ tñ pôt eũ verbera-
re abſq; metu excõicationis, vt nos ſupra dixi-
mus. nu. 45. Vndecimus, quando percuſſerit
clericum turpiter agentem cum ſponſa de fu-
turo; vt etiam affirmauimus vbi ſupra. nu. 44.
Et ex his colligi poſſunt caſus. in quibus per-
cutiens non eſt excommunicatus; quorum pri
mus. Si percuſſerit abſque mutilatione, vel
morte, turpiter agentem cum vxore, matre,
ſorore, vel filia propria. Secũdus, ſi cum ſpõ-
ſa de præſenti. vt in auth. vt lic. matri & auię.
§. quia vero. Tertius, ſi facta monitione ne ad
domum accedat, detinuerit clericum per 20.
horas, quem ſolum inuenit ſedentem, & con-
fabulantem. Quartus, quando percuſſerit cle
ricum. qui ſe cum vna ex ſupradictis perſonis,
de quibus in c. ſi vero. pararet ſe ad opus car-
nis per amplexus, & de oſculationes. Quintus.
quando cõſtaret per aperta ſigna, quòd Cle-
ricus iam expleuit factum turpe, & inconti-
nenti cum percuſſerit.
21 Vndecima. Conuerſi gaudent † priuilegio
canonis, ſi quis ſuadente. cap. non dubium,
de ſent. excom. in his caſibus. Quorũ primus:
quando tranſirent ad eccleſiã regularem ap-
probatam, nam tunc quia aſſumpſerunt vitã,
& habitum regularẽ, & renũciauerunt pro-
prijs, merito habere debent immunitatẽ Ec-
cleſiaſticã. d. c. ſi vero. c. parochianos. c. ex
tenore. eo. tit. Secundus: in cõuerſis ſęculari-
bus, qui ſe, & ſua tradiderũt eccleſię ſeculari,
& habitũ mutuauerunt: quia ex quo ſunt in to
tũ tranſlati ad eccleſiam debent gaudere im-
munitate. arg. cap. quiſquis. 17. q. 4. 12. q. 1. c.
duo. Non tamẽ gauderent, quando conuerſi
manerent in domo propria, & vt laici viuerẽt
arg. de priuil. c. 3 §. de fratribus. vel quando
non facto voto conuertendo ſe ad aliquam
eccleſiam ſęcularẽ dicerent damus, vel offeri-
mus nos, vel noſtra oĩa bona huic eccleſię.
Nã hoc ipſo non inteliguntur vouere cõtinẽ-
tiam, vel proprijs abrenunciare. uñ poſſunt
propria habere, vel matrimonium cõtrahere.
vt dicit Henr. in d. c. non dubium.
22 Duodecima. Prẹlatus poteſt per ſe † vel
per alium citra pęnam excommunicationis
corrigere clericum, vel monachum, vel con-
uerſum ſuæ iuriſdictioni ſubiectum pro ſuis
exceſſibus, vel delictis in quibuſdã caſibus. &
prims caſus eſt. poteſt clericũ vel Monachum
capere, & carceri mancipare. tã per ſe, quàm
per clericos, vel laicos. c. vt famę. de ſent. ex
com. c. cũ Epiſcopus de offic. ordin. l. 6. & c.
ſi clericus. eo. ti. quæ iura loquũtur de captio-
ne, & incluſione, quę de mãdato prælati cui-
uſcũque qui crimina punire poteſt, fieri poſſũt
per laicos, licet nondum ille incorrigibilis ap-
pareat. Secũdus. poteſt pręlatus verberare per
ſe modo nõ ex propoſito, & ſcienter, at que
Q malitioſè,

maliriosè excedat debitam correctionem. c. vniuerſitatis.in fi.de ſent.excom, fallit in Epiſcopo, qui neminem ſuis manibus percutere deber.86.diſt.c.non liceat. Sed ſi clericum per quem percutiat non habeat poteſt percutere per ſeipſum.vt notat Arch.45.diſt.in ſum.Tertius in Epiſcopo,qui verberando per ſe, cũ habeat clericum,non propter hoc incidit in excommunicationem, cum iſtud introductum videatur in honorem Pontificalis officij, ſicut ſimile habetur.de reg.iur.lib.6.cap.fi. Quartus in prælato, qui poteſt verberare per clericum ſæcularẽ, vel regularem.d.c.vniuerſitatis.verſ. vel ſi neceſſitas.& in d.c.cum Epiſcopus. incidit vero in canonem,ſi ex propoſito, & malitiosè prælatus excederet debitam correctionem, vel etiam illi,qui de mandato ipſius hoc faciunt,ſiue hoc faciat in capiendo, vel ducendo ad carcerem,vt quia non reſiſtentem, ſed quietè ſe duci permittentem,calce, pugno,vel alio modo percutiunt.d c.vt famæ. §.fi.Rursũ, quando prælatus quis verberaret per laicum, à qua non poteſt abſolui citra Papam.d. cap. vniuerſitatis.

Decimatertia. Intrudens clericum, vel reli-
23 gioſum † in carcerem,eſt excõicatus. c.nuper. de ſent.excom.Etiam ſi hoc faceret ſine iniectione manuum,vibrans forſan gladium ſuper caput, & mortem comminans niſi intrauerit turrim,ſeu domũ ad hoc c.1.& c.ſacris, quod me.cauſa ſecundum Hoſt.& Io.And.in d.cap. nuper. Item hoc verum, ſiue clericus clauſus ſit in carcere,ſiue ligatus funibus, ſeu cuſtodibus vallatus ne ire poſſit quo velit: omnes.n. iſti in cuſtodia ſunt, quia cuſtodiuntur ne quo velint abire poſſint.ſecundum Innoc. pro quo facit tex.in l.ſuccurritur.ff.ex quibus cau.maio. Tamen fallit hæc regula in multis caſibus, & primus, qui violenter capit,intrudit, vel in cuſtodia detinet clericum ad ſui defenſionem, non eſt excommunicatus, dummodo defenſionis cauſa ceſſante, ipſum permittat abire: quia ipſa ceſſante non eſſet amplius defenſio, ſed vindicta. Ad hoc c.ſi vero. el 1. & ibi Hoſt. eo.tit.Secundus, quando non animo iniuriandi,ſed potius ſeipſum ſaluandi,& tuendi clericum detineret in cuſtodia,vt quia inimici eius potentes ſuperuenirent, & ab aliquo intrudatur etiam violenter, ad hoc ne inimici ipſum interficiant: quia tunc non iniuria irrogatur, ſed ſalus potius procuratur. ar. 45. diſt. c. cum beatus.Hoſt.in d.c.nuper.Tertius, zelo Dei, vt quia clericum volentem aliquod committere delictum intruderet in carcerem,quia tũc non ſolum non eſt excommunicatus, ſed meretur. 23.q.3.c.fortitudo.2.q.7.c.negligere.Sed quanto tempore poterit illum detinere, hoc arbitrio boni viri limitandum erit,& vt inſpirauerit charitas.ita Fr.Ioan.in ſumm.Confeſſ. eod. tit.quæſt.119.Aſten.lib.7.tit.3.verſ.13. Inno. & Hoſt.in d.cap.ſi vero.Immo Inno.& poſt eum Ioan.Andr.dicunt, quòd ſi illum occideret,ne alium occidat, non eſt excommunicatus, ſed irregularis.ſic ad hoc in Clem. ſi furioſus. de homic. Quartus, quando detineretur clericus ab inimicis eius in aliquo caſtro, vel domo, non animo eum detinendi in cuſtodia,ſed animo iniuriandi, & vt ei inferant verecundiam. ita Innoc.in d cap.nuper.& Ioan. And. Quod quidem tempus detinendi ſic incluſum eſt limitandum arbitrio boni viri, aliàs poſſet parari locus figmentis, & detineri diutius ſub ſpecie verecundiæ ſibi faciendæ, quod eſſe nõ debet. Quintus, de clerico, quem quis cum vxore, matre, vel ſorore, vel filia turpiter agente.vt ſupra diximus.nu.21.

Decimaquarta. Iniectores iniurioſarum
24 manuum † in perſonas eccleſiaſticas abſolui non poſſunt, niſi per Papam, vel alium de mandato ſpeciali ſuo. 17.quæſtio.4. capitu. ſi quis. capitu. parrochianos. capitu. porro. de ſenten. excommuni. Hoc autem fallit in multis vaſibus. Et primus in omnibus religioſis, qui abſolui poſſunt per proprium prælatum,ſi quem habent,dummodo ſit ſacerdos. cap. canonica nuper.§.pen. eodem titu. Secundus in conſtituto in mortis articulo. cap. non dubiũ. eodem titu.Tertius, in mulieribus capitu.mulieres.eodem tit.ſed primo conſulitur ſummus Pontifex.d.cap.mulieres.Quartus puer. d 1. c. quamuis. cap fin.eod.titu.Sextus ſenex.cap.ea noſcitur.cap.de his.Septimus, æger, qui eſt incurabilis,vel de cuius morte dubitatur,vel cuius morbus longus eſt. d. capitu. quod de his. & capitu.ea noſcitur. Octauus. Aſtrictus poteſtati patriæ,vel dominicæ.d.cap.mulieres,& cap.relatum.Item leuiſſimus ictus. cap. peruenit.eodem titu.

25 Decimaquinta.† Verberans clericũ excommunicatum,incidit in canonem. c.1.ibi, ſe inuicem.de ſent.excõ. vbi clericus primo percutiens excommunicatus erat,& tamen clericus percuſſus, qui repercuſſit ad vindictam clericum primo percutientem, eſt excommunicatus.Item eſt tex.in c.2.& c. cum illorum. & c. proximo.ibi ſeſe inuicem.& ratio eſt:quia priuilegium hoc conceſſum eſt in fauorem ordinis, quem adhuc retinet excommunicatus, & non perſonarum.c.contingit.2.eod.tit.Tamen hoc fallit,& primo.ſecundum Hoſt.in d.c.cõtingit.1.quando eſſet incorrigibilis:nam excõmunicatus depoſitus,& vt incorrigibilis traditus curiæ ſæculari,non gaudet priuilegio clericali. Secundo in excommunicato hæretico, quem



quem conſtat eſſe altem,& vt talis traditus eſt Curiæ ſæculari.ſecundum Inno.& Io. And. in c.ſi vere.eo.tit.

26 Decimaſexta. Percutiens † clericum etiam in minoribus conſtitutum,vel monachum,aut etiã nouitium,vel conuerſum,vel monialẽ,aut conuerſam tam regularis, quàm ſæcularis eccleſiæ, dummodo detur plena tranſlatio in Deum, incidit in excommunicationem ipſo iure.Iura ſunt in c.1.de cler.coniu.lib.6. c. non dubium.c.parochianos.c.ex tenore. c.veniens. c.de monialibus.de ſent.excom. & in 6.c.religioſo.§.fi.Tamen fallit hæc deciſio in clerico accipiente duas vxores, vel etiam vnam corruptam,& ratio eſt: quia cum talis ſit effectus bigamus, amittit omne priuilegium clericale, adeo ꝙ nec tonſuram deferre poteſt. c.1.de bigam.lib.6.Quod tamen procedit,quando matrimonium de iure contractum eſt validum, ſecus ſi matrimonium cõtraheretur de facto, hinc percutiens ſubdiaconum bigamum, vel monachũ propter matrimoniũ de facto contractum,incideret in canonem. arg.c.a nobis. de biga,Io.Andr.in reg.delictum.de reg.iur.in 6. Secundo fallit in clerico contrahente cum vnica,& virgine,qui omiſit deferre tonſuram, & veſtes clericales. arg. tex. in c.vnic de cler. coniu.lib.6.nam quamdiu vnum ex ipſis omiſerit,perdit priuilegium Canonis, ſed iis reaſſumptis illud acquirit. ita Arch. quem ſequitur Io.And in d.c.1.& in c. Ioannes. de cler. coniug.Tertio fallit in clerico hæretico. ita Inno. & Io.And.in c.ſi vere. & communiter Doct.in c.contingit.1.de ſent excommun.

27 Decimaſeptima. Laicus. qui ſe † defendendo contra clericum exceſſit, non à propoſito, licet ſecundum Rayn. non incidat in excommunicationem, credit tamen, quòd teneatur ad aliquam ſatisfactionem de exceſſu,vel etiã quantum ad pœnitentiam,& irregularitatem, ſi fortè propter ſuam percuſſionem mors fuerit ſecuta.Si tamen ex propoſito exceſſiſſet,ad maiorem ſatisfactionem, & pęnitentiam teneretur.extr.de ſent.excom. c.cum non ab homine.& c.perpendimus.de reſtit. ſpol.c.olim cauſam.& de hom.c.ſignificaſti.§.vlt.Si autem vis inferatur rebus, repellere licet vim illatam,& inferendam,& potiſsimè illatam,dum tamen fiat incontinenti,ideſt quàm cito ſcit vim illatam, priuſquam diuertat ad contrarium actũ. Idem Ber.in cap præallegato. Actus vero contrarios intelligitur ſi diſſimularet iniuriam, & deponat animum proſequendi rem ſuam,aliis occupationibus dando operam.ita Aſtenſ. lib. 1.tit.29.art.2.

Decimaoctaua.Sacerdos, qui dimiſſo habi-
28 tu, & † tonſura, armis aſſumptis ſe immiſcuit ſæuis,& ęnormitatibus, puta faciendo ſeditionem in populo,aut bellum,perdit priuilegium Canonis,adeò,quòd ipſum interficiens, ſcienter,non incidit in Canonem; ſed ſolum tenetur agere pęnitentiam.Non tamen perdit priuilegium fori, ita vt poſſit patibulo ſuſpendi, niſi fuiſſet degradatus,aut depoſitus,& incorrigibilis, aut tertio monitus perſeueraſſet in contumacia,vt hæc probantur in c.cũ non ab homine in c. contingit.2. in cap. nouimus. de ſent. excommu.

Decimanona. Licet iniurioſa iniectio dici non poſſit,quę fit in volentem:cum volenti nõ fiat iniuria.l.in perſonam.in prin.ff.de pact.regula ſcienti.in 6. tamen excommunicatus eſt, qui in clericum etiam volentem manus inijcit.c.contingit.el 1.de ſent.excom. clericus ta-
29 men ſe † percuſſioni ſubiiciens,eſt excommunicandus per ſententiam.d.c.contingit.ver.excommunicetur.Et non obſtat quòd vt percutiens eſt ipſo iure excommunicatus,ita & conſentiens debet dici excommunicatus, tanquam participans, & ſic conſentiens percuti, non conſentiat excommunicato, ſed excommunicando.

30 Vigeſima.Clericus percutiens † ſeipſum,eſt excommunicatus.23.quæſt.5. c. non licet. vbi Archid.diſtin.55.c.qui partem.& quod ibi no. de re milit.l.omne delictum. §. qui vulnerauerit.cum nemo ſit dominus membrorum ſuorum.l.liber homo. ff. ad l. Aquil.Et nemo ſibiipſi poteſt iniuriam facere.25.quæſt.2. c.quod vero.in fi. tum etiam quia tale priuilegium eſt priuilegium Eccleſiæ, & non perſonæ.vt in c, contingit 1.de ſenten.excommunic.Quod intellige, ſi ex ira hoc fecerit, ſecus ſi ex cauſa deuotionis, ſicut quidam deuoti faciunt, pro quibus eſt illud Pſ.Ne quando iraſcatur dominus, & pereatis de via iuſta.Et ratio eſt. quia ſi eſt excommunicatus percutiendo proximum.cap.ſi quis ſuadente.17.quæſtio.4. multo magis ſeipſum. committit enim contra charitatis fędera. d. cap. ſi non licet.Hinc fit quod propter mutilationem ſui fit irregularis, ſicut ob ſui percuſſionem eſt excommunicatus. ita Zabar.in Clem.1.de reli.& vener.ſanct. in tertio notab.

Vigeſimaprima.Incidens in excommunica-
31 tionem Canonis ſi quis ſuadente, † debet denunciari publice excommunicatus. cap.parochianos.de ſenten.excommunic.Et non ſolum ad partis petitionem iudex debet hoc facere, ſed etiam ex ſuo officio nemine petente: quia non debet eſſe contentus ſimplici excommunicatione canonis,ſed ad maiorem effectum, & terrotem procedere ad publicationem. ita Mar.Soc.in d.c.parochianos.Eſt tamen citan-

dus ante denunciationem: quia antequam de-
nunciari, aut publicari poſsit, debet eſſe conui-
ctus: aut confeſſus, quia vt dicit Io. And. in cap.
ſtatuimus. de ſent. excom. lib. 6. etiam in ſen-
tentia iuris conſtare debet de crimine. vt no. in
c. 1. in fi. de homic. in 6. Et hoc tenet glo. in ter-
minis noſtris. in verb. conſtiterit. in c. ſacro. de
ſent. excom. gl. in verb. quam commode. in cle.
1. & in cle. 2. in verb. conſtiterit. de pęnit. Fede,
conſ. 116. Bonus tex. in l. eius, qui delatorem. &
ibi Bar. ff. de iure fiſci.

Vigeſima ſecunda. Forma ſeruanda, quando
32 quis cõmittit alteri, vt denunciet aliquẽ † ex-
communicatum ad hoc vt vitetur, eſt iſta, B.
delegatus, vel Ordinarius tali Rectori, vel prę-
lato in Domino ſalutem. Cum nos P. paro-
chianum noſtrum eius contumacia exigente
pro eo quòd coram nobis tali die de iure no-
luit reſpondere, excommunicationis vinculo
duximus innodandum, dilectionem veſtram
monemus, & hortamur, & nihilominus auto-
ritate, qua fungimur in hac parte præcipiẽdo,
mandamus quatenus ſingulis diebus domini-
cis in Eccleſia veſtra publicè coram populo
pulſatis campanis, candelis accenſis, & extin-
ctis excommunicatum denunciare curetis, ip-
ſumque velut excommunicatum faciatis in Ec
cleſia, & extra vſque ad condignam ſatisfa-
ctionem ab omnibus arctius euitari, donec in-
obedientiæ ſuæ culpam cognoſcat, & de ea ſa
tisfaciat, vt tenetur. facit 11. q 3. c. curæ. cap. de-
bent. & d. c. parochianos. ita Specul. in titu. de
ſent. excom. §. porro.

Vrgeſima tertia. Incidens in excommunica-
33 tionem Canonis ſi quis † ſuadente diabolo.
debet ire pro abſolutione ad ſedem Apoſto-
licam, & ſecum deferre litteras Ordinarij. vt
dicit Zabar. in cap. parochianos. de ſenten. ex-
commu. ſi tamen ſine talibus litteris iret, ſi ab-
ſoluitur, abſolutio tenet. per c. ſacro. & c. cum
pro cauſa. de ſenten. excommu. Debet tamen
ſcribi Ordinario modus abſolutionis, vt appa-
reat an falſum narrauerit. argu. cap. ex parte.
de offic. ord.

## *SVMMARIVM.*

1 *Armorum appellatione qd veniat, vſuſq; prohibitus.*
2 *Clerici arma portare non debent ſub peccato mortali.*
3 *Clerici in multis caſibus licitè arma portant. & num. 7.*
4 *Clerici licite arma portantes, in multis locis non poſſunt.*
5 *Sacerdos, qui de mandato Epiſcopi conduxit armatos in caſtro, vt illud cuſtodirent, ſi exurgente pugna, multi fuerint mortui, ſacerdos non erit irregularis.*
6 *Clericorum, & monachorum deferentium arma, pœna.*
7 *Locus religioſus aggrauat delictum.*
8 *Monachus arma tenens in quatuor caſibus non eſt excommunicatus,*

## De armorum delatione prohibita clericis. Cap. VI.

SEquitur etiam videre de exceſsi-
bus circa armorum delationem,
vnde præter ea, quæ diximus. lib.
4. noſtrarum deciſ. cap. 21. nu. 20.
c. 3. & c. 18. num. 102. & ſupra, de
bello. c. 20. Sufficiat tantum adnotare, quòd
1 † vſus armorum non ſolum clericis, ſed etiam
laicis eſt prohibitus de iure ciuili. vt C. de vſu
armo. l. 1. lib. 11. Sed modo ad Deciſiones de-
ueniamus, quarum

Prima. Clerici arma portare non debent.
2 † c. clerici. de vita. & honeſt. cler. 23. q. vlt. c. cle-
rici. & c. quicunq;. Cum arma clericorum eſſe
debeant lachrimæ, & orationes. 23. q. 8. cap. de
Epiſcopis. §. 1. & c. ſeq. Quod procedit primo
etiam vt deferre non poſsint ad repellendam
violentiam inferendam eccleſiæ, vel patriæ,
quæ impugnatur, licet tunc poſsint alios ad ar-
ma, & pugnã hortari, licet laici bene poſsint.
23. q. 3. c. fortitudo. & c. vt pridem. vbi de hoc
per Io. And. Secundo, vt nec clerici in minori-
bus ordinationibus conſtituti poſsint portare
arma. Ioan. Andr. quem ſequitur Io. de Anan.
in c. petitio. de homic. nu. 6. Et arma portantes
peccant mortaliter, cum per hoc excommuni
cari poſsint. d. cap. clerici. Et nec poteſt quis
excommunicari niſi propter mortale. 11. q. 3.
c. nemo Epiſcoporum. Quinimo ſi excommu
nicati non deſiſtant, poſſunt deponi. glo. in d.
c. clerici. facit 16. diſt. c. clericus maleficus. Et
ita debet intelligi 23. quæſt. 8. cap. quicunque.
& cap. clerici.

3 Secundo. Clerici in multis caſibus licite † ar-
ma portant. Quorum primus: quando hoc fa-
cerent autoritate Papæ. argu. l. 1. C. vt vſus ar-
mo. in ſc. princ. libr. 11. Quod intellige tribus
concurrentibus. Primo, vt moueant arma in
bello iuſto. Secundum, quod tale bellum
non poſsit commodè expediri per laicum.
Tertium,



Tertium, quòd iſta licentia procedat a Papa
conſultis Cardinalibus. ita Cald. Ioan. Andr.
Car. & Fel. in cap. petitio. de homic. Quare in
hoc caſu licet aliquem interficiant, non ſunt
irregulares, & ratio eſt: quia ideo illicitum eſt
clericis arma mouere, quia conſtitutiones ca-
nonicæ hoc vetant: quarum poteſtas dependet
a Papa. 27. diſtin. cap. per totum. de tranſlat. c.
1. de elect. c. ſignificaſti. & ſic poteſt Papa da-
re licentiam clericis mouendi arma, etiam il-
lis vtendi quibuſcunque ſine metu irregulari-
tatis, quæ eſt per conſtitutionem canonicam
introducta. c. is qui. 1. reſpon de ſent. excom. li.
6. & pro hoc facit, quia Papa cum homicida
etiam voluntario diſpenſare poteſt, ſi pęnitet.
Io. de Anan. in cap. ſicut dignum. de homic. Et
ſi dicatur, quòd homicida eſt irregularis de
iure diuino. iux. illud: Non ædificabis mihi tem
plum, &c. de conſecr. diſt. 1. c. 1. Nam reſpon-
detur, ꝙ intelligitur de illo, qui accipit gladiũ
ſine licentia ſuperioris. 23. quæſtio. 4. cap. ille
gladium. Ita Ioan. Cald. quem ſequitur Ioan.
de Anan. in d. c. petitio. nu. 8. Secundus ratione
feudi temporalis, quod tenent, nam dominum
feudi iuuare tenentur, & cum eo ire ad bellũ,
quod non eſt directe ad occidendum, ſed ad
ſua defendenda, ſiue recuperanda, quo caſu
poſſunt arma deferre. 23. quæſt. 5. cap. non vos.
§. ecce. cap. ſi non licet. §. porro. cap. olim cau-
ſam. 1. de reſtit. ſpol. Tertius eſt in clericis, qui
tranſeunt per viam periculoſam, quibus etiam
eſt licitum portare arma defenſionis ad terro
rem, non autem ad percutiendum, & vt per-
cutiant. arg. 23. q. 3 cap. Maximianus Do. Ant.
in cap. 1. de vita, & honeſt. cler. vel ſi eſſent in
obſidione, aut haberent inimicitias, aut ex
alia iuſta cauſa. Ioan. de Anan. in d. cap. petitio.
num. 6. cum non teneantur inermes ſę expone
re periculo, vt legitur, & notatur in cap. ac-
cedens. el 2. vt lit. non conteſt. in cap. paſtora-
lis eod. tit. Quartus in clericis portantibus cul-
tellum paruum ad incidendum panem, & alia
neceſſaria ad victum, & vngulas. Abb. in d. cap.
clerici. nu. 7. de vita, & honeſt. cler. per ea, quæ
not. glo. in autheu de armis. in princ. Hinc Ioã.
de Anan. in cap. lator. de homic. in princ. dicit
ſtatutum prohibens arma portari, non habere
4 locum in cultellis paruis. In his † tamen caſi-
bus. in quibus licitum eſt portare arma cleri-
cis, non poſſunt illa portare coram iudice,
neque in congregatione, neque in cętu ſcho-
larium, neque in palatio Principis, vel cæ-
tu communis conſilij. argum. text. in l. arma-
tos. ff. de vi publ. facit text. in capitu. 1. §. ſi
quis ruſticus. de pace tenen. vbi Baldus ex-
preſsè firmat.
5 Tertia. Quidam ſacerdos de mandato † Epi
ſcopi conducebat homines armatos in quo-
dam caſtro, in quo Epiſcopus habebat iuriſdi-
ctionem temporalem, vt cuſtodirent caſtru m.
Si inimici Epiſcopi inuaſerunt caſtrũ, & exin-
de ſurgente pugna, ſacerdos traxit ſe ad partẽ,
licet multi in pugna mortui fuerint, clericus
non erit irregularis: quia licitè fecit obediẽdo
Epiſcopo, & bellum erat iuſtum pro parte Epi
ſcopi. Imo etiam ſi percuſſiſſet, nec vulneraſ-
ſet. ita refert Io. de Anan. do. Flor. dicentem in
c. petitio. de homic. Qui etiam addit, ꝙ poſi-
to, ꝙ bellum eſſet iniuſtum, nec eſſet irregu-
laris: quia traxit ſe ad partem. Cõducere enim
armatos non fuit cauſa ſaltem immediata bel-
li prædicti, ſed remota, quæ non inducit irre-
gularitatem. vt voluit glo. ſingu. in c. exhibita.
verb. corruat. de homic.
6 Quarta. † De pœna clericorum deferentiũ
arma. Clerici ſola delatione armorum nõ ſunt
excommunicati, ſed excommunicandi. 22. q.
vlt. cap. conuenior. not. glo. in cap. dilecto. de
ſent. excommu. lib. 6. Et non obſtat tex. in Cle.
ne in agro. §. quia vero. de ſtat. monac. quia il-
le tex. loquitur in monachis intra monaſteriũ
tenentibus arma, qui ipſo iure ſunt excommu-
nicati. Et ſic locus religioſus aggrauat deli-
7 ctum. † cap. ſicut dignum. de homic. Et ſic no-
ta, quòd tam monachus, quàm clericus por-
tantes arma, peccant mortaliter. vt diximus
nume. 2. Fallit tamen hæc regula in officiali-
bus, & eorum familia, quibus permiſſum eſt ar
ma portare l. arma ad ſalutem. §. fi. ff. de offic.
præfec. vigil. & ibi Bal. extendit illum tex. ad fa
miliam Epiſcopi, qui in eum habet merum, &
mixtum imperium in ſua diæceſi. Idem eſt in
officialibus legati ex latere. Fallit etiam vbicun
que vellet ire ad aſpiciendum agros. ita Nico.
de Neap. in l. fi. per illum tex. de proxi. ſcri. lib.
12. Iſern. in c. 1. §. ſi quis. de pac. tenen. vel quan-
do portaret arma ligata. vidę Doc. in d. c. lator.
glo. in §. prohibemur. ũerb. permittimus. in au-
then. de armis.
8 Quinta. † Monachus arma tenens in tribus
caſibus non incurrit excommunicationem.
Quorum primus, vt ſi Abbas perſequeretur
monachos odio capitali, vel eſſet talis, cuius
conſortiũ eſſet intolerabile, vt quia parit con-
tumeliam Creatoris, vel quia iniũgit ſubditis
intolerabilia, quia tunc poterũt monachi ſine
licentia arma aſſumere, ſi non poteſt aliis re-
mediis ſuccurri. 11. quæſt. 3. cap. Iulianus. de di-
uor. c. quanto. de appell. c. de priore. de homic.
c. ſignificaſti. ſecundus quando extra ſepta ar-
ma teneret. ita glo. 2. in Clemen. ne in agro. §.
præfatæ. Hinc ſi monachus teneret arma in
monaſterio non ſuo, peccaret mortaliter, non
tamen incideret in excommunicationem, qa

§.præfatæ.loquens de ſepto monaſterij, debet
intelligi de proprio monaſterio.Tertius,quan-
do monachus de foris veniret ad clauſtrum
cum armis,quia ſi non haberet animum tenen
di,non ligaretur:quia non dicitur arma tene-
re cum effectu,cum verbum,tenentes,denotet
temporis continuitatem , vt ſic tenere ſit cum
effectu.ff.de verb.ſign.l. nomen. §. habere. ita
Zaba.in d.§.præfatæ.oppoſ.1.& q.3.& 6.

*S V M M A R I V M.*

1 *Crapula quid, & vnde dicatur , & mala, quæ ex ea proueniunt.*

2 *Ebrietas quid,eiuſq; mala, & commeſſatio quid.*

3 *Gula an ſit peccatum mortale .*

4 *Ebrietas quandoq; eſt cum peccato mortali,quandoque cum veniali,quandoq; ſine peccato,*

5 *Clerici non debent intrare tabernam.*

*Peregrinationis cauſa multa licent , quæ aliàs non licerent.*

6 *Commeſſationes clericis, pariterq; laicis ſunt prohibitæ .*

7 *Conuiuium de ſymbolis, & confertis, clericis celebrare non licet.*

8 *Clerici non debent amore Sanctorum, vel animarum pauperum ſe ingurgitare.*

9 *Clerici tenentur in cibis, & potibus ſe cōformare moribus eorum , cum quibus viuunt,niſi in voto pœnitentia , & pro ſalute corporis.*

10 *Clerici bibentes vinum ſine aqua.an peccent.*

11 *Clericus debet eſſe contentus trina potatione.*

12 *Ebrietati deſeruientis pœna.*

13 *Sobrietas quibus conueniat. & quare miniſtris eccleſiæ,aſsignantur quinque rationes.nu.ſeq.*

15 *Vinum non bibens an poſsit promoueri ad ſacerdotium.*

16 *Clericus conſumens fructus beneficij in conuiuijs , & commeſſationibus , an peccet mortaliter , & ſit obnoxius reſtitutioni.*

17 *Conuiuijs ſacerdotum debet commiſceri lectio ſacrarum ſcripturarum.*

18 *Origines,nec ſomnum,nec cibum ſumebat ſine lectione .*

19 *Familiaritas magis in conuiuio, quàm in colloquio.*

20 *Clerici ad conuiuia pauperum inuitatis, non licet aliquid tollere, & ad domum mittere.*

21 *Non licet clerico in eccleſia dormire.*

## De crapula,& ebrietate à clericis vitanda. Cap. VII.

POſtea videndum eſt de crapula,
& ebrietate de qua multa dixi-
mus,& mala,quæ proueniunt in
Dom.ix poſt Pentec.Serm.1. ſu-
per verba illa.Ad Cor.c.10.Se-
dit populus manducare, & bibere, & ſurrexe-
runt ludere.Tamen reſtat modo,vt videamus,
quare dicatur crapula, & quid ſit ebrietas. Igi-
1 tur crapula † eſt quaſi cruda epula , & dicitur
crapula a ſuperfluitate ciborum , & immode-
rata voracitate cibi,nam tunc homines ita vo
raciter epulantes perfectæ non digerunt, ſed
materiam indigeſtam emittunt,& ſic talis cru
ditas morbum facit , & moleſtias ingerit, &
ægritudines generat . Quod enim fames facit,
hoc etiam plenitudo ciborum , magis autem,
& multo maiora.Fames quippe in paucis die-
bus aufert hominem,& liberat de hac vita pœ-
nali.Exceſſus verò ciborum conſumit , & pu-
trefacit corpus humanum, & macerat ægritu-
dine diuturna,& tunc cum morte crudeli con
ſumit.cap.nihil enim.de conſecr.diſt. 5. Ebrie-
2 tas † vero dicitur ſuperfluitas potus, & eſt im-
moderatus vſus vini , quæ quidem aufert me-
moriam,diſsipat ſenſum , cogit ad libidinem,
inuoluit linguam,corrumpit ſanguinem, con-
fundit naturam,perdit gratiam,& perducit ad
damnationē.ita Rayn.in tract.4.de Gula. Sunt
etiam commeſſationes,quæ dicuntur luxurio-
ſa conuiuia a comedendo dicta . Vnde com-
meſſatio ſuperflua eſt conuiuatio,& commeſ-
ſor ventri,& gulæ nimium deditus. Arch. in c.
commeſſationes. diſt. 44. Sed modo ad Deciſ.
deueniamus, quarum
3 Prima.Gula eſt peccatum † mortale, quan-
do delectationi inhæret homo tanquam fini,
propter quam Deum contemnit. Paratus, ſci-
licet contra præcepta Dei agere,vt non audire
miſsā,vel infringere ieiuniū,dieb.vetitis carnes
comedere , vt delectationes huius aſſequatur.
At ſi in vitio gulæ intelligatᷣ inordinatio con-
cupi-



cupiſcentium ſecundum ea,quę ſunt ad finem,
vt puta, quia nimis præuenit tempus debitum
comedendi,vel cibos lautiores.ideſt pretioſos
quærit , vel quæ aſſumenda ſunt procurari ac-
curatius appetit,vel in ipſa quantitate ſumen-
di menſuram refectionis excedit,& tunc pec-
cat venialiter.D.Tho 22.q.148.art.2.tex. in c.
quinque.de conſecr.diſt.5. Henr. Boich. in c. a
crapula.de vita.& honeſt.cler.
Secunda . Ebrietas, quandoque poteſt eſſe
4 ſine peccato, † quandoque cum veniali, quan-
doque cum peccato mortali . Nam qui neſcit
potum eſſe immoderatum,& inebriare poten
tem , vt quia neſcit vini fortitudinem , & tunc
ebrietas poteſt eſſe ſine peccato , ſic Noe cre-
ditur inebriatum fuiſſe. At qui percipit potum
eſſe immoderatum, & potentem inebriare,&
tamen vult magis ebrietatem incurrere,quàm
a potu abſtinere,tunc talis peccat mortaliter,
& dicitur propriè ebrius : quia mortalia pro-
prie recipiunt ſpeciem non ab his,quæ per ac-
cidens eueniunt præter intentionem , ſed ab
eo,quod eſt per ſe intentum . Pariter quando
ebrietas eſt aſsidua,& nouit vires vini , & non
vult apponere aquam , & ſic quando ſtudioſe
conſueuit ſe de facili inebriare.d.cap. vnum.§.
criminis . & ante omnia . Erit vero peccatum
veniale,quādo aliquis percipit potum eſſe po-
tentem,& immoderatum,non tamen extimat
potentem inebriare,vel quando ebrietas acci-
dit ex debilitate cerebri.c.vnum.§ alias. diſt.
25.D.Tho.qui ſupra.art.2.q.148.Archid.in cap.
ſexto die.diſt.35.
5 Tertia.Clerici non debent † intrare taber-
nam.cap.non oportet. 1. diſt. 44. & dicitur ta-
berna,locus vbi victualia,ſcilicet panis,& vi-
num,& carnes coctæ venduntur,dicta a tabu-
lis,quia tabulis clauditur.Archid. in cap. nulli.
ead.diſt.Nec debent ibi comedere,aut bibere,
niſi forte cauſa neceſsitatis,vt in peregrinatio-
ne.cap.clerici.ead.diſt. Et ſic permittitur via-
tori, quod alias non permittitur. Arg. ſimile.
11.q.3.cap.quoniam multos. Sic ratione pere-
grinationis . Item licet mutare habitum.21.q.
4.cap. Epiſcopi.Item licet cum excommunica
tis communicare in cibis.d.c. quoniam . Item
licet a quolibet ſacerdote miſſam audire. 9. q.
2.c.nullus.Item a qualibet eccleſia baptiſmum
ſuſcipere.10.q.5.c.nec numerus. Hæc Turrecr.
in d.cap. clerici.
Quarta . Clerici non debent habere taber-
nas.cap.nulli.44.diſt. Quod intellige,vt mini-
ſtrent in eis.Nam alias bene poſſunt habere,&
alijs locare ff.de petit.hæred.l. ancillarum. Itē
poſſunt habere tabernam, vbi vendant , quod
repoſuerunt , & ſibi ſuperſunt de redditibus
ſuis,dum tamen in propria perſona non mini-
ſtrent.de hoc per glo. in c.negociatorem. diſt.
88.d.c.nulli.vbi habetur,quòd cui non licet mi
nus,ſcilicet miniſtrare.
6 Quinta Non debent clerici ,ſicut † nec laici
facere cōmeſſationes, quæ ſunt luxurioſa con-
uiūia,maxime per dies ſolennes, per quos va-
candum eſt orationi, & nō ingurgitationi. ita
tex.in cap.commeſſationes.diſt 44.Vnde Exo.
11.2.Diem ſolennem celebrabitis Domino,
ait per deuotionem mentis, & non per ingur-
gitationem ventris.Quare talis abuſus,ſcilicet
commeſſationes facere in honorem Sancto-
rum Martyrum, maxime pernitioſus eſt . Pri-
mo,quia inducit in errorem, vt tam vitioſum,
& a Sancta Scriptura reprobatum abuſum re-
putatur licitum,& conceſſum. Secundo , quia
diebus feſtiuis , & ſolennibus hæc damnanda
conuiuia celebrantur eo tempore abundan-
tius,quando eſſet magis ſobrie viuendum. ita
Turrecre.in d.c.commeſſationes.
7 Sexta. † Non debent clerici, vel laici cele-
brare conuiuium de ſymbolis , & confertis. c.
non enim.diſt.44.Et dicitur Symbolum a Syn.
quod eſt con, & bolum , quod eſt morſellum,
ideſt partem ſuam ad omnem comeſtionem
faciendam ad ſimilitudinem Symboli Apoſto
lorum.15.diſtin.c.1.Non tamen reprehendun-
tur peregrini ſimul euntes , & ſcholares ſimul
in eodem hoſpitio commorantes, qui ſimul fa
ciunt duodena,& ſymbola,vel etiam extra ad
fontes , vel ad alium locum amęnum ; vel quæ
fiunt ad quotidianum vſum,vt faciunt milites.
ita Card.a Turrecre.in d. c. non oportet. el 2.
diſtin.44.Sic etiam clerici poſſunt facere con-
uiuia de confertis cauſa conuiuandi pauperes.
c.ſi quis deſpicit. diſt. 42. Sic non debent per-
mittere conuiuia in Eccleſia, niſi cauſa neceſ-
ſitatis, quia in neceſsitate aliqua etiam hone-
ſta conuiuia ibi fieri poſſent ad opus hoſpitū
tranſeuntium.42.diſt.c. pen. & fi. vt quia pere-
grini non audent inde ex Eccleſia exire , vel
omnes aliæ domus ſunt plenæ.
8 Septima . Non debent Clerici † amore ali-
quorum ſanctorum , vel animarum pauperum
bibere,vel ſe ingurgitare,nec publicis cōuitiis,
quibus interſunt ioculatores intereſſe.de con-
ſecr.diſt.5.c.nullus.& c. ſeq. vbi dicitur , q cle-
rici ſpectaculis,quæ in nuptiis , vel cęnis exer-
centur,intereſſe nō debent,ſed ſurgere de con
uiuio,& abire antequam ingrediantur iocula-
tores.Aſten.lib,6.tit.8.
Octaua . Clericus tenetur in cibis , & poti-
9 bus conformare † ſe moribus eorum,cum qui-
bus viuit,modo mores ſint conformes verita-
ti, & rectæ rationi , & cum bona conſcientia
poſsint,ne ponant ſcandalū fratri.Vnde Apoſt.
ad Rom.cap.14.Noli propter eſcam deſtruere

opus Dei. Omnia quippe munda ſunt, ſed malum eſt homini, qui per offendiculum manducat. Bonum eſt non manducare, & non bibere vinum in qua frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur. Dico autem quantum poteſt cũ bona conſcientia. Nam ſi quis vouiſſet non comedere carnes, quando alij comedunt. aut non bibere vinum, quando alij bibunt, tales tenentur abſtinere obſeruando votum. iux. illud Deut. 23. Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere. Pariter tenetur quis obſeruare pęnitentiã, ſi fuerit aliqua iniuncta. Et ſimiliter ſi quis propter infirmitatem, aut corporis ſanitatem, aut propter aliam neceſſariam cauſam abſtinuerit, excuſatur non conformando ſe moribus conuiuẽtium, quia plus obligatur ad ſalutem corporis tuendam, quàm ad viuendum iuxta mores vicinorũ. Igitur votũ abſtinẽtię, aut penitẽtię, aut ſanitas corporis, nõ debet violari propter obſeruantiã talium morum, Et ita Card. Turrecr. limitat tex. in c. 1. & fi. di. 41. vbi habetur quòd quilibet debet conformari moribus eorum, cum quibus viuit.

10 Nona. Clerici † bibentes vinum ſine acqua videntur peccare. Ita Dom. Anto. & Abb. in cap. à crapula. verſ. vinum ſibi temperent. de vita & honeſt. cler. Non tamen mortaliter. Cum nec ebrietas ſit peccatum mortale, niſi in caſibus ſupra poſitis in deciſ. Si tamen ex cauſa vinum non temperant, non peccarent: Nam reperiuntur quędam vina minus potẽtia. Quare reſpectu vini potentis, vel minus potentis, eſt temperandũ vinum. vt no. ibi Abb.

Decima. Clericus debet eſſe contentus in
11 bibendo trina vice. † tex. eſt in c. quãdo. diſt. 44. Quod intellige quando appetitus naturalis vltra non exigit. voluit enim temperare ille text. homines immoderatos. vt vult Abb. in d. c. à crapula. Cum immoderata potatio vini ſit cauſa multorum malorum. Eſt enim vinũ, incitatiuum ad luxuriam, & irritamentum luxuriæ. c. luxurioſa. diſt. 35. Item eſt excitatiuum diſcordiarum, & diſſolutiuũ fraternæ cõcordiæ. d. c. luxurioſa. in verb. contentioſa, & diſſolutiua omnium bonorum animæ. Vnde Aug. Ebrietas eſt omnium flagitiorum mater. Item vinum immoderatè ſumptum rationem perturbat, intellectum hebetat, ſubuertit ſenſum, memoriam, eneruat obliuionem inuitat errorem infundit. ignorantiam inducit. ita Turrecr. in cap. 1. diſt. 35.

Vndecima. Pœna deſeruientis ebrietati
12 † eſt quòd ſi Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus admonitus non deſiſtat, deponatur ſubdiaconus, vel inferior ſiue laicus, vel clericus communione priuetur. diſt. 35. c. Epiſcopus. Si vero ſemel ebrius fuerit, aut bis 30. dierum ſpacio communione priuetur, aut corporali ſupplicio ſubdatur. 34. diſt. c. ante omnia. Et ſi à ſuperiore commonitus hoc modo non ſatisfecerit, ab officio, & beneficio ſuſpẽdatur. d. c. à crapula. in fi. Hodie vero idẽ eſt de ſubdiacono, quod de diacono. arg. c. miramur. ext. de ſeru. non ordin.

13 Duodecima. Sobrietas maxime † requiritur in multis perſonis. Et primo in iuuenibus, & mulieribus. quia in iuuenibus viget concupiſcentia delectationis propter feruorẽ ætatis. In mulieribus autem non eſt ſufficiens robur mẽtis, ad hoc quòd concupiſcentijs reſiſtant. Vnde vt reciat Valerius. lib. 2. cap. 3. mulieres apud Romanos antiquitus non bibebant uinũ Vnde Marcellus Conſul Romanus vxorem ſuam, eo quòd vinum bibiſſet fuſte percuſſam interemit. Secundo requiritur in maioribus, & excellentioribus perſonis: nam cum ſint duces aliorum, debent vino abſtinere, quod immoderatè ſumptum impedit vſum rationis. Hinc ſenes, qui debent eſſe ad aliorum eruditionem. Apoſt. Tit. 3. dicit ab ſobrietatem exhortandos. Item eadem ratione requiritur in Regibus. Vnde Prouerb. 21. Nolite Regibus dare vinum, Quarto requiritur in miniſtris
14 † Eccleſiæ. Tum, quia decet eos munditiam ſeruare. iuxt. illud. Pſ. Ambulans in via immaculata. hic mihi miniſtrabat. Sed venter mero æſtuans facile deſpumat in libidines. Tũ etiã quia debent eſſe vigiles ſuper gregem ſuum. Luc. 1. Ebrietas autem maximè obſtat vigilijs. Hinc 1. Pet. 5. dr̃ Sobrij eſtote, & vigilate. Tũ, quia miniſtros Dei decet ornatos eſſe bonis moribus, quibus maxime obſtat ebrietas. quę omnium vitiorum fomes eſt. c. fin. diſt. 35. Tũ, quia miniſtri Eccleſiæ debent eſſe exemplum, & norma bene viuendi alijs. Vnde Greg. libr. 1. Moral. dicit. Cum maiores voluptati deſeruiunt, non mirum ſi minoribus laſciuiæ frena laxantur.

Decimatertia. Qui non bibit vinum ad
15 ſacerdotium † promoueri non poteſt: quia neceſſe habet quandocunque celebrat ſumere corpus, & ſanguinem. de cõſecr. diſtinct. 2. c. peracta. & cap. comperimus. Idem ſentit glo. 2. quæſtio. 7. c. Apoſtoli.

16 Decimaquarta Licet Raymundus in rubr. de. Apoſt. in fi. §. ſed nunquid, quẽ ſequitur Archidiachonus in ſum. diſtinctione 44. Et Vlrichus affirment clericum non ſolum peccare mortaliter, ſed etiam teneri ad reſtitutionem fructuum, quos voluptuoſe conſumũt in cõuiuijs, & cõmeſſationibus. Tamẽ S. Th. qd̃lib. 6. ar. 2. dicit qd̃ de illis bonis eccleſiaſticis, quæ principaliter ſũt attributa bonis pauperum



perum, & ex conſequenti neceſſitatibus miniſtrorum, ſicut ſunt bona hoſpitalium, tunc peccatum mortale eſt, obnoxium reſtitutioni. Sed ſi bona eſſent principaliter attributa vſibus miniſtrornm eccleſiæ, vt ſunt præbendæ clericorum, & alia huiuſmodi, tunc in iſtis bonis non committitur peccatum, niſi per abuſum, ſicut & de bonis patrimonialibus, non tamẽ tenetur ad reſtitutionem peragendam, ſed ad pœnitentiam. Sicut etiam diximus in noſtris deciſio. libro 2. cap. 100. num. 16. & 17.

17 Decimaquinta. † In conuiuio ſacerdotali, lectio diuinarum ſcripturarum debet immiſceri, quia per talem lectionẽ animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur. 44. diſt. c. pro reuerentia. & de conſecr. diſtin. 5. c. in omnibus. Hinc notantur in-
18 quit Diuus Hieron. ad Marcellianam † quòd Origenes nec cibũ ſumebat, nec ſomnum inchoabat ſine tali lectione, & vide aurea verba Plinij ſecundi, Epiſt. 49. ad Seuerum. Vbi ipſe dicit de Plinio patruo ſuo, quòd ſiue eſſet in prandio, ſiue tonderetur, ſiue balnearetur, ſemper ſibi liber legebatur. Immo etſi ambulabat, erat cum libro continuo, quoniam inutile omne tempus arbitrabatur, quod ſtudiis non impertiretur. Ad euitandas etiam deceptiones, quæ facile poſſunt eſſe in epulis, debet in conuiuio eſſe lectio ſcripturarum. Hinc gloſſa in cap. omnes. 28. quæſtio. 1. di-
19 cit, quòd † maior familiaritas contrahitur in conuiuio, quàm in colloquio. Et facilius quis decipitur inter epulas, quàm in ſimplici loquutione. 22. quæſtio. 4. cap. vnuſquiſque. Vnde eſt commune adagium officialium. Che la tauola e vna meza corda.

20 Decimaſexta. Non licet † clericis ad conuiuia pauperibus præparata inuitatis aliquid tollere, & ad domum ſuam mittere. ita tex. in capitu. non oportet. diſtinctio. 42. Et eſt arg. ſecundum Archidia. ibi contra multos magiſtros, & clericos, qui cum ſunt in aliquo conuiuio, aliquod ferculum ad domum ſuam mittunt. ſecundum Hug. Nec etiam licet in eccleſiiis conuiuia etiam pauperum facere, niſi neceſſitatis cauſa. eadem diſtinct. capitu. non oportet. 2. Vbi enim celebratur conuiuium Corporis, & Sanguinis Chriſti, non eſt locus crapulæ, & commeſſationi. Vnde Apoſt. 1. ad Cor. 11: Conuenientibus vobis in vnum, iam non eſt Dominicam cœnam manducare, & vnus eſurit, alius ebrius eſt. Nunquid domos non habetis ad manducan-
21 dum, & bibendum. Sic nec † licet clerico in eccleſia dormire, cum multa indecentia, & turpia in ſomno contingere poſſint, niſi neceſſitatis tempore. Hinc qui cuſtodiunt eccleſiam, & theſauros eccleſiæ, ibi iacent, & dormiunt, quia excuſantur neceſſitate. vt dicit Hugo. & Archidiac. in dict. capitu. non oportet.

*SVMMÆRIVM.*

1 *Iocus, & ceſſatio à negotijs in vita humana neceſſaria videntur.*
2 *Scurrilitas maxime vituperatur in clericis.*
3 *Ludi deſcriptio, & ſpecies principales.*
4 *Ludus qualis clericis permiſſus. numero ſequen.*
6 *Ludus ſcacchorum cum debitis circunſtantijs clericis eſt licitus.*
7 *In ludis licitis vſque ad quam quantitatem ſit licitum ludere.*
8 *Ludus fortunæ eſt turpis, & quare, & qd̃ peccatum.*
9 *Clerici peccant ludendo ad aleas cauſa conuiuij.*
10 *Ludus aliàs honeſtus probibitus eſt ratione perſonæ, religioſis, & clericis.*
11 *Clerici non debent ludere cum laicis.*
12 *Ludus aliàs licitus ſit illicitus per commixtionem perſonæ.*
13 *Ludentes in ſcena, qui dicuntur Hiſtriones, ſunt infames.*
14 *Ludens ludo prohibito poteſt arbitrio iudicis hoc inquirentis puniri.*
15 *Ludo victa qui teneantur reſtituere.*
16 *Contractus facti in ludo an valeant.*
17 *Luſorum pœna eſt, vt mutuum repeti non poſſit.*
18 *Ludi alearum, vel taxillorum domus in qua luditur, eſt publicanda. fallit in duobus caſibus.*
19 *Ludum tenentes ſi percutiantur, vel verberentur, an ſint puniendi.*
20 *Vendens rem in ludo, de euictione non tenetur.*
21 *Mala 13. quæ ex ludo proueniunt.*
22 *Ludus eſt fugiendus tanquam res deteſtabilis, & pernicioſa.*

De

## De clerico luſore. Cap. VIII.

QVia ex crapula, & ebrietate pro-
cedunt multa mala, & præcipue
ludi iux. illud. Sedit populus mã-
ducare, & bibere, & ſurrexerunt
ludere. Ideo poſt Capitulum de
crapula, ſubnectitur de ludo, quæ quidem ma-
teria cum ſit frequens, & quotidiana, ideo pre-
terea, quæ latè diximus. lib. 2. in noſtris Deciſ.
c. 121. aliqua ſubnectã, quæ ibi vel non ſunt ta-
cta, vel non plene tacta. Et vt res facilius intel-
ligatur, ſciendum eſt, quòd in vita humana
1 † ceſſatio, & iocus, neceſſaria videntur. A ne-
gociis enim quandoq; ceſſare oportet. Et hæc
ceſſatio clericis, & laicis permiſſa eſt, dummo
do non admiſceatur aliquid vitij. vt in c. lator.
& cap. continebatur. de homic. Hanc autem
ceſſationem a negotiis aſſumimus ex multis.
Quandoque iocando, & hæc eſt propriè ceſ-
ſatio: quia iocus propriè ex verbis conſiſtit, in
quibus mediocritas illa laudabilis eſt, quàm
Græci Eutropiam vocant, Latini vero plerun
que vocant vrbanitatem, quandoque feſtiuita-
tem, interdum iucunditatem, & nonnunquam
comitatem appellant. In quo ioco, qui exce-
dunt, dicuntur ſcurriles, deficientes vero, ap-
pellamus ruſticos, & agreſtes. De quo ioco ali
2 qua diximus in d. c. 121. Scurrilitas † vero ma-
xime vituperatur in clericis. Vnde dicit tex. cle
ricum ſcurrilem, & verbis turpibus adulatorẽ,
ab officio detrahendum cenſemus. Hunc etiã
quandoque garrulatorem appellant. 46. diſt.
in ſum. & cap. 1. de iniur. Quandoque vero ma
ledicum. ea. diſt. c. clericus maledicus. & in l. ſi
non conuitij C. de iniur. Interdum vero hæc
ceſſatio fit a negotiis per ludum, & tunc quan
doque ludus exercetur fortitudinis, ſeu agili-
tatis cauſa oſtendendæ, & de hoc diximus ſu-
pra cap. 121. nu. 2. Quandoque vero fit ceſſa-
tio per ludum ſcacchorum, & alearum, ſeu ta-
xillorum, & de hoc preter ea, quę ibi diximus,
hic agendum eſt. Rurſum licet Doct. non de-
ſcribant quid ſit ludus. tamen ſic poteſt deſcri-
3 bi. Ludus eſt † actus quidam ceſſationis, vel
recreationis, quandoque ex ſola fortuna, in-
terdum ex induſtria, nonnunquam ex vtroque
proueniens. Qui quidem principaliter diſtin-
guitur in tria genera. Quia quidam eſt ludus
meri ingenij, vt ludus ſcacchorum. Quidam ex
mera fortuna, vt ludus taxillorum, & azardi.
Quidam mixtus tam ex ingenio, quàm fortu-
na procedens, vt eſt ludus alearum, ideſt tabu-
larum cum taxillis. Sed modo ad deciſiones
deueniamus.

Prima. Ludus, qui dicitur honoris, & laudis,
4 clericis eſt permiſſus. † Bal. in rub. C. de cond.
ob turp. cau. & ratio eſt: quia talis fit cauſa vir-
tutis exercendæ. l. ſolent. & l. ſeq. ff. de aleat. Et ſi
ludentes adinuicem ſe impellunt, aut lædunt,
lædens non tenetur niſi ſtudioſe fecerit, & ex-
tra naturam ludi. l. ſi ex plagis. §. cum pila. cum
ibi not. ff. ad l. Aquil. & ibi dicit Bald. quòd li-
cet ſuperare. allegat tex. in l. in executione. § ſi,
ff. de verbo. obliga. Ad hoc cap. lator. cap. con-
tinebatur. de homic. Imo dicunt glo. & Doct.
in d. l. in executione, quòd in huiuſmodi ludis,
in quibus oſtenditur virtus, vt in ſaliendo, &
in currendo, & iacendo lapidem, & ſimilia,
cum tales ludi ſint permiſſi, pecunia, vel
aliud quod perditur acquiritur vincenti. dicta
l. ſolent.

5 Secunda ludus, † qui dicitur naturæ recrea-
tor, eſt virtuoſus, & ideo poteſt fieri ſine pec-
cato: Homo enim indiget quiete aliquando
ad animi fatigati recreationem. Vnde Philoſ.
8. Ethic. dicit, quòd delectatio ſi fortis ſit, ex-
pellit triſtitiam, & ideo contra animi fatiga-
tionem oportet adhibere remedium, ideſt ali-
quam delectationem conuenient intermiſſa
intentione inſiſtendi operibus. iux. illud. Inter-
pone tuis interdum gaudia curis. De hoc ludo
loquitur tex. in c. inter dilectos. de exceſſ. prel.
in c. 3. de vita, & honeſt. cler. in c. quia pleriq;
de immun. eccle. Qui vt fieri poſſit ſine pecca-
to, tria præcipuè ſunt cauenda. Quorum pri-
mum, & principale eſt, vt delectatio in aliqui-
bus verbis turpibus, vel operationibus noxiis
non quæratur. De tali enim ludo dicit Tullius
de officiis. quòd eſt noxius, & obſcenus. Secun-
dum eſt, ne totaliter animæ grauitas reſolua-
tur. vt dicit Ambroſ. lib. de offic. Tertium, quòd
congruat perſonæ, & ſecundum aliquas debi-
tas circunſtantias ordinetur. ita Henr. in cap.
clerici. num. 6. de vita, & honeſt. cler. Vnde di-
cebat Abb. in cap. cum decorem. eod. tit. quòd
Dauid cum eſſet vir ſanctus, & iuſtus, ſæpe ta-
men citharam pulſauit, & chorizauit in occul-
to. Imo etiam in publico, vt quando ſaltabat
coram arca Domini. 2. Reg. 6. qui quidem lu-
dus quia proueniebat ex ſpirituali iocunditate
erat meritorius.

6 Tertia. Ludus ſcacchorum † dummodo lu-
datur tempotibus, & horis congruis, quibus
clerici diuinis vacare non debent. & dummo-
do per hoc non negligant Domino deſerui-
re, prohibitus non eſt: quia talis ludus in inge-
nio naturali conſiſtit, nec committitur viribus
fortunæ, quod intellige ſi recreationis cauſa
fiat, ſecus ſi cupiditatis, & auaritiæ cauſa, præ-
ſertim de bonis eccleſiæ, quæ ſunt pauperum.
16 q. 1. cap. ſi. Archid. in cap. Epiſcopos. diſt. 31.
De tali ludo loquitur Innoc. in cap. lator. de
homic.



homic. glo. in auth. Interdicimus. C. de epiſc. &
cler. in c. clerici. de vita & hon. cle. Et ex his in-
fero, ꝙ ludus pilæ etiam clericis ſit permiſſus.
facit tex, in l. item Mela. ff. ad l. Aquil. Dummo-
do tam iſte, quàm ludus ſcacchorum fiat re-
creationis cauſa, & quietè, ſecus ſi tumultuosè,
aut ſuperbè, aut voluptatis cauſa fiant. Item
dummodo clerici non incidant in crimen per-
cuſſionis, & dummodo non admiſceatur do-
lus, fraus, aut blaſphemia, aut alia ſpecies deli-
cti: quia in his caſibus, nec clericis, nec laicis
permiſſus eſt. facit tex. in auth. vt iudi. ſine quo
ſuffr. in ſi. coll. 3. Videntur tamen magis pecca-
re clerici, quàm laici. arg. c. cum quidam. cum
ibi not. de iniur. & quod not. in l. presbyteri. C.
de epiſc. & cler.

7 Quarta In ludis omnibus, † qui ex ingenio,
aut virtutis cauſa oſtendendæ fierent, qualis
eſt ludus ſcacchorum, pilæ, proiiciendi palum,
vel telum, non videtur licitum ludere vltra
vnũ aureum. Panor. in c. clerici. de vita, & ho-
neſta. cleri. vltra autem non. per tex. in authen.
alearum vſus. C. de relig. & ſumpt. fun. & ra-
tio eſt. ne ex talibus ludis permiſſis grauis ia-
ctura proueniat: quia ſic poſſent luſores ad
tales ludos omnia ludere. Et nec intelligas,
quòd omni vice poſſit poni vnus ſolidus, ſed
pro tota illa die: alias ſi pro ſingulis vicibus
poſſet ludi vnus ſolidus, ſequi poſſet grauis ia-
ctura, quod eſt contra tex. in d. auth. Alearum,
& eius mentem. facit text. in l. non dubium. C.
de legi. Si tamen per ſtatutum, vel conſuetu-
dinem eſſet derogatum, ꝙ poſſit ludi ſupra il-
lam quantitatem. dicit Mar. Soc. in cap. inter
dilectos. num. 47. de exceſ. præl. quòd valeret
conſuetudo, & ſic qui vinceret, non teneretur
ad reſtitutionem.

8 Quinta. Ludus fortunæ eſt † qui accidit in
ludo taxillorum, vbi fortuna cum aliqua do-
ctrina permiſcetur, eſt turpis, ratione conſe-
quentiæ, & accidentium, quia ex eo oriuntur
multa mala, & præſertim nouem, quæ ponun-
tur per Arch. in cap. Epiſcopus. diſt. 35. Multos
enim depauperare conſueuit. Item ludus aleæ,
& tales ludi dubio procul ſunt clericis prohi-
biti. d. c. Epiſcopus. in auth. de ſanc. Epiſc. § in-
terdicimus. Et qui publice aleator eſt, repelli-
tur à promotione. c. inter dilectos. de exceſſ.
prælat. Sed hoc fallit, quando ludus alearum
fit in conuiuio cauſa veſcendi, puta, quod ille
qui pauciora puncta habuerit, amittat portio-
nem ſuam, vel ꝙ ex pecunia, quam vnus, vel
plures amiſerunt, emantur aliqua, vt commu-
niter edantur. ff. de aleat. l. quod in conuiuio,
cum ſua glo. Sed aduerte, ꝙ cum non ſit lici-
tum clericis celebrare conuiuia, niſi ſint con
uiuia pauperum. vt dicit tex. diſt. 42. c. ſi quis. &
diximus cap. præced. fit, quòd clerici peccent
9 † ludendo ad aleas cauſa conuiuij, non tamen
reputantur viles, nec repelluntur a beneficio
obtinendo, & nec competit in tali ludo repe-
titio amiſſorum. ita Mar. Soc. in d. c. inter dile-
ctos. nu. 13. igitur tales ludi cum ſint vtroq; iu-
re prohibiti, ludentes peccant mortaliter. ſecũ-
dum Hugo in d. c Epiſcopus, cum ibi ſit cupi-
ditas aliena lucrandi, quæ eſt radix omnium
malorum. 1. Tim. 6. & non quæcunque cupidi-
tas, ſed rapina, & deſiderium ſpoliandi proxi-
mum ſuis rebus. probatur etiam per tex. in d. c.
Epiſcopum verbo communione priuetur. quæ
pœna pro graui crimine imponitur. c. nemo.
cap. nullus. 2. q. 3.

Sexta. Ludus reſpectu perſonæ prohibitus
10 eſt religioſis, † & clericis, qui ludere non poſ-
ſunt etiam ludo aliàs honeſto, & illi præſen-
tiam exhibere. Mar. Soc. in d. cap. inter dile-
ctos. num. 11. niſi in caſibus qui not. in noſtris
Deciſ. lib. 2. c. 121. Non enim debent ſe talibus
immiſcere, ex quibus frequenter proueniunt
multiloquia in quibus non deeſt peccatum, &
rixæ, contumeliæ, atque detractiones, & con-
tentiones, quæ omnia euitare debent. cap. vni.
extr. de ſyndi ergo & omnia, quibus deuenitur
ad illud. c. cum quid. de reg. iur. in 6. c. nam cum
concupiſcentiam. de conſtit. Clem. ne in agro.
§. porro. de ſta. mon.

11 Septima. Clerici non debent ludere † cum
laicis. probatur in glo. 2. in cap. continebatur.
de homic. & per Hoſt ibi. maxime, quia laici
clericis ſunt infeſti. 2. quæſt. 7. c. laico. & ad eui-
tandum ſcandalum. facit tex. in cap. magnæ.
verb. vbi eſt Deus. de voto. Et ideo a tali com-
mixtione cauendum eſt: nam caſus inde pro-
ueniens imputatur clericis. d. c. continebatur.
12 Et ſic ludus licitus † fit illicitus per commix-
tionem perſonę. Vnde licet clericis ſit permiſ-
ſus ludus ſcacchorum. vt diximus ſupra nu. 6. ta-
men intelligitur, quando clericus ludit cum
clerico. non autem cum laico. Io. de Anan. in
d. c. continebatur. nu. 5. qui tamen hoc reliquit
cogitandum.

Octaua. Ludentes in ſcena, qui propriè di-
13 cuntur Hiſtriones, † ideſt ludibria ſui corpo-
ris exercentes, promoueri non poſſunt: quia ipſo
iure ſunt infames 4 q. 1. c. 1. de conſecr. diſt. 2. c.
pro dilectione. l. pen. C. de infa. glo. in l. 2. §. fin.
ff. eod. dicitur ſcena locus vmbraticus, & cor-
tinis coopertus, vnde olim prodibant perſo-
næ laruatæ ad ludos faciendos, & geſtus re-
præſentandos, ſicut ſæpe fieri ſolitum eſt in re-
præſentatione comediarum, & tragediarum.
Et dicitur ſcena, a ſcenon, quod eſt vmbra. Ar-
chid. in cap. maritum. diſtin. 33. ſed quod dixi
de Hiſtrionibus, vt promoueri non poſſint

intellige

intellige poſt ſententiã quia infames,niſi Papa
diſpenſaret.cap præterea.4.q.1.Et hoc verum,
quando publicè faciunt,& ſunt aſſueti facere,
ita quod ex eo infamati ſunt,ſecus,ſi aliquãdo
occulte,& ad ſolatium infirmi:vel etiam publi
ce,ſed raro.ita Do.Ant.in c.cum decorem. de
vita.& honeſt.cleric.

Nona.In ludo prohibito qui vicit,& qui lu-
14 ſit poteſt arbitrio iudicis † inquirentis de hoc
puniri ſecũdum qualitatem perſonarum,& de-
licti, ſiue ludatur in publico , ſiue in priuato:
Non enim licitum eſt ludere ſiue in ſpecie, ſi-
ue in genere , ludo alearum d.auth. Alearum.
ibi in publicis . Et talis inquiſitio , quod non
ludatur,& quod in ludis non blaſphemetur,&
ꝙ homines non periurent, poteſt fieri per Epi
ſcopũ loci , vel etiam per iudicem ſæcularem.
vt d.auth.ibi.Epiſcopi.& ibi, ſimiliter iudices.

Decima.In caſibus in quib. amiſſum eſt re-
ſtituẽdum,dicebat Beatus Bernardinus, quòd
15 non ſolum † ille , qui vicit, & luſit in caſu illi-
cito , ſed etiam omnis ille , qui commodauit
taxillos,aut aleas,aut domum,tenentur ad re-
ſtitutionem.per reg.in c. fin. de iniur. vbi dici-
tur,ꝙ qui occaſionem damni dat, damnũ de-
diſſe videtur.Pariter,qui poſſunt prohibere,&
non prohibent,quales ſunt Domini ciuitatum,
Rectores,& officiales.per tex.in c.facientis.di-
ſtinct.86. vbi dicit. tex. quòd facientis culpam
obtinet,qui cum poteſt manifeſto facinori nõ
obuiat. vide quæ diximus lib.2.noſtrarum de-
ciſ.c 127.num.27.& 33.vbi idem affirmauimus
de rectoribus ciuitatũ, & officialib. Sed ꝙ cõ-
modãtes taxillos,aut chartas,aut aleas tenean
tur ad reſtitutionem,mihi durum videtur:cum
talia inſtrumenta poſſint exerceri in pluribus,
& pluribs caſibus licitis , & permiſſis , & cum
ſint in commercio hominum,& poſſint vendi:
vnde videntur potius vendi in caſu licito , &
propter neceſſariam contingentiam.arg.regu.
generalis.l. merito . ff. pro ſocio.facit quod in
ſimili dicimus de faciente, & emente gladios,
& enſes.

Vndecima . Omnis contractus celebratus
16 † inter ludentes adinuicem non tenet, vnde
ſi ego ludens tecum vendo tibi veſtem , vel li-
brum,talis contractus non valet. vt not.Bar.in
l.ſi quis cum ſciret.in fi.ff.de vſu.pro empt.Nec
vendens in ludo tenetur de euictione.l.filiofa-
milias.§.1.ff.qua.rer.act.nõ detur Et ꝑ hoc di-
cunt aliqui , quòd ſi aliquid eſt datum cauſa
tractationis in ludo, quòd competit repetitio,
quia non potuit lis eſſe,ſed euidens calumnia.
vt in l.in ſumma.ff.de cõdict.indeb. & l.1.Item
17 ſi ludens mecum mihi mutuet † pecuniam ,
vt mecum ludat , vel ille , qui reſpicit pecu-
niã , aliquam quantitatem pecuniæ mutuet lu-
ſoribus,tale mutuum repeti non poteſt.glo.in
l.1.in princ.& in l.fi.vbi Bar.ff.de aleat.verb.ac
cipit pecuniam. Secus ſi ab aliquo,quàm à re-
ſpiciente ludum , vel a ludente mecum mutuũ
recipio.vt eſt glo.in d.verb.accipit.Quod vide
tur verum quando alius qui mutuat , ignorat
an ille ludere velit,vel non: nam ſi ſciat illum
ludere velle, & luſit poſtea, & perdit pecuniã,
licet non reſpiciat ludum,videtur, quod repe-
tere non poſſit. & videtur caſus in l. verum.§.
pen.ff.de min.Ad hoc not.per Doct.& Panor.
in c.ſi diligenti.de præſcrip.

18 Duodecima. Domus † in qua luditur ludo
alearum,vel taxillorum debet publicari. d. au-
then Alearum.ibi, domibus eorum publicatis
fallit in duobus caſibus.Quorum primus,ſi do
mus fuiſſet pupilli vel viduæ.arg.tex. in l. 1. C.
de falſ.mon.Et idem in omni domo miſerabi-
lis perſonæ.vt not. per Dynum.in l.1. C.quan-
do Imper. in pu. Secundus ſi Dominus domus
ſit maior;ſed ignorat quod ibi luditur:quia do
mus ſua non publicatur.arg.not.per Salic. in l.
1.C.de falſa moneta.

19 Decimatertia.†Tenẽtes ludum grauiter ſũt
puniendi:quoniam ſi percutiantur , vel verbe-
rentur,talis iniuria non eſt punienda nec ex di
cta iniuria actio naſcitur quandocunque, &
vbicunque facta fuerit.vt ſentit Bart.& eſt tex.
in l.1.in prin.ib,i vbicunque,& quandocunque.
ff.de aleat. Quod intellige , quando alibi per-
cutiantur , quàm in ludo,modo ex occaſione
ludi fuerint percuſſi , alias valde iniuſtum vi-
deretur,ꝙ ſemper,& in omni loco,& tempo-
re impunè percuti , & offendi poſſint quia
ſaltem iudex ex officio ſuo poteſt percu-
tientem punire ad vindictam publicam. l. non
ſolum.§.quamquàm.ff.de iniur. ſed ſi occaſio-
ne ludi fuerint percuſſi, talis percuſſio non eſt
impunita , quod eſt ſingulare. Item patiuntur
alias pœnas, quia ſi de domo , in qua luditur
fuerit aliquid ſubtractum ſibi ſiue à luſoribus,
ſiue à quocunque alio non habent tenentes lu
dum actionem pœnalem furti.ſed nec actio-
nem ad rei perſecutionem.vt eſt tex.in d.l.1.§.
1.ff.de aleat.& §.ait prætor.quod perpetuo no
ta, poſſunt etiam mulctari arbitrio iudicis.&
poſſunt poni in compedibus. dicta l.1. § fina.
qui licet loquatur contra illum , qui compulit
ad ludendum , tamen ibi compulſio capitur
pro ſuaſionibus , & alijs illecebris factis iuue-
nibus, qui non poſſunt refrenare iuueniles ca-
lores. l. fina. §. filius autem.C de bon.quæ lib
quæ quidem intellige , ſecundum Azonem de
eo , qui conſueuit luſores aleæ cauſa ſui emo-
lumenti tenere in domo ſua ad ludendum, ſe-
cus autem ſi incidenter apud aliquem ludere-
tur. In Italia etiam ſolent eſſe ſtatuta, impo-
nentia



nentia certam pœnam,& quæ præminãt inue-
nientes luſores,quæ intelliguntur habere locũ,
ſi officialis inuenerit,& ceperit . vt dixit Mar.
Soc.in tract.de pœnis.

Decimaquarta.Vendẽs rem in ludo,de eui-
20 ctione non tenetur.† ff.quar.rer.act. non da.l.
2.§.1.Item ſicut dicit Hoſt.& commu.Docto.
& ferè omnes,illud,quod aliquis in ludo alea-
rum,vel taxillorum perdiderit,in iudicio repe
tere poteſt.vt probatur in l.fi.ff.de aleat. & per
legem Græcam datur amiſſorum repetitio vſ-
que ad quinquaginta annos, quod intellige,ſe
cundum Azonem de amiſſis in ludo prohi-
bito .

Decimaquinta.Et vltima,ludentes ludo illi-
21 cito ,†quodammodum Arioli,& pagani nun-
cupantur, propter trãſgreſſionem canonis.81.
diſtinct. ſi qui ſint presbyteri . & per talem in-
obedientiam in crimen primi parentis quis vi
detur incidere.3.diſtinct.capi.quorundam . Et
talis quatuor Euangelia contemnere videtur.
diſtinct.20.capit.in libellis.in fi. Vſuram com-
mittit,& maximam,quia eodem quaſi inſtan-
ti. & minimo tempore æquiparatur ſorti , &
etiam illam longe excedit. Rapinam:quia lu-
dens intendit ſpoliare proximum. Quod licèt
quandoque non contingat,Deus tamen reſpi-
cit cor,& non manum.capi. ſi quid inueniſti .
14.quæſt.5.ſcandalum, quoniam boni ſcanda-
lizantur,& nihil agendum eſt cum ſcandalo.c.
niſi de renunc.Nuge etiam ex ludo deſcendũt:
quia in illo multiplicantur mendacia,& verba
vana , & ocioſa, quæ vitanda ſunt.diſtinct.44.
cap.conuiuia.Blaſphemiæ: quia fruſtatim ſæpè
inciduntur membra Redemptoris noſtri, ſicq;
blaſphemi videntur peiores Iudæis,qui ſaltem
integrum corpus reſeruarunt.de hoc.cap. 2.de
maled. Furtum ; quia o ccaſione ludi deueniũt
ad furta.Falſum etiam committitur,ſupponẽ-
do,& mittendo falſos taxillos.Perditio etiam
temporis inſurgit , quæ cauſa eſt omnium ma-
lorum,& longe magis,vt dicit Hoſtienſ.dolen
dum eſt de temporis amiſſione, quàm rerum.
Adeſt etiam cupiditas lucrandi , quæ teſte
Apoſt. radix eſt omnium malorum . vt etiam
not.Doctor.in cap.nam concupiſcentiam , de
conſtitut. Naſcitur & corruptio proximorum
inſpicientium , quos malo exemplo ludentes
corrumpunt.11.quæſt.3.cap. in cunctis.& cap.
præcipuè.cap.magnæ.§.1.de voto . Vita etiam
turpis agi dicitur propter ludum, & ſic offen-
ditur honeſtas, quæ eſt inter primaria præce-
pta. Et ea potiſſimũ ratione clericis luſus pro-
hibetur. c. clerici . de vita, & honeſtate cleric.
Poſtremo,quandoque naſcitur deſperatio.Vn
de propter deſperationem amiſſorum in ludo
iuuenes vidimus venenũ guſtaſſe, & vita fun-
ctos fuiſſe,vt teſtatur Marian.Soc.in d.cap.in-
ter dilectos . nume. 100. Quare tamquam res
22 † deteſtabilis , pernicioſa etiam ad interitum
vſque non ſolum animæ , ſed etiam corporis
plerumque deducens,tanquam ſceleſta res,at-
que nefanda fugiendus eſt ludus, cum tot , &
tanta ex eo mala proueniant quæ etiam col-
liguntur ex d. Authen.alearum vſus. & l.1.ff.de
aleat.

*S V M M A R I V M.*

1 *Caſtitas difficilè ſeruatur cum cohabita-
tione mulierum.*

2 *Clericus ſolus cum fœmina loqui aut bal-
neare non debet.*

3 *Clericus inuentus cum muliere poteſt ſine
metu excommunicationis detineri per
viginti horas.*

4 *Conſanguineæ in lineæ aſcendentium, vel
deſcendentium poſſunt cum clericis ha
bitare .*

5 *Conſanguineæ in linea tranſuerſali vſque
ad ſecundum gradum licitè cohabitãt
clericis.*

6 *Habitare cum conſanguineis non licet
vbi eſt ſuſpitio iuuentutis, aut caloris
naturalis .*

7 *Clericis licitum eſt cohabitare conſangui
neas,& eas,quæ ſunt de familia dome-
ſtica neceſſitate.*

8 *Epiſcopo,& Monacho an liceat cum fœ-
minis cohabitare.*

9 *Epiſcopi non eſt licitum cum fœminis im-
moderatam familiaritatem habere .*

10 *Moniales nullo modo permittuntur cum
clericis,aut monachis habitare ,*

11 *Corporaliter viſitare clerici fœminas nõ
debent.*

## De cohabitatione mulierum vitanda à clericis . Cap. IX.

EXcedunt etiam clerici cohabitan
do cum mulieribus exponentes
ſe maximo periculo amittendi
caſtitatem:cum clerici in ſacris
1 conſtituti † teneantur ad cuſto-
diam caſtitatis.iuxta tex.in cap.1.& 2. diſtinc.
28.quam

28.quam difficile erit ſeruare cohabitando cũ
mulieribus,imo quaſi impoſſibile,quemadmo
dum ſtupam,ceram,aut ſtipulam ſeruari.iuxta
ignem . Hinc Prouerb. 6. Nunquid poteſt ho-
mo abſcondere ignem in ſinu ſuo vt veſtimẽ-
ta ipſius non ardeant,aut ambulare ſuper pru-
nas, & non comburantur plantæ eius, ſic qui
ingreditur ad mulierem, non erit immunis
cum tetigerit eam . Ideo Gregorius in Dialo-
go dicit. Qui corpus ſuum continentiæ dedi-
cat, habitare cum mulieribus non præſumat,
ne ruina ruenti tanto repentina ſubrepat,quã-
do malæ concupiſcentiæ ex præſentia concu-
pitæ formæ famulatur.Modo more noſtro ſo-
lito ad Deciſiones deueniamus.

Prima.Non debet clericus ſolus cum fœmi
2 na † loqui.81.diſtinct cap.clericus. de cohabi-
tat.cleric.& mulier.cap ſecundo, nec cum mu
liere balneare.cap.non oportet.diſtinct.81.vbi
nota, quòd ſi mulier inuenta fuerit in balneo
cum viro extraneo, priuatur dote,idem de vi
ro, ſi inuentus fuerit in balneo cum extranea
muliere, quòd priuatur donatione propter nu
ptias.C.de repud.l.fina.not.Ioan.Andr. in cap.
plerumque.de donat.inter vir.& vxor.Nec de-
bent in ſacris conſtituti intereſſe conuiuiis nu
ptiarum.34.diſtinct.cap.presbyteri, nec etiam
fabulari cum viris de formis mulierum, nam
peccatum eſt.cap.fin.40.diſtinct.in glo.32. di-
ſtinct. capi. hoſpitiolum. & clericus inuentus
3 † cum muliere, poteſt ſine metu excommuni-
cationis detineri per viginti horas,vt teſtes vo
centur per quos poſſit probari.argumen.ff. de
adult.l.capitè quinto.Quod verum eſt per ma
ritum,fratrem,vel filium,alij autem excommu
nicationem incurrunt.de ſentent. excommun.
cap.ſi vero alicuius.§.fin.not. Hoſtienſ. in ſum.
de cohabit.cleric.& mulier.§.& qualiter. Hen
ricus in capi.ſi quiſquam.eod. tit. Præſertim cũ
timetur de fuga,ne remaneat impunitus.argu.
ff.de his,quæ in fraud.cred.l.ait prætor §.ſi de-
bitorem.licet glo. in cap.cum non ab homine
de ſentent.excommunic.videatur requirere li-
centiam prælatorum.de quo dic, vt ibi per Pa
norm.

4 Secunda . Conſanguineæ † in linea aſcen-
dentium, vel deſcendẽtium vſque ad quartum
gradum poſſunt licitè cohabitare clericis.arg.
de conſang.& affin.cap.non debet.& diſt. 81.
capi.cum omnibus.& cap. volumus. Patet etiã
ratione: quia naturale fœdus nihil criminis
permittit in talibus ſuſpicari.vt extra . de præ-
ſumpt.c.cum in iuuentute.c.à nobis.de cohab.
cler.& mulier.

5 Tertia conſanguineæ † in linea tranſuerſali
vſque ad ſecundum gradum incluſiue poſſunt
licitè cohabitare clericis, niſi ſecum habeant
perſonas pediſſequas, aut alias ſuſpectas, aut
alias mulieres,quæ ſunt in ſe ſuſpectæ ita text.
in cap.legitur.diſtinct.81.Vbi B.Aug. nec cum
ſorore habitare conſentit.Dicens,quæ cum ſo
rore mea ſunt ſorores meæ non ſunt. Itẽ Aſtẽ.
lib 6.ti.de ornat.11.verſ.ſed nunquid.

Quarta. Quamuis ſit licitum clericis co-
6 habitare aliquas † conſanguineas,ſcilicet auiã
matrem,ſororem,amitam,materteram,filiam
fratris, & ſororis. &c. vbi tamen eſt ſuſpicio
iuuentutis, aut caloris naturalis nõ eſt licitum
habitare ſimul: Nam vt dicit Henric. in capi.
1.de cohab. cler. hoc tutius eſt animæ: quia vt
dicit Abacuc.cap.1. facies eorũ ventus veſtres.
Et eſt conſonantius honeſtati, ideo ſequẽdum
maximè quando ex hoc timeretur ſcandalum
generari . Tum etiam, quia talis conuerſatio
eſt periculoſa, ſecundum illud Eccleſ. 13. Qui
tetigerit picem, coinquinabitur ab ea . Vnde
Ioan.Andr.& Hoſtien. not. in cap. veniens de
eo.qui cogn.conſan.vxor.ſu. quòd opportuni-
tas facit latronem.

7 Quinta. Sicut licitum eſt clericis† cohabi-
tare mulieres cõſanguineas,ita etiam eas, quæ
ſunt de familia domeſtica neceſſitate, vt ſunt
ancillæ,& pediſſequæ. ita probatur in cap.cum
omnibus. diſtinct.81. Pariter poteſt habitare
cum mulieribus, quæ ſunt conſanguineæ vltra
ſecundum gradum lineę tranſuerſalis,dummo
do non ſint ſuſpectæ,quia iuuenes, ſecundum
Rain.qui ita etiam intelligit de ancillis.diſtinc.
81.capitu. fœminas. & diſtinct.32. interdixit.
in fine.

Sexta. Licet honeſtius ſit præſertim pro-
pter alios clericos cum Epiſcopo commoran-
8 tes,† & tutius ſecundum Henr.in cap.1.de co-
hab.cler.Epiſcopo nullam ſecum omnino ha-
bere mulierem, quod ſi habere probatur, de
epiſcopatu eiicitur. in auth de ſanct. epiſc. §.
Epiſcopum.collat.9.Sicut nec Monacho.18.q.
2.cap.peruenit.Nec matrem, aut ſororem. vt
commun.Docto.in d.ca.1. legitur enim quòd
Beatus Auguſtinus neque cum ſorore habita-
re conſenſerit.81.diſtinct.cap.legitur. cum ibi
not.tamen Panor.in d.ca.1. dicit, quod poteſt
Epiſcopus habere ſecum matrem, aut ſororẽ,
vel aliam conſanguineam non ſuſpectam. per
d.c.interdixit.Et hæc opinio eſt amplectenda:
Nam non eſt ſtandum iuri ciuili,ex quo canon
tenet oppoſitum, fallit tamẽ in tribus caſibus.
Et primus, vt nunquam liceat tenere conſan-
guineas non ſuſpectas in eadem camera. not.
Archid.in cap.volumus.diſt 81.Secundus, fal-
lit in extraneis iuuenibus, quamuis ſint bonæ
famæ:quia illas tenere non licet: nam talis cõ-
mixtio ſic eſſet pernicioſa.Tertius, vt nec con
ſanguinea,quæ haberet ſecum pediſſequã iuue
nem,



nem.ita ſentit glo.in d.cap.volumus,& ita ra-
tione adiuncti aliquid fortius prohibetur:quia
propter pediſſequas prohibentur mulieres nõ
ſuſpectæ habitare cum clericis. Et eadem ra-
tione dici poteſt ſacerdos non eſt ſuſpectus,
ſed habet clericos ſuſpectos. ſic not. Ioan. de
Anan.in d.c.1.num.5.

Septima. Licèt ſit licitum aliquas conſan-
guineas cum clericis cohabitare,vt dictum eſt
9 non tamen † eſt licitum maximè Epiſcopis
cum talibus immoderatam familiaritatem ha
bere, ne vilis,& contemptibilis habeatur. ita
habetur diſtinct.34.capitu.quorundam.vbi di-
citur, quòd ſi admonitus nollet deſiſtere, de-
ponatur.

Octaua. Moniales nullo modo permittun-
10 tur cum clericis,† aut Monachis habitare. di-
ſtinct.23.cap.ſanctimonialis. & ca. ſacratas.de
conſecrat.diſtinct.1.cap.in ſancta. Nec debent
fœminæ ſacratæ circa altare incenſum porta-
re.d.c.in ſancta. Pariter nec debent fœminæ,
quãdo diuina officia celebrantur,ad altare ac-
cedere, nec presbytero miniſtrare, aut etiam
infra cancellos,aut infra chorum, vbi cantant
clerici,ſtare, aut ſedere. vt extr. de vita & ho-
neſt.cler.capi. 1. imo etiam nec viris laicis hoc
permittitur.quod Innoc.in d.c.1.intelligit, de
honeſtate.

Nona, & vltima. Cauere debent clerici à
mulieribus,ita vt cum eis non habitent. Vnde
Hieron.ſi cum viris habitent fœminæ,non de-
erit viſcarium diaboli,& cum fœminis prohi-
bitis habitãtes,peccant mortaliter.Card.Tur-
rec.in c.interdixit.diſt. 32. Nec eas frequenter
11 corporaliter † viſitent.diſt.32.c.Hoſpitiolum.
& familiaritatem eorum nimiam vitent.18.q.
3.cap.pernicioſam. Item earum tactus omni-
no declinent.d.cap.Hoſpitiolum vnde B.Gre-
go.refert,quòd quidam presbyter ſuam ſoro-
rem diligens, tamen quaſi hoſtem cauens, eã
ad ſe prius accedere moribundus non ſinebat.
capit.presbyter.diſt.32.Dicens. Tolle paleam,
quia ad huc in me igniculus tentationis re-
manſit.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus non poteſt cogi ad abiurandas concubinas,ſed adulteras ſic.*

2 *Monitio iudicialis vbi eſt neceßaria, trina requiritur.*

3 *Peccator recidiuans grauius puniendus.*

4 *Culpoſus quis magis dicatur attentans actum prohibitum clam,vel palam.*

5 *Proteſtatio clandeſtina non releuat proteſtantem.*

6 *Actus quot modis fiat clam.*

7 *Clerici ex publico crimine tria mala oriũtur.*

8 *Concubinarios beneficijs priuare ſolum competit Epiſcopis, & ſuperioribus.*

9 *Negotia grauia Epiſcopis reſeruantur.*

10 *Capitulum an ſede vacante poſsit diſpenſare in caſibus Epiſcopo reſeruatis.*

11 *Capitulum vt omnia poſsit vt anteceßor fallit in multis caſibus.*

12 *Clericus, qui confitetur crimen concubinatus, an dicatur notorius concubinarius.*

13 *Pœnæ quinque imponuntur pro adulterio.*

14 *Concubinarijs cum variæ pœnæ imponuntur à iure, iudex quam vult imponere poteſt.*

15 *Clericus ob cõcubinam ſuſpenſus an poſſit eligere, & eligi.*

16 *Fructus medio tempore percepti ob ſuſpẽſionem, an poſt ſuſpenſionem ſuſpenſo reſtituantur.*

17 *Concubina clerici ſequitur forum eius.*

18 *Presbyter fornicans non committit ſimplicem fornicationem.*

19 *Clericus perſeuerans in concubinatu nõ eſt cum alijs fidelibus ſepeliendus.*

## De clerico concubinario. Cap. X.

VT ad Deciſiones deueniamus.Pri
ma Deciſio ſit iſta. Clericus nõ
poteſt cogi ad abiurandas con-
1 cubinas,† ſed ad ipſas relinquen
das debet per ſuſpenſionem co-
gi,& inobediens excommunicari.ca. clericos,
de vita, & honeſtate cler. Licet poſſit adulter
cogi ad abiurandam adulteram,& cohabitan
dum cum vxore, & adulterum allegare iura-
mento de adultera amplius non admittendæ.
cap.cum haberet. de eo.qui dux.in marr. quã
poll. per adulter. Quo caſu debet præcedere
trina monitio, cum regulariter vbi monitio
2 † iudicialis eſt neceſſaria, vt eſt iſta. ſicut not.
Bald.in auth.Item nulla.C. de Epiſcop. & cler.
trina requiritur.cap.ſi quiſquam.cap. ſi autem.
de cohabit.cler.& mulier.24.q.3. c. de illicita.
cap.

cap.contingit.cap.ſacro.de ſenten. excommu.
cap.ex literis. de conſtit. aut vna monitio pe-
remptoria pro tribus.de dila.c.1.& d.c. de illi-
cita cum ibi not.Paria enim ſunt indicere tres
monitiones,vel vnam peremptoriam pro om
nibus præſertim ex cauſa, cõſiderata perſona-
rum,& negotij qnalitate,& maximè in concu
binario notorio,vt in caſu noſtro. de appel.c.
cum ſit.cap.conſtitutionem.de ſenten. excom
mun.lib 6.Henr.in cap.ſi quis Epiſcopus.de cõ
ſtitu. Niſi vbicunque ad perdendum aliquod
priuilegium clericale, aut ad incurrendam pę-
nam ius exigeret trinam monitionem,nã tunc
vna monitio peremptoria non ſufficeret, nec
haberet vim trinæ monitionis.not.Ioa. Andr.
in c.1.de vita,& honeſt.cler.in cap.ex tuæ. de
cler.non reſid.Panorm.in cap.ſi.de vita, & ho
neſt.cler.quia in pœnalibus verba debent intel
ligi in proprio ſignificatu.cap.in noſtra. de in-
iur.ff.de neg.geſt.l.3.§.hæc verba:quod limita,
niſi illa peremptoria haberent tria temporum
interualla,ſecundum formam in d.cap. conſti
tutionem.& cap.ſacro. Ita Præpoſitus in cap.
præterea. i. de ſponſa. Quare ex his patet,
quòd contra omnes concubinarios clericos
occultos non publicos non videtur ſufficere
vna monitio peremptoria, antequam ad pri-
uationem,ideſt perpetuam nudationem bene
ficij perueniatur d.cap. ſi autem. Sed in pro-
ceſſu faciendo requiritur trina monitio.ibi Io.
de Anan.Niſi illa peremptoria haberent trina
temporum interualla. Item niſi iudex in ſua
præſentia feciſſet monitionem: quia tunc vna
ſufficit pro tribus. text. ſecundum commu.in-
tellectum in l.2.C.quom.& quando iud.glo.&
Docto.in d.cap.conſuluit.Quod ſi poſt moni-
tionem continuauerit delictum,maiorem pę-
nam meretur. Offenditur poſtea ius,& iudex.
Facit quod habetur in l familia.ff.de iuriſdict.
omn.iudicum.& per Barto.in l.ſi dominum. ff.
de furt.

3 Secunda. Clericus recidiuans † in peccatũ
cõcubinatus,grauius eſt puniendus. de Apoſt.
cap.quidam.de hæret.cap.ad abolendam. §.il-
los.c.ſuper eo.cap.accuſatus.eodem tit.lib.6.c.
ſi refugientes.de pœnit.diſtinct.4. Quare cleri
cus publicus concubinarius ſi poſt trinam mo
nitionem ad effectum infligendi pœnam pri-
uationis beneficiorum.iux.tex. in c.ſi quiſquã.
& c.ſi autem.de cohab.cler.& mul.& priuatio
nem effectualem beneficiorum, concubinam
reaſſumpſerit,contumacia creſcente poterit
degradari.authen.de ſanct.Epiſc. §. presbyte-
ris.collat.9.c.clericos.de cohab.cleric.& mul.
Vbi poteſt perpetuo excommunicari, & de-
poni.not.Hoſt.in ſum.eod.titu. §.& qualiter.
Henric.in c.ſi quiſquam.eo.tit.ad hoc.ca.cum
non ab homine. de iudic.

Tertia. Licèt in materia prohibita, vt eſt
materia concubinatus, quomodocunque fiat
actus,ſiue clam,ſiue palam, ſemper præſuma-
tur dolus.c.1.de præſcr.l.1. C.de ſiccar.Tamen
ſi materia eſſet permiſſa regulariter, ſed certo
4 caſu prohibita, tunc attentans † actum prohi
bitum, dicitur magis culpoſus, ſi facit clam,
quàm ſi palam.Imo faciens palam, potius præ
ſumitur errore,quàm dolo ductus.l fin.ff.de ri-
tu nupt.Vbi idem dicitur de deſponſante con-
ſanguineam,vt not.Gem.in cap.presbyter.diſt.
28.Bar.poſt Dyn.in l.2.§.generaliter.ff. vi bon.
rapt.Et per hæc infert Barto.in l.pupillus. §.fi.
ff.de auth.tu. quòd ſi tutor emit rem pupilli pa
lam,videtur feciſſe bona fide,non autẽ ſi clam
per l non exiſtimo & in §.fi.ff.de admin.tuto.
Hinc alibi diximus quòd ignorantia iuris non
excuſat illum,qui facit actum clam etiam ſi eſ-
ſet perſona alias excuſabilis gl.in l.1.C. de in-
5 ter.matri.Item proteſtatio † clandeſtina non
releuat proteſtantem, nec vitiat actum expreſ
ſo conſenſu partium celebratum. ſecundum
Barto.in l.qui aliena. §.Celſus.ff. de acquiren.
hæred.niſi fieret ex iuſta cauſa, & per metum.
cap.1.quod met.cau. Quot autem modis dica
6 tur actus † fieri clam, vide not. per glo. in cap.
cum inhibitio.de cland.deſponſ.Videlicet,quã
do non poteſt deuenire ad cognitionem cuius
intereſt.ſecundum Barto.in l.2.C.de iis.qui ex
publi.ratio.lib.10.per illum tex.ſi aliquid fit de
noctè.ſecundum Bald.in l.cum fratrem.in prin
cip. C. de his quib. vt indig. Idem quando fit
per interpoſitam perſonam Bart.in l.pupillus.
per illum tex. de autor. tut. Vel quando non
eſt ſeruata conſuetudo.Barto. in l. 2. C. de his
qui ex publ.rat. lib. 10. Vel quando actus non
poteſt deuenire in notitiam aduerſarij. Bar.in
l.non intelligitur.§.tacita.ff.de iure fiſci. Item
quando fit actus non citato eo,qui poſſet con
tradicere.Bart.in l.alio.in 3. col. ff. de alimen.
& cibar.legat.

Quarta. Ex publico crimine clerici concu-
7 binarij tria mala † oriuntur, & præſertim ſa-
cerdotis.Primum, aliorum maximè laicorum
corda ſcandalizantur.Secundum, vituperatur
officium eccleſiaſticum. Tertium, præſtatur
alijs licentia,& materia peccandi.11.q.3.ca. ſi
mala.cap.ſignificaſti.de adult. cap. magnæ.de
voto.Publicum vero crimen eſt nomen gene-
rale ad notorium,famam,& manifeſtum, ſed
recipit interpretationem ſecũdum ſubiectam
materiam.arg.not.in Clemen.exiui. de verbo.
ſignifi.& communem vſum loquendi.arg.l. cũ
de lanionis. §. aſinam. de fund. inſtr. capitu.
quamuis.de verbo.ſignifica.notat Panorm. in
c.olim.eo.titu.

Quinta.



Quinta. Solis Epiſcopis, & ſuperioribus cõ
8 petit † priuare concubinarios beneficiis. per
tex.in cap.at ſi clerici.§.de adulterijs. de iudi.
vbi tex.loquitur de Epiſcopo, non de inferio-
ribus puta Abbate, Archidiacono, Diacono.
Capitulo,aut alijs,qui nunquam diſpenſant cõ
tra canones,etiam vbi diſpenſatio à iure con-
ceditur, niſi ſpecifice eis concedatur. vt not.
Innoc.in c.2.de eo.qui furt.ord.recep.Hinc eſt,
quòd iura ſemper loquuntur de Epiſcopis, &
quando volunt concedere inferioribus, ſem-
per exprimunt.vt in d.cap.2.& c.cum illorum.
de ſenten.excommun.c.inſinuatione. de ſimo.
de præb.c.cum non ignores. notat Archid. in
c.cum ex eo.de de elect.in 6.ſentit Innoc. in c.
9 fi. de poſtul.prælat.Nam cum diſpenſatio † ſit
de maioribus negotiis.1.q 7.ca.didici Ideo ta-
lia grauia Epiſcopis tanquam ſponſis, & vni-
uerſalibus ordinarijs reſeruantur.18.diſ.c.1.ſi-
cut dicimus de excommunicatione à Canone
lata,vt regulariter nullus valeat præter Epiſco
pum ab illa abſoluere.vt legitur & not.in Cle.
1.de priuil.Ad hoc 16.q.1 c.interdicimus. Cle.
ne in agro.§.ad hęc.de ſtat.regul.vbi non poſ-
ſunt Abbates eccleſias vnire, licèt ad eos ſpe-
ctet collatio,idem in permutatione. vt not. in
Clem.1.de rerum permut. Et prædicta intelli-
ge,niſi inferior haberet ex priuilegio,vel con-
ſuetudine iuriſdictionem quaſi epiſcopalẽ, ad
hoc.c.Abbates.in fi.de priuil. in 6.Clem atten-
dentes.poſt prin.de ſtat. reg.no.Io.And.in Cle
men.1.de reb.eccl.non alien.vbi talis interpo-
nit autoritatem rei eccleſiaſticæ alienandæ.

10 Sed an Capitulum Sede vacante poſſit † di-
ſpenſare in caſibus permiſſis ab Epiſcopo.Dic,
quòd ſic.ita not.Ioan.And.in c.cum ex eo. de
elect.in 6.per d.c.ex inſinuatione. vbi eſt caſus
expreſſus ſecũdum vnum intellectum,ꝙ in ca-
ſu illius capituli ſedes Epiſcopalis vacabat, &
Præpoſitus, & Capitulum diſpenſauerat cum
illo ſimoniaco.facit cap.eccleſia 16. q. 1. cum
ibi not.& in ca. contumaces. diſtinct.50.& ra-
tio eſt:quia Capitulum ſuccedit in iuriſdictio-
ne Epiſcopali,ſiue contentioſa, & neceſſaria,
ſiue voluntaria,& gratioſa, niſi vbi à iure con
trarium cauetur:cum iura,quæ clamant, quòd
Capitulum ſuccedit in iuriſdctione,non diſtin
guant inter contentioſam & voluntariam,ſen
tit Innoc.in cap.ad abolendam. de hæret. Pa-
nor.in c. cum olim. de maior. & obedient. Et
in maioribus cauſis iuriſdictio ad Capitulum
deuoluitur.Ioan.Andr.not.in cap. 1. de maior.
& obedient.vbi Moder.Ad hoc. dicto capi. ad
abolendam.Clemen.1.de hæret.Hinc conclu-
ſit Feder.de Sen.conſi.30.quòd Capitulum Se
de vacante poteſt cum Rectore Parochialis
eccleſiæ diſpenſare, vt per ſeptennium inſiſte-
re valeat ſtudio litterarum, & quòd interim
ad ſacerdotium minimè teneatur, & ratio
eſt: quia Capitulum ſuccedit Epiſcopo in ſpi-
ritualibus, & temporalibus, vt patet de ſup-
plen.neglig.prælat capitu penult & vlt.in glo.
prima. Sed ſucceſſor, & anteceſſor pro vna
perſona reputantur. de foro competen capit.
dilecti.de ſolut.capitu.primo, ergo vt Epiſco-
pus poterat, ſic & ſucceſſor, fallit tamen hæc
11 † regula, quòd Capitulum omnia poſſit quæ
anteceſſor. in multis caſibus. Et primus, vt
omnia quæ pertinent ad Epiſcopum iure ſuo,
tranſeant ad Capitulum,ſecus ſi Epiſcopo cõ-
peterent ex priuilegio vel iure delegato, quia
illa ad Capitulum non tranſeunt.Paul. in Cle-
ment.1.de priuil. Secundus caſus eſt, in colla-
tionibus beneficiorum. Item fallit in iudicio.
capit.vlt. ne ſede vacan.lib.ſexto. item in alie-
nationibus rerum eccleſiæ.12.quæſtio.2.cap ſi
qua de rebus eccleſiæ. Federicus de Senis, qui
ſupra.num.3.

12 Sexta.Clericus,qui confitetur † crimen con-
cubinatus, non dicitur notorius concubina-
rius.licet talis confeſſio præiudicet confitenti
quantum ad præſumptionem.not.in l.1 §. Iul.
ff.de lib. agno. & ad indicium ſupponendum
confitentem torturæ, vt cogatur in ea perſeue
rare.gl.& Bar.in l. capite 5.ff.de adult.Inno. &
ibi Panor.in c. per inquiſitionem.de elect. aut
ad imponendam pœnam extraordinariam, vt
glorianti de crimine.cap. quam ſit. de exceſſ.
prælat.Innoc.in c.interpoſita.de appel.Panor.
in c. olim. de reſcrip. quinimmo confeſſio ex-
traiudicialis generat infamiam ſaltem facti.
not.in d.c.at ſi clerici. vbi Panor. ideo poterit
confitenti pœnitentia iniungi.c.quiſquis.24.q.
1. Imo valet etiam & præiudicat confitenti
ad probandum delictum. & ad priuationem.
d c.per inquiſitionem,tandem vide propoſitũ
in c.ex literis,de diuor. vbi latè notat quos ef-
fectus pariat confeſſio extraiudicialis.

13 Septima. Pro adulterio † quinque pœnæ
inueniuntur à iure ſtatutæ. Prima, ſeparatio
thori,& quo ad iſtam imponendam ſolum eſt
fori eccleſiaſtici.c tuæ.de procur.c. 1. de offic.
ord d. ca. at ſi clerici.§ de adulteriis,ſic poteſt
intelligi.glo.in c. cum ſit. cap. conqueſtus. de
for.compet.quæ adulterium numerat inter cri
mina eccleſiaſtica. Secunda, detruſionis in
monaſterium, vt ibi lacrimis lauet peccatum,
quod pudor eſt confiteri. & pro iſta poteſt
etiam adiri iudex eccleſiaſticus. c. gaudemus
de conuer.coniu.Tertia,quòd adulteri ſcindũ-
tur in pannis ante, & retro, & pro iſta poteſt
etiam adiri iudex eccleſiaſticus.c.intelleximus
capit. 2. de adult. qui text.loquitur in virgine,
cum qua de iure canonico poteſt fieri adulte-

 rium.

rium.32.q.4.ca.nemo §.& ego.Quinta in ma-
ſculo eſt ſanguinis.ff.de adult.l. quamuis ij. &
fęmina clauditur in monaſterio . auth.ſed hoc
C.eod.tit.& quo ad hoc eſt fori ſæcularis.cap.
ſententiam. ne clerc.vel mon.Panor.in c.cum
ſit.de for.comp.

Octaua.Cum variæ pœnæ imponantur per
iura cõcubinariis,vel adulteris, vt habetur per
tot.tit.de cohab.cler.& mulier. ideo eſt in ar-
14 bitrio iudicis † quam pęnam debeat impone-
re:nam quandocunq; iura varias pœnas impo
nunt,o. tio datur iudici.no. 21.q. 2. in ſum.34.
diſt.c.fraternitatis.Panor.in c.ſicut. de cohab.
cler.& mulier impoſita tamen vna pœna, non
poteſt ad aliam pœnam tranſire, niſi contu-
macia creſcente.l prætor edixit.ff. de iniur. cũ
ibi no.Facit quod not.Bar.in l.1.ff.vi bo. rapt.
& hoc procedit , cum pœnæ imponuntur di-
ſiunctiuè , ſecus ſi conſtet plures pœnas ſimul
pro eodem delicto eſſe impoſitas per diuerſa
iura pro eodem delicto , quia tunc neutra per
alteram tollitur Quod eſt verum , quãdo vna
eſt præparatoria,altera autem vt terminus pę-
næ,quia in ordinatis ad inuicem, vnum inclu-
dit alterum.in auth.clericus.C.de Epiſc.& cle.
idem, quando vtraq; pœna imponitur à iure ,
& altera per hominem:quia tunc concurrunt.
C.de ſacr ſan.eccl.l.nemo.Idem,quando vtra-
que pœna imponitur copulatiuè,nam vtraque
poteſt poni.l.placet.C.de ſacroſ.eccl.c.1. 16.q.
1.c.excommunicamus.de hær. & de crim. fal-
ſi.c. ad falſariorum.Idem,quando pęnæ eſſent
imponendæ per diuerſos iudices diuerſi fori ,
vna per iudicem eccleſiaſticum, altera per iu-
dicem ſæcularem , puta in ſacrilegio , aut alio
delicto mixto:quia condemnatus in vna , po-
teſt accuſari pro alia in alio foro.c.2.de maled.
c.fęlicis.§.per hoc quoque.de pœnis . in 6. per
quem tex dicit.Ioan.And. & Dom. ꝙ punitus
criminaliter per iudicem eccleſiaſticum , po-
teſt puniri, & criminaliter per iudicem ciuilẽ,
ex quo crimẽ eſt mixti fori,vide Henr.& alios
in c.de his de accuſat.

15 Nona.Clericus ſuſpenſus à perceptione† fru
ctuum ſuorum beneficiorum propter crimen
concubinatus , poteſt eligere . & eligi, ac ac-
quirere beneficium.not.Guliel.& Imo.in Cle-
men.2 de ætate , & qualit.Henr. & Doctor.in
c.dilectus.de conſuet.quia hæc non eſt vera ſu
ſpenſio , ſed quædam bonorum ſubtractio in
pœnam.de temp.ordin cap.ex tenore. Pariter
ſuſpenſus à poteſtate vocis dandæ ſeu à pote-
ſtate eligendi,ſi eligatur ibidem,vel alibi , va-
let electio.Imola in d.Clemen.2. Sed ſuſpenſus
à beneficio tantum non poſſet durante ſuſpen
ſione acquirere beneficium d. c. cum dilectus.
vbi Doct.cap.per inquiſitionem. cum ibi not.
de elect. niſi ſuſpenſio reduceretur ad certam
eccleſiam:quia tunc poſſet acquirere beneficiũ
in alia eccleſia,niſi aliud impediret.arg. tex.in
c.ſi compromiſſarius.§.reſtringitur.de elect.in
6.poſſet tamen ſuſpenſus à beneficio eligere.
per c cum Vintonienſis,iuncto capitulo , cum
in cunctis.de elect.vbi canonicus eligens ſcien
ter indignum,eſt ſuſpenſus triennio à ſuis bene
ficiis,& tamen interim poteſt eligere.

16 Decima.Fructus eccleſię ꝑceptit† medio tẽ-
pore,quo Rector eius ob ſupradictum crimen
fuit ſuſpenſus,vel excommunicatus,non debẽt
ei reſtitui poſt abſolutionẽ.ſed applicantur Ec
cleſiæ.no.Innoc.in c,ex inſinuatione.de appel.
Bar.in l.cum allegatur.C.de re mili.lib. 12.Idẽ
ſi Rector eſt abſens ab Eccleſia ſine licentia
Prælati , nam in abſentia non percipit fructus
de iure,niſi ſit à iure priuilegiatus.c. ad audien
tiam.c.cum dilectus.de cleric.non reſid.Bal. in
l.1.C.de his qui.vt indign. vel à Papa vt ſtuden
tes Romæ.Oldr.conſi.117.

Vndecima. Concubina clerici ſequitur fo-
17 rum † eius Docto.in l.cum quædam. ff. de iu-
riſd.omn iud.ſecus in concubina laici l. de iu-
re.in fi.ff ad munic. quod verum , quantum ad
hoc , quòd concubina clerici , vel alia mulier
cum eo delinquens, poteſt per iudicem eccle-
ſiaſticum puniri.c. ſi quiſquam. de cohab. cler.
& mul.c.ſi concubinæ de ſenten. excom. præ-
ſertim ſi delinquat cum in ſacris conſtituto.&
ratio eſt: quia ratione familiæ eſt de foro ec-
cleſiæ:omnes enim de familia clericorũ,& eo
rum ruſtici videntur eſſe de foro eccleſiæ.arg.
89.diſt.cap.iudicatum.& 12.q.2.c. eccleſiarum
ſeruos.Tum quia ratione delicti talis perſona
efficitur de foro eccleſiæ : Sæpe enim ratione
delicti efficitur quis de iuriſdictione alicuius,
cui primo non erat ſubiectus.6.q.3.ca. placuit.
Et ita ratione delicti eccleſia iudicat de tali-
bus . Cum enim in ſacris conſtitutus Deo vo-
uerit caſtitatem,conſtat , quòd illa fornicaria,
tunc commiſit adulterium,& ſacrilegium. 27.
quæſtio.1.cap.quæ Chriſto.& cap. virginibus.
Henr.& Panorm.in d.cap. ſi quiſquam. Panor.
in cap.vt clericorum.de vita , & honeſta.cler.
18 vbi ait , quòd presbyter † cognoſcens mulie-
rem ſolutam,non committit ſimplicem forni
cationem:nam quaſi contrahit matrimonium
ſpirituale cum eccleſia per ſuſceptionem ſacri
ordinis : vnde dicitur committere adulterium
ſpirituale.ſentit Paul in Clemen.1.de offic. or
di.Ideo dicit glo.not.in cap.per venerabilem.
qui fil.ſint legi.quòd filij presbyterorum dicun
tur adulteri , quia cum presbyteri fornicantur
adulterantur,quaſi mariti eccleſiarum.16.diſt.
c.Commanenſem.Imo glo. in l.2.C. de Epiſc.
& cle.dicit,quòd cõmittit inceſtũ.Hinc Pano.





in cap.quia circa.de bigam.dicit quòd conſti-
tutus in ſacris plus peccat fornicando , quàm
maritus adulterando : & presbyter ex maiori-
tate gradus magis peccat,quam Diaconus, &
Diaconus, plus quã Subdiaconus. arg.40. diſt.
c.homo. & ex maioritate pœnæ quæ iniungi-
tur.c.præsbyter 82.diſt.

19 Duodecima.Clericus† notorie concubina-
rius viuens, & ſic perſeuerans vſque ad mortẽ
ſine pœnitentia,non eſt cum alijs fidelibus ſe-
peliendus. ita colligitur.in cap.pro obeũtibus.
cap.non exiſtimemus cap.quæſitum. 13.q.2.&
23.q.5.cap.placuit. & q.7.c. quicunque In qui-
bus omnis notorius in peccato mortali dece-
dens prohibetur in cœmiterio ſepeliri. Pro-
batur etiam in cap.omnis extra. de pœn.& re
miſ.nam talis notorie in concubinatu perſe-
uerans vſque ad mortem , non videtur adim-
pleuiſſe præceptum illud de ſolum ſaltem in
anno feciſſe confeſſionem , & recepiſſe ſacra-
mentum communionis,prout debebat.

*SVMMARIVM.*

1 *Electus, qui canonicè non fuit, an cedere teneatur ſub pœna peccati.nu.3.*
2 *Electio canonica dicitur large, ſtricte, & ſtrictius.*
4 *Conſenſus ſequens an purget vitium electionis non canonicæ.*
5 *Aſſumptus ad beneficium non canonicè propter ſolennitates omiſſas, an cedere debeat.*
6 *Electus tempore ſuſpenſionis, vel excommunicationis an renunciare teneatur.*
7 *Electio Pontificis, aut Abbatis vt recte fiat, oẽs debent cõuenire collegialiter.*
8 *Electio libera eſſe debet.*
9 *Conſuetudo non in totum auferens libertatem conſenſus, valet.*
10 *Electio ante confirmationem non dat ius prælaturæ.*
11 *Electus non nominatur prælatus.*
12 *Electus ante cõfirmationem miniſtrans, punitur.*
13 *Eligendi poteſtatem qui habet, non poteſt ſe eligere.*
14 *Voluntas ſemel emiſſa in quibus cauſis mutari non poteſt.*
15 *Eligendi poteſtas quando deuoluitur per negligentiam ad ſuperiorem, poteſt eligere iure deuoluto.*

## De electione. Cap. XI.

QVia abſtinere debent Prælati vt
non Canonice faciant electio-
1 nem : Nam electus qui fuit † nõ
canonice cedere tenetur,& niſi
cedat peccat.61.diſt.c.vlt.vbi di
citur quòd nullus non canonice electus or-
dinetur , & ſi contra præſumptum fuerit , de-
ponatur ordinans, & ordinatus, ideo videndũ
eſt de electione . vbi ſciendum eſt ſecundum
Bernard.in cap.quod ſicut.num. 17.de electio.
2 quòd canonica electio† dicitur large, ſtricte,
& ſtrictius. large, vbi omnia interueniunt , &
quæ ſunt de ſolennitatibus , quæ à iure præci-
piuntur,& ſic loquitur 63. diſt in cap.1. ſtricte
vero vbi ea, quæ ſunt de ſolennitatibus omit-
tuntur , vt quia facta eſt aliquo contempto,
ſed alia omnia, quæ ſunt de ſubſtantia interue
niunt : puta ſine quibus nulla eſt electio , &
etiam ea,quæ ſunt de forma.cap.quia propter
eod. tit. ſtrictius autem dicitur canonica, quæ
ſcilicet eſt ſecundum ius naturale , quia nulla
forma ſeruata eſt ſed tantum conſenſus electi,
& eligentium interueniunt. Quando ergo ele
3 ctio non fuit † canonica ſecundum hanc vlti-
mam acceptionem,vt quia non eſt ſecundum
ius naturale facta, tunc prælatus ſic aſſumptus
renunciare tenetur : quia maritus non eſt , ex
quo communis conſenſus eligentium , & ele-
cti non interuenit.cap. cum locum.de ſponſa.
per hunc enim mutuum conſenſum ſpirituale
matrimonium , quod eſt inter eccleſiam , &
prælatum initiatur.extr de tranſlat.cap.quan-
to.Vnde ſi deeſt initium,deeſt initiatum ſcili-
cet matrimonium ſpirituale. arg.1.q. 1 c.prin-
cipatus.ſed modo ad Deciſiones deueniamus:
Quarum Prima,

4 Quando conſenſus eligentium † non inter
uenit à principio , tunc ſequens conſenſus non
purgat vitium electionis non canonicæ , vnde
ſic aſſumptus, cedere tenetur, dummodo do-
lus electi interuenerit, puta, quia fuit intruſus.
talis enim executionem non habet 16 q.8.c.ſi
quis,& c.ſeq.& ideo cedere tenetur.c.niſi cum
pridem.§.1.de renunc.& quia deeſt ſolennitas
in ingreſſu,quæ in beneficijs deſideratur.1.q.1.
c.ſi quis nequam.not c.ſuper literis.de reſcrip.
c.literas.de reſti.ſpol.

5 Secunda. Per electionem,quæ non † fuit ca
nonica propter formã, vel ſolennitates omiſ-
ſas quas ius poſitiuũ præcipit in electionibus
ſeruari,tũc taliter aſſumptus ad beneficiũ,non

tenetur illud dimittere ſic acquiſitum, ſicut iniuſte condemnatus ad reſtitutionem rei ſuæ quamuis de iure ciuili teneatur ad reſtitutionem tamen remanet dominus naturalis, vnde nõ peccat retinendo eandem rem, ſiue auferatur ſibi de facto per Iudicem, vel dari præcipiatur. arg. ff. de condict. in deb. l. Iulianus.

6 Tertia. Prælaturam renunciare † non tenetur ille, qui cum eligeretur erat ſuſpenſus, vel excommunicatus, licèt eius electio erat nulla. c. cum dilectus. de conſuet. vel aliàs tali peccato eſſet obnoxius, ꝓpter quod eius electio eſſet caſſanda. 67. diſt. c quęſitum. de temp. ord. niſi tempore electionis, vel ordinationis irregularitatem tacuiſſet. vt not. in cap. vlt. de corp. vit. vel niſi eſſet tale peccatũ, quod poſt peractam pœnitentiam executionem officij impediret, quia tunc ceſſionem, ſeu renũciationem debet offerre. de renunc. c. niſi cũ pridem. §. perſonæ. Et hęc, quæ diximus, ſcilicet, quòd pręlaturę renunciare non tenetur qui cum eligeretur, erat ſuſpenſus, aut excommunicatus, intellige quando eſt addita confirmatio. & cõſecratio ſecuta, arg. in auth. de nupt. §. quando, in fi. C. ſi ma. fac. rat. hab. l. pen. niſi electio eſſet nulla ex defectu conſẽſuum, ſeu poteſtatis eligentium. Et ita intelligendus eſt Innoc. in cap. dilectus. de elect. Hæc Bern. in c. ꝙ ſicut. nu. 18. & 19. de elect.

7 Quarta. Vt electio Pontificis aut † Abbatis. ad quos ſpectat, ritè fiat, omnes debent conuenire in unum collegialiter: nam de ſubſtantialibus eſt vt electio fiat per congregatos in vnum. not. Innoc. & alij, in cap. quia propter, eod. tit. Nec ſufficeret conſenſus eligentium ſingulariter pręſtiti, puta ſi quilibet cõſentiret in ſuo cubiculo, ſed oportet, ꝙ collegialiter conſentiant. ad hoc c. in Geneſi. eod. ti. not. in cap. dudum. de rebus eccleſ. non alien. in 6. Quod eſt generale in omnib. explicandis per vniuerſitatem. glo. in l. ſicut. ff. quod cui. vniuerſ. glo. in c. cum omnes, de conſtit. vbi Panor. Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. vbi ponit duas regulas. Prima, quòd in factis collegij conſenſus debet præſtari in cõmuni, per iura allegata. Secunda, quod eſt in ſpectãtibus ad ſingulares perſonas, conſenſus debet præſtari in communi, quando maior pars prę ualet minori parti, vt eſt caſus in l. & ſuum heredem. ff. de pact. quia ex quo ex iuris diſpoſitione valent geſta per maiorem partem, debet minor pars vocari: poſſet enim minor pars ad ſuã ſententiã maiorẽ partem ducere. vt dicitur in ſimili in l. ſi vnus. ff. de arbitr. no. in cap. 2. eod. tit. in 6.

8 Quinta. Electio debet † eſſe libere. 8. q. 2. c. dilectiſſimi: Debet enim animus eſſe liber in cõſulẽdo, & ratio eſt, quia ſicut in matrimonio carnali conſenſus debet eſſe liber, aliàs matrimonium eſt nullum. c. cum locum de ſponſ. ſic in ſpũalib. gl. in cap. bonæ, 1. circa princ. in c. quiſquis. de elect. Ad hoc cap. vbi periculum. §. cæterum. eo. tit. in 6. vbi dicitur, ꝙ ceſſat electio, vbi admititur liberas eligendi: quia vbi requiritur conſenſus cũ qualitate libertatis, non ſufficit conſenſus, niſi adſit illa qualitas libertatis. c. Piſanis. de reſtit. ſpol. glo. not. 33. q. 5. c. notificaſti. Panor. in cap. cũ Abbas. quod met. cau. Quod tamen limita, vt procedat quando compellerentur eligere certam perſonam, ſecùs ſi compellerentur eligere aliquem de certo genere perſonarum: nam tunc nõ eſſet libertas omninò adempta. not. Panor. in c. licet. in c. cum terra. eod. tit. & in d. c. Abbas, in cap. olim. el 3. de reſtitu. ſpol. vide Præpoſ. in d. c. cum locum. dicit ꝙ ſi aliquis cõpellitur cõtrahere matrimoniũ cum certo genere perſonarum puta cũ vna ex mulieribus talis villæ, talis ciuitatis, talis parẽtelæ, valet matrimonium arguendo de matrimonio carnali ad ſpirituale, quod argumentum valet. c. 2. de tranſlat. prẹl. not. Doct. in cap. tuæ de ſponſ. Hinc infertur. quòd valet

9 conſuetudo, † quæ non in totum tollit libertatem conſenſus, ſed in aliquo minuit, vel reſtringit ad certum genus perſonarum. cap. cũ dilectus. de conſuet. cap. Abbates, de verb. ſig. Vbi valet conſuetudo, quòd Capitulum teneatur eligere prelatum de gremio alicuius eccleſiæ: ſecus ſi conſuetudo compelleret vnũ preciſe eligere. d. cap. cum terra. vbi Ioan. Andr. Ex quo patet, quòd non omnimoda libertas conſenſus eſt de ſubſtantia electionis vel matrimonij: quia ſi eſſet de ſubſtantia, nõ valeret dicta conſuetudo contra ſubſtantiam actus, vt not. in capitulo non putamus de conſuetudine in ſexto. Vnde quod dicitur, quòd debet interuenire libertas omnimoda in matrimonio ſpirituali, vel carnali, debet intelligi. vt nõ compellatur cũ aliqua certa perſona cõtrahere, vel eligere certã perſonã: ſecùs ſi cõpelleretur eligere de certo genere perſonarũ & ita poteſt intelligi dictũ Innoc. in c. quod ſicut. eodẽ tit. Vbi dicit, quòd ſi metus interceſſit, tenet electio, licèt veniat irritanda, & electus renunciare tenetur. dicto c. Abbas, tamẽ antequam irritetur, tenent geſta per eum.

10 Sexta. Per electionẽ † ante cõfirmationẽ nõ acquiritur ius prælaturæ, nec poteſtas adminiſtrãdi ipſi electo, ita nor. Doctor. & præcipue Turec. in c. quãto diſt. 63. Vnde electores dicũtur nunquã transferre dominiũ prælaturæ. Vnde electi ab electoribus nõ petũt prælaturã quia eam non habent: ſed ipſam recipiunt à confirmatore,



confirmatore, qui eis confert plenitudinem ſui officij. extra. de elect. cap. poſtquam. capitu. cum in cunctis. c. tranſmiſſam. Licet ius petendi ortum habeat ex electione. ſecũdum Inno. & Hoſtien. qui ita not. in cap. ex parte. de arbi. Hinc ſequitur, quòd ſi per electionem eſſet acquiſitum ius prælaturæ electo, poſſet electus
11 † nominari prælatus, Epiſcopus, vel Abbas: ſed non nominatur Prælatus, nec Epiſcopus, nec Abbas, ſed tantum electus, ergo per electionem ius prælaturæ ſolum non eſt acquiſi-
12 tum electo. Item infertur quòd electus † ante confirmationem adminiſtrans, punitur. capit. qualiter. c. bonæ. eo. tit. de præb. cap. cum iam dudum: quia eius electio irritatur, ergo ſequitur quòd per electionem ius adminiſtrandi nõ acquirit. Rurſum ex ſola electione acquiritur ius adminiſtrandi ſoli Papæ, ergo non alijs prę latis. ita tex. & glo. in capit. in nomine Domini. 23. diſt.

13 Septima. Eligendi poteſtatem qui habet, non poteſt ſe eligere: quia præſumitur proſpicere proprium lucrum, & appetere proprium commodum, quorum vtrumque prohibetur. c. dilectiſſimi. 8. q. 2 c. in ſcripturis. 8. q. 1. & c. qui epiſcopatum. Sed debet eligere eum qui dignus ſit tanto honore, adhibendo maximam diligentiam: quia electio facta ab eligente amplius retractari non poteſt. Elector enim contra electum obijcere aliquod crimen non poteſt. d. c. dilectiſſimi. Ad idem quod legitur. & not. in c. cum ſuper quæſtione. de cõceſſ. præb.
14 Et ita nota caſum, in quo † ſufficit ſemel voluiſſe, ſcilicet in prælati nominatione. d. c. dilectiſſimi. Item in facienda conſtitutione. diſt. 4. c. in iſtis. Item in voti emiſſione. 27. q. 1. c. viduas. c. ſicut. de voto. c. magnæ. eod. tit. Item in remiſſione. 23 q. 4. c. ſi illic. Item in facta venditione. l. non idcirco. C. de contrah. emptio. Itẽ in quocunque contractu iniendo. l. ſicut. C. de actio. & oblig.

Octaua. Eligendi poteſtas, quando per ne-
15 gligentiam deuòluitur † ad ſuperiorem, vel aliàs, poterit ſuperior eligere iure deuoluto, & poſtea confirmare iure proprio, vel poterit prouidere vnico actu per viam ſcilicet prouiſionis, vel collationis, quia vbi duæ poteſtates concurrunt in eadem perſona diuerſo iure, quaslibet exercere propria autoritate eſt in optione ſua an velit prouidere vnico actu, an diuerſis. per l. ſi conſul. ff. de adopt. l. præſes. ff. de offic. præſi. c. cum inter canonicos. c. cum inter vniuerſas. eod. tit.

*SVMMARIVM.*

1 *Prælatus debet eſſe vigil, ad reformationem morum.*
2 *Viſitatoris generalis officium an duret poſt mortem mittentis.*
3 *Prælatus debet eſſe ſpeculum ſanctitatis & maxime Papa.*
4 *A Prælatis quod agitur facile à ſubditis trahitur ad exemplum.*
5 *Prælatus vigilare debet circa ea, quæ ſuo incumbunt officio.*
6 *Romanus Pontifex circa quæ præcipue vacare debeat.*
7 *Prælati vigilantia in eo conſiſtit, vt oues præcellat in tribus.*
8 *Prælatus vigilare debet ſuper defectus ſuorum ſubditorum.*
9 *Prælatus vigil ſit ne depereant bona Eccleſiæ, & pœna.*
10 *Pœna prælati negligentis recuperare bona Eccleſiæ.*

## De vigilantia Paſtoris. Cap. XII.

Excedere etiam ſolent prælati cõmittendo negligentiam in ſuos ſubditos, cum debeant eſſe vigiles. Ideo ſubſequenter ponitur de vigilantia per multas deciſiones, quarum prima. Prælatus debet eſſe vigil
1 † ad reformationẽ morũ. ita habetur in Prooœ. Clem. §. ſanè. cap. magnæ. 22. quæſtio. 4. in extra. Ioan. xxij ſuſcepti. in prin. l. nonnunquam. ff. de collat. bon. Et eſt reformatio, rei veteri facta additio, aut eiuſdẽ renouatio: Hæc enim Syllaba, re, appoſita dictioni ſignificatiuæ ſignificat repetitionem facti antiqui, vt verbum reficere eſt quod eſt corruptum in ſtatum priſtinum reducere, nec dicitur reformatum, vel refectum; quod de nouo conſtruitur. vt ff. de itin. actu. priu l. 3. §. pen. cum ſimil. Et de ſignificato huius verbi. Reformatio. not. Bald. in l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iu. l. 2.
2 C. de decur. lib. 10. Sed an officium † reformatoris generalis miſſi ad aliquam prouinciam reformandam duret poſt mortem mittentis, Dic quòd ſic. Ita Io. Faber inſtit. manda. § Itẽ ſi adhuc. Cum dicatur ordinarius inſtar proconſulum, aut legatorum. cap. 2. de offic. leg. lib. 6. Secunda. Vt oues ſequantur veſtigia paſtoris, neceſſe eſt vt incipiat prius paſtor facere, quam docere. iux. illud. Cœpit Ieſus, &c. & alibi, longum iter per præcepta, ſed bre-
3 ue per exempla. & ideo prælatus debet † eſſe

Speculum,& norma ſanctitatis , & munditiæ,
& præcipuè Papa.2.quæſtio.7.cap.cum Paſto-
ris.Ideo eius peccatum ob altitudinem digni-
tatis aggrauatur cap.homo.diſti.40.cap. alio-
rum . 9. quæſt.3. & ſuo malo exemplo multos
cateruatim ſecum trahit ad inferos.cap.ſi Pa-
pa.40.diſ.Quare dicebat Leo Papa.Si nos,qui
aliena debemus corrigere peccata, peiora cō-
mittimus , certè non veritatis diſcipuli , ſed
( quod dolentes dicimus ) erimus præ cæteris
erroris magiſtri.2.q 7.cap. nos ſi incompeten-
4 ter :nam quod agitur † à prælatis , facilè tra-
hitur ab alijs ſubditis in exemplum.c.cum qui-
dam.de iureiur.cap.magnæ. de voto.cap. qua-
liter,2.de accuſ.c.nemo.diſt. 83. Et timendum
eſt,ſi languor nōn fuerit in capite curatus, to-
tum ( quod abſit ) corpus morbus inuadit.6.q.
1.c.ſunt plurimi.§.verum,quia paſtore languē-
te grex inſidiatoris dentibus laniandus expo-
nitur 7.quæſt. 1.cap.quamuis. Ideo luceant bo-
nis operibus prælati.Matth. 5. quia ſi tribuunt
ſubditis prauum exemplum grauiter peccant.
cap.conſideret.§.animaduertere.de pœnit.di-
ſtinct.5.& grauius ſunt puniendi.11.q.3.c.præ-
cipuè . potentes enim potenter tormenta pa-
tientur.8.q.1. c.illud.

Tertia,prælatus, qui non inuigilat circa ea,
5 quæ ſuo† incumbunt officio c.1. de offi. leg.in
6.Clem.paſtoralis, de re iudic. Clem. dudum.
in prin de ſepult.Hoſt.in ſum. de pœn. & re-
miſ.§.quis ſit effectus,peccat mortaliter.Vnde
dicit Rom. Pontifex . Amplectimur volunta-
rios pro ſubditorum quiete labores,& noctes
quandoque tranſmittimus inſomnes, vt ſcan-
6 dala remoueamus:& præcipuè Romanus†Pō-
tifex debet vacare circa illa , quæ tendunt ad
gloriam , & exaltationem fidei, & profectum
animarum fidelium , & quietem ſubditorum ,
maximè prælatorum & religioſorum, & om-
nium , qui ſunt in ordine clericali , & ad tol-
lendum diſſenſiones, & ſcandala inter prædi-
ctos.ita not.glo.in d.Clemen.dudum, & ſem-
per manus apponere in eo , quod eſt grauius,
& ponderoſius.vt in glo.inſtanti.ead. clemen.
Quinimo , Papa cogitur vigilare pro cōmo-
dis ſubditorum.facit.capit.1.de offic.deleg. &
quod ibi not.in 6.Imo peccat mortaliter, ſi iu
ſtitiam denegat , vel ad conſultationem non
reſpondeat.de offic.deleg.cap.quamuis in par-
te. Imo.in Clemen.paſtoralis. de ſenten. & re
iudic.

7 Quarta . Prælatus vigilare debet † vt oues
præcellat ingenio , moribus , & doctrina , ita
quòd eius reſpectu grex ducatur. 25. diſtin.§.
nomine. Prælati enim tanquam arietes duca-
tum gregi præbere debent.7.quæſt.1.cap ſciſci
taris . & debent eſſe ſignum ad ſagittam quo
ad populum. ca. qualiter 2. de accuſat.Et ſicut
grex ex vna oue morbida polluitur , ſic præ-
lato immundo plures inficiuntur. 45. diſtin.§.
illius.in fi.Et ſicut cæteros dignitate præcellit,
ſic religione debet alijs præeminere. c.ex mul
ta.extra de voto.Aliàs ſi vitæ merito non præ-
emineret, ſed fortè vitijs , grauiter ob eius di-
gnitatem eſſet puniendus.c.homo 40.diſt.arg.
tex.in c.præcipuè.11.q.3.

Quinta . Prælatus curam habens animarū
8 vigilare debet † ſuper ſuum gregem.Clem.pa-
ſtoralis.de re iudic. quærendo defectus ſubdi-
torum ſuorum,vt corrigantur , quando fama,
vel merito quid aliud eos mouere debet.Item
debet inuigilare ne Lupus rapax eos inuadat,
2 quæſtio.7.cap.cum paſtoris . Item debet pa-
ſcere oues ſuas.cap.ſolitæ. de maior. & obed.
l.inter claras.C. de ſumma Trinit. ſpiritualiter
verbo doctrinæ,& vitæ exemplo,c. inter cæte
ra.de offic.ord.43.diſt.c.Epheſiis.8.q.1.c.auda-
cter , & temporali ſubſidio , ſi indigeant 82.
diſtinct.cap.Epiſcopus.86.diſt cap.paſce:Nam
niſi diligenter paſcat oues , Chriſtum paſtorē
eorum non videntur amare 8.quæſt. 1. cap.in
ſcripturis . Sed mali prælati dicuntur paſtores
à paſcor , paſceris paſſiuè , quærentes quæ ſua
ſunt,& tales lupi ſunt , quia more lupino ſuos
ſubditos laniant.Arch. in cap. vt officium . de
hæret.lib.6.23.q.4.cap.tres perſonas.Et ſicut lu
pus fruſtatim comedit agnum, ſic mali paſto-
res ſucceſſiue conſumunt bona Eccleſiæ . 13.q.
1.capitu.1.circa medium.Hiere.c.23.Ve paſto
ribus , qui diſpergunt , & dilacerant gregem,
&c. Item quot modis mali paſtores deſtruant
populum , vide quæ diximus in Ser. 2.in Do-
min. 2. poſt Paſcha . Vbi diximus,ꝙ quinque
modis . Primo per operis peruerſitatem.. Se-
cundo per doctrinę falſitatem.Tertio non cor
rigēdo.Quarto per domini auſteritatē. Quin
to per timiditatem .

Sexta.Vigil eſſe debet prælatus ad recupe-
9 randa bona † Eccleſiæ. Nam ſi ob negligen-
tiam iura Eccleſiæ depereant, tenetur de pro-
prio patrimonio ſatisfacere Eccleſiæ.12. quæ-
ſtio.2.cap.monemus. Et ipſo mortuo tenetur
eius hęres ad dictam ſatisfactionem.ad hoc in
c.ex præſentium.cum ibi not.de pignor. Idem
vbi prælatus potuit aliquid Eccleſiæ acquire-
re,& neglexit.bonus tex.cum gloſ. 12.q 2. c.1.
l.ſi ambo ſocij.de compenſ.inſtar tutoris , qui
ad hoc tenetur.l.quicquid. C. arbitr. tuto.not.
Panorm.in d.cap.ex præſentium. cum ibi not.
de pignor.Nam bona prælati ſunt tacitè obli-
gata pro mala adminiſtratione eorum. Et po-
teſt Eccleſia agere contra tertium poſſeſſo-
rem , ſicut agit mulier pro dote. not. in capit.
ex literis. de pignor. Paritate rationis : quia
Eccleſiæ



Eccleſia æquiparatur vxori , & beneficiatus
marito . Viri autem bona ſunt tacitè obligata
vxori pro dote.l.1.in prin. C.de rei vxor. act.l.
fin.C.qui pot.in pign.hab. Item Eccleſia æqui-
paratur minori.cap.1.de in integ. reſtitu.ergo
ſicut bona tutoris ſunt tacitè obligata pupil-
lo.l.pro officio C.de admin.tut.ita & bona ec
10 cleſiæ. Rurſum prælati negligentes † recupe-
rare bona Eccleſiæ,peccant, & negligentes ac
quirere cum poſſunt,tenentur.12.q.4.cap.qui-
cunque.C.arbitr.tut.l.quicquid. Hinc etiam eſt
quòd puniuntur qui tempore vacationis non
opponunt ſe laicis de nouo occupantibus bo-
na Eccleſiarum.de elect.c.generali.in 6. Si au-
tem ſe opponant,& opponendo occidant ali-
quē,vel mutilent, non erūt irregulares.no.Ar-
chi.in d.c.generali.allegat.c.olim.de reſti.ſpol.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopi quæ ſunt ordinis Epiſcopalis cō*
*mittere non poſſunt,fallit in multis ca-*
*ſibus.*
2 *Ordines ſacros Epiſcopus ſolus confert.*
*Sed licentia illos conferendi ad mul-*
*tos ſpectat.*
3 *Ordinari quis nō poteſt niſi à proprio Epi*
*ſcopo.*
4 *Clericus poteſt ordines recipere à triplici*
*ſuperiore.*
5 *Ordo non confertur baptiſmo non ſuſce-*
*pto.*
6 *Characterem non recipit. Sacris initiatus*
*per vim præciſam.*
7 *Ordines maiores quibus in temporibus*
*conferantur. & quid de minoribus. nu*
*mero 12.*
8 *Pœna conferentium ordines extra tempo*
*ra ſtatuta. & nu.9.*
10 *Ordines ſacri debent conferri in Eccleſia*
*epiſcopali.*
11 *Ordinem diaconatus conferens extra tē-*
*pora , an poſſit conferre ordinem ſub-*
*diaconatus.*
13 *Ordo qualitercunque cōferatur ſiue gra-*
*datim,ſiue per ſaltum, character impri*
*mitur.*
14 *Ordinem per ſaltum, ignoranter accipiē-*
*ti pœnitentia iniungitur ſibi, cautè ſup*
*plendo quod omiſſum eſt.*
15 *Ordo presbyteratus poteſt conferri non*
*habenti ordines minores.*
16 *Miniſtrans in ordine , quem non habet,*
*quàm pœnam patietur.*
17 *Ordines furtiuè quadrupliciter recipi poſ*
*ſunt.*
18 *Diſpenſatio à quo fieri poteſt,quādo quis*
*furtiue recipit ordines.*
19 *Sacramentum ordinis,quod probabiliter*
*dubitatur, an quis receperit, quid fa-*
*ciet.*
20 *Illiterati an promoueri debeant.*

## De Clericis circa ordines. Cap. XIII.

DEinde conſideranda ſunt aliqua
circa collationem ordinum,vbi
nonnunquam ſolent prælati de-
linquere , per multas Deciſio-
nes quarum .

Prima. Licet quæ ſint ordinis
1 epiſcopalis † Epiſcopus alteri committere nō
poſſit.c.quamuis. diſt.68. Abb.in c. aquam.nu.
2.de conſecr.eccl.vel alt.Concil.Triden. Can.
7.& 11.& cap.4.ſeſſ.23. Tamen fallit primo, ſi
Vicarius eſſet Epiſcopus:quia tunc ſi habet ſpe
ciale mandatum exercendi pontificalia , cum
clauſula. Et ad omnia, quæ facere poſſet con-
ſtituens,etiam ſi mandatum exigant ſpeciale,
tunc poſſet exercere. ita Francus in cap.ſi.col.
2. verſi. ſed quæritur primo . Secundo fallit in
Vicario Epiſcopi, qui licèt non poſſit ordines
conferre.Abb.in c.tranſmiſſa. nu.3.de elect.ta
men poteſt Vicarius generalis Epiſcopo agen
te in remotis,dare licentiam ordinandi : quia
licentia ordinandi eſt dignitatis , & collatio
eſt ordinis epiſcopalis : Hinc fit quòd talis li-
centia , ſiue literæ dimiſſoriæ poſſint concedī
à Vicario generali Epiſcopi,quæ ſi ſunt ſpecia
les. v. g. vt poſſit à tali Epiſcopo ordinari , &
tunc ab alio ordinatus non iuuabitur ordini-
bus ſibi collatis : quia non habet ad hoc con-
ceſſionem ; quia poſtquam eſt conceſſum de
vno,de alio eſt prohibitum.l.cum prętor.ff.de
iudic.c.nonne.de præſumpt At ſi ſunt genera-
les,vt poſſit ordinari à quocunque,& tunc col
latio ordinum valida erit.ita Rebuff.tit de lit-
teris dimiſſ.nu 2.verum cum valeat argumen-
tum à poteſtate Archidiaconi ad vicariū Epi
ſcopi,ſecundū Inno. & Ioan. And.in c.ad hęc.
in verb.arduo.de offi.Arch.& Archidiaconus,
qui abſente Epiſcopo eſt ipſo iure vicarius. gl.
& Butr.in d.c.ad hæc.cum non poſſit abſente.

Epiſcopo hanc licētiam concedere. ſecundum
glo. in cap. ſignificaſti. in verb. literas, in fi.
de offic. Archid. fit, vt neque Vicarius ipſius
Epiſcopi, & ideo tutius eſſet in literis vicaria-
tus exprimere ſpecialem licentiam concedēdi
litteras dimiſſorias. ad hoc Rebuff. in pract.
benef. tit. forma vicar. Archid. nu. 48. Tertio
fallit in vicario Papæ in vrbe, & in vicarijs
Epiſcoporum per Papam deputatis propter
eorundem Epiſcoporum inhabilitatem. ita
Mandoſ. in regul. cancell. 24. cap. 3. de male
prom. q 6. nu. 13. Quarto fallit in vicario habē
te mandatum ſpeciale ab Epiſcopo vt commē
datitias literas concedere poſſit. cap. cum nul-
lus. §. inferiores. de temp. ordin. in 6. Mādoſ.
d. q. 6. Quinto, quando vicarius non habens
ſpecialem facultatem concedendi licentiam
ordinandi. ſucceſſiſſet aliquibus prioribus vi-
carijs eam habentibus, quia tunc illas conce-
dere poſſet iuſta credulitate ductus, vt late cō
probat Mandoſ. d. q. 6 nu. 15.

2 Secunda. Licèt Epiſcopi munus † ſit pro-
prium tantum, conferre ordines ſacros, vt ha
betur in d. cap. cum nullus. & per Conc. Trid.
in c. Epiſcopus. ſeſſ. 23. tamen ipſo in remotis
agente, vicarius ipſius generalis in ſpiritua-
libus, vel ſede vacante Capitulum, ſeu Viſita-
tor, ad quem tūc temporis adminiſtratio no-
ſcitur pertinere, poteſt dare licentiam ordinā-
di, ita habetur in d. cap. cum nullus. vbi etiam
addit alium caſum, quando Epiſcopus fuerit
ęgritudine impeditus, nam in his caſibus lit-
teræ commendatitiæ poſſunt fieri, vel per vi-
carium Epiſcopo in remotis agēte, vel per
Capitulum, vel per Viſitatorem, vel per pro-
prium Epiſcopum alteri Epiſcopo, ſi fuerit
ægritudine impeditus, & ita collatio ordinū
aliter fieri non poteſt per alium Epiſcopum in
clericos ſibi non ſubiectos, quàm eorum im-
pedito ſuperiore ex ægritudine, & illis in ex-
amine approbatis. Qui autem ſint ordines ſa-
cri; Dic, quòd ſecundū ſe quilibet ordo dici-
tur ſacer, cum ſit ſacramentum quoddam. Sed
ratione materiæ ordo ſacer dicitur, circa quā
aliquem actum habet, & ſic ordo ſacer dici-
tur, qui habet, aliquem actum circa rem ali-
quam conſecratam, & ſic ſunt tantum tres or
dines ſacri, ſ. Sacerdotium, Diaconatus, qui
habēt actum circa corpus Chriſti, vel ſangui-
nem conſecratum & ſubdiaconatus, qui ha-
bet actum circa vaſa cōſecrata, ideo, & in eis
cōtinentia indicitur, vt ſancti, & mundi ſint,
qui ſancta tractant. c. ſeruanda. 32. diſt. num. 2.
28. diſt. cap. nullum. & cap. decernimus.

Tertia Clericus ad ſacros ordines promo-
3 uendus † non poteſt ab alio promoueri, quā
à proprio Epiſcopo, niſi de licētia proprij Epiſ-
copi. ita habetur in c. cum nullus. de temp.
ord. in 6. per Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. Epiſcopus.
Proprius vero Epiſcopus quo ad facultatem
dandi licētiam recipiendi ordines ab alieno
Epiſcopo, & quo ad facultatem conferendi
4 ordines, dicit tripliciter. & ita clericus † quo
ad ordines, dicitur habere tres ſuperiores, ſci
licet Epiſcopum originis, & Domicilij. &
Epiſcopum beneficij. At Epiſcopus originis
debet eſſe ipſius ordinandi. ita glo. in d. c. cū
nullus. verbo oriundus. Vnde non ſufficeret
origo paterna, quod eſt contra tex. in l. aſſū-
ptio. §. 1. ff. ad munic. Hinc non eſſet excuſa-
tus ordinatus, ſi reciperet ordines ab Epiſcopo
originis paternæ. ita Io. Andr. & Franc. in d. c.
cū nullus. Sed Epiſcopus domicili dicitur Epi-
ſcopus illius loci, vbi quis maiorem partem
habet ſuorum bonorū. vt ff. de munic. l. Eius. §.
vlt. vel poſſeſſio etiam domus in alia ciuitate
conſtituit domicilium, ſi hoc facit animo ac-
quirēdi ibi domicilium, hoc exprimendo, vt
in l. ciues. C. de incol. lib. 10. vel ſi habitauerit.
ibi per decenniū. vt in l. 1. C. de incol. de qua
materia vide per Io. Andr. in c. ſignificauit. de
paroch. per Bar. in d. l. aſſumptio. Epiſcopus ēt
loci vbi quis retinet beneficium, dicitur pro-
prius Epiſcopus quo ad collationem ordinum
Verum oportet vt beneficium habeat clericus
in titulum, ſiue perpetuo, ſiue ad tempus, vt
in Prioribus clauſtralibus, & alijs regularibus
qui dicuntur ſubeſſe Diœceſano, vbi moram
trahunt, etiam ſi inde non ſint oriundi quo ad
poteſtatem recipiendi ordines etiam ſacros.
Hinc infertur, quòd non ſufficit habere titulū
in commendam: quia eſt neceſſe, quòd ha-
beat in titulum. Et commenda non eſt pro-
priè titulus. Secundum not. in c. nemo. de
elec. li. 6. An vero Abbatibus ſit conceſſum vt
minores ordines conferant. Dic, quòd aliquā
do ſic, ſed his, qui alicuius Epiſcopi iuriſdictio
ni non ſubſunt. vt habetur per Concil. Trid.
ſeſſ. 23. de reform. cap. 10.

5 Quarta. Nullus poteſt † ſacramentum ordi-
nis ſucipere non ſuſcepto prius ſacramento
baptiſmi. ita probatur in c. 1. de presby. non
baptiz. & ratio eſt, quia baptiſmus eſt ianua
omnium ſacramentorum. diſt. 32. §. verum:
Nihil enim poteſt ſuperædificari. 1. q. 1. c. cum
Paulus. Item ille, qui ad ſacramentum ordi-
nis accedit, neceſſe eſt vt ſit odinis ſuſceptiuus,
ſed hoc ei tantum compeit per baptiſmum, er-
go de neceſſitate ſacramentum baptiſmi prę-
mittitur ſacramēto ordinis.

6 Nec etiā ordinatus ad ſacros † ordines per
vim præciſam. recipit caracterem. c. maiores
ext. de baptiſ. quare talis poteſt cōtrahere ma-
trimonium, & vti contracto, & in propria
perſona



perſona ſumere arma, & bellare, & talem per-
cutiens non eſt excommunicatus, & in omni-
bus cenſetur vt laicus, quod ſecus eſſet, ſi ordi-
natus eſſet ad ſacros per vim, ſed non preciſe,
quia tunc caracterem reciperet. ita Zabar. in
Clemen. generalem. q. 10. de ætate & qualit.

Quinta. Ordines maiores conferri poſſunt
7 † & debent tantum in ſex temporibus anni,
ſcilicet in ſabbato ieiuniorum quatuor tempo
rum, & in ſabbato mediāte hebdomada qua-
drageſimæ, quo cantatur ſitientes, & in ſabba-
to ſancto. cap. quoniam quidam. diſtin. 75. vbi
Archid. & cap. ordinationes. per Concil. Trid.
ſeſſ. 23. c. ordinationes. Licet Papa poſſit con-
ferre ſubdiaconatum in omnibus dominicis,
& in aliis feſtis præcipuis. diſt. 75. cap. vlt. & c.
de eo. de temp. ord. ſed qui extra dicta tempo-
8 ra illos confert priuatus eſt poteſtate confe-
rendi ordines, quos illicitè contulit, priuatur
inquam non ipſo iure, ſed per ſententiam. extr.
de temp. ord. cap. ſane. cap. litteras. & cap. dile-
ctus in fi. vnde cum dicitur in cap. litteras. vo-
lumus manere ſuſpenſos. intellige illud verbū,
quo ad ordinatum ſtare propriè, quia ſuſpen-
ſus eſt, ſed quo ad ordinantem impropriè, quia
eſt ſuſpendendus. Primum patet in c. conſulta-
tioni. eod. tit. Abb. in d. cap. litteras. nu. 3. & in-
fra, in deciſ. ſeq.

Sexta. Recipientes ordines ſacros extra di-
9 cta tempora ſunt, † ipſo iure ſuſpenſi ab ordi-
ne ſuſcepto. cap. ſane. de temp. ordi. cap. cum
quidam. cap. litteras. poteſt tamen Epiſcopus,
primo eis impoſita pœnitentia competenti,
diſpenſare, vt in ſuſceptis ordinibus mini-
ſtrent. de temp. ordin. capitu. conſultationi. in
text. & gloſ.

Septima. Ordines ſacri debent conferri in
10 eccleſia † epiſcopali. arg. diſt. 77. c. 1. c. ordina-
tiones. ſeſſ. 23. in Conc. Trid & hoc eſt verum
de iure regulari: Hodie tamen de conſuetudi-
ne, Epiſcopi conferunt vbi volūt. vt dicit Rod.
Minores vero ordines conferre poteſt in qua-
cunque eccleſia ſui Epiſcopatus. diſt. 75. in pa-
lea. Epiſcopi autem cōſecrari debent vbi Me-
tropolitanus elegerit, niſi ſit de approbata
cōſuetudine aliud obſeruandum. c. vlt. 51. diſt.
in fi. & conſecrari debent die dominico more
Apoſtolorum, qui de mandato Dñi poſuerunt
manus Paulo, & Barnabæ, & qa eodē die Do
minus reſurrexit. cap. qui eo die. diſt. 75. Metro-
politani vero, & Patriarchæ in ſuis eccleſijs
conſecrari debent, niſi neceſsitas aliud exigat,
& conſuetudo approbata inducat. arg. 63. diſt.
cap. quando. & diſtin. 23. cap. In nomine Do-
mini. Papa vero in eccleſia, ſi hoc fieri po-
teſt. alioquin etiam in eccleſia extra vrbem.
dict. capitu. In nomine Domini.

Octaua. Epiſcopus, qui extra tempora con-
11 tulit ordinem Diaconatus † licet à collatio-
ne illius ſuſpendatur, poteſt tamen Subdiaco-
natus ordinem conferre arg. extr. de præſump.
cap. nonne. de pœnit. diſt. 1. c. pœnæ. ff. de lib. &
poſth. l. cum quidam. non tamen poterit con-
ferre ordinem preſbyteratus. quia non debet
frui maioribus, qui minoribus caret. ff. de ſeru.
expor. l. cui pacto. Et non obſtat tex. in capitu.
quæſiuit. cum ſimi. de his, quæ fiunt à ma.
par. capitu. quia reſpondetur: quòd quamuis
non deliquerit in maiori, facit ſe tamen indi-
gnum delinquendo: in minoribus. vt in prædi-
cta lege, cui pacto. & cap. 1. §. ſane. de eo, qui
ord. reci. ab Epiſcopo. Hoſtien. in cap. vel non
eſt. de temp. ord.

Nona. Minores ordines aliis quàm ſabbatis
12 prædictis, † vt nu. 7. conferri poſſunt, licitum
eſt enim cuilibet Epiſcopo diebus dominicis,
& aliis feſtiuitatibus præcipuis conferre mino
res ordines vni, vel duobus, & etiam ſecundū
aliquos ſecundum Goffr. Bar. & Bernar. pluri-
bus, quàm duobus, dummodo non videatur fa
cere ordinationem generalem. extr. de tem-
por. ordin. c. 1. & 2. Et hoc idem vult Inno. in
eo. tit. c. de eo, licet Hoſt. dicat, quòd dicere, q
epiſcopus pluribus, quàm duobus poſsit con-
ferre minores ordines. non eſt tutum: prima
enim tonſura omni die conferri poteſt. vt di-
cit Hoſt. in cap. conſultationi. de temp. ordin.
Et hæc procedunt in laicis, quamuis Græci in
conferendis, & recipiendis ordinibus non ſer-
uent tempora prædicta. c. cū ſecundum in tex.
& glo. de temp. ordin. An vero minores ordi-
nes conferri poſsint omnes vni perſonæ eodē
die, dic, quòd ſic: niſi contrarium obtineat con
ſuetudo eccleſiæ, quæ non ſeruata ſcandalum
generet, Prima vero tonſura & quatuor ordi-
nes minores eidem eadem die conferri non
debent, vt dicit Hoſt. & Inno. extr. de tempor.
ordin. c de eo. Contrarium tamen dicitur fieri
in Alemania. Vnus autem ordo ſacer cum mi-
noribus, vel duo ſacri nullo modo debent cō-
ferri eadem die vni perſonæ Nec in hoc diſpē-
ſari poteſt cum aliquo niſi de licentia Papæ. qa
hoc eſt prohibitum. vt dicit Hoſt. & Inno. extr.
de tempor. ord. c dilectus. ſed conferri debent
ſinguli per ſe, & per certa interſtitia tempo-
rum. diſt. 77. cap. in ſingulis. & cap. quicunque.
de eo, qui furord. cap. cum L. lator. de tempor.
ord. in cap. dilectus.

Decima. Ordo qualitercunque conferatur
13 ſiue gradatim, † ſiue per ſaltum, character
imprimitur, dummodo accipiens ſit baptiza-
tus: non tamē executio, Et ideo quod eſt omiſ-
ſum, caute eſt ſupplendum, & diſpenſandum,
hoc probatur diſtin. 52. cap. ſollicitudo. Vbi ſi
aliquis

14 aliquis † recipit ordinē per ſaltum, puta præ-
termiſſo ordine ſubdiaconatus, ordinem dia-
conatus, vel presbyteratus, ſi per ignorantiam
hoc fecerit, credens ſe gradatim ad ordines
aſcendiſſe, pœnitentia ſibi iniungitur, cautè
ſupplendo quod eſt incautè omiſſum. d. cap.
ſolicitudo. Et hoc etiam ſi miniſtrauerit. Ve-
rum ſi ambitioſe, & ex certa ſcientia aliquem
ordinem prætermiſerit, & in ordine non ſuſce
pto miniſtraſſet, incideret in pœnam non or-
dinati miniſtrantis, & per conſequens eſſet de-
ponendus, & non poſſet cum eo niſi per Sedē
Apoſtolicam diſpenſari. ita Hoſtien. in ſum. de
cler. per ſalt. prom. §. vlti. in fin. Sed ſi ſcienter
promoueatur per ſaltum, non miniſtret, ſed in-
iungatur pœnitentia, cautè ſupplendo, quod
fuit prætermiſſum, & tunc per Epiſcopum di-
ſpenſabitur. ita habetur per Conc. Trid. ſeſſ. 23.
cap. 14. in fi.
15 Vndecima Ordo presbyteratus, † vel alius
ſacer poteſt cōferri nō habenti ordines mino
res. gl. in verbo, illud. in c. vnic. de cler. per ſalt
prom. Et hoc communiter tenetur, vt ibi teſta
tur. nu. 14. Mar. Soc. Talis enim non poteſt exe-
qui illum ordinem. vt ibi in tex. Facit ſecundū
Inno. quia in primitiua eccleſia non erant in-
ſtituti ordines minores, & tamen erat ſacerdo
tium. 21. diſt. in ſumma. §. 1.
16 Duodecima. Miniſtrās † in pertinentibus ad
ordinem, quem non habet, puta ſi Acolytus
vſurpet officium ſubdiaconatus, vel ſubdiaco-
nus officium Diaconi deponendus eſt ab offi-
cio, & amplius non eſt ordinandus. cap. 1. de
cler. non ordin. miniſtr. & ibi Docto. niſi cum
eo diſpenſaretur per Sedem Apoſtolicam. 11.
q. 3. cap. priuilegium. 25. q. 2. cap. ſi decet. Fallit
tamen in quatuor caſibus, & primus, quando
miniſtret in apparatu non ſolenni, vt non ſub-
diaconus ſi diceret epiſtolam, vel non diaco-
nus euangelium. c. 3. de vit. & honeſt. cler. Se-
cundus, ſi tempore neceſſitatis non ſacerdos
baptizaret. glo. in d. c. 1. Tertius in priuato, qui
diceret euangelium: Nam & monialis aliquan
do illud dicit in matutino. 26. q. 1. c. diaconiſſā.
Excuſat etiam ignorantia, ſed à tanto, & non
à toto. c. 1. de cler. per ſalt. prom. probatur etiā
per tex in c. 1. de cler. non ord. mini. verb. teme-
ritatem. Nam ille dicitur temerè agere, qui
ſcienter facit rem prohibitam. vt in cap. ex li-
teris. de diuort.
Decimatertia. Ordines quis quadrupliciter
17 furtiue recipere poteſt. † Primum cum quis
citra conſcientiam. i. autoritatem Epiſcopi
proprij ſine examinatione promouetur. c. ex-
tra conſcientiam. diſt. 64. in quo caſu non pro-
ſunt literæ Archidiaconi. extr. de offic. ordin.
cap. ſignificaſti. Secundum, cum quis minori-
bus ordinibus non contentus, vna, & eadem
die ſubdiaconatum recipit. extr. eod. cum L.
Tertium, cum duos ſimul recipit ordines. vt
ext. eo. c. ſi. Quartum, cum gradu omiſſo ſaltū
facit. vt in c. 1. de cler. per ſalt. prom. in quibus
caſibus, nec etiam obediens ſuo ſuperiori ex-
cuſatur. extr. de temp. ordin. cap. dilectus: cum
ſuperior tanquam maior plus delinquat, &
ideo eſt magis puniendus. extr. de tranſl. cap.
inter corporalia. §. vlti. pœna vero ſic furtiuè
recipientis ordines eſt ſuſpenſio a receptis. ita
vt interdicatur executio ordinum receptorū.
extr. eo. cap. innotuit: qui quidem text. ſanè in-
telligitur, quando excommunicatio præceſſe-
rit: quia tūc iſte effectus eſt irregularis, & ideo
ſuſpenditur ab omnibus ordinibus. At vbi ex-
communicatio non præceſſit, & tunc habet lo
cum tex. in cap. litteras. de temp. ordin. vbi di-
citur, quòd recipiens ſimul duos ordines ſa-
cros, ſuſpenditur tantum ab executione vltimi
ordinis, ſic furtiuè ſuſcepti. ita Panor. in d. cap.
18 innotuit. Diſpenſatio † vero cum tali fit ab
Epiſcopo, ſi non præceſſit excommunicatio,
ſed illa præcedente a ſummo Pontifice. c. cum
H. lator. eo. tit. Panor. in e. c. innotuit. Verum ſi
religionem excommunicatus intraret, poſſet
Abbas cum tali, (ſi viderit expedire) diſpen-
ſare in ordinibus maioribus. d. c. cum H. At ſi
ex certa ſcientia ordines furtiue ſuſcepiſſet,
Abbas hoc non poſſet. c. cum illorum. de ſent.
excommu. Sed quid de eo, qui habitus fuit pro
ſacerdote, & nunc opponitur, quòd non ſit ſa-
cerdos, & iſte non poteſt probare ſe eſſe ſacer
dotem, nunquid ſufficiat probare illam com-
munem reputationem. vide Inno. in cap. 1. de
verb. ſignif. vbi diſtinguit, quòd aut mouetur
quæſtio inter alios. vtrum talis ſit ſacerdos, vel
notarius, & tunc probato, quòd habetur com-
muniter pro ſacerdote, vel notario, ſufficit. ar-
gum. tex. in c. illud. de præſump. Sed ſi contra
eum mouetur de reo quæſtio, adhuc ſubdi-
ſtinguitur, quòd in facto recenti tunc ſacer-
dos debet ordinationem probare, in antiquo
autem ſecus. ita etiam tenuit Barto. in l. actua-
rios. C. de act. & nu. libr. 12. Alexan. conſilio
138. volum. 1.
Decimaquarta. Vbicunq; probabiliter dubi-
19 tatur † an ſacramentum, quod de neceſſitate
conferri debet, interuenerit, vel non, ad cau-
telam debet conferri: Et hac dubitatione exi-
ſtente debet conferens vti illis verbis, ordino,
ſi & in quantum non ſis ordinatus & etiam in
animo gerere, ordinare in quantum non ſit or
dinatus, alias ſecus. & vide quod no. de ſimili
cautela in baptiſmo. in c. 2. de baptiſ.
Decimaquinta. Illiterati non debent pro-
20 moueri ad beneficia † electiua, & curam ani-
marum



marum habentia. cap. cum in cunctis. de elect.
Tamen maior ſcientia requiritur in Epiſcopis:
ignominioſum enim eſt Epiſcopo, cum ipſe
debeat alios docere, ſi tūc quærat ab aliis edo-
ceri. in auth. de ſanct. Epiſc. §. damus. & in ipſo
ignorantia literarum, nec excuſatione digna
eſt, nec venia. cap. ſi in laicis. diſt. 18. vnde defe-
ctus penitus ſcientiæ ſufficit ad deponendum
Epiſcopum. cap. quamuis. de æta. & qual. & eſt
cauſa ceſſionis. cap. niſi cum pridem. de renun.
Quæ tamen ſcientia requiratur in eligendo,
diximus ſupra in noſtris deciſ. lib. 1. cap. 15. &
habetur per Doct. & Abb. Antiq. in cap. cum in
cunctis. de elect. vbi Epiſcopus debet habere
noui, & veteris teſtamenti ſcientiam, cum ſit
iudex animarum. 8. q. 1. c. ſi ergo. in fi. 38. diſt. c.
omnes. Item iuris Canonici, cum omnium cau
ſas ſuæ diœceſis audire debeat. 11. q. 1. c. de per-
ſona. Item ſecularium negotiorum. 29. diſt. per
totum. Et breuiter debet eſſe triginta annorū,
de legitimo matrimonio, doctor in Theolo-
gia, vel iure Canonico, vel publico alicuius
Academiæ, aptus teſtimonio ad alios docen-
dos. de hoc habetur c. 1. ſeſſ. 7. de refor. Concil.
Trid. cap. 2. ſeſſ. 22. de refor. eiuſdem Conc. Ab-
bas exemptus, qui iuxta tex. in c. Abbates. de
priuil. poteſt dare primam tonſuram, non ſo-
lum ſuis monachis, ſed etiam ſecularibus, in
quos eccleſiaſticam, & quaſi Epiſcopalem iu-
riſdictionem obtinet iux. tex. in c. Abbates. de
priuil. lib. 6. & nos diximus in 1. par. lib. 3. cap. 4.
nu. 156. ſi tamen dederit nouitio, & ille exeat
non profeſſus non eſt clericus, nec percutiens
eum incidit in canonem: quia non eſt mona-
chus ante profeſſionem. de ſenten. excommu.
lib. 6. cap. religioſo. §. 1. Turrecrem. in cap. cle-
rici. nu. 4. diſt. 23. Quod idem extende, ſi dede-
rit ordines minores, quia ſi habitum dimiſerit,
& ad ſæcularem vitam redierit, illum percu-
tiens, non erit excommunicatus. capitu. vlti. de
cler. coniug.

*SVMMARIVM.*

1 *Ambitio circa quæ verſetur.*
2 *Præferendus quis ſit inter Doctores.*
3 *Canones an præferantur Legibus.*
4 *Doctores eiuſdem ſcientiæ antiqui præfe-
runtur nouis, cæteris paribus.*
5 *Doctor in vtroque iurium, præfertur Do-
ctori in altero iurium. fallit in caſu.*
6 *Senior an debeat prius loqui in deliberan
do, vel iunior.*
7 *Doctor nobilis an præferatur plebeio.*
8 *Nobilitatis ratio habenda eſt in multis.*
9 *Nobilitas an transferatur ad liberos.*
10 *Prælatus an teneatur præcipua facere
cum conſilio ſubditorum.*
11 *Et quid de Papa, & Imperatore.*

## De ambitione à clericis execranda. Cap. XIIII.

1 CVm ambitio † ſit inordinata cu-
piditas circa honores, & digni-
tates. c. cū iamdudum. de præb.
quæ ſecundū Saluſt. multos mor
tales falſos fieri coegit, aliud
clauſum in pectore, aliud in lingua proprium
habere. ad hoc 64. diſt. c. quia per ambitiones.
Et execrabilis eſt, quæ ſemper plus ambiens,
eo magis fit inſatiabilis, quo ibi amplius indul
getur. in Extr. Io. 22. Execrabilis. in prin. & ſo-
lent ambitioſi inordinate appetere honores,
quos cum non obtinuerint, volunt primum lo
cum habere. Hinc iurgia, diſſenſiones, rixæ,
& ſcandala proueniunt, laicorum, dicentium.
Vbi eſt Deus clericorum? Ideo à perſonis ec-
cleſiaſticis prorſus execranda eſt, cum debeat
vacare humilitati, recumbendo in nouiſſimo
loco, vt dominus veniens reponat in primo.
Volunt ſibiipſi legem facere, & propria au-
toritate alteros digniores ſe præuenire. Ideo
dé hac in honoribus præuentione, præter ea,
quæ in noſtris Deciſionibus lib. 3. cap. 5. dixi-
mus, aliquas deciſiones ſtatuemus. quarum
prima deciſio ſit. Magiſter in Theologia
præfertur Doctoribus in altero iurium. Et
2 Doctor † in altero iurium Doctoribus in
medicina. not. Ioan. Andr. & Panormitan. in
cap. clerici. de iudic. Et Doctores Decretorum
debent præcedere Doctores legum: quia ſcien
tia Canonica eſt nobilior, quàm legalis. vt ibi
deducit Panorm. in princ. Decret. Vnde dicit
Imperator, quòd ſacræ leges non dedignantur
ſacros Canones imitari. d. c. clerici. Quare re-
fert Do. Ant. in d. c. clerici. quòd in cauſis pau-
3 perum, † & miſerabilium perſonarum. Cano-
nes præferuntur legibus, etiam in foro ciuili.
facit quod habetur in cap. licet. 1. & in c. ex te-
nore. de foro compet. An vero lex ſuccumbat
regulariter Canoni, vel econtra. vide not. in c.
2. de re iudic. & in l. priuilegia. C. de ſacroſan.
eccle. vbi per tex. in d. c. clerici. arguitur, Do-
ctores legum præponendos Doctoribus decre
torum quo ad honorem præferendum, etiam
ſi non ſint clerici. In iudicando autem, vel con
ſulendo in materia ſua eſt magis credendum
in dubio in arte ſua peritis. vt not. de teſti. cap.
cauſam.

4 cauſam. Pariter Doctores † eiuſdem ſcientiæ
antiqui ſunt præferendi nouis. is enim gradus
cæteros antecellit, quem ſtipendia meliora, &
labor prolixior fecerit anteire. l. nemo. C. de
of. ma. offic. capitu. 1. de maior. & obe. Quod
intellige cæteris paribus: Nam Doctor nouus,
qui diu legit praſertim per viginti annos, præ-
ferendus eſt antiquiori, qui non tantum legit,
cum adeptus fuerit dignitatem Comitiuam. vt
in l. 1. C. de profeſ. qui in vrbe Conſti. lib. 12. Et
Doctor, plebeius literatior præfertur Doctori
nobili minus docto: ſecus ſi ſint æquales, quia
tunc duo vincula fortiora ſunt vno. arg tex. in
c. duo. diſt. 13 not Bal. in l. nemini. C. de aduoc.
5 diuerſ. iudic. Et Doctor † in vtroque iurium
debet præferri illi Doctori in altero iurium
tantum. cap. 1 de treu. & pac. Quod limita ſe-
cundum Panorm. ibi. in c. clerici. in illo, qui ſa-
tis mediocriter ſtuduiſſet iura, & poſtea aſſum
pſiſſet gradum cauſa honoris, in alio autem iu
rium prorſus ſibi incognito, vt multi ſunt Le-
giſtæ, qui doctorantur in Canonibus, qui pror-
ſus ignorant, nedum iura canonica, ſed etiam
modum procedendi in decretis, & quod dete-
rius eſt, etiam ipſas rubricas decretalium igno
tas habent: tunc enim præcedere debet habens
vnum gradum, & altiori ſcientia fulgens. arg.
tex. in l. nemo. C. de offi. magi. offic. Sed an quis
6 debeat † prius loqui in deliberando. Videtur,
quòd de iure Senior, ſecundum tempus ſuæ
ordinationis, vt quia prius ille loquatur, qui
prius fuerit promotus ad dignitatem. facit tex.
à ſimili. in c. placuit. diſtin. 18. vbi dicitur, quòd
ille prius debet ſedere ſecundum ordinationis
ſuæ tempus, ſed ſi non eſt dare prioritatem or-
dinationis, Vt quia plures ſunt ordinati Epiſco
pi eodem tempore, tunc prius præferendus eſt
ille, qui antiquior eſt tempore, vel qui functus
eſt maioribus beneficiis. ad hoc. cap. per tuas.
de maior. & obed. c. cum in diſtribuendis. de
temp. ord. Domini tamen de Rota in delibe-
rando vtuntur, quòd iuuior primitus loquatur,
quod eſt in praxi apud aduocatos palacij in
collationibus.

Secunda. Doctor nobilis in literis æqualis
cum plebeio præferendus eſt doctori plebeio,
vt ſupra diximus in deciſione præcedenti. Et
7 ita nobilitatis † ratio habetur in conſideratio-
ne: Habetur etiam in conſideratione in be-
neficiorum obtinenda multiplicatione. vt in
Extr. Ioan. 22. Execrabilis. de præb. c. de multa.
eo. tit. Item in temporis ſtudij abbreuiatione,
& in facienda de ipſis præ cæteris aliis paribus
promotione. in corp. Authē. de defenſ. ciuit. §.
interim. colla. 3. cap. conſtitutus. de appel. cum
notatis in ipſis. Panorm. in cap. officij. in cap.
dudum. de elect. Rurſum in beneficiorum
æquali facienda diſtributione. Inſuper in alio-
rum bonorum vberi adminiſtratione. & con-
ſumptione. ff. de donat. l filius. §. nonnunquam.
ff. de iure dot. l. quæro. Rurſum in pœnis infli-
gendis. 24. quæſt. 1. cap. qui contra. extr. de iure-
iur. c. cum quidam. ff. de pęn. l. quædam. Bar. in l.
capitalium. §. ſerui. ff. eod. vbi dicit, quòd nobi-
les non debent pati viles pęnas. Hinc non ſu-
ſpenſio, ſed decapitatio eſt pęna nobilium. Itē
in honoris exhibitione, & ſalutatione, & ſedis
inter iudices aſſignatione. vt no. 3. q. 9. c. neceſ-
ſe l 2 §. ſedendi. vbi Senat. vel clar. Item quan-
do eliguntur ad officia, nobiles præferuntur
plebeis. Arch. in c hæc autem. diſt. 30. Pariter
in mendicitate: nam licet mendicitas conſide-
retur ex capite deficientiæ victus, tamen vir
nobilis quamuis victum habeat, non tamen
iuxta decentiam ſuam indumenta, & alia ne-
ceſſaria habeat, vel filias nuptui tradere non
poteſt, dici poteſt pauper. arg. tex. in l. cum plu-
res. § cum tutor. ff. de admin. tut. l. quæro. de iu-
re dot. Vnde huic tanquam pauperi Epiſcopus
cui relicta eſt diſtributio in pauperes aliquid
dare poteſt vt pauperi, vt nos diximus lib. 2. c.
100. nu. 4. & 7. Item in eleemoſinarum largi-
tione, nam potius ſubueniēdum eſt nobilibus,
qui ceciderunt in egeſtatem, maxime ſi non vi
tio ſuo, quàm plebeis. arg. tex. in c. conſideran-
da. 86. diſt. Quæ autem in eleemoſinarum lar-
8 gitione † ſint conſideranda, quando non om-
nibus illa fieri poteſt. Dic, ꝙ vndecim. Primo
fides: quia potius fideli facienda eſt, quàm infi-
deli. Secundo locus, quia potius fidelibus de-
tentis in carceribus, & captiuis, quàm aliis. Ter
tio tempus, quia potius tempore, quo quis du-
citur ad mortem, quàm alio. Quarto modus,
quia non debet vni dari totum, ſed pluribus di
ſpenſari. Quinto neceſſitudo, quia potius con-
ſanguineis, & propinquis, quam aliis extraneis,
cæteris parib. Sexto ætas, quia potius ſenibus,
quàm iuuenibus. Septimo debilitas, quia po-
tius debilibus, quàm robuſtis. Octauo nobili-
tas, quia potius nobilibus, quàm āliis danda
eſt, cæteris parib. Hæc probantur. 86. diſt. cap.
ſatis. Nono iuſtum, ideſt, vt de iuſtè quæſito
ſiat. 1. q. 1. c, non eſt putanda. Decimo, quia po-
tius ſibi, quàm alteri, & potius proximo, quàm
extraneo. cap. qui vult. de pęn. diſt. 3. Vndeci-
mo intentio, quia fieri debet propter Deum,
& non propter vanam gloriam. An vero no-
9 bilitas † transferatur ad liberos, dic quòd non,
ſi eſt ex genere materno, hinc ſi nobilis nubit
plebeo, amittit dignitatem. ff. de ſenat. l. fœmi-
næ. ſecus ſi nuberet nobili, cum mulieres a ma-
ritis nobilitentur. l. fi. C. de incol. lib 12. Corru-
ſcant enim vxores radiis maritorum. not. in c.
èx parte. de foro compet. Hinc nobilitas ad li-
beros



beros ex genere paterno trāſmittitur. l. cum le-
gitimæ. & ibi not. ff. de ſtat. hom. not. in d. l. 1.
de dignit. Et nobilitas ex genere quanto plus
inueteraſcit in generatione, tanto maior ha-
betur. l. tam dementis. C. de Epiſco. audien. l.
furioſi. C. de nupt. ibi, qui ex genere nobilio-
res ſunt.

Tertia. Cum ad humilitatem pertineat, ne
quis innitatur ſuæ prudentiæ. cap. ne innitaris.
de cōſt. Ideo prælatus præcipua explere debet
10 cum † conſilio monachorum, non tamen te-
netur illud ſequi. vt nos diximus lib. 2. c. 5. nu.
140. quia non eſt dubium, quòd quæ cum con-
ſilio geruntur, iuris firmitate muniantur. l. hu-
manum. in fi. C. de legi. Et de aduocatis dicitur,
quòd conſilijs eorum non minus prouident
humano generi, quam ſi patriam armis defen-
derent. l. aduocati. C. de aduoc. diuer. iudi. Imo
plus prouident Sapientes bono conſilio, quàm
milites armis: parum enim proſunt foris ar-
ma, niſi ſit conſilium domi. Vnde Sap. 5. Me-
lior eſt ſapientia, quàm vires, & vir prudēs ma
11 gis quàm fortis. Sic † Papa in arduis debet
habere conſilium Cardinalium. not. Ioā. Mo-
nac. in cap. ſuper eo. de his quæ fiunt à prælat.
communis tamen opinio eſt, ſecundum Ge-
min. in d. cap. ſuper eo, ꝙ poteſt Papa ſine Car
dinalibus tractare, quia ipſe eſt ſuper omnia
concilia. cap. ſignificaſti. de electio. & eſt ſuper
omne ius poſitiuum. & hanc partem tenet
Hugo 4. diſtinct. §. leges. vbi idem dicit de Im-
peratore, vt poſſit quæcunque ad eum ſpe-
ctantia ſine conſilio ſuorum Baronum, vt re-
fert Francus in d. cap. ſuper eo. Igitur dicta
requiſitio conſilij tam in Papa, quàm in præ-
lato, potius eſt honeſtatis, & ſolēnitatis, quàm
neceſſitatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Prælati laborare debent & miniſterium ſuum implere circa animas.*

2 *Epiſcopus non debet vagari, ſed morari in ciuitate.*

3 *Clericus beneficia titulata habere duo an poſsit.*

4 *Et an duos onores, & militias ſæculares.*

5 *Clericus ſub peccato mortali tenetur reſidere, licet tenue habeat beneficium.*

6 *Sed an conſuetudo reſidendi excuſet in beneficijs curatis.*

7 *Et quid in beneficijs ſimplicibus?*

8 *Clericus qui iuſta cauſa non reſidet, an percipiat diſtributiones quotidianas.*

*Diſtributionum tria ſunt genera.*

9 *Diſtributiones, vt quis percipiat abſens, ac ſi eſſet præſens ex priuilegio, quid illud operetur.*

10 *Infirmitas, & abſentia an ita excuſet à diuinis horis, vt percipiat diſtributiones.*

11 *Canonicus de foris veniens, ſi moram facit per tres dies, an percipiat diſtributiones.*

12 *Conſuetudo eccleſiæ, quòd qui eſt in vna hora, habeat diſtributiones pro omnibus horis.*

13 *Vtilitas an omnis eccleſiæ ex conſuetudine ſufficiat, vt Canonicus diſtributiones percipiat.*

14 *Canonici dātes diſtributiones abſentibus ceſſante conſuetudine an teneantur ad reſtitutionem.*

## De clericis non reſidentibus. Cap. XV.

QVia Prælati ſicut Apoſtolus præcipit
1 in omnibus laborare debent † &
miniſterium ſuum implere, implere
autem illud nequaquam poſſunt, ſi
greges, ſibi commiſſos mercenariorum more
deſerunt, atque ouium ſuarum, quarum ſanguis
de eorum eſt manibus a ſupremo iudice requi
rendus cuſtodiæ minime incumbunt. Cum cer
tiſſimum ſit non admittere paſtoris excuſatio-
nem, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit,
Ideo illis maxime reſidentia neceſſaria eſt, de
qua loquitur Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 1, de re-
form. de qua more noſtro ſolito præter ea, quę
diximus lib. 2. c. 97. a nu. 57. vſq; ad nu. 62. in no-
ſtris Deciſionib. per Deciſiones hanc materiā
explicabo quarum

Prima. Epiſcopus non vagetur, non enim in
2 villis, † ſed in ciuitate morari debet: Nec in
hoc valet conſuetudo. vt 23 q. 4. ſicut. verſ. ipſe
vero. quæ daret licentiam vagandi, nec eam
poſſet dare prælatus. nam vagari ſonat in vi-
tium, ideo talis conſuetudo, vel licentia eſſet
contra bonos mores, & vtilitatem eccleſia-
rum. cap. 1. de conſuet. not. Inno. in c. ex tuæ. de
cler. non reſid vbi dicunt Doct. ꝙ ſolum deli-
ctum vagationis eſt ſufficiens ad priuandum
quem-

quempiam ſuo beneficio, etiam ſi beneficiatus
ex natura beneficij non teneretur ad reſiden-
tiam perſonalem, ad hoc.c.non oportet. cum
ſeq.7.q. 1. Quare ceſſent à vagatione perſonæ
eccleſiaſticæ, quæ periculoſa eſt, præſertim mo
nialibus.c.vt periculoſa.de ſtatu monach. in 6.
& religioſis de off.ord.c.quanto.c. cum ſingu-
la.de præb.in 6.Clem. ne in agro. §. quia vero.
de ſtatu monac.

3 Secunda † Clericus de iure communi non
poteſt habere duo beneficia titulata, quorum
vnum ſufficiens ſit ad ſui ſtatus ſuſtentationẽ,
pluralitas enim inimica eſt canonibus. extr.de
præb.c.quia in tantum. & de ea tractatur in iu
re in pluribus locis.in c.ſanctorum. diſt. 79. &
21.q.1.c.clericus.vbi Arch.c.dudum. vbi Inno.
de elect.Idem in c.iamdudum.de præb.Guil.&
Mod.in Clem.gratiæ de reſcrip.De Epiſcopa-
tibus & ſuperioribus clarè patet. de elect. cap.
cum in cunctis.de tranſl.præl.per totum.De di
gnitatibus,& inferioribus prælaturis.in cap.de
multa.de præb.in Clem.1.de offic.vic.De regu
laribus.de præb.c.cum ſingula.in 6.in Clem,1.
de ſuppl.neglig. præl. De ſæcularibus ſimplici-
bus in vna eademque perſona, patet: quia non
poteſt quis habere duos titulos vniformes, &
difformes in eadem eccleſia.c. literas. de con-
ceſ.præb.c.1.de conſuet.in 6. Clem.fi.de præb.
Et de aliis beneficiis ſimplicibus conſtat, quia
propter officium datur beneficium.c.1.de con-
ſuet.c.fi.de reſcrip.in 6.inde quilibet titulus re-
quirit reſidentiam perſonalem.de celebr. miſſ.
cap.1.cap.quia nonnulli.Impoſſibile autem eſt
quem reſidere in pluribus locis, textus ſunt
expreſsè loquentes.in d.cap.ſanctorum. Quare
ſingula beneficia ſunt ſingulis committenda
perſonis.c.cum ſingula.de præb.in 6. Cum vix
ſufficiat vnus vni bene deſeruire.d.c.quia non-
4 nulli.Idem reperitur † in honoribus, & mili-
tiis ſecularibus: Duos enim honores ſimul qs
habere non poteſt.C.de aſſeſ.l. fi. l. quiſquis. ff.
de poſtul. Præſertim vbi per actum vnius im-
peditur exercitium alterius. facit quod not. in
l.à decurionatu.ff.de vac.mune. Nec duo offi-
cia.Quod ſi acceptat, caret acceptato, & pri-
uatur ſalario primi, caſus eſt ſingul. in l.quiſ-
quis.C.de comiti.lib.12. vbi Bar. Nec quis po-
teſt eſſe in duobus collegiis ſimul ſociatis. ff.
de coll.illic.l.1.§.vlt.An autem valeat conſue-
tudo. vt quis poſſit tenere plura beneficia, vel
valeat diſpenſatio, & in qubus caſibus poſſit
quis illa plura retinere, diximus lib.2. in noſtris
Deciſionib.c.97.a nu.21.vſque 33.

Tertia. Clericus tenetur ad reſidentiam,
5 † quamuis tenue habeat beneficium, & non
reſidens ſine cauſa peccat mortaliter. vt dixi-
mus lib.2.c.97.nu.56.quia aut erat a principio
tenue, & ſibi eſt imputandum: quia permiſit ſe
in tali beneficio intitulari, ſed ſi exiguitas ſu-
peruenerit poſt collationem, poterit aliud
beneficium ſimplex retinere. iux. not. in cap.
eam te. de æta. & qualit.in cap.dudum. & cap.
2.de elect.

Quarta. Clericus adeo tenetur facere reſi-
6 dentiam, ſi habet beneficium curatum, † vt
nulla conſuetudo excuſare poſſit non reſiden-
tem.Igitur primus caſus, vbi conſuetudo non
excuſat, non reſidentem, eſt in beneficiis cura-
tis, ita ꝙ curatus propria autoritate non poteſt
in ſua cura ad longum tempus alium ſubſtitue-
re, quia in curatis per alium deſeruire eſſet pe-
riculoſum animabus parochianorum, & talis
conſuetudo eſſet oneroſa eccleſiis, & ideo ex-
tirpanda.c.1.de conſuet. Item videtur eſſe ele-
cta induſtria perſonæ, & ideo per alium expli-
cari non poteſt.vt ff.de adminiſt. rer. ad ciuit.
pertin.l.2.§.quod quis.Probatur per tex.ſecun-
dum vnam caſus poſitionem. in cap. clericòs.
de offic.vicar.Item Prælati, ſiue perſonæ eccle
ſiaſticæ debent eſſe ſacerdotes.cap.cum in cũ-
ctis.§.inferiora.de electio. & continue debent
reſidere.extra de cler.non reſid.c.relatum.Vn-
de ſub præcepto eis ponitur.c.plurimos.diſtin.
82. Et de Moyſe dicitur, quòd indeſinenter
erat in tabernaculo Domini.c.ſi quis vult.diſt.
36.Quare indubitanter concludendum eſt, in
curatis dignitatibus non valere conſuetudinẽ,
vt quis per alium poſſit deſeruire, vt etiam cõ-
cludit Arch.in c. ſacerdotibus. diſt. 31. Verum
7 in beneficiis ſimplicibus † valet conſuetudo, vt
quis poſſit ſe abſentare ex iuſtis cauſis, & ra-
tionabilibus, de quibus infra. Ita Panor. in c.
extirpandæ. §. qui vero. de præben. Secundus
caſus eſt, quando quis eſt abſens ex iuſta cau-
ſa: quia tunc videtur, quòd non valet conſuetu-
do, vt quis non faciat reſidentiam, niſi deſer-
uiat per vicarium.ſecundum Ioan. de Lign. &
Imo. in d.c cum omnes. Tertius caſus eſt, in
diſtributionibus quotidianis. per cap. 1. & ibi
glo.in verb.probantes.& in cap.receperint. de
cler.non reſiden.in 6.Quartus eſt in beneficijs
curatis Regularium etiam manualibus & ſine
cura.vt dicit tex in Clem.ne in agro.§.ſane.de
ſtatu monach. niſi diſpenſaretur cauſa ſtudij.
vt ibi dicitur.ita Felin.in dict.capitu. cum om-
nes.nume.34.

Quinto. Clericus, qui iuſtam habet cauſam
8 non reſidendi, † an poſſit percipere diſtribu-
tiones quotidianas, reſpondeo, quòd diſtribu-
tionum tria ſunt genera. ſecundum Henr. in c.
cum omnes.nu.18. de conſtit.quia in quibuſdã
eccleſijs non ſunt præbendæ diſtinctæ, ſed ſunt
omnia communia, & ſingulis diebus dantur
ſingulo canonico præſenti, ſiue interſit diuinis
ſiue



ſiue non, pro victu tot libræ panis, & vini, &c.
& ſic de aliis, & tales diſtributiones ſunt po-
tius præbendæ, quàm diſtributiones. bonus
tex.in extrauag.Ioan.22.cum nonnullæ.aliàs ta
libus eccleſiis eſſent Canonici ſine præbẽda,
quod eſſe non debet.1.q.3. cap. ſi quis oberit.
de præben.cap.relatum. In aliis vero eccleſiis
præbendæ ſunt diſtinctæ, & præter præbendas
ſunt diſtributiones quotidianæ quæ dantur ẽt
illis, qui non interſunt diuinis, modo ſint præ-
ſentes ſicut eſt de pane in eccleſia Pariſienſi, &
de talibus intelligitur in c.olim.de re iu.ſecun-
dum glo.in cap. vnic. in verb. quotidianæ. de
cler.non reſid.in 6.Aliæ vero ſunt diſtributio-
nes, quæ dantur ſolum illis, qui interſunt horis
diuinis.Et iſtæ ſunt veræ & quotidianæ diſtri-
butiones, quæ dare non debent niſi intereſſen-
tibus diuinis. Hinc ſi quis ex priuilegio habe-
9 ret, quòd poſſet † percipere diſtributiones, ac
ſi præſens, & reſidens eſſet, non poſſet percipe
re illas.per tex.in d.c.vnic.verb.affuerint, quod
verbum requirit intereſſentiam.Hinc male di-
xit Hoſtien.in c.ad deliberandum. de iudic. &
glo.in c.cum dilectus.de cler.non reſid.quòd ſi
priuilegium dicat quem poſſe integre percipe
re fructus beneficiorum, ac ſi eſſent præſentes,
& reſidentes, quod ex quo cenſentur reſiden-
tes, debent habere diſtributiones: quia licet ha
beantur pro reſidentibus, non tamen pro in-
tereſſentibus in diuinis.ſecundum Io.Andr. in
d.c.ad deliberandum.& Fran.in d.c.vnic.quòd
priuilegium non redditur inutile, cum perci-
piat in eccleſia fructus, quos alias non percipe-
ret. Et hæc intellige tam de diſtributionibus
quotidianis, quæ quotidie diſtribuuntur his
dumtaxat, qui interſunt diuinis officiis. vt in
Clem.vt hi qui, de ætate, & qual. Nomine au-
tem horarum veniunt dumtaxat ſeptem ho-
ræ.c.1.de celeb. miſſ. An vero appellatione di-
ſtributionum comprehendantur anniuerſaria
defunctorum, dic, ꝙ ſic, ex paritate rationis. d.
10 c.vnico, Sed an infirmitas † & corporalis ne-
ceſſitas, vt quia ſumpſit medicinã, vel fuit ſan-
guine minutus, vel quia detinebatur, item ab-
ſentia pro vtilitate eccleſiæ excuſet a celebra-
tione diuinorũ. Dic, ꝙ infirmitas, & corpora-
lis neceſſitas ſic. cap. ſignificatum. de præben.
Ita quòd habebit diſtributiones quotidianas.
Inno,& Hoſt.in c 1.de cler.ægrot.& Io.Andr.
in d.c.vni.Qui addit verbum notabile, ſcilicet
debere intelligi de eo, qui deſeruiret, ſi infirmi
tas non impediret, ſed vtilitas ita eum excuſa-
bit, ſi eſſet conſuetudo, quòd pro vtilitate ec-
cleſiæ ſuæ quis poſſit percipere quotidianas di
ſtributiones.ita Archid.Gemin. & Franc. in d.
cap. vnic. vbi dicit Archid. quòd ſi Epiſcopus
præcipiat alicui Canonico, vt pro euidenti
neceſſitate vadat ad curiam Romanam, ſi ta-
lis eo tempore ſumat legationem, ꝙ talibus
fraudari non debet diſtributionibus. Quando
conſuetudo talis eſt, quòd in abſentia Canoni
ci percipiant diſtributiones: quo etiam caſu ſe-
cundum Archid.& Ioan. Andr. ibi canonicus
11 de foris veniẽs per aliquos † paucos dies pu-
ta tres, faciens moram in domo ſua, licet diui-
nis non interſit, diſtributiones percipit: nam
talis conſuetudo videtur eſſe rationabilis, quæ
ꝓpter labores itineris dat ſibi illos duos dies,
vt aliqualiter quieſcat. Nam etiam vbi quis
debet continuato tempore gerere actum, dan
tur ſibi aliqui dies ad quieſcendum.not.in cap.
quamuis.de offic.ord.in 6.& nihilominus dici-
tur continuare actum. Item nota.ſecundum
Ioan.And.quòd vtilitas debet eſſe euidens, &
manifeſta.cap.2.de verb.ſignif. Vnde non ſuffi-
ceret occulta vtilitas eccleſiæ, & eſt contra
multos, qui ſimulant ſe ire, vel mitti pro nego-
ciis eccleſiæ, vt interim diſtributiones perci-
piant; Vel dicunt, ꝙ cauſa occulta eſt, ardua,
& non reuelanda.Item intelligendum eſt hoc
de vtilitate eccleſiæ ipſius in ſpecie, de cuius di
ſtributionibus quæritur. Quod ſatis probatur
in cap.de cætero.de præben.Item forte, quan-
do nullum ſibi foret aſſignatum ſalarium ab
eccleſia, quæ cauſa eſt ſuæ abſentiæ, quia cum
nemo teneatur ſuis ſtipendiis militare. cap. cũ
officij. de præſcrip. & nec debeat ſuum officiũ
ſibi eſſe damnoſum, l.cum quidam.C.de admi-
niſtr.tut.cap.cum non deceat.de elect. in 6. tũc
percipiet diſtributiones, alias ſecus, ſi diſtribu-
tiones quas perderet propter abſentiam ab ec-
cleſia ex ſalario ſibi dato ad proſequendam
vtilitatem eccleſiæ percipiat. An vero valeat
12 † conſuetudo eccleſiæ, ꝙ qui eſt in vna hora,
habeat diſtributiones pro omnibus horis.Hẽr.
in cap cum nonnulli. de cler. non reſiden. in-
quit, quod non, tanquam non rationabilis, &
eccleſiis oneroſa, tendit enim ad diminutionẽ
cultus diuini, ad hoc cap ex parte. de conſtit.
cap.1.de conſuet.in cuius fauorem fuerunt di-
ſtributiones introductæ quotidianæ, vt benefi-
ciati facilius conuenirẽt ad diuina.arg.Clemẽ.
ſi dominus.in fi.de reliq.& vener. Sanct. Item
quia denarius diuinus non debetur niſi integrè
tota die operanti. d. cap. quia nonnulli. Item
daret materiam vagandi aliis horis, & ſic pec-
candi, ad hoc cap.ex parte.de conſue.Quare ſi
conſuetudo eſſet apud Canonicos, ꝙ qui erit
in matutinis lucretur diſtributiones omnium
horarum, talis conſuetudo, vt irrationabilis nõ
eſſet ſeruanda, vt per Henricum. Rurſum an
13 omnis vtilitas † eccleſiæ ſtante conſuetudine
ſit ſufficiens, vt Canonicus, vel in eccleſia be-
neficiatus percipiat diſtributiones, dic, quòd
ſic,

ſic quando ille, qui non fuiſſet abſens interfuiſ-
ſet horis canonicis: quia tali caſu ſeruire intel-
ligitur. arg. ff. de ſtatu lib. l. 1. §. Stichus. & ita in-
telligitur tex. in c. vnic. eo. tit. in 6. Aliàs ſecus,
quando ſi negociũ vtilitatis eccleſiæ non fuiſ-
ſet commiſſum, ille non interfuiſſet horis diui.
nis. ita Ioan. Monac. in c. cum non deceat. de
elect. in 6. & ratio eſt: quia tali caſu abſentia
non præſtitit cauſam. facit tex. in l. 2. ff. ſi quis
14 caut. Præterea q d ſi Canonici ceſſante † con-
ſuetudine dederunt diſtributiones illis, qui ab-
ſunt propter vtilitatem eccleſiæ, an teneantur
ad reſtitutionem. Francus in d. c. vnic. §. qui ve
ro, diſtinguit, quòd ſi diſtributiones propter
non intereſſentiam accreſcunt aliis concano-
nicis, tunc tanquam bona eis acquiſita poſſunt
abſentibus donare. gl. in verb. ſuſpenſus. in Cle-
men. 2. de vita, & honeſt. cle. ſecus autem, ſi ap-
plicarentur eccleſiæ: quia tunc nullo modo
poſſent.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba, quibus fit tranſubſtantiatio mul-
tis ex cauſis debent dici ſecreta.*
2 *Presbytero non licet cum baculo, vel vir-
ga Epiſcopali ſolenniter celebrare.*
3 *Baculus, & mitra quid ſignificent.*
4 *Benedictio ſolennis non eſt danda a preſ-
bytero.*
5 *Maior non debet benedici à minore. fallit.*
6 *Iube donne quare ſic à principio dicatur.
Deinde tu autem Domine.*
7 *Clericus non excuſatur à recitatione offi
cij ob tenuitatem beneficij.*
8 *Exiſtens in mortali, tribus modis commu-
nicare poteſt.*
9 *Presbyter, qui eſt in peccato mort. eſt ſu-
ſpenſus, quo ad ſe tantum. Et de triplici
ſuſpenſione.*
10 *Membri debilitas, & deformitas prohi-
bet celebrationem,*

## De celebratione Miſſarum. Cap. XVI.

SOlent etiam perſonæ in ſacris de-
linquere in celebratione miſſa-
rum. ideo præter ea, quæ diximus
lib. 2. c. 39. & c. 50. & lib. 3. cap. 5.
num. 156. cum ſeq. hæ Deciſiones
poſſunt addi, quarum

1 Prima. Abſtinere † debet ſacerdos oratio-
nes dicere alta voce, quæ communiter alta vo
ce appellantur, licet canon miſſæ propriè ſu-
matur pro verbis ſolum, quibus fit tranſubſtan
tiatio. cap. cum Marthæ. de celebratio. miſſar.
illa enim debent dici ſecreto, propter ſex ra-
tiones quæ ibi à Doctoribus aſſignantur: pri-
ma, quia Deus cordis, non vocis clamorem at-
tendit. Secunda, ne ſacerdos longo clamore
deficiat. Tertia, ne impediatur populus ora-
re. Quarta, ne verba tanti miſterij quotidia-
no vſu vileſcant. Quinta, quia hoc ad ſolum
pertinet ſacerdotem. Sexta, ne verba Canonis
ſæpius audita diſcantur a laicis, & locis incon-
gruis reiterentur.

2 Secunda. Nulli presbytero † licet cum ba-
culo, vel virga epiſcopali introire ad miſſarũ
ſolẽnia celebranda. de conſ. diſt. 1. c. nullus, niſi
Epiſcopo 45. diſt. c. diſciplina. Vbi nota, quòd
Epiſcopus accedens ad altare, deponit mitrã
cum baculo: quia tunc offert cauſam Populi
Deo, ideo inſignia altitudinis, & commenda-
tionis deponit, vt humilitatem oſtendat in cõ-
ſpectu altiſſimi, ſed cum conuertit ſe ad popu-
lum, reaſſumit, quia cauſam Dei apud popu-
3 lum minus allegat. Et nota, quòd baculus † pa
ſtoralis cuſtodiam ſignificat, ſed mitra, quæ ha
bet duo cornua, ſignificat, ꝙ Epiſcopus debet
eſſe munitus ſacra ſcriptura, quæ continet duo
teſtamenta. Arch. in d. c. diſciplina. Romanus
tamen Pontifex non vtitur baculo paſtorali,
tum propter hiſtoriam, tum propter miſticam
rationem, ad deſignandum quia per baculum
ſignificatur coerctio, ſiue caſtigatio, ideo alij
Pontifices recipiunt a ſuis ſuperioribus bacu-
los, quia ab homine poteſtatem recipiunt, ſed
Rom. Pont. cum poteſtatem a ſolo Deo reci-
piat, non vtitur baculo. vide tex. iunct. glo. in
c. 1. verb. proptes hiſtoriam, & verb. miſticam.
de ſacra. vnct.

Tertia. Non licet presbytero ſolennem be-
4 nedictionem, dicendo, ſit † nomen Domini
benedictum dare populo, ſoli enim Epiſcopo
de iure competit. ſic benedicere. 26. q. 6. c. mini
ſtrare. no. per glo. in c. cum ad celebrandas. de
conſe. diſt. 1. Immo nec priuatam poteſt preſ-
byter ſuper populum facere præſente Epiſco-
po. c. denique. 21. diſt. glo. in c. ecce. diſt. 95. vbi
dicitur quòd ſacerdos quando cantat miſſam
Epiſcopo præſente, debet dicere illi, vt ipſe be
nedicat, & ſi vult Epiſcopus benedicere, non
benedicat presbyter. d. c. cum ad celebrandas.
verum eadem gloſſa, in fine, reſidet in hac opi-
nione, quòd eo ipſo quod permittit ei miſſam
celebrare, per conſequens videtur omnia per-
mittere, quæ ſine miſſa eſſe non poſſunt, vt ex-
tra. de offic. deleg. cap. præterea. Et non obſtat
illud



5 illud, quod maior benedicitur à † minore: quia
reſpondetur, quòd licet ſacerdos ſit minor Epi
ſcopo, tamen ex voluntaria illius ſubiectione,
ſiue ſubmiſſione, quia in benedictione ſuſci-
pienda iſti ſe ſubmittit, maior videtur in hoc
actu benedictionis: quod tamen fallit in Papa
quia & ſi Papa nihil plus ordinis habeat, quam
ſimplex Epiſcopus, tamen non poteſt ſimplex
Epiſcopus illũ benedicere, cum ſingulari præ-
rogatiua gaudeat, & à ſolo Deo benedictio-
nem expectet. 9. q. 3. c. aliorum. verum poteſt
Epiſcopus benedicere Archiepiſcopum, & Sa-
cerdos Abbatem, cum eiuſdem ordinis ſint,
quamuis ſola adminiſtratione maiores. Arch.
in cap. denique. diſt. 21.

Quarta Duplex ratio a Doctoribus aſſigna
tur, quare in petenda benedictione dicatur di-
6 minutiuè, Iube donne † benedicere, & in fine
perfecte. Tu autem Domine, &c. Prima, quia a
principio ab homine poſtulatur benedictio,
cuius opera imperfecta ſũt. C. de vet. iur. enucl.
l. 2. §. Sed quia diuinæ. Sed in fine à Deo, cuius
opera perfecta. Et ideo integro vocabulo vti-
mur. Secunda, quia ſolus Deus verè eſt Do-
minus: Hinc eſt, quòd presbyter, ſiue Epiſco-
pus non à ſe benedictionem largitur, ſed
deuotè a Deo poſtulat illam dari. Dicens Be-
nedictionem perpetuam tribuat vobis Domi-
nus, &c. In fine autem dicit. Tu autem Domi-
ne, &c. quia tunc ſermonem ad eum dirigit,
qui vere eſt Dominus. Et nota ꝙ quæritur be-
nedictio primo ab homine, ſecundo a Deo, vt
ſcias, illud quod homo minus bene facit Deũ
ſupplere. Vnde ad ipſum vltimo recurritur tan
quam ad vltimum refugium. vt dicit Hoſtien.
in ſumma de off. Archipresby. nu. 5. Archid. &
Turrecr. in d. cap. denique. Item non ſolum in
miſſarum ſolennijs, ſed etiam alibi poteſt ſa-
cerdos benedicere, vnde dicitur num. 6. quòd
Aaron poſt oblatum ſacrificium extendens
manum ad populum, benedixit ei. Et infra. In-
greſſi autem ſunt Moyſes, & Aaron tabernacu-
lum teſtimonij, deinque benedixerunt populo.
Oldr. conſi. 246.

7 Quinta. Clericus non † recitando officium
diuinum, eo quia habet tenue beneficium, pec
cat mortaliter, vt diximus libr. 2. noſtrarum
Deciſio. capitu. 50. nume. 18. Quod idem di-
cendum, ſi Eccleſia a principio fuiſſet opu-
lenta, & nunc facta eſſet tenuis, quamuis in
vtroque caſu debet Epiſcopus, vel per vnio-
nem eccleſiæ, vel alio modo ſubuenire. 10 q.
3. cap. vnio.

8 Sexta. Exiſtens in mortali, tribus modis † cle
ricus communicare poteſt. Aliquando enim
quis ſcit ſe eſſe in mortali, & tunc ſi commu-
nicat, vel celebrat, iterum mortaliter peccat. 1.
Cor. 11. Qui autem indignè manducat, & bi-
bit, iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiu-
dicans corpus Domini. Aliquando communi-
cat credens ſe eſſe in mortali, cum in veritate
non ſit in mortali, & ideo quia mortaliter pec
cat agens contra conſcientiam, cum talis ædi-
ficet ad gebennam. vt in c. litteras. §. porro. de
reſtit. ſpolia. Rom. cap. 14. Omne, quod non eſt
ex fide, peccatum eſt. Aliquando communicat
in mortali, neſciens ſe eſſe in mortali, vt quia
oblitus fuit in confeſsione peccatum mortale.
Et tunc ſi hoc acciderit debita adhibita dili-
gentia ad illa recolenda, iuxta illud Regis
Ezech. Iſa. 38. Recogitabo omnes annos meos
&c. tali caſu ſi remanſit vnum, vel plura mor-
talia, tunc communicando, mortalia dimittun
tur, & ſic debet intelligi glo. de conſecr. diſtin.
2. cap. ante benedictionem, quæ dicit, ꝙ etiam
mortalia dimittuntur, & ſic etiam debet in-
telligi. cap. cum omne. & cap. ſpecies. & capitu.
ſi quotieſcunque. & cap. quotidie. eadem diſt.
ſic etiam dicit Ioan. Capiſtr. in capitu. veſtra.
nume. 11. de cohab. cleric. & mul. An vero ſi
peccata illa mortalia in memoriam venerint,
teneatur confiteri, diximus, quòd ſic, in no-
ſtris Deciſio. lib. 1. cap. 24. num. 22. Aut non be
ne ſe examinauit, ſed ex negligentia ſua non
recolit, & tunc communicando peccat mor-
taliter. 1. Cor. 11. Probet autem ſe ipſum ho-
mo, & cęt. Non tamen omnis negligentia erit
peccatum mortale, ſed illa tãtum, de qua dixi-
mus vbi ſupra. nu. 18. verſ. Quod ſi forte, quia
talis negligentia non excuſatur à Deo, ſed po-
tius damnatur. Deut. 8. Caue ne obliuiſcaris
Domini Dei tui, & negligas mandata eius. &
Matth. 25. Serue male, & piger. & c. ſequitur,
inutilem eiicite in tenebras exteriores.

Septima. Presbyter q peccat mortaliter eſt
9 ſuſpenſus † quo ad ſe tantum. c. quæſitum. de
cohab. cler. & mul. Hoc eſt, quia tenetur abſti-
nere a celebratione, ne communicet in mor-
tali peccato: quia qui indignè manducat, &
bibit, iudicium ſibi manducat, & bibit. non di-
iudicans corpus Domini. 1. Cor. 11. Non tamẽ
eſt neceſſariò euitandus etiam a ſciẽtibus oc-
cultè ſuum peccatum. vt per Doct. in c. quæſi-
tum. Et ſic non eſt ſuſpenſus quo ad alios. Vnde
nota duplicem ſuſpenſionem, ſcilicet quo ad
ſe tantum. Alteram quo ad ſe, & quo ad alios.
32. diſt. cap. nullus & cap. præter hæc. & 81. di-
ſtin. c. ſi qui ſunt. His adde tertiam quia aliquan-
do quis eſt ſuſpenſus quo ad alios, & non quo
ad ſe. vt de cler. peregr. cap. 1. & cap. tuæ. & 98.
diſt. cap. 1. vbi clericus peregrinus non publi-
cè, ſec priuatim ad executionem ſui officij eſt
admittendus, quamuis hodie neque priuatim
id licebit. c. 16. ſeſſ. 23. Conc. Triden. vbi nullus

cler'cus peregrinus ſine commendatitiis ſui
Ordinarij literis ab vllo Epiſcopo ad diuina ce
lebranda, & ſacramenta adminiſtranda ad-
mitti debet.
Octaua Presbyter propter membri debili-
tatem, vel deformitatis ſcandalum, prohibetur
10 † miſſam celebrare, & hoc verum eſt, non ſo-
lum in miſſa, ſed in omni altaris miniſtratio-
ne. c. presbyterum. de cler. ægro. c. pen. de corp.
vit. Et ſic nota duo. Primum, quod nihil eſt fa-
ciendum cum ſcandalo. c. nihil. de præſcr. Secũ-
dum, ꝙ punitur quis ſine culpa ſua, ſed non ſi-
ne cauſa. d. c. presbyterum.

## *SVMMARIVM.*

1 *Officium dicentes ſyncopando, peccant mortaliter, & Syncopa quæ.*
2 *Officium omittentes quatuor peccata cõmittunt.*
3 *Beneficium tenue habens, obligatur ad horas, licet ab initiõ fuerit opulentum.*
4 *Excommunicatus, & non excommunicatus tenentur ad horas, ſed inter vtrunque duplex eſt diſcrimen.*
5 *In officio quatuor genera perſonarum tenentur dicere Domine exaudi orationem meam.*
6 *Depoſitus tenetur ad horas, niſi in caſu.*
7 *Completorium recitans tempore interdicti in quatuor feſtiuitatibus an peccet, & ſit irregularis.*
8 *Indulgentia quæ datur intereſſentibus officio alicuius diei, an illam lucrentur ſi interſunt completorio.*
9 *Et an lucrentur intereſſentes aliquibus horis in die octauæ reſpectu illarum.*
10 *Horas obligatur quis dicere etiam exiſtens in peccato mortali.*
11 *Horas ſi dixerit in morte conſtitutus, aut excommunicatus, an repetere teneatur quando extiterit in gratia.*
12 *Horæ ſiue publicè, ſiue priuatim dicãtur, gradatim ſunt dicendæ, niſi ex cauſa rationabili. nu. ſeq.*
13 *Scholaris occupatus circa ſtudium literarum, an mane dicendo omnes horas, ſit excuſatus.*
14 *Ante completum officium nemini licet egredi de eccleſia niſi ex iuſtis cauſis, & quæ.*
15 *Promouendus ad ſacros ordines debet ſaltem in tribus eſſe ſufficiens, & examinari.*
*Orationes priuatæ non ſunt dicendæ, dum dicuntur publicæ.*
16 *Voces non ſunt a choro ſubtrahendæ, qa non ſunt ſonoræ.*
17 *Beneficiatus in duabus Eccleſiis abſens quale officium dicat.*
18 *Monachus factus prælatus ſæcularis, regat eccleſiam ſecundum officium clericale.*
19 *Beneficiatus, qui aliter dicit officiũ, quàm ſecundum ritum ſui beneficij, vel diœceſis, an excuſetur.*
20 *Familiares Cardinalium, vel Epiſcoporum, an excuſentur recitando horas ſecundum Eccleſiam cathedralem.*
21 *Obligati ad horas an poſſint per alium ſatisfacere.*
22 *Profeſſio inualida an excuſet a recitandis horis.*
23 *Profeſſio ante 16. annum eſt nulla.*
24 *Declaro verbum quod factum eſt, publicat.*
25 *Profeſſus tacitè horas omittendo peccat mortaliter.*
26 *Horæ ſeptem Canonicæ ſunt de iure diuino. At determinatio, & diſtinctio officij de iure poſitiuo.*
27 *Studium maledictum, per quod dimittitur officium diuinum.*
28 *Papa in officio ſine ratione non diſpenſat.*
29 *Epiſcopus an poſſit inducere nouam conſuetudinem in eccleſia quo ad officia recitanda.*
30 *Matutinæ an diuidantur in nocturnum, & Laudes matutinales.*
31 *Circa diuinum officium mos eccleſiæ primitiuæ.*





## De nonnullis Deciſionibus circa Diuinum officium. Cap. XVII.

POſtea conſiderandum eſt de ex-
ceſſibus, qui committi ſolent in
recitãdo diuinum officium, per
multas deciſiones, quarum
Prima. Cum officium diuinũ
debeat dici cum puritate conſcientiæ, & reue-
renter, atque deuotè iux. Clem. 1. de celeb. miſ-
1 ſæ, & non in gutture, vel inter dentes, † aut di
glutiendo, vel ſincopando. iux. tex. in c. dolen-
tes. eod. tit. Hinc fit, quod qui ſincopando, ideſt
aliquam dictionem, vel literam omittendo, ta
lis enim dicitur ſincopa, ideſt figura quæ de
medio tollit. vt not. in c. forus. de verb. ſign. d.
c. dolentes. non ſatisfacit officio, ſi eſt quid no
tabile, & peccat mortaliter. etenim diſtinctè,
& integrè horæ ſunt dicendæ, vt ipſemet qui
dicit, & cæteri audientes officium, valeant ver-
borum percipere ſententiam: nam cum eas
tranſcurrendo dicit, ſenſum verborũ, nec ipſe
legens percipit, nec audientes intelligere per-
mittit. ad hoc 21. diſt. c. cleros. §. Leuitæ. in fi. &
iſti ſincopãti poteſt dici illud Cypriani in lib.
de oratione Domini. Quomodo poſtulas a
Deo te exaudiri cum te ipſum non audias.
2 Secunda. Qui officium omittit † ceſſante
iuxto impedimento quatuor peccata commit
tit, Iniuriam facit proximo, cui pro tempora-
libus per eum datis ad ſuſtentationem clerici
ſpiritualia refundere obligatur, quia propter
officium datur beneficium. c. fi. de reſcri. in 6. c.
cum ſecundum. de præben. Infidelis eſt, neca-
torq; egentium animarum. 13. q. 2. c. qui obla-
tiones. Furtum committit, ſaltem quo ad forũ
animæ, quia oblati ſunt redditus propter ſerui-
tium. Quod ſi non fecerit, contractat rẽ alie-
nam fraudulenter inuito Domino. & ſacrile-
gium, quia fraudat eccleſiam, cui debet ſerui-
tium ſuis orationibus.
Tertia. Diximus in noſtris deciſionibus. cap.
50. lib. 2. nu. 18. quod clericus in minoribus be-
3 neficiatus † habens tenue beneficium, ita vt ex
eo non poſſit ſuſtentari, tenetur ad horas ca-
nonicas, cum inter recipientem, & conferen-
tem beneficium oriatur contractus quidam,
ex quo beneficiatus debeat compelli, ne dum
horas dicere, ſed quęcunq; onera beneficio in-
cumbentia ſubire. ita Flor. in cap. niſi cum pri-
dem. de renunc. tum etiam, quia horæ canoni-
cæ ſunt quædam obligationis ſatisfactiones
contractæ propter beneficium, vel ordinem
ſacrum ſuſceptum. Vnde ſicut ſolutione eius,
quod debetur, tollitur obligatio. Inſtit. quibus
mod. toll. oblig. in princip. ita per ſolutionem,
& lectionem horarum perſoluitur penſum ſer
uitutis noſtræ, ideſt obligationem, per quam
ratione beneficij, vel ordinis Creatori noſtro
obligamur. cap. 1. de celebra. miſſ. modo adde.
Idem ſi eccleſia ab initio fuerit opulenta, &
nunc facta eſſet tenuis, licet in vtroque caſu
debeat epiſcopus, vel per vnionem alterius ec-
cleſiæ, vel alio modo ſubuenire. 10. quæſtio. 3.
cap. vnico.
Quarta. Clericus diaconus, vel presbyter
excommunicatus, vel ſuſpenſus tenetur horas
dicere, ſicut ſi non eſſet excommunicatus, vel
ſuſpenſus vt diximus lib. 2. c. 50. nu. 20. 28. diſt.
c. presbyterum. vbi Arch. In duobus tamen ca
4 ſibus † eſt differentia inter excommunicatum
& non excommunicatum: quia excommuni-
catus debet dicere officium pro ſe, & in mo-
dum priuati ſuffragij, non publicè in eccleſia,
& neq; in ordine ſuo. not Docto. in Cle. graui.
de celeb. miſſ. glo. & Hoſt. in c. illud. de cler. ex-
com. Secundo non debet dicere, Dominus vo
biſcum: quia hoc dicere ſpectat ad dignitatem
ordinis, qua dignitate per excommunicatio-
nem, vel ſuſpenſionem ſe indignũ facit, & de-
ſinit eſſe mediatum inter Deum, & homines,
ſed debet dicere Domine exaudi orationem
5 meam, ſicut laicus, & † monialis. Henr. in 2. c.
de cler. excom. Imol. in Clem. vnic. de celebr.
miſſ. quę licet poſſit cantando dicere officium,
non tamen poteſt dicere Dominus vobiſcum,
nec euangelium in miſſa, nec miniſtrare alta-
ri, licet ſit diaconiſſa. de cohab. cler. c. 1. in fin.
quamuis in matutinis legat homiliam. ita Do.
Ant. in c. 1. num. 10. Sic etiam clericus, quando
dicit horas ſolus, inquit Henricus, ꝙ non debet
dicere Dominus vobiſcum. arg. c. hoc quoque.
de conſecr. diſt. 1. nam hæc dictio, vobiſcum,
denotat pluralitatem perſonarum. Deo dicat,
6 Domine exaudi. Idem de depoſito † ab ordi-
ne tenetur enim horas dicere, cum ratione or
dinis ad hanc ſeruitutem ſit obligatus, a qua
propter delictum ſuum non debet eſſe immu-
nis. 16. q. 1. c. legi. de iudiciis. c. intelleximus nã
pœna non habet immunitatem. ff. de interd. &
releg. l. relegatorum. Quod ſecus eſt in clerico
in minoribus depoſito ab officio, quia cum ra
tione beneficij tenebatur ad horas, ex quo am
plius non habet, nec percipit fructus, ceſſat ob-
ligatio. arg. tex. in cap. cum ceſſante. de appel. l.
Imperatores ff. de publ. & vectig. l. 1. C. de fi-
deiuſſ. Henric. in d. c. 2.
Quinta. Completorium licet ſecundũ gloſ-
ſam non comprehendatur ſub veſperis feſti.
glo. in cap. alma mater. § in feſtiuitatibus. de
ſenten. excommu. in 6. not. 92. diſt. c. fi. cum of-
ficium incipiat à feſtis vigiliæ. Cle. 1. de reliq.

& vener. Sanct. & conſequenter in veſperis fe-
ſti finiatur, tamen quia gratia eſt amplianda,
7 hinc fit, ꝙ qui diceret † completorium tempo
re interdicti in quatuor feſtiuitatibus poſitis in
d. §. in feſtiuitatibus. non peccat, & non effici-
tur irregularis. ita Arch. in §. in feſtiuitatibus,
& ita ſe habet communis obſeruantia ſecundũ
Gemi in d. §. obſeruat enim eccleſia, vt cõple-
torium diei feſti attribuatur ſemper illi diei,
cum in die feſto duplicetur, licet dies ſequens
non habeat feſtum, vnde cum attribuatur illi
diei, poterit totum officium quod dicitur pro-
pter illud feſtum celebrari, & per conſequens
completorium quod reſpectu officij illi diei
8 computatur. Pariter quando datur † indulgen
tia in aliquo feſto Sancti, vt qui officio diuino
interſint acquirant certas indulgentias; vt in fe
ſto Corporis Chriſti. Clem. 1. de reliq. & vene.
Sanctor. licet ſecundum computationem Ca-
nonicam a veſpertino tẽpore incipiat ſequens
dies. arg. 75. diſt. c. ꝙ a patrib. tamen his, qui in-
terſunt completorio, dantur indulgentiæ. gl. in
d. Clem. 1. & ratio eſt: quia gratia eſt amplian-
da. cap. quamuis. de præb. in 6. An vero qui in-
9 tereſt † aliquibus horis infra dies octauæ, cor-
poris Chriſti, ſi non omnibus intereſt, habeat
indulgentiam reſpectu illarum, quibus inter-
fuit. dicit gloſ. in d. ca. Clemen. quod non, quia
litera ponderanda eſt, quæ dum loquitur de
diebus octauæ, loquitur copulatiuè, ſecus, quã-
do loquitur de feſto, ſeu de die feſti, & ideo de
die feſti, pro ſingulis horis, quibus intererit,
etiam ſi non interſit omnibus, habebit indul-
gentias, in aliis autem diebus nihil participat
de indulgentiis, niſi interſit omnibus horis, &
officiis.

Sexta, obligatus ad horas dicendas, tenetur
10 illas dicere, etiam ſi exiſtat in peccato † mor-
tali, & hoc contra quoſdam Iuriſtas, dicentes
contrarium, adducentes tex. in c. 1. in ver. in pu
ritate. & in Cle. 1. de celeb. miſſ. & ratio eſt: qa
præcepta Dei non obligant, vt perficiantur in
charitate. Non enim peccat, nec a Deo puni-
tur, qui debitum honorem impendit parentib.
quamuis non habeat habitum pietatis, ergo
multo minus eccleſia obligat quemquam, vt
illud impleat in charitate, ſiue in gratia exiſtẽs.
Rurſum quia nemo debet reportare commo-
dum ex malitia ſua. Vnde ſi exiſtens in pecca-
to mortali, releuaretur ad dicendas horas, re-
portaret commodum. Hinc fit, ꝙ clericus be-
neficiatus etiam excommunicatus, ſuſpenſus,
vel depoſitus, tenetur dicere horas ſuas. glo. fi.
28. diſt. c. presbyterum. & ibi Arch. Doct. in c.
2. de ſent. excom. c. 2. & c. illud. bonus tex. in c.
ſicut dignum. §. fi. de homic. Item infertur, ꝙ
clericus obligatus ad dicendas horas, ſi dixe-
11 rit illas in peccato mortali, aut † in excommu
nicatione exiſtens, dum tamen integrè ſtudio-
se, & deuotè dixerit, non tenetur repetere, qñ
ad ſtatum gratiæ fuerit reuerſus: Pater, quia
cum adimpleuerit præceptum eccleſiæ ſic di-
cendo, non obligatur amplius dicere, ſi tamen
vult, ꝙ illę horę ſint ſibi meritoriæ tenetur re-
dicere, & ſic tenetur neceſſitate conditionali,
ſcilicet, ſi vult, quòd ſibi proſint ad vitam æter
nam, & ita intelligi debet tex. in d. c. 1. de ce-
lebr. miſſ. ſecundum quòd officium debet per-
ſolui cum puritate cõſcientię vt ſit meritoriũ,
& ita etiam intelligitur illud Pſalm. Quare tu
enarras iuſtitias meas. Et hæc nota contra con
cubinarios, fures, prædones, & ſimiles: verum
licet illud diurnum officium non ſit merito-
rium, valet tamen ad illuſtrationem mentis,
& ad multa, ſicut & alia bona pœnitentialia ſi
ageret. c. quod quidam. extr. de pœn. & remiſſ.
Imola in d. Clem. 1. Turrecr. in cap. cantantes.
diſtinct 92.

Septima Quod officium ſit dicendum ho-
ris debitis, & competentibus non reciprocè
12 † ſed gradatim: ſecundum Hoſt. in c. 1. de ce-
lebr. miſſ. & procedit non ſolum cum publicè
dicuntur horæ in eccleſia, ſed etiam ſi clericus
dicat in priuato. per d. c. 1. dum dicit ita, vt ho-
ris competentibus. Vnde glo. ibi conſuluit cle-
ricis pauperibus ne ſuperuenientibus occupa-
tionibus aliquam horam dimittant, vt dicant
omnes horas, ſi illis eſt pro vita laborandum.
Quod obſeruant Papa, Cardinales, & alij Põ-
tifices, pro parte maiori dicendo mane offi-
cium vſque ad ſextam, & nonam incluſiuè, qa
his expletis habent multa expedire, ratione
officij, & iſtud conſilium poteſt ſeruari, cũ cle-
ricus ex cauſa legitima, ſeu neceſſaria timet oc
cupationem, quo caſu poſſet dicere veſperas
mane. per illum tex. in princ. vbi Doct. & per
Moder. in d. Clem. 1. & ratio eſt, quia regula-
riter in omni lege, vel ſtatuto cauſa rationabi
lis, & legitima eſt excepta. cap. ſi quando. de re
ſcrip. c. ex parte 1. de offic. delega. Sic ſcholaris
occupatus circa ſtudium literarum poteſt ma-
13 ne † ſimiliter omnes horas perſoluere, vt vtrũ-
que poſſit Deo reddere, & debitas laudes, &
honeſta opera ſtudij ne vnum per aliud impe-
diatur. Quod intellige, quando valde eſſet oc-
cupatus circa ſtudiũ, vt quię oporteret legere,
vel alios docere: tunc tale ſtudium excuſaret,
& eſſet iuſta cauſa pręueniendi tempus. ad hoc
cap. ſuper ſpecula. de magiſt cap. cum ex eo. de
elect. in 6. Pariter iuſta cauſa eſſet, ſi immine-
ret commune periculum puta timor hoſtium,
per ea, quæ leguntur & not. in c. bonæ. de elec.
vel alia iuſta cauſa interueniret, vt celebra-
tio ordinum, ſynodi, aut proceſſionum. Aliàs





ceſſante iuſta cauſa, non eſſet licitum præueni-
re tempus. vt not. Doct. in d. c. 1. de celebr. miſſ.
ſicut obligatus ſoluere certo tempore ſtatuto
in fauorem creditoris, puta Dei, vt in caſu no-
ſtro, non poteſt ſoluere ante tempus. ff. de leg.
1. l. ſi ita relictum. §. Peſagus. de verb. oblig. l. ſti-
pulatio iſta habere. §. inter certam. Pariter iu-
ſta cauſa operatur, vt officium, quod in eccle-
ſia perſoluendum eſt in communi. de celebra.
miſſ. c. cum creatura. poſſit dici extra eam in
domibus, vel alibi. cap. ex parte. 2. c. ad audien-
tiam. de cler. non reſid. cap. fi. diſt. 92. Sic quam-
uis non liceat celebrare miſſam, niſi in locis
conſecratis, tamen ex iuſta cauſa poteſt miſſa
cantari in loco non conſecrato de licentia
Epiſcopi. cap. miſſarum. de conſe. diſt. 1. modo
ſecundum Arch. locus ille habeat altare via-
ticum conſecratum.

14 Octaua. Nemini licet egredi de choro † an-
te completum officium. Clem. 1. de celeb. miſſ.
nam & laici ex præcepto eccleſiæ maxime in
diebus dominicis debent finem miſſæ expecta
re de conſecr. diſtin. 1. c. miſſas. & cap. ſeq. quia
nihil videtur actũ cum ſupereſt aliquid agen-
dum. l. fi. C. de his, quibus, vt indig. Et Deus im-
perfectum opus non nouit. cap. maiores. § ſed
adhuc. de baptiſ. Aliter enim non dicitur cleri-
cus debitum, & penſum ſuæ ſeruitutis perſol-
uiſſe, ſi ante finem officij recedat. capitu. 1. de
celeb. miſſ. ibi perſoluat, nam iſta dictio per,
iuncto verbo, denotat cõtinuationem, & per-
ſeuerantiam temporis a principio, vſque in fi-
nem. not. per Ardhid. in cap. cum contumacia.
de hæret. in 6. fallit tamen, quando neceſſitate
corporali aliquantulum exiret de eccleſia, vt
quia ſpiritus contemplatione, vel meditatio-
ne vel inedia, & vigiliis eſſet nimium fatiga-
tus, nam tunc poteſt cauſa recreationis eccle-
ſiam exire, ſed cito redeat ad officium, iux. no.
per Inno. in c. dolentes. de celebr. miſſ. not. Do
cto. in Clem. 1. eo. tit. Idem ſi ſuperueniret in-
firmitas, vel alia iuſta occupatio. 7. q. 1. c. illud.
& c. ſeq. vt quia pro euidenti eccleſiæ vtilitate,
vel neceſſitate oportet eum diſcedere. 26. q. 1. c.
vos autem. 13. q. 1. cap. vlt vel ſit alia quæuis iu-
ſta cauſa, & rationabilis. d. Clem. 1. ibi, abſque
iuſta cauſa. ſemper enim iuſta cauſa excipitur.
cap. ex parte. 2. de offi. deleg. Et nomine neceſ-
ſitatis quodlibet iuſtum impedimentum in-
telligitur. de conſecr. diſt. 2. cap. hi qui. diſt. 18. c.
Epiſcopus, aliàs qui ſine dicta iuſta cauſa ante
finitum officium exiret, carebit, ſi clericus eſt,
diſtributionibus quotidianis. ita Stef. & Guil.
in d. Clem. 1. vbi Imola, allegantes capitulum
vnicum. de cler. non reſi. in 6. facit de iudic. c.
1. cum ibi not. Quod intellige, vt non conſe-
quatur diſtributiones illius horæ, licet ſic pro
rata diuinorum officiorum, pro quibus inter-
fuit, à ſimili Francus in d. c. vni. num. 4. vnde in-
quit Zen. in d. Clem. 1. quòd non valet ſtatutũ,
quòd exiſtens, vel intereſſens vni horæ, habeat
integras diſtributiones. An vero ſolo verbo
exeuntis credatur ſuper impedimento? Credo,
quòd ſic: quia agitur de anima, & conſcientia
illius, & de leui præiudicio, quòd verum eſt,
præſertim vbi impedimentum conſiſtit in ſo-
lo animo ipſius; quia forte fatigatus eſt longa
lectione, exit cauſa recreationis ad hoc not. in
c. ſignificaſti. de homic. in cap. vt circa. ad fi. de
elect. in 6. Quod limita, quando parum durat
exitus: quia ſi diu, & ſæpe exire vellet, non eſſet
ei credendum. Vide in noſtris deciſio. cap. 53.
num. 21. lib. 2.

Nona; Horæ dum cantantur, nemo, (qui ad
illas tenetur, legere, vel dicere debet priuatum
officium: nam non ſolum obſequium quo ob-
noxius eſt choro ſubtrahit, ſed alios pſallẽtes
perturbat. Hinc inferuntur multa, & primum,
quòd non excuſatur aliquis, ſi ſubtrahit obſe-
quium, cantando, & officiando cum aliis; quia
neſcit cantum: nam debet addiſcere ipſum, ſi-
cut etiam officium, alioquin culpandus eſt, ſi
ignorat ea, quæ ex officio ſcire tenetur. 1. q. 1.
c. non eſt putanda. 38. diſt. per totum. c. ad au-
res. cum ibi not. de æta. & qual. promouendus
15 † enim debet in tribus ſaltem eſſe ſufficiens, &
examinari ſi bene legat, cantet, & conſtruat.
38. diſt. cap. quæ ipſis. not. in Clemen. 1. de con-
ceſſ. præben. Minor tamen examinatio requiri-
tur in minoribus ordinibus. Turrecr. in c. Epi-
ſcopi. nu. 6. diſt. 24. Quare ſubtrahendo peccat,
& furtum committit, cum vtatur lingua ſua
ad aliud, quam ad quod tenebatur, contra Dei
& eccleſiæ voluntatem cap. 1. de celebra. miſſ.
ibi. publicè compleantur; ad denotandum, ꝙ
ſimul, & ab omnibus debet officium dici: quod
procedit etiam ſi vellet ſuas priuatas dicere
orationes. Vnde Hieronymus. Ingratum eſt ſpi
ritui ſancto quicquid obtuleris neglecto eo,
ad quòd teneris, ideo licet eo tempore, quo in
choro diuinum cantatur officium, poſſis mul-
16 tas priuatim dicere orationes † abſtineas, &
chorum, quantum potes adiuues, bonum com
mune præferendo priuato. cap. licet de regula.
Nam vt dicit Innoc. in cap. dolentes. de celebr.
miſſ. clericus, dum eſt in officiis diuinis, non
debet aliis intendere, niſi circa ea, quæ ibi di-
cuntur, & leguntur. Nec cauſeris, dicendo, ꝙ
vocem ſonoram non habes, quia ex diuerſi-
tate votum reſultat melodia tota, & dulcis re-
præſentatur cantus, ſicut vides in orga-
nis, in quibus ſunt fiſtulæ tenuem, & vali-
diorem ſonum emittẽtes, & totam melodiam
ornantes, & in templo Domini non ſolum

erant vaſa aurea,ſed argentea,& ęrea,ideo vo
ces non ſunt à choro ſubtrahendæ,ſed quilibet
ſecundum gratiam ſibi à Creatore datam fru-
ctum laborum ſuorum cum puritate conſciē-
tiæ, animiq; deuotione debet Deo porrigere.
Clem.1.de celebr.miſſ.Hinc poſſunt etiā mul-
ta inferri, quæ ne tędium generemus, omitti-
mus,remittentes lectorem ad ea, quæ diximus.
lib.2.c.52.nu.21.& 22.Rurſum licet affirmaue-
rimus eo.lib.c.35.nu.10.quòd ſatisfacit præce-
pto audiendi miſſam orationes dicens, ſiue
quæ ſint de præcepto, ſiue non. Tamen quili-
bet deberet ab illis abſtinere,& ſub ſilentio,&
contemplatione eam audire, præſertim ora-
tiones,Epiſtolam,& Euangelium conſideran-
do,quòd Chriſtus eſt qui loquitur, & non ho-
mo,quando euangelium dicitur. Vnde ſi prin-
cipem audires cum magna reuerentia vaca-
res, & non immiſceres aliqua verba, quanto
magis Creatorem tuum vel Apoſtolum lo-
quentem in Epiſtola ſua, vt nuncium Chriſti,
& ſacerdorem orantem,& dimittere oratiun-
culas, quas credere non debes meliores illis,
vel efficatiores illis,quas eccleſia vniuerſalis di
cēdas eſſe decreuit Not Alber.de ferr.in tract.
hor.q.33 Præterea. ſunt valde reprehenſibiles,
qui in eccleſia ita altè orationes ſuas dicunt,
quòd alij ibidem aſſiſtētes.& plerunq; presby-
ter officians perturbatur. An vero dum cele-
bratur maior miſſa,vel Veſperæ cātantur, poſ-
ſit quis organis pulſantibus dicere orationes,
diximus.c.35.nu.12.
17 Decima.Beneficiatus † in duabus eccleſiijs,
vbi ſunt diuerſa officia, ſi abſens eſt ab vtraq;
eccleſia,dicere debet officium illius eccleſiæ,
in qua habet maiorem gradum,& dignitatem,
puta quia in vna eccleſia eſt Decanus, in alia
eſt ſimplex canonicus, quamuis præbenda ſit
pinguior,debet dicere officium illius eccleſiæ,
in qua eſt Decanus.arg. infra. de præben. cap.
quia in tantū.li.6.eo.tit. c. extirpandæ.§.qui ve
ro.Ad hoc not.in c. fi. de poſtu. Sed ſi non ha-
bet maiorem gradum in vna,quàm in alia, vt
quia eſt canonicus in duabus eccleſiiis,& tunc
debet dicere officium dignioris eccleſiæ: quia
maius dignum trahit ad ſe minus dignum.
capitu quod in dubiis. de conſecr. Eccl.vel al-
ta.etiam in officiis diuinis dicendis. 12. diſt.c.
de his.in Clem.dignum.de celebr.miſſ.ſi autē
ambæ eccleſiæ ſunt æqualis dignitatis, tunc po
teſt dicere, quodcunque officium voluerit de
officiis illarum eccleſiarum, ita, quòd eo caſu
locus eſt gratificationi.ff.de relig.& ſumpt.fu-
ne.l.vlt.c.duobus.de reſcrip.in 6. Si eſt præſens
in altera ecclèſiarum,tunc debet ſequi mores,
& ritum illius eccleſiæ in qua reſidet, etiam ſi
in minori beneficio reſideat: quod intellige,
quando talis dicit officium, aut horas in Ec-
cleſia,vna cum alijs clericis eccleſiæ. tūc enim
conſtat, quòd debet ſe aliis conformare. 11.
diſt.c.in his.12.q.2.cap.cognouimus.de priuil.
c.quia circa.Vnde dicit Io.And in d.Clem.di-
18 gnum,quòd monachus † factus prælatus ec-
cleſiæ ſæcularis, reget eam ſecundum officium
clericale,non monachale.Sed vbi talis diceret
horas ſuas per modum ſuffragij priuati, poteſt
ſi velit officium alterius eccleſiæ,in qua nō re-
ſidet,dicere; maxime ſi hoc faciat ſine fraude,
ſecus forte ſi hoc faceret fraudulenter, volens
euitare horas prolixiores eccleſię,& dicere ho
ras alterius eccleſiæ,quæ ſunt breuiores.vt di-
cit Henricus in cap.pernicioſus. de celebratio-
ne miſſarum.
19 Vndecima.Beneficiatus,qui non dicit † offi-
cium ſecundum ritum ſui beneficij vel dięce-
ſis,ſed officium Romanum, non venit excuſan
dus.ita Stef.in Clem. 1.de celeb.miſſ.Flor. in c.
1.eo.tit.& ratio eſt:quia debet ſequi conſuetu-
dinem ſuæ eccleſiæ cathedralis.not.Doct.in d.
Cle.1.& Cle.Dignum.Nam ibi ſpeciale eſt, ꝙ
clerici etiam religioſi, qui ſunt familiares, &
20 domeſtici † Cardinalium, & Epiſcoporum ſe
poſſint in diuinis officiis cum ipſis conforma-
re,ergo in contrarium eſt regula Sed aduerte,
quòd tunc tales Religioſi dicentes officium,
cum Epiſcopis ſunt excuſati, quando cum illis
horas dicerent: Aliàs ſecus, quia tunc cum ceſ-
ſet cauſa,mens,& ratio illius Clem.non vendi-
cat ſibi locum.argum.l. adigere. §. quamuis.de
iure patr.
Duodecima. Qui tenentur ad horas canoni
21 cas,non ſatisfaciunt † illis, ſi per alium faciunt
deſeruire.dicta cle.1.de celebr.miſſ. ibi, fructū
laborum ſuorum,& ratio eſt:quia ſolutio ho-
rarum conſiſtit in labore perſonali, & eius in-
duſtria videtur ad hoc electa arg.c.fi. de offic.
deleg. vnde quamuis ex iuſta cauſa a reſiden-
tia in beneficio quis poſſit excuſari.arg.c.rela-
tum.de elect.faciendo per alium deſeruire, ab
horis tamen dicendis non excuſatur,ſiue ſit be
neficiatus,ſiue in ſacris.Card.in d.Clem.1.Idē
ſentit Inno.in c.1.eo.tit.contra quoſdam, qui
dicebant,quòd non ſunt pares beneficiati, &
in ordinibus conſtituti; nam ordinatum in ſa-
cris,cuius perſona eſt obligata excuſat ab ho-
ris ſola infirmitas corporalis, ſed beneficiati
non ordinati excuſantur etiam per conſuetu-
dinem.vt not.in c.cum omnes.de conſtit.Item
per appellationem, vel ſimilem arduam cau-
ſam,aut per reſidentiā à ſuo beneficio ex cau-
ſa rationabili.argum.d.cap.relatum. Nam di-
cta iura ſecundum Cardin. loquuntur de reſi-
dentia. & non de horis.
Decimatertia. Religioſus, qui officium non





22 recitauit ex eo, quia ſciebat ſe emiſiſſe † pro-
feſſionem inualidam,quia ante 16.annum,non
peccauit mortaliter.Et ratio eſt: quia cum hu-
iuſmodi profeſſio ſit nulla, nullamque pariat
obligationem ad alicuius regulæ, vel religio-
nis, aut ordinis obſeruationem, vel ad alios
quoſcunq; effectus.iux.Conc.Trid.ſeſſ.25.c.15.
per tex.in c.1.17.q.2.c.non ſolum.de regular.in
6.fit,vt præfatus emittens non peccet: cum tan
tum ad illud recitandum ſint aſtricti, vel pro-
feſſi,vel beneficiati,aut in ſacris conſtituti, vt
nos diximus lib.2.c.50.nu. 6. in noſtris deciſio.
23 Quod vero profeſſio † ſit nulla,pondero text.
in d.c.15.ibi,ſit nulla. Quod quidem verbum,
cum ſit præteriti tēporis, ſtatim annullat pro-
feſſionem,ac ſi non fuiſſet facta. facit tex.in c.
a nobis.1.de ſent.excom.vbi per hæc verba ex-
communicatus ſit, profertur excommunica-
tio ipſo iure.capitu.quidam.5.quæſtio. 1. & ibi
Gemin. glo.in c.quicunque.de hæret.in 6.Tum
ét quia adeſt quædam elucidatio Illuſtriſsimo
rum Dominorum Cardinalium in hæc verba.
nu.324.profeſsio a moniali facta ante 16.annū
completum, ab Ordinario debet nulla decla-
24 rari. † vbi pondera verbum illud declarari:
nam tantum quod factum eſt, publicat, &
inſinuat.extr.de appell.c.nouit.c.curæ. 11. q.3.
c.præterea.de teſti. cogen. Gemin. in c. nemo.
11.q.3.& per conſequens oſtendit profeſſionē
nullam,& ita omittentem dicere officium nō
peccare mortaliter. Sed an perſeuerando in
monaſterio poſt profeſsionem inualidam, vi-
deatur illam ratificare? Reſp.ꝙ non: cum rati-
ficatio dictæ moræ cauſetur a fundamento in-
ualido.1.q.1.c.cum Paulus.c fi.de coniu.ſer.La
pus alleg.4.Gemin.in d.c.non ſolum.nu.13.vn-
de ſequitur regula iuris. Non firmatur tractu
temporis,quod ab initio non ſubſiſtit. Eo ma-
gis ſi omiſiſſet recitationem horarum non co
gitando de firmanda, vel non firmanda ꝓfeſ-
ſione,prout ita de facto contingit,quia tali ca
ſu in dubio potius pręſumendum eſt pro liber-
tate,& per conſequens de profeſsione non fir-
manda.Vnde inquit Sylu.in ſimili.in verb. Re-
ligio.2.q.9.& ſequitur Couar.de pact. 1. par.§.
3.nu.12.ꝙ ſi quis vouit ingredi religionem, ſi
non cogitauit de profeſsione,ſed eſt in dubio,
profiteri non tenetur,ſed poteſt redire ad ſæ-
culum.Caiet.22 quæſt 189.art.4. verum ſi reli-
gioſus præfatus poſt profeſsionem indebite
emiſſam ratione ætatis, compleuerit in reli-
gione annum 16.quo completo ſteterit tanto
25 tempore,vt poſsit dici tacitè † profeſſus, tunc
horas canonicas omittendo peccaret morta-
liter: cum taciti, & expreſſi eadem ſit obliga-
tio,ſed expreſſe profeſſus tenetur, ergo & ta-
citè profeſſus.optimus tex. in cap. non ſolum.
de regul.in 6.verbo, vel niſi maior tamen 14.
annis exiſtens profeſſus ſit tacite, vel expreſſe.
Rurſum, hic ceſſat cauſa impediens, defectus
ætatis, ſuperuenit cauſa confirmans nouus,
ſcilicet conſenſus legitimus, ergo firmat id,
quod de iure non ſubſiſtebat. Dinus in reg u.
non firmatur. de regul. iur. in 6. facit etiam
text. de regul. in 6. capitu. 1. vbi Geminia &
Fran.in 5. not. qui dicit, quòd vt profeſsio fa-
cta a minore ratificetur tacite poſt legitimam
ætatem, requiritur delatio habitus indiſtincti,
& perſeuerantia anni poſt legitimam ætatem:
Quinimo Hoſt.prout refert ibi Ioan. And. di-
cit, quòd talis ratificatio non admittit probа-
tionem in contrarium.cap.is qui.de ſponſ.cum
ſit præſumptio iuris,& de iure: Non enim cre-
dendum eſt ſibi poſt factum, ne turbet eccle-
ſiaſticam regulam.cap.quod interrogaſti. diſt.
27.16.quæſtio.7.cap.per laicos. Quod dictum
intelligit Ioan.And.niſi prius præcedat prote-
ſtatio, quòd non intenderet ſe obligare ad
profeſsionem: quia per illam appareret, quo
animo quis geſsit profeſsionem. Vnde illa vo-
luntas ſemel poſita ſemper pręſumitur durare.
extra,de bapt.cap. maiores. quare in tali caſu
poſſet coram ſuperiore ſuo,& ordinario præ-
tendere profeſsionem ante ætatem declarari
nullam,etiam ſi poſt illam perſtiterit per annū
completum,prout vult Concil.Triden. ſeſſ.25.
cap.19.Quare ex his omnibus concludendum
videtur,præfatum religioſum peccare morta-
liter omittendo horas, niſi ex cauſa erroneæ
conſcientiæ.cap.per tuas. 2.de ſimon. cum ſi-
milibus.Poſt vero illam factam, niſi præcedat
proteſtatio, cum ſit tacite profeſſus, peccaſſe
mortaliter, toties, quoties illas omiſerit, non
quidem committendo tot peccata mortalia,
quot horas omiſit, ſed vnum tantum, ſi omi-
ſerit ſeptem horas, licet grauius, quàm ſi omi
ſerit vnam.
Decimaquarta. Licet de iure diuino clericus
teneatur ad ſeptem horas canonicas, Prophe-
26 ta dicentę: Septies † in die.cap 1. de celebrat.
miſſa.tamen determinatio, ſeu diſtinctio offi-
cij, vt iſtæ, vel illæ horæ dicantur, eſt de iure
poſitiuo. Hinc fit, quòd cum ſepties in die
laudare Deum ſit de iure diuino, non poteſt
Epiſcopus diſpenſare, vel commutare, aut
Abbas cum Monacho, quòd exiſtens in ſtudio
non teneatur ad horas. ita Archidiaconus in
in capitu.1.91.diſtin. Cardin.in Clemen. 2. de
celebrat.miſſar.& ratio eſt:quia obligatio ho-
rarum nedum concernit hominem,ſed Deum,
cui per promiſsionem, quæ tacitè naſcitur, &
contrahitur in ſuſceptione ordinis ſacri, aut
beneficij, obligatur: ideo per hominem re-
mitti non poteſt, ſicut nec iuramentum con-

cernens ipſum Deum. iuxta not.in capitu.2. de
ſponſal. Panorm. in cap. 1. de celebr. miſſ. &
licet abſens ab eccleſia non poſsit dicere of-
ficium in eccleſia, non tamen debet excuſari
quo minus laudet Deum in priuato. vt not.In-
nocen. in d cap. 1. cum viuat de patrimonio
27 Chriſti, vnde † maledictum ſtudium eſt. per
quod dimittitur diuinum officium, & ſimpli-
citer melius eſt orare, quàm ſtudere, vel lege-
re. Hinc dicit Imola in Clemen. 1. de magiſt.
quòd quamuis ſcholaris habeat vicarium in
ſua eccleſia, tamen tenetur dicere officium.
Nec obſtat cap. 1. de celebrat. miſſar. vbi dici-
tur, quòd à ſe, vel a ſcholaribus officium
compleatur, quia loquitur de officio initia-
to per presbyterum, qui neceſsitate ſuperue-
niente pulſus, non poteſt complere, ſed com-
pleri non poteſt quod non inchoatum, ideo
non habet locum in caſu propoſito, quia pro-
pter officium datur beneficium. cap. fin. de
reſcript.in 6. Pariter cum officium generaliter
28 ſumptum ſit de iure diuino, nec Papa † ſine
ratione diſpenſat, not.in capitu propoſuit.de
conceſſ.præbend. Zabar. in dicta Clement. 2.
Panormit.in dicto capitu. 1. Sed circa muta-
tionem officij ex cauſa poteſt diſpenſare, cum
ſit de iure humano. vt in dicta Clement. ſe-
cunda. Quod idem videtur de Epiſcopo, vt
poſsit ex cauſa rationabili diſpenſare, quòd
clericus exiſtens in ſtudio, vel alibi dicat, of-
ficium ſuum ſecundum alium vſum, ad hoc
12. diſtinct. capitu. nouit. de fer. capitu. fina. per
quæ iura dicit gloſſa in capitu. 1. diſtinct. 91.
29 quòd epiſcopus poſsit inducere † nouam con-
ſuetudinem in eccleſia ſua quo ad officia ce-
lebranda. Vnde Archidiaconus ibi. numero
2. dicit, quòd contra illud, quod ſtatutum
eſt ab Apoſtolis, vel ſanctis Patribus, non de-
bent, nec poſſunt Epiſcopi ſtatuere, ſed in his,
quæ in ſolennitate tantum eccleſiæ conſi-
ſtunt, quæ conſuetudine non præcepto maio-
rum ſunt introducta; mutare poſſunt, & ſta-
tuere, ergo multo fortius ex cauſa diſpenſare
in caſu particulari.

Decimaquinta. Licet hodie ius poſitiuum
non diſtinguat matutinum a matutinis laudi-
bus, ſed illas duas partes vocat matutinas.
cap. presbyter. diſtinct. 91. capitu. 1. de celebra.
miſſar. tamen ſecundum veram ſignificatio-
30 nem matutinæ † diuiduntur in nocturnum, &
laudes matutinales. Hinc non eſt inconue-
niens, quòd expleto nocturno, quod debet
incipi media nocte. iuxta Pſalm. 118. Media
nocte, laudes referuntur ad mane. Vt eſt con
ſuetudo quorundam religioſorum, qui media
nocte incipiunt matutinum, & dicunt vſque
ad laudes, poſtea incipiunt laudes modicum
ante diluculum, vel ſtatim poſt, & quantum
ad matutinum eſt de nocturnis vigiliis, quan-
tum ad laudes eſt de diurnis: facit quod not.
Archidiaconus in dicto capitu. presbyter. Vbi
innuit, quòd octo ſunt horæ. Separando il-
lam autoritatem media nocte. & capitu. a ſe-
ptem aliis horis, de quibus in alia autoritate
ſepties in die, & cæt. & ſic intelligit illam au-
toritatem, ſepties in die, de die artificiali.
31 Pro quo facit, quòd in primitiua † eccleſia
de nocte ſurgebant ad diuinum officium cele-
brandum, primo circa primum ſomnum, ſci-
licet, quando vulgus ſolet ire dormitum.
Secundo circa mediam noctem. Tertio,
paulo ante diem ſic ordinatè, vt nocturni fi-
niti eſſent, & lectiones cum ſuis reſponſoriis
perlectæ priuſquam luceſceret, & apparente
aurora pulſatis campanis clamabant, Te Deū
laudamus, & poſtea laudes matutinas perſol-
uebant: Ad primum nocturnum ſurgebant
tantum miniſtri eccleſiæ, qui iam dormierant
tempeſtiuè cubantes, ad ſecundum ſimiliter
miniſtri, & coniugati, tam viri, quàm mulie-
res, ad tertium omnes communiter, ſed po-
ſtea charitate algente cum homines pigrita-
rent ſurgere tam miniſtri eccleſiæ, quam po-
pulus; conſultum eſt, vt media nocte ſaltem
omnes ſurgerent, & totum noctis officium
decantaretur, quòd adhuc multi religioſi ob-
ſeruant. Hanc iterum inſtitutionem, quia mul-
ti non ſeruabant, ideo iterum ſtatutum eſt, vt
in tempore vltimæ nocturnæ ſaltem vniuerſi
ſurgerent circa diei principium, quamuis mul
ti religioſi hodie poſt mediam noctem mul-
tum tamen ante diluculum communiter ſur-
gant. Alij vero communiter ponunt ſeptem
horas: & intelligunt illud Pſalmiſtæ: Septies,
de die naturali.

## De habitu Monachali. Cap. XVIII.

Qui in cella dimittit habitum ſuum, vel dū iacet in lecto geſtat haſtam, ſiue patientiam, peccat mortaliter, vt nos affirmauimus in lib. III. prima parte. cap. 5. num. 75.

*Cuiuſdam peritiſsimi iuuenis Deciſio propoſiti cuiuſdam caſus conſcientiæ, aduerſus Autorem.*

D. Albertus in cella ſua habitum dimittit, vel iacens in lecto ſolam haſtam gerit, quæritur an mortaliier peccet.

Circa



Circa hunc caſum aliqua apud omnes ſunt in confeſſo, aliqua vero ſunt controuerſa. In confeſſo præcipuè ſunt quinque. Primum, quòd D. Albertus non incidit in excommunicationem latam à iure in 6. Ne clerici, vel monachi ſęcularibus negotijs ſe immiſcant. cap. 2. Vt periculoſa. Secundū quod ſi dimittat habitum cum cauſa, nec peccatum quidem vllum committit: ſi verò ſine cauſa, ſemper peccat vt minimū venialiter, ex quo liquet, quòd nunquàm debet dimitti habitus ſine cauſa cum venialiter peccare etiam pro ſeruāda vita nullus debeat. Tertium quòd ſi D. Albertus credit ſe in hoc non peccare mortaliter, omnino eſſet excuſandus à mortali. Quartum, quòd pariter excuſatur à mortali, ſi ad breue tempus dimittat, in pluribus enim modicitas rei excuſat à mortali. Quintū & vltimū, quòd ſi ex contēptu habitū dimittit, mortaliter delinquit; & in his ego nō moror.

At verò loquēdo ſimpliciter de natura rei, & de propoſita dimiſſione habitus, aut caputij per notabile tempus, non vna eſt omnium ſententia. D. Iacobus à Capua inter recentiſſimos nouiſſimus, vir ſanè eruditiſſimus, in ſuo tertio libro Deciſionum aurearum. cap. 5. nu. 75. ſuſtinet partem affirmatiuam, quam probat primo autoritate Franc. in d. cap. Ne cler. vel mo. nu. 5. Secundo adducendo. cap. ſancti monialis. diſt. 23. vbi decernitur, ſanctimonialem virginem ab epiſcopo conſecratam debere ſemper vti veſtibus ſuis, vbi addit glo. etiam in lecto, & in infirmitate; Poteſt idem confirmari ex alio textu, nimirum. 20. q. 1. c. vidua. & eſt cap. 26. vbi habetur, quòd vidua religionem profeſſa, accepta veſte à ſacrdote, vel miniſtro, ſeu in lectulo quieſcens, ſiue in quocunque loco conſiſtens, conſtanter vtatur. Poteſt demum idipſum confirmari ex declaratorio regulę in cap. 55. ibi de menſura. nu. 6. vbi habetur; ſine quibus (nimirum caputijs) caſu grauiſſimę infirmitatis cum haſta tantum ſiue patientia credimus abſque periculo excommunicationis poſſe fratres noſtros ſtare. Modo inquit D. Iacobus exceptio firmat regulam in non exceptuatis, cum ergo conſtitutiones excipiant hunc caſū, indicant, quòd in alijs caſibus non poſſit caputium ſine mortali dimitti.

His tamen non obſtantibus, exiſtimo ſententiam hanc nimis eſſe rigoroſam & propterea negatiuā longè eſſe ꝓbabiliorē; Quod vt diſtinctè demonſtrē, primo loquar de dimiſſione cucullæ, aut ſcapularis, quorum alterum vis eſt habitus monachalis, Secundo de dimiſſione caputij dūtaxat; loquendo de toto habitu mortale non eſſe ipſum in cella per diē integrum, aut integram noctem dimittere, tripliciter oſtendo, primo, ratione, ſecundo autoritate, tertio ſoluendo oppoſitas rationes; ratione quidem, quoniam illud ſolum eſt peccatum mortale, quod repugnat alcui pręcepto legis, aut diuinæ, ſiue naturalis, ſiuè ſcriptæ, aut humanæ iuſtæ promulgatæ, receptæ, non derogatæ, ſed dimittere habitum in cella non repugnat alicui præcepto legis diuinæ, vt patet, & omnes concedunt, nō repugnat præcepto legis humanæ, vt poſterius dicam ſoluens rationes D. Iacobi, ergo non eſt mortale; & equidem non poſſum ſatis mirari, eos doctores qui nullam habentes firmam rationem nullumque textum, audent capitalem ſententiam ferre pro libito ſuę voluntatis cuius rei etiam conquęritur Nau. cap. 25. nu. 85. vbi inuehitur aduerſus eos, qui negant miſſam celebrari poſſe à ieiuno poſt meridiem.

Autoritate idem oſtendo; Sylu. ver. excommunicatio. 9 §. 52. in calce, in hunc modum ſcribit. Cuiuſmodi (i. mortalis) non eſt omnis temeraria dimiſſio habitus, cū nullibi hoc præcipiatur, quia licet eo debeant ſemper monachi vti, tamen hoc debitum eſt honeſtatis. vt etiam dicit Ioan. And. & Archidiaconus, non autem neceſſitatis. Hæc Syl. vnde niſi velimus principium illius paragraphi aduerſari fini; cum ait. Nunquam habitus à religioſo profeſſo dimittitur ſine rationabili cauſa quin peccet, quia adeo eſt annexus oſſibus monachorum, quod in quocunque loco conſiſtentes ſiue in lecto quieſcentes conſtanter eo vti debent: oportet dicere, quod loquatur de veniali; ita proculdubio inteligendum eſt dictum eius, ver. habitus. §. 3. vbi haber. Religioſus vti debet habitu ſuo ſemper, ſeu in lectulo quieſcens, ſeu in quocunque loco conſiſtens. Et quòd hæc ſit ſententia Sylueſtri ex eo conſtat, quòd in cōfirmationem ſui dicti, vtrobique affert cap. vidua. 20. q. 1. & in ver. excommunicatio, loco citato addit caput ſāctimonialis. diſt. 23. vnde de mēte eius ita eſt aſſerendū, vt prędicta iura aſſerūt; quæ autē ſit ſententia dictorū canonū poſterius apparebit.

Cęterum rationibus, & fundamentis à D. Iacobo adductis ſatisfaciamus. Primum ipſe ait Francū ita ſenſiſſe. nu 5. in d. c. vt periculoſa, quod quidē eſt plus quam mendaciū Gręcum; ſunt enim verba Franchi eo in loco hæc quæ referam, & quis dicatur habitus monachorum. not. glo in d. Clem. 2. in verbo extrinſeca. & in Cle. ne in agro. in prin. de ſtatu reg. & 20. q. 3. Prius. & 19. quæſt. 3. mandamus: reliqua quæ in eodem numero adducit Francus ad rē hanc nil prorſus faciunt videat quilibet an

Francus

Francus in adductis verbis aſſerat dimiſſionẽ habitus eſſe mortalem. Quin paulo ante, ſcilicet in nu.4. ita ſcribit. Immo etiam licet monachus ſemper debeat eſſe cum habitu. vt in cap. ſanctimonialis. diſtinct. 23. & diſtin. etiam in lectio. vt in cap. fin. 20. quæſt. 1. c. attamen ſi in cella ſubdimittat habitum ſuum, vel dum balneum intrat in occulto, vel iacet in lecto hac conſtitutione non ligatur, ſed bene ligatur quando exhibet ſe conſpectibus hominum ſine habitu monachali, &c. Ex quibus ego colligo, ipſum aliter non ſenſiſſe de dimiſſione ſcapularis in cella quàm prædicta iura decernant vnde autoritas Franchi tantum abeſt vt Do. Iacobo ſuffragetur, quòd etiam omnino aduerſatur.

Nam quòd pertinet ad iura citata, pro ampliori explicatione iuuat referre auream ſententiam Abb. Panor. in cap. clerici. 2. de vit. & honeſt. cler. Non ſemper (inquit) conſtitutio etiam Concilij Generalis ligat tranſgredientem ad mortale, nam quemadmodum tranſgreſſio legis ciuilis non ſemper inducit decapitationem corporalem, ita nec tranſgreſſio iuris canonici inducit ſemper mortale, nam ſequitur inde decapitatio ſpiritualis, & perpetua damnatio. Quomodo igitur cognoſcemus conſtitutiones obligare, aut non obligare ad mortale? Duo oportet perpendere, vt ibidem docet Panor. videndo materiam, de qua agitur, & verba, conſiderando materiam, aut certum eſt eam eſſe præceptiuam, aut incertum, & dubium: addamus nos cum autore ſummæ Angelicæ, aut certum eſt eam non eſſe præceptiuam; ſi certum eſt materiam eſſe præceptiuam conſtitutio ad mortale obligat ſiue adſint verba præceptiua, ſiue imperatiua, ſiue hortatiua, quod ex duob. præcipuè text. confirmatur primus eſt in Clem. exiui de Paradiſo. de verbor. ſignifica. alter. 11. quæſt. 3. Rogo. vbi cum vt gloſſa refert, Maximus nominatim excommunicatus fuiſſet, quidam clerus, & populus Salonitanus cum eo communicabat, quæ communio erat mortalis, vel quia erat communio in crimine, vel quia erat excõmunicatus cum omnibus ſuis fautorib. Gregorius Pontifex prohibet hanc communionem, prohibitio iſta, quia cõſtat materiam eſſe præceptiuã, cẽſenda eſt obligare ad mortale, quãuis vtatur his verbis, Rogo, hortor, & moneo.

Quando autem cognoſcemus materiam eſſe præceptiuam? quando multum ponderatur à conſtituente. ita ait Panor. vel poſſumus dicere, id certum eſſe, quando præcipui Doctores pœne omnes de ea non dubitant; At quando dubitant, & incerti ſunt, confugiendum eſt ad verba, quæ aut ſunt præceptiua, vt ſi dicatur præcipimus, mandamus, &c. aut hortatiua, vt rogamus, hortamur, aut imperatiua, vt non portent manicas bottonatas, &c. ſi præceptiua ſint, obligant ad mortale, ſi hortatiua, ad veniale, ſi imperatiua, ſunt ambigua, ſi enim ſint de re ponderoſa, ad mortale obligant. vt in d. Clem. Exiui de Paradiſo. de verborum ſignificat. Si vero ſint de quadam honeſtate & decentia, obligant ad veniale dumtaxat, id quod obſeruandum eſt inquit Pano. in regulis religioſorum, ſi demum certum eſt materiam non eſſe præceptiuam quantũcunque adſint verba imperatiua, aut præceptiua, etiam non obligant ad mortale; aut inquit autor ſummæ Angelicæ ita Doctores dicunt, ꝙ cum Mar. 7. ſcribitur Chriſtus præcepiſſe nè cui dicerent ſurdi, & muti liberati miraculum, noluiſſe eos obligare ad mortale.

Hæc quæ digrediendo diximus, caſui propoſito applicantes, ſi nos reſpiciamus materiam ipſam, proculdubio in ſe non eſt præceptiua, non enim graue eſt, & ponderoſum, monachũ in ſua cella per diem, aut noctem, habitum deſerere, & præcipuè hoc certum, quoniam ſanctiſsimus P. Benedictus cum in cap. 22. conſtituit vt veſtiti dormiant monachi, rationem affert, non quod graue & ponderoſum ſit habitum noctu dimittere, ſed vt parati ſint ſemper, vt facto ſigno abſque mora ſurgentes feſtinent inuicem ſe præuenire ad opus Dei, neque Patres in antiquis conſtitutionibus de ſcapulari plura decernunt, quàm de gunella in hieme, ita enim ad verbum habent. Declaramus hoc modo veſtitos dormire fratres. In hieme cum gunella, & ſcapulari lato deſuper, modo nullus ſanæ mentis dicet, quod ante annum. M. D. L X X X. in quo reformata fuit ea conſtitutio, ſolumque ſcapulare & tunicella omni tempore deferenda exprimunt, monachus in hieme relinquens gunellam mortaliter peccaret. Quod ſi in declaratorio c. 55. Patres plurimi facere videntur dimisſionem caputij, clarum eſt, id eſſe propter periculum excommunicationis, vnde eo ceſſante, iſta materia non eſt ponderoſa & præceptiua, atqui ſine dubio dimittere ſcapulare in cella per integrum diem, aut dormire ſine caputio, longè abeſt ab omni periculo excommunicationis. qua in re non immoror, quia eſt communis ſententia, & admiſſa ab ipſo D. Iacobo ibidem.

Vnde ſi naturam, & conditionem huius cõſtitutionis agnoſcere velimus, reſpiciendum eſt ad verba. Et quod quidem pertinet ad verba regulæ nihil dico, primum, quoniam textus ita habet (veſtiti dormiant monachi) quæ nõ ſunt verba præceptiua. Deinde quoniam ſcimus nihil in regula obligare ad mortale exce-

ptis



ptis eſſentialibus trium votorum. Idem dico de conſtitutionibus, quia ſcilicet, nullibi vtuntur verbis præceptiuis; Quod autem dicendũ ſit ad locum in contrarium adductum, in fine diſputationis apparebit.

Quod pertinet ad cap. ſanctimonialis, & cap. vidua. dupliciter reſpondeo, primo, quòd in eis mulierum Deo ſacratarum fit mentio dumtaxat, non autem monachorum, aut religioſorum à diuerſis autem non fit illatio; quia tamen communiter Doctores, agentes de deferendo habitu, innituntur illis locis, dico ſecundo, quòd ibi non adſunt verba præceptiua, vnde debent intelligi de honeſtate, non de neceſſitate: ita enim ad verbum habetur. diſt. 23. ſanctimonialis virgo cum ad conſecrationem ſuo epiſcopo offertur in talibus veſtibus applicetur, qualibus ſemper vſura eſt profeſſioni, & ſanctimoniæ aptis. & 20. q. 1. dicitur. Tunc (nimirum vidua) accepta à ſacerdote vel miniſtro apta religionis profeſſioni veſte, ſeu in lectulo quieſcens, ſiue in quocunque loco conſiſtens, conſtanter ea vtatur, &c. Et loca iſta loqui de honeſtate cenſet Nau. in ſuo Manuali. cap. 27. num. 131. vbi ait: vti debet religioſus ſuo habitu in omni loco. cap. vidua. 20. quæſt. 1. cap. ſanctimonialis. 23. diſt. ſaltem, de honeſtate, ita cenſet ſanctus Antoninus ab ipſo Nauar. ibidem citatus 3. par. tit. 24. cap. 53. cuius verba ſunt: Debet ſemper ex honeſtate religioſus deferre habitum, ita cenſet Sylueſter citans Ioan. Andr. & Arch. verſi. excommunicatio. 9. num. 52. in calce, cuius verba ſuperius relata ſunt.

Ita loca eadem exponit ipſemet Do. Iacobus lib. 4. cap. 21. num. 6. vbi ita ſcribit. Rurſum nota, quòd religioſi in omni loco etiam in lecto cauſa infirmitatis debent vti habitu. cap. ſanctimonialis. diſtinct. 23. c. vidua. 20. quæſti. 1. Quod intellige verbum illud debet, eſſe honeſtatis, & non neceſſitatis vt rectè notat Syl. in ver. excommunicatio. 9. num. 52. verſic. 2. in fine. Nauar. cap. 27. num. 131. verbo Declaratio 1. & ſic ſibi ipſi contradicit dum his textibus innixus dicit dimiſſionem habitus eſſe mortalem, & mox declarat hos textus loqui de honeſtate, & per conſequens non obligare ad mortale. Quas demum adducit ex declaratorio regulæ nil concludere iam iam apparebit.

Modo enim agendum eſt de dimiſſione caputij dumtaxat, de qua dico, quòd dato, quòd dimiſſio ſcapularis, aut cucullæ per diem, eſſet mortalis, attamen qui deferret haſtam ſine caputio non eſſet iudicandus reus mortalis, & ratio eſt: quia nullibi id inuenitur expreſſum in iure, conſtitutionibus patrum, aut in regula.

Sed obiicit D. Iacobus loco citato. nu. 71. Primum, quòd per ſcapulare intelligere, debemus non ſolum quod ſpatulas tegit, & pectus ſed etiam debet continere caputium, & ſic habet communis vſus loquendi, & valde indecens eſſet vti haſta ſine caputio, in quibus ego infirmis admodum argumentationibus non cenſeo immorandum, non enim omnis indecentia inducit mortale, nec qui incedit ſine parte integrante habitus, dici poteſt ſine habitu incedere.

Argumentum ſumptum ex declaratione regulæ ipſe putat eſſe Achilleum, & ego exiſtimo doloſo Vliſſi eſſe perſimile, dupliciter autem ei reſpondeo, primo reflectendo ipſum aduerſus D. Iacobum, in hunc modum. Exceptio firmat regulam in nõ exceptuatis, ſed ab excommunicationis periculo excipitur dimiſſio caputij tantum in caſu grauis infirmitatis, ergo dimittens haſtam in caſu infirmitatis, aut extra eum caſum dimittens caputium, eſt excommunicatus, quod & veritati, & eidem D. Iacobo conſpicuè repugnat.

Sed quoniam vt eſt in prouerbio, afferre inconueniens, non eſt ſoluere: dicamus ſecundo, ꝙ exceptio facta à legiſlatore, vel ab eo, qui poteſtatem habet ſupra legem, firmat regulã in non exceptuatis: at exceptiones factæ à Doctoribus, vel aliter quouis modo legem declarantibus, non firmat regulam in nõ exceptuatis, poteſt enim prouenire rigoroſa exceptio ex ſcrupuloſitate nimia ſeu declarantium, ſeu eorum, in quorum gratiam fit declaratio, id quod Patribus fortaſſe noſtris contigit eo in loco, ad ferendas enim cõſcientias aliquorum, qui in ægritudinibus grauioribus torqueri potius eligebant quàm caputium dimittere, exiſtimo rigoroſè eos fuiſſe interpretatos legem illam Vt periculoſa, quod cæteris præiudicium afferre non debet. Quare concludamus, quòd de natura rei per diem aut noctem ſcapulare & à fortiori caputium in cella dimittens D. Albertus etiam ſine cauſa, non eſt reus mortalis. quam tamen concluſionẽ correctioni ſanioris iudicij volo eſſe ſubiectam. Illud demum addiderim. Dom. Albertum venialiter, & equidem grauiter delinquere, & proinde ſicuti quamuis febris quartana, podagra & huiuſmodi, non ſint ægritudines mortales, nullus tamẽ eas libenter patitur, ita à fortiori, ab hac dimiſſione debet monachus abſtinere, & conſtanter, ac deuote ſanctum religionis ſuæ habitum retinere.

## *SVMMARIVM.*

1 *Monachum dimittentem habitum per integrum*

*tegrum diem, non peccare mortaliter pluribus rationibus demonſtratur. Licet contrarium tamquam verius affirmetur. vt nu. 9. & 26.*

2 *Cauſa rationabilis excuſat à peccato, & qualis. num. 14.*

3 *Contemptus aggrauat peccatum religioſi. & num. 15.*

4 *Peccatum quale ſit mortale ad diſcernendum.*

5 *Verba impropriantur, ſecundum ſubiectã materiam.*

6 *Monachus non obligatur ad peccatum mortale, niſi quo ad tria ſubſtantialia.*

7 *Habitum eſſe de accidentalibus qualiter intelligitur. nu. 22. & quòd habitus monachi ſit triplex. nu. 21.*

8 *Excommunicatio non debet infligi niſi pro peccato mortali.*

9 *Intellectus ad capit. ſanctimonialis. diſtinct. 23.*

10 *Habitus delatio eſt de ſubſtantia monachatus.*

11 *Verbum commune appoſitum in materia graui, efficitur præceptiuum.*

12 *Intellectus ad ca. vt periculoſa, ne cler. vel monach. in 6.*

13 *Monachus ad quædam tenetur propter votum, & ad quædam ex conſequentia.*

15 *Habitum non deferre, quando non peccatum, vel peccatum, vel ſit excommunicatio.*

16 *Habitum non deferre eſt contra præceptum legis poſitiuæ, & contra votum.*

17 *Habituum non deferre maius eſt peccatũ religioſis, quàm clericis. nu. 24.*

18 *Habitus monachi qualis.*

19 *Dicta doctorum quando poſſunt concordari, ſunt concordanda.*

20 *Ignorantia facti proprij maximè recentis, non excuſat.*

23 *Habitum vt dimittat monachus an Abbas diſpenſare poſſit.*

25 *Minimum quod inſpiciatur in obſcuris qualiter intelligatur.*

27 *Deferens haſtam abſque caputio per noctem, an peccet mortaliter, & nume. 33.*

28 *Minimum non ſemper excuſat à mortali.*

29 *Decet, verbum, in materia graui, cõſtituit peccatum mort.*

30 *Caputium debet eſſe cum habitu annexum.*

31 *Prælati regulares in profeſſione dant cucullam, & ſcapularem cum caputio.*

32 *Religioſus debet diſcerni à laico ex habitu.*

## Reſponſio D. Iacobi à Capua, aduerſus Deciſionem cuiuſdam peritiſſimi iuuenis affirmantis non eſſe reum peccati mortalis illum, qui habitum dimittit per integrum diem abſque cauſa rationabili, vel in lecto iacet per noctem ſine cauſa.

REdemptoris noſtri, eiuſque glorioſiſſimę genitricis nominibus, ac ſuffragiis imploratis, noſtrũque contuitum in creatorem omnium referens. C. de offi. præfe. præt. Africæ. l. 1. ſuper infraſcriptis tuis deciſionibus taliter procedam. Primo aſſignabo, & alias rationes, quæ præter tuas pro te facere poſſunt. Secundo perſiſtendo in eadem ſententia, quam in noſtris deciſionibus lib. 3. nu. 75. & 71. & alijs rationibus comprobabo. Tertio contrariis rationibus reſpondebo.

*Dubia diſcutienda ſunt iſta.*

Primum. Vtrum Monachus niger dimitten-
1 do † per integrum diem habitum in Monaſte
rio, peccet mortaliter.

Secundum, an eodem ſit genere peccati irretitus, qui in lecto iacens per totam noctem haſtam abſque caputio geſtat.

Circa primum, quod non peccet mortaliter pluribus rationibus per te fuit probatum; & prima opinio communis Doctor. eſt ſeruanda, adeo quod ab expenſarum condemnatione excuſetur victus, quando habet communẽ opinionem pro ſe. ff. de leg. 2. l. quæ ſolidum. §. etiam. vbi Barto. Vnde graue eſt ab illa recedere.



dere. Panorm. in cap. fin. num. 4. de ſecun. nup.
Sed communis eſt opinio, vt per te dicitur,
quod apud omnes eſt in confeſſo, quod dimit
tens habitum ſine cauſa in Monaſterio,
2 non peccat mortaliter, ergo. † Secundo cau-
ſa rationabilis excuſat à peccato. tex. in capit.
ſi quando. de reſcript. D. Thom. 1. 2. quæ-
ſtione nonageſimaſexta articu. 6. ſed iſte ex
cauſa potuit dimittere habitum. ca. clerici of-
ficia, & ibi glo. in verb. cauſa, de vita, & hone-
ſta. cler. ergo nullum peccatum commiſit. Ter
3 tiò, † contemptus aggrauat peccatum religio-
ſi. Vnde contemptus ex non peccato facit
mortale. cap. quis autem. diſtinct. 10. ſed iſte
aliter potuit, quàm ex contemptu dimittere
habitum, puta ex leuitate, aut fatuitate, vel
negligentia: ergo nõ peccat mortaliter. Quar
4 to peccatum illud eſt mortale, † vt nos etiam
diximus. lib. 1. ca. 14. num. 3. quando repugnat
præcepto legis diuinæ, ſiue naturalis, vel huma
næ, iuſtæ, promulgatæ, receptæ, & non dero-
gatæ, ſed dimiſſio habitus in cella nulli harum
legum præcepto repugnat, ergo. Quinto, au-
toritate Sylu. in verbo excommunicatio. 9. §.
52. qui in calce in hunc modum ſcribit Huiuſ-
modi, ideſt mortalis non eſt omnis temeraria
dimiſſio habitus, cum nullibi hoc præcipiatur
quia licet eo ſemper debeant monachi vti; ta-
men hoc debitum eſt honeſtatis: ex quibus ver
bis videtur colligi ex mente Sylu. quod tãtum
illa temeraria dimiſſio ſit peccatum mor. quã-
do ſit extra Monaſterium. iuxta tex. in cap. vt
periculoſa, ne cler. vel mon. in 6. non autem il
5 la quæ ſit in Monaſterio. Sexto † verba im-
propriantur ſecundum ſubiectam materiam:
Vnde ſi conſtat materiam eſſe de præcepto, li
cet apponantur verba conſultoria, illa fiunt
præceptiua. cap rogo. vbi glo. 11. quæſt. 3. Cle-
men. 1. verb. hortamur. de teſt. ſic verba præce
ptiua in materia leui efficiuntur conſultoria.
not. Abb. in cap. nam concupiſcentiam, de con
ſtit. vbi Decius. l. cum pater. § mando. verb. cõ-
ſilij. de leg. 2. cap. dilectiſſimi. in glo. fin. 12. quę-
ſtio. 1. ſed modo non dormire cum habitu, eſt
non grauis materia: cum habitus non faciat
Monachum, ſicut nec Doctorem. vt per Doct.
notatur in cap. porrectum. de regul. quia ſi gra
uis eſſet materia, profecto dormire abſq; gu-
nella in hieme eſſet peccatum mortale, quod
nullus ſanæ mentis hoc dicit. Septimo. per tex.
in cap. ſanctimonialis. diſtinct. 23. & in cap. vi-
dua. 20. q. 1. vbi Syluef. in verb. excommunica-
tio. 9. §. 52. verſ. 2. in fin. & Nauar. cap. 27. num.
131. verb. declaratio 1. & nos lib. 4 cap. 1. num.
6. omnes dicunt, quod verbum, debet, ſignifi-
cat honeſtatem, non autem neceſſitatem, ita
vti habitu ſemper vti, ſit honeſtatis. Octauo,
quia ꝙ nullus Doctor dicit, nec nos dicere de-
bemus, ſicuti vbi lex non diſtinguit, nec nos
diſtinguere debemus. l. de precio. ff. de in rem
verſo. ſed nullus Doctor. immo neque fran-
cus per me lib. 2. cap. 2. num. 75. allegatus, hoc
aſſerit peccatum eſſe mortale, dimittere habi
tum ſine cauſa, ſed tantum ligari excommuni-
catione in caſu. &c. ergo. Nona præter tuas
rationes, quibus abundè, & peritè probaſti nõ
eſſe peccatum mortale, fulcitur etiã talis ſen-
6 tentia. Monachus ſecundum † tex. iuncta gloſ.
in cap. Deus qui. ibi hoc verum intellige. de vi
ta, & honeſta. cler. non obligatur ad peccatũ
mor. niſi quo ad tria ſubſtantialia, de quibus
per tex. in cap. cum ad monaſterium. de ſtat.
7 regul. ſed habitus † non connumeratur inter
illa tria; ſed eſt de accidentalibus. Hinc vulgo
dicitur. Habitus non facit Monachum. cap. por
rectum. de regul. ergo. Decimo per tex. in cap.
nullus. cap. epiſcopi. cap. ſine ornatu, & cap. fin.
21. q. 4. quibus in iuribus probatur, quod tunc
peccatum eſt mortale eccleſiaſticis perſonis
indumentis non congruentibus ſuo ordini nõ
vti, quando in itinere ambularent, & extra do
mos ſine illis apparerent: nam tali caſu, cum
non appareant, nec credantur perſonæ eccle-
ſiaſticæ, de facili poſſunt aliquam iniuriam pa
ti, ſicut laicus. d. c. ſine ornatu. ſed talis ratio
ceſſat in dimittẽtibus habitum in monaſterio,
ergo ceſſante ratione legis, ceſſare debet, &
lex, cum verba legis ſint amplianda, & reſtrin
genda ſecundum mentem diſponentis. cap. ſe-
cundo requiris. de appellat. vbi Panor. Facit,
quod legitur. & not. in c. intelligentia. el 2. cap.
ſeq. de verbo. ſignifica. l. cum pater. §. dulciſſi-
mis vbi Barto. ff. de leg. 2. cum ſim. Vndecimo,
excommunicatio non debet intelligi, & nec à
8 lege infligitur, niſi pro peccato † mor. cap. ne-
mo. & cap. nullus. 11. q. 3. ſed in iure nullibi re-
peritur, Immò apud omnes eſt in confeſſo,
quod dimittens habitum in Monaſterio, non
eſt excommunicatus ſed tantum extra. d. cap.
vt periculoſa. ibi, in ſcholis. ergo non peccat
mortaliter. Duodecimo, & vltimo, per regu-
las iuris in pœnis odia inſpicimus in obſcuris
de regu. iur. in 6. vbi poſitio quod hoc ſit du-
bium, an dimiſſio habitus ſine cauſa in Mona
ſterio ſit peccatum mort. tamẽ in obſcuris mi-
nimum eſt ſequendum, & per cõſequens, quod
ſit peccatum veniale, cum odia reſtringi, & fa
uores conueniat ampliari. Sed his, & ſimilibus
non obſtantibus, contrariam ſententiam cen-
ſeo eſſe veriorem, & in foro animæ magis tu-
tam, ſcilicet quod talis dimiſſio habitus ſit pec
9 catum mor. † & primo per tex. in c. ſanctimo-
nialis. diſt. 23. cuius verba hæc ſunt; Sanctimo-
nialis virgo cum ad conſecrationem ſuo epi-

ſcopo

ſcopo offertur, in talibus veſtibus applicetur,
qualibus ſemper vſura eſt profeſſioni,& ſancti
moniæ aptis. Qui quidem tex. iuncto cap.vi-
dua.ſolet à Doctoribus ſemper allegari, quod
Monachus debet vti habitu. Sed modo pon-
dero illud aduerbium,ſemper, quod quidem,
licet non ſit ſic amarè ſumendum, vt per mo-
dicum tempus habitus domitti nō poſſit: cum
etiam illud dicatur cōtinue fieri, quod aliquid
interuallum habeat.vt not.in cap.præſenti. de
præb.in 6.Hinc Syl. in verb. excommunicatio.
9.& in verb.Habitus,& Caiet.exponendo c.vt
periculoſa,dicunt, modicum tempus dici per
horam tantum. Doctores ex hoc aduerbio
ſemper,aſſumunt hoc argum. quod adeo Mo-
nachus ſemper vti debeat habitu,quod etiam
electus in epiſcopum,non debeat habitum mu
tare.vt d'q idem tex.in ca.clerici officia de vi-
ta,& honeſt.cler.& ratio eſt,quia delatio habi
10 tus eſt de ſubſtantia† Monachatus.glo.ſingu-
laris.in cap.3.16.q.1.vbi ſtatuit Inno.vt quam-
uis monachi ad ſæculares eccleſias eligantur,
à monachali tamen propoſito non diſcedant,
ſcilicet quo ad ea, quibus ſpecialiter Deo ſunt
obligati,ſcilicet quo ad ea,quæ ſunt de ſubſtan
tia monachatus,vt de habitu ſeruando,de con
tinentia,& de non habendo propria, ſed non
ſeruare tria vota eſt peccatum mor.d.ca.cum
ad monaſterium,ergo dimittere habitum. Se-
cundo,pondero dictum tex.iuncta glo.d. cap.
3.ver.ſtatuimus. Quod quidem verbum, licèt
non ſit præceptiuum, nec præceptiuo æquipol
11 lens,eſt tamen † verbum commune, vt dicit
Medi.C.de ieiu.tract.4.quæſt.7.verſi. ſi autem.
Vnde appoſitum in materia graui,impropria-
tur,& efficitur præceptum, cum hoc etiam ef-
ficiat conſultorium.d.cap.rogo,ſed modo ma
teria eſt grauis, vt ſupra affirmauimus, ergo.
Tertio, an tranſgreſſio legis mortalē culpam
tranſgreſſori impingat, id examinandum eſt,
ex materia ſubiecta, & ex verbis. Felinus, &
Decius in cap.nam concupiſcentiam. de con-
ſtitu.latè nos diximus lib.2.cap.10.num. 11. &
cap.57.num.5.vbi diximus ex Soto,quod om-
nis lex,quæ abſolutè fertur, hoc eſt, quæ con-
trarium non explicat, obligat ad culpam ve-
nialem vel mortalem,ſecundum precium ope
ris,ſed modo licet cap. ſanctimonialis abſolu-
tè dicat,quod profeſſus,ſemper vti debeat ve-
ſtibus profeſsionis, tum quia materia eſt gra-
uis,vt continentia, & proprium non habere;
vt etiam dicit Sum.Aſtenſ.lib.5. de regul. arti.
5. obligari debet ad culpam mortalem, non
autem venialem. Quarto.per tex in d.capitu.
12 vt periculoſa, † in verb.temerè,vbi diſtrictius
inhibetur,ne profeſſus temerè extra monaſte-
rium habitum dimittat,ſed aduerbium teme-
rè,importat peccatum mortale. cap.epiſcopi.
21.quæſt.4.cap.1.de ſentent. excommun. in 6.
vbi dicit glo.quod, vt aliquid fiat temerè, non
requiritur dolus:ſed ſufficit, quod ex leuitate,
vel negligentia quid fiat, & per conſeqnens vi
detur,quod dimisſio habitus ſine legitima cau
ſa, ſit peccatum mortale. Et ſi diceres, quod
temeraria dimiſsio tūc peccatum mortale in-
ducit,quando illa fit extra monaſteria:reſpon
deo,quod tunc præter peccatum mortale,quo
ad monachos, adeſt excommunicatio. Cum
ergo tex.ille vt periculoſa,præſupponat, quod
duo ſint neceſſaria,vt religioſus incidat in ex-
communicationem, quod abſque cauſa dimit
tat habitum,& extra monaſterium,tacitè vult
ex præſumpta mente legiſlatoris,quæ colligi-
tur ex materia graui, quæ eſt delatio habitus,
quod ſi deeſt ſecundum, peccet mortaliter.
Quinto.dum Ioan.Andr. & Francus in d. cap.
vt periculoſa,aſſerunt, quod monachus ſem-
per debeat eſſe cum habitu: Tamen ſi in cella
habitum dimittit, vel ſine illo iacet in lecto,
quod conſtitutione illa non ligatur, ſed bene,
quando ſe exhibet conſpectui hominum ſine
habitu monachali in habitu laicali, vel ſæcula
ris clerici,ſine iuſta cauſa, non per hoc aſſerūt
talem non peccaſſe mortaliter,ſed hoc vidē-
tur relinquere pro indubitato,cum id manife-
ſte colligatur ex glo.in d.ca.3.& etiam ex ver-
bis Ioan.Andr. quod habitus eſt annexus oſſi-
bus monachorum, tum ex autoritate Archi-
diaconi.Sextò,Archidiaconus in d.cap.de mo
13 nachis.16.q.1.dicit, quod quædam † ſunt ad
quę monachus tenetur propter votū,& quędā
ad quę tenetur ex cōſequentia,& explicans di-
cta verba,dicit, quod ex conſequentia tenetur
monachus ad ea, quæ præcipit regula ſanctiſ-
ſimi patris noſtri Benedicti,vt ſunt vigiliæ, ie-
iunia,orationes,& ſimilia,ſed ex voto tenetur
non habere proprium, conſeruare continen-
tiam corporalem, & obedire Abbati propter
votum,& retinere habitum,ſed facere contra
votum,& ea, ad quæ tenentur ex voto,eſt pec
catum mortale.cap.1.27. quæſt. 1. vbi habetur
ſecundum Apoſtol.quod damnationem habe
bunt,qui fidem caſtitatis quam Domino voue
runt,irritam facere auſi ſunt,cum votum ſem-
per ſit ſeruandum.12.q.1.cap. ſcimus, ſicut de
ſacramento dicitur.cap.quanto,extra.de iure-
iuran.ergo habitum non deferre,eſt peccatum
mortale. Septimo,ratione ſcandali. argu. tex.
in d.c Deus qui.& c.vt periculoſa, ibi in ſcho
lis. In quo quidem genere peccati grauius ſe-
cundum communem ſententiam Docto.pec-
cat religioſus,quàm laicus.Thomas 2.2. quæſt.
186 art.10. ſed dubio procul graue ſcandalum
immineret, ſi noctè iacens in lecto abſq; ha-
bitu



bitu, mortuus reperiretur, ergo. Quibus ſic
ſtantibus,non obſtant in contrariam adducta
& primo, quod apud omnes eſt in confeſſo,
vt dimittens habitum ſine cauſa, peccet venia
liter,nō autem mortaliter:Nam hoc eſt, quod
nos negamus,& per me iuribus, & autoritate
contrarium fuit probatum. Secundò non ob-
ſtat, quod cauſa rationabilis excuſat à pecca-
to.Sed iſte potuit ex cauſa dimittere habitum.
ergo.nam reſpondeo, quod non omnis cauſa
14 rationabilis † excuſat à peccato.Sed tunc de-
mum, quando id fieret de licentia ſuperioris.
ita tex.in c.conſilium.verſi.potes, & debes.de
obſeru.ieiun.nam ipſe debet diſtinguere inter
cauſam & non cauſam Nam ſi ille haberi non
poſſet, & cauſa eſſet vrgens, tunc poſſet reli-
gioſus propria autoritate tranſgredi legem. c.
anteceſſor.11.quæſtio.3.d.c.conſilium. §. cum
autem.Nos diffuſe diximus.lib.1 cap.14. num.
15.Igitur cum iſte non petijt ſuperiorem, er-
go. Nec tertio obſtat, quod cum religioſus
poſſit aliter quàm ex cōtemptu dimittere ha-
bitum,puta ex leuitate,vel negligentia, ergo
tali caſu non peccauit mortaliter. Cum ſolum
contemptus conſtituat peccatum mortale: nā
15 reſpondeo,quod tunc ſolum contemptus† cō-
ſtituit peccatum mortale, quando illud,quod
tranſgreditur non eſſet peccatum. Hinc dixit
tex.in cap.quis autem diſtinct.10.quod lex cō-
ſilij efficitur præcepti propter contemptum.
Vel quando id, quod tranſgreditur eſſet pec-
catum veniale.gl.in cap.vnum orarium.§.plus
accipit.diſtinct.25. Quod ſecus eſt in caſu no-
ſtro,vbi fit tranſgreſsio de eo, quod eſt morta
le. Quarto, non obſtat Syl. autoritas in verb.
excommunicatio.9.§ 52. quia Sylue. quando
dicit huiuſmodi non eſt omnis temeraria di-
miſsio habitus, loquitur de temeraria dimiſ-
ſione,quæ non eſt mortifera. Sic enim ipſe di-
cit,quia iura non inferunt ſententiam excom-
municationis, niſi propter peccatum morta-
le, cuiuſdam, &c. quæ autem ſit illa, ipſe in
prin.illius.§.explicat,ponens plures caſus:quo-
rum primus eſt, quando dimiſsio habitus fit
ſine peccato ex cauſa rationabili, puta ex ti-
more,vel cauſa medicinæ,ibi,primo vero.Se-
cundus,qñ temerariè.i. abſque cauſa rationabi
li ad modicum tēpus.i.ad horam.Sic enim ip-
ſe in duobus locis huius. §. explicat modicum
tempus.Item in verb.habitus.& Caiet.in verb.
excommunicatio.c.61.Tertius, quādo fit cum
vinculo excommunicationis, vt quando reli-
gioſus ſine habitu,vel habitu non ſuo vagatur
inuerecundè. Quartus, quando cum peccato
mortali, abſq; tamen ligamine excommunica
tionis. Vt ſi religioſus extra monaſterium no-
ctè ſecreto ex cauſa non rationabili, puta ex
laſciuia,& illicita ſenſualitate dormiendi quie
tius,vel alicuius huiuſmodi,etiam cum pecca-
to mortali,& quod tali caſu, ſit peccatū mor-
tale dormire abſque habitu: pondero Sylue-
ſtrum ibi,ex laſciuia, & illicita. Sed dictio, &,
denotat continuationem.vt not.Bal. & Fel. in
c.licet.de probat. Ergo, quemadmodum dor-
re ex laſciuia, intelligendo in proprio ſignifi-
catu,eſt peccatum mortale, ita ex illicita ſen-
ſualitate.Rurſum pondero dictionem, etiam,
vel alicuius etiam cum peccato mortali, quæ
de ſui natura implicat,& facit,vt eadem ſit iu-
ris diſpoſitio in pluribus caſibus.c.1. & ibi Pa-
norm.extra de commod.& per conſequens,
vt tā ex laſciuia, quàm ex illicita ſenſualitate,
vel alio peccato mortali,ſit mortale dimitte-
re habitum.Igitur ex eius dictis colligo, quod
da temeraria dimiſſione loquitur Sylu. quæ fit
ad modicum tempus;nam ſi eſſet ad multum,
vt per diem,vel noctem, vtique eſſet mortà-
lis,ſed ad illud, peccatum tunc eſſet mortale,
quando dimiſſio habitus eſſet contra præce-
ptum legis diuinæ,aut humanæ, ſed hoc nulli-
bi reperitur, ergo. Nam reſpondeo, quod eſt
16 contra præceptum legis poſitiuæ, † prout tri-
pliciter ponderauimus.tex.in d.c.ſanctimonia
lis. Item contra ea, quæ quis tenetur adimple
re ex voto.Vnde illa non adimplendo eſt pec-
catum mortale.ca.magnæ,extra,de voto.Sex-
to,nec illud obſtat, quod verba impropriātur
ſecundum ſubiectam materiam,vnde cum ma
teria ſit leuis,fit vt verbū,debet, importet ho-
neſtatem,& non neceſſitatem. Nam reſponde
tur:quod materia eſt grauis,ideoque verba de
bent remanere in proprio ſignificatu. Quod ſi
fortè obiiceres, tunc habitus delationem eſſe
grauem materiam,tunc mortiferam, quando
fieret extra monaſterium, ſic enim plene om-
nia iura de hac materia tractant. capit. nullus
cum tribus ſequent.11.quæſtio.4.ergo,quando
fit in monaſterio, erit leuis: quia reſpondeo,
17 quod habitus † dimiſſio,vel fit à clericis, vel à
regularibus, In primo caſu procedunt iura ſu-
perius allegata. Verum in ſecundo caſu, ſiue
fiat extra, ſiue intra monaſterium, modo fiat
temerè,ad longum tempus;ſemper erit grauis
materia, quæ autem ſit ratio diuerſitatis, in-
fra palam fiet,verb. decimo.Verum ſi non de-
ferre habitum eſſet ex cauſa rationabili, & ſu-
perioris copia haberi non poſſet, tunc deno-
tat verbum debet honeſtatem, & ita me de-
claro, quando hoc dixi lib.4.cap.11. num.6.&
ſic reſpondetur ad ſeptimam oppoſitionem.
Valde tamen mirati ſumus, dum uis conclude
re, quod gunella ſit habitus monachalis, cum
ſit tantum cuculla.22.q.3.cap.mandamus. vel
ſcapulare.ita glo.in Clem.ne in agro,in verbo
habitui,

habitui.de ſtatu monach.vbi declarat, quid di
18 catur habitus:† & dicit quod floccus,cuculla,
& ſcapulare, quod ſcapulare habetur loco cu
cullæ.vt refert Imo.in d.Clem.Vnde, dum vult
ſanctiſſimus Pater noſter Benedictus.vt veſti-
ti dormiant Monachi, & Patres noſtri decla-
rantes regulam,dicunt cum gunella, & ſcapu-
lari, non propterea eorum mens fuit, vt abſ-
que gunella dormiẽtes,peccent, ſed benè abſ-
que ſcapulari. Quod colligitur ex alio.cap.55.
Nam dum in illo caſu tantum grauiſſimæ in-
firmitatis permittant poſſe dormire abſq; ſca-
pulari,ſed cum haſta tantum, colligitur, vt in
omnibus caſibus habitus ſit deferendus, & ita
volui.dum lib.3.cap.5.nume.71. dixi exceptio
firmat regulam in non exceptuatis: cum ergo
conſtitutiones excipiant hunc caſum, indicat,
quod in alijs caſibus habitus non poſſit dimit-
ti. Non autem, prout tu aſſeris, quod extra
caſum neceſſitatis dimittens habitum ſit ex-
communicatus. Ad octauum. Dum aſſeris,
quod nullus, nec etiam Francus per me allega
tus dicit, quod dimittens habitum abſque cau
ſa, peccet mortaliter, ſed ſolum quod non ſit
excommunicatus, & per conſequens innuis
me falſo allegaſſe dictum autorem: nam poſ-
ſum multipliciter reſpondere, & primo dico,
quod non ſit falſa mea allegatio. Nam quan-
19 do dicta Doctorum† poſſunt concordari,ſunt
concordanda.argum.tex in cap.cum tu.ext.de
teſt.& ſemper euitanda eſt falſitas, ſi poſſunt
iura iuribus concordari.facit tex. in capi. cum
non expediat.de elect.in 6.vnde, quando alle-
gaui Francum,allegaui in eo,quod non eſt ex-
communicatus, non autem, quod peccaue-
rit mortaliter.Tum etiam, quia non præſumi-
20 tur ignorantia † in facto proprio.l.fina. ff. pro
ſocio,maximè quando eſt recens. Vnde cum
lib.4.cap.21.num.14. allegauerim Francum in
eo tantum, quod temere habitum dimittens
in monaſterio non ligatur excommunicatio-
ne.& cap.5 lib.3.num. 73. remiſi me ad capit.
21.nu.14.fit vt vehemens præſumptio ſit,quod
tantum allegauerim Francum, ſecũdum quod
non ligetur excommunicatione, ſed poſito
quod allegauerim ad vtrumque dictum. Re-
ſpon. ad tuam argumentationem, quod imo
Francus hoc aſſerit implicitè, cũ habuerit hoc
pro indubitato. Cũ hoc manifeſtè colligatur
ex gloſ.in d.cap.3. & ex iuribus, & autoritate
Archid.Nono,non obſtat, quod cum habitus
ſit de accidentalibus, ergo non deferre, non
eſt peccatum mort.quia reſpondeo, quod tri-
21 plex eſt habitus. † Primus conuerſionis, qui
habet votum ſimplex annexum. extra. de reg.
cap. ſuper eo. Secundus eſt probationis, qui
nullum habet votum annexum ſimplex.d. cap.
ſuper eo.§.verum.cap.ex tranſmiſſa.extra. de
renunc.Tertius eſt profeſſionis.27. quæſtio.1.
cap.vidua.27.diſtinct.c.quod interrogaſti.Igi-
tur,quando dicitur, quod habitus eſt de acci-
22 dẽtalibus,†& quod non facit monachum,in-
telligitur,dumtaxat, ſed profeſſio, ideſt habi-
tus profeſſionis, qui habet votum continen-
tiæ annexum facit monachum, & per conſe-
quens eſt de ſubſtantia monachatus. Hinc ſit,
quod Abbas,qui poteſt diſpenſare in acciden-
talibus regulæ.cap.fi.20.q.3. Clem. ne in agro,
ibi,iuxta,tamen non poteſt diſpenſare,vt mo-
nachus habitum dimittat,vel occultet,vt dixi
mus lib.4.c.21.nu.12.& 13. Quare ex his con-
cluditur,quod illius dimiſſio ſit peccatũ mor-
tale. Quod ſi obiiceres,poſſe Abbatem diſpen
ſare ex cauſa rationabili, prout nos ſupra in
verbo,ſecundo non obſtat,diximus. Reſpon-
deo, quod cum duplex ſit diſpenſatio, prout
nos ſupra diffusè diximus.lib 2.c.31.nu.9.Abbas
non poteſt propriè diſpenſare,& aliquem exi-
23 mere ab hac obligatione, vt in totum † habi-
tum dimittat.quia hoc ſolius eſt Papæ. Poteſt
tamen in larga ſignificatione diſpenſare. i. in-
terpretari,vt legis intentio non ſit,comprehẽ-
dere hunc, vel alium caſum rationabilem, &
poteſt diſpẽſare,vt domi iuſta de cauſa dimit-
tat habitum,cum ſemper in præcepto legis po
ſitiuæ excipiatur cauſa rationabilis. c. ſi quan-
do.de reſcri.Decimo. Nono obſtant iura illa.
c.nullas.c.epiſcopi,cum ſimilibus,cum proba-
tur tantum eſſe mortale habitu non vti extra
domos. Nam reſpondet Archid.in d.c.vidua.
quod illa iura loquuntur de clericis ſæculari-
bus,non autem regularibus qui ſemper habitu
24 vti debent,qui multo † magis obligantur,quã
ſæculares.Etenim ſi quis profeſſus temerè ex-
tra monaſterium dimittit, eſt ipſo iure excom
municatus. At clericus ſæcularis eſt excommu
nicandus glo.in cap.ſi quis.diſt.23. glo. in c.1.
de tempo ordi.in 6. vnde ex diuerſis non fit il
latio.l.Papinianus.ff.de minor.Vndecimo,nec
obſtat, quod excommunicatio ferri non de-
bet, niſi pro mortali, ſed iſte in monaſterio
dimittens,non eſt excommunicatus.ergo.quia
dico, quod argumentum non concludit, ſic
enim omnes qui peccant mortaliter,eſſent ex-
communicati, quod tamen nullo pacto eſt di
cendum, vt tam grauis pœna, imo pœnarum
grauiſſima infligatur pro peccato mortali:ſed
tantum intelligi debet pro mortali, & eo ca-
ſu,quo quis incorrigibilis eſt.Poſtremo, poſi-
to,quod dubium eſſet, an ſit peccatum morta
le,tamen in obſcuris,quod minimum eſt inſpi
cimus,cum odia,& pęnas reſtringi, & fauores
conueniat ampliari,quia dico,quod regulæ il-
25 læ procedunt† in pęnis pecuniariis,& corpora
libus,



libus,verbi gratia,dubium eſt,an pęnitens ob-
ligatus ſit ad reſtitutionem,vel an debeat pati
pœnam, & tunc confeſſarius benigniorẽ par-
tem debet eligere pro pœnitente.d.c.in pęnis.
& c.odia.Sed in cõcurrentibus periculum ani-
mæ,an quis peccauerit mortaliter, an ſit excõ
municatus,aut irregularis,tunc tutior pars eſt
eligenda, licet videatur durior, ſcilicet quod
peccauerit mortaliter,quòd ſit excommunica
tus,vel irregularis.c.iuuenis.de ſponſa.c. ad au
dientiam.de homicid.glo.in c.vnic. de ſcru. in
ord.fac.nos lib.1.c.22.nu.9.& lib. 4.c. 1. nu.40.
Quibus ſic non obſtantibus concludamus, ꝙ
religioſus dimittens habitum ad longum tem
26 pus † ex cauſa rationabili habita licentia à ſu-
periore, vel etiam ſine illa, ſi eſt omnino eui-
dens, vel ſuperioris copia haberi non poteſt,
non peccat. At ſi abſque cauſa habitum dimit
tit; ſed ad modicum tempus, puta ad horam,
peccet venialiter.Verum ſi ad longum tempus
in monaſterio;tunc peccat mortaliter.
Circa.Secundum. An deferens haſtam abſ-
27 que caputio per noctem,ſit † iudicandus reus
peccati mortalis. Rèſpondeo, quod licet pri-
ma facie videatur dicendum, talem non pec-
care mortaliter, tum quia id nullibi reperitur
expreſſum, tum etiam quia modicum excu-
ſat à peccato mortali.cap.vnum.§. criminis.di
ſtinct.25.c.& ſi quæſtiones. extr.de ſimon.vn-
de cum caputium ſit quid minimum reſpectu
totius ſcapularis,ergo. Tamen contrarium aſ-
ſeueramus, prout affirmauimus in noſtris de-
ciſ.lib.3.cap.1.num.75.& primo, quia cum cu-
culla, vel ſcapulare ſit propriè habitus mona-
chi,vt ſupra probauimus, & ſcapulare conſtet
ex haſta,& caputio.vt ibi.num.71.multis ratio
nibus probauimus,quibus quia non dediſti re-
ſponſum,ideò firmæ in ſuo robore permanẽt,
& licet aſſeras iſtis tanquam infirmis argumẽ-
tationibus non eſſe immorandum,tamen cum
meum ſit Chriſti manſuetudinem imitari, ip-
ſe enim dixit:Diſcite à me, &c. ideo libenter,
hæc & alia ſuſtinebo. Igitur cum ſcapulare
conſtet ex haſta,& caputio, fit,vt integer de-
28 ferri debeat; quia modicum licet† excuſet à
peccato mortali, non tamen, quando illud
modicum eſſet de ſubſtantia, & forma alicu-
ius actus, quia omiſſio formæ in qualibet mi-
nima parte viciat actum.vt not Dom. Anto.in
capi.Piſanis.de reſtitut.ſpolia.Rurſum,quando
illud minimum, requiritur ad integrandum
totum;tunc illud habetur in conſideratione.l.
quandiu.vbi Bald. C.de diſtract. pigno. & nos
diximus lib.2.cap.93.num.30.& 31. ſed modo
caputium eſt neceſſarium ad integrandum ſca
pulare, ergo. Tum etiam, quia valde inde-
cens eſt monachum vti ſcapulari ſine caputio
& licet non omnis indecentia ſit peccatum
mortale, vt per te dicitur:tamẽ in materia gra
29 ui,† prout eſt delatio habitus,profecto illa cõ-
ſtituit peccatum mortale. facit tex.in c. clerici
diſt.23.cap.epiſcopi.cap.fin.21.quæſtio.4. Tum
etiam ex autoritate Pauli de Leaz.qui in d.Cle
men.ne in agro,dicit, quod caputia debent eſ-
30 ſe cum habitu annexa.† Sed habitus ſecũdum
omnes,eſt cuculla, vel ſcapulare, ergo ſolam
haſtam deferens, cum ſit abſque habitu,pec-
cat mortaliter. Tum quia pœnam legis nõ ef-
fugit, qui amplexus verba,mentem offendit. l.
non dubium.C.de legib.eod.titu.l.contra. & l.
fraus.cap.certum.de reg.iu.in 6.ſed qui haſtam
tantum defert,mentem legis offendit,quę fuit,
vt deferat totum habitum,ergo.Tum quia ha
bitus religioſi oportet, vt ſit ſuæ religionis.d.
Clem.ne in agro.Nau.lib.3.de reg.conſ.vlt.ſed
haſta tantum non eſt habitus religionis Bene-
dictinæ,cum debeat habere caputium, ergo.
Præterea habitus religioſi non eſt ſolum ex
veſte,ſed ex modo portandi veſtẽ. Sicut aqua
quotidiana ab æſtiua diſtinguitur, nõ ex aquæ
ſubſtantia, ſed ex vſu, & modo ducendi.ff. de
aqua quot.& ęſt.l 1.§. duo. Sic & modus por-
tandi dimittitur, vt quia debet portari integer
& non portatur, habitus dicitur eſſe dimiſ-
ſus, quoniam mutata eſt & dimiſſa forma ha-
bitus delationi debita.vt ff.ad exhiben.l. Iulia-
nus. §. ſed & ſi quis.de verbor.ſignifica. l. mu-
lieris.§.res abeſſe. vbi expreſsè dicitur, abeſſe
ſimulantem conditionem ſuam per aſſum-
ptionem habitus non ſui. Tum etiã quia ſic eſt
31 de more noſtrorum† pręlatorum,qui in emiſ-
ſione profeſſionis dant pro habitu cucullam,
& ſcapulare, quod habet caputium annexum.
Vnde cum hæc conſtitutio ſit rationabilis, &
præſcripta.cap. quanto. extr.de conſue. habet
vim legis.l. de quibus. ff.de legi. Quod autem
32 rationabilis,patet, quia religioſus † debet di-
ſcerni à laico per habitum ſicut ex habitu no-
uitius à profeſſo cognoſcitur. extr. de regu.c.
vlt.Iudæus à Chriſtiano.extr.de Iudæ c.in nõ-
nullis.Clericus à laico.extra de vita, & hone-
ſta.cler.cap.clerici officia: ſic & religioſus per
habitum debet diſcerni.cap 2. extr. de teſtam.
c.ſanctimonialis.cap.vidua. Eſt etiam præſcri-
pta tanta temporis longinquitate, vt non ſit
hominum memoria in contrarium. Vndè con
traria conſuetudo tanquam irrationabilis, &
non conſeruans religionis ſtatum, & religio-
ſi honorem, & ornatum,non eſt obſeruanda,
& per conſequens non debet habere vim con
tra legem, & laudabilem conſuetudinem.
Hoc patet ex dicto cap.quanto. vbi nulla con-
ſuetudo, niſi iuſta,& rationabilis ſit,poteſt iu-
ri poſitiuo præiudicare. Idem etiam videtur

ex diſt.11.capit.conſequens, & ratio eſt: quia
non quid fiat,ſed quid fieri debeat,conſideran
dum eſt.12.quæſtio.2. cap. gloria epiſcopi. de
elect.cap.cum cauſam. & factum vſurpatum,
præſcriptionem non inducit.93 diſtinct. capi.
illud.16.quæſt. 3. cap. licèt. & in talibus nullus
numerus defendit annorum.33 quæſtio.5.cap.
quod Deo. Quare ex his omnibus concluda-
33 mus,iacentem in † lecto abſque cauſa tantum
cum haſta,peccare mortaliter,niſi vt diximus.
lib.3 cap.5.nu.75. talis bona fide crederet non
eſſe peccatum mortale. Vel crederet habere
cauſam rationabilem, quæ re vera eſt iniuſta
ſed ipſe niſi iuſtam iudicaret,non iaceret cum
haſta:nam talis cauſa excuſat à mortali, licet
non à veniali.vt dixit Caiet.2. 2. quæſtio. 147.
art.3.& nos lib.1.c.14.nu.16.& ex his patet re-
ſponſio ad obiecta,& quid de iure ſentimus in
prædictis,quæ correctioni melius ſentientium
ſponte ſubiicimus.Laus,& gloria ſit ſemper in
diuiduæ Trinitati. Amen.

*SVMMARIVM.*

1 *Proprietatis vitium quàm ſit graue ex multis oſtenditur.*
2 *Proprietarius eſt voti tranſgreſſor, & idolatra, atque Apoſtotata.*
3 *Proprietarius eſt mendax Spiritui ſãcto.*
4 *Proprietarius eſt ſepeliendus in ſterquilinio cum pecunia.*
5 *Pecunia proprietarij tota ſepelienda eſt, licet agatur de præiudicio charitatis.*
6 *Prelatus multum debet vigilare ad expellendum vitium proprietatis.*
7 *Proprietas tollit fundamẽtum religionis, & viam perfectionis.*
8 *Religioſus dicens meus liber, an peccet mortaliter.*
9 *Reſeruatio partis bonorum facta ab intrante monaſterium vt ad ſuum libitũ diſponat, an, & quando valeat. nume. ſeq.*
10 *Subſtantialia religionis ſunt tria vota. nume. 24.*
11 *Regularis grauiter punitur, ſi in morte fuerit inuentus proprietarius.*
12 *Sepultura eccleſiaſtica carere debet quicunq; decedens in peccato mortali.*
13 *Sepultura non eſt priuandus decedens ex facinoroſo actu ſi in puncto mortis conteritur.*
14 *Religioſus ſcribens memoriale de diſtribuendis aliquibus in morte, an ſit proprietarius.*
15 *Religioſo, cui fuit relicta certa quantitas, ſi illam expendit ad ſuum libitum, eſt proprietarius.*
*Licentia data per Abbatem diſponendi ad vſum, poteſt reuocari per ſucceſſorem. ſub nu. 15. par in parem non habet imperirm. ſub. nu. 15.*
16 *Abbas poteſt reuocare factum ſuum.*
17 *Abbas ſi iurauit ſeruare ſtatutum, illud nihilominus poteſt reuocare.*
18 *Monachus non poteſt ſtare extra clauſtrum monaſterij ad ſuam vitam de voluntate Abbatis.*
19 *Monachus, & canonicus regularis æquiparantur, quia ipſe etiam poteſt reuocari.*
20 *Abbas poteſt concedere monacho, vt ſit extra clauſtrum ex cauſa.*
21 *Abbas remouens monachum à loco, quẽ ex cauſa deputauit, poteſt monachus implorare officium iudicis.*
22 *Papa poteſt concedere monacho, vt perpetuo ſit extra clauſtrum.*
23 *Prælatus an poſſit diſpenſare cum ſubdito ſuper proprio habendo. nu. 34.*
*Religionis accidentalia, ſub nu. 24.*
25 *Religioſus vt nil habeat, niſi quod Abbas permiſerit, qualiter intelligatur.*
26 *Monachus quando dicatur habere proprium.*
27 *Prælatus, an, & quando poſſit diſpenſare circa vſum rei cum religioſo.*
28 *Diſpenſatio debet fieri ex cauſa rationabili, quæ duplex eſt.*
29 *Adminiſtratio vt conceditur religioſo, tunc licet habere pecuniam.*
30 *Prælatus, qui diſpenſat circa vſum rei abſque cauſa, peccat.*
31 *Prælatus, qui per ſuum ſilentium ſuffert, quòd monachus ſit proprietarius, peccat mortaliter.*





32 *Monachus adminiſtrans poteſt habere pecuniam.*
*Adminiſtratores Monaſterij qui.*
33 *Adminiſtratores circa ſpiritualia nõ poſſunt habere peculium.*
35 *Regularibus pro veſtimẽtis poteſt aliquid aſſignari: idem de Monialibus.*
36 *Legans fundũ Monacho, vt habeat vſum fructum, non poteſt illum conſequi.*
37 *Religioſo ſi fuerit aliquid donatum, ita, vt non ſit monaſterij: vtrum rata ſit talis habenda donatio.*
38 *Monachi non habentes adminiſtrationes multa facere nequeunt.*
39 *Monachus non habens adminiſtrationẽ, quando poſſit eleemoſinam largiri.*
40 *Monachus exiſtens in ſcholis multa facere poteſt.*
41 *Monaſterium quando obligetur pro pecunia à religioſo mutuo accepta.*
42 *Monachus non debet recipere munera.*
43 *Vſusfructus per ingreſſum vſufructuarij in monaſterium non finitur.*
44 *Vſusfructus per mortem naturalem ingredientis finitur.*
45 *Vſusfructus ciuitati relictus durat 100. annis.*
46 *Proprietas conſiſtit in pecunia, muneribus, literis, & in propria voluntate.*
47 *Electo ad prioratum poteſt dari penſio.*
48 *Religioſus vt poſſit bona retinere vſque ad vitam non valet, licet ita ſit conſuetudo.*
49 *Conſuetudo nõ valet contra Canones præceptiuos vel prohibitiuos.*
50 *Conſuetudinem contra ſubſtantialia regulæ, vel Canones præceptiuos ſeruans peccat mortaliter.*
51 *Conſuetudo huiuſmodi nullo modo per ſuperiorem eſt toleranda.*
52 *Profeſſi neceſſitate ceſſante non poſſunt habere aliqua ad vſum.*
53 *Superior quis ſit qui licentiam poteſt cõcedere ad vſum.*
54 *Conuerſi an poßint habere proprium. nume. 58.*
55 *Conuerſorum multæ ſunt ſpecies.*
56 *Conuerſi qui ſunt profeſsi.*
57 *Conuerſi quidam ſunt certum quid promittentes, non tamen ſunt profeſsi*
59 *Religioſi an ſint aliqui, qui poſsint matrimonium contrahere, & habere proprium.*
60 *Fratres tertij Ordinis S. Franciſci, quare dicantur continentes.*
61 *Mulier ſi adulteratur pœna in aliquibus locis imponitur viro.*
62 *Conuerſus an intelligatur abrenunciare bonis, dicens: Offero me, omniaq; mea huic eccleſiæ.*
63 *Conuerſus promittens ſimpliciter obediẽtiam, non dicitur regularis.*
64 *De conuerſo pulchra quæſtio.*
65 *Obedientiam promittẽs non videtur alia duo ſubſtantialia regulæ promittere.*
66 *Conuerſus ſubſtantialia regulæ promittens non poteſt teſtari.*
67 *Ordo degens ſecundum regulam S. Franciſci eſt triplex.*
68 *Fratribus S. Franciſci multa iura ſunt reſeruata.*
69 *Moniales S. Claræ habent proprium in communi.*
70 *Monachus non poteſt diſponere de pannis quos portat.*
71 *Monachus ſpoliata cappa, non poteſt agere interdicto, Vnde vi.*
72 *Monialis S. Claræ an licite cum licentia poſsit concedere ſorori cellam cum ornamẽtis ſuis vſibus deputatam in morte.*
73 *Monacho ſi relinquitur, intelligitur relinqui monaſterio.*
74 *Hæreditas vno momento non durat apud monachum.*
75 *Monachus non dicitur, dum eſt nouitius.*
76 *Legatum factum ſub conditione, quando monachus efficitur, quando debeatur.*
77 *Abbas an poſsit remouere à regulari prioratum à Papa ſibi collatum, qui non erat perpetuus.*
78 *Beneficij natura non alteratur, ſi Papa*

*beneficium cōtulit ex negligentia Abbatis.*

79 *Prioratus à Papa conceſſus regulari in vita non poteſt ab eo remoueri per ſuperiorem ſine cauſa.*

80 *Abbas poteſt ad libitum remouere priorem, licet illum habuerit ab ipſo ad vitam.*

81 *Abbas non poteſt ſe expreſsè obligare ꝙ regularis prioratum ſemper habeat.*

82 *Et quid ſi memoria non ſit in contrarium quòd prior ſit remotus. An Abbat poſſit remouere.*

83 *Regularis an poſſit reſiſtere Abbas pro ſola voluntate reuocanti illum à prioratu.*

84 *Abbas in duobus caſibus non poteſt monachum reuocare.*

85 *Monachi non poßunt teſtari, nec ad pias cauſas.*

86 *Conſuetudo vt regulares poſsint teſtari, non valet.*

87 *Monachus, ſeu Canonicus regularis in Epiſcopum promotus, nec teſtari poteſt.*

88 *Monachus factus Epiſcopus quod acquirit, acquirit Epiſcopatui.*

89 *Monachus factus Cardinalis non poteſt teſtari.*

90 *Monachus habens patrem regem, an ei ſuccedat.*

91 *Monachi, qui ſciente Abbate pecuniam tenent, an ſint proprietarij.*

## De ſtatu monachorum, & primo de abdicanda proprietate. Cap. XIX.

1 VItium proprietatis † quam ſit grā
ue, manifeſtum fit ex multis. Tū,
quia proprietarius fur eſt, vnde
domus proprietarij plena, iudi-
cio ſcripturæ eſt ſpelunca latro-
num, tum etiam, quia eſt ſacrilegus: quia furtū
ſuum ſæpe in ſacro loco committit cum res ſa
cras furetur. nam ſi ſecundum Hiero. pars ſacri
legij eſt res pauperum non dare pauperibus,
eadem ratione res pauperum furari ſacrilegiū
2 eſt. Tum etiam, quia † eſt voti tranſgreſſor,
quia Voluntariam paupertatem, quam vouit, à
ſe expellit. Item eſt apoſtata, cum nō habitum
ſed volūtariam paupertatem à ſe abdicet, quæ
magis eſt de ſubſtantia, quàm habitus religio-
nis. Rurſum eſt idolatra, cum ſuam ſpem, & fi-
dem, atq; charitatem non in Deum, ſed in pe-
cuniam ponat, cum auaritia teſte Apoſtolo ſit
3 idolorum ſeruitus. Item mendax eſt † Spiritui
ſancto. Vnde Act. 5. dicit Petrus Ananiæ. Cur
tentauit te Sathanas mentiri Spiritui ſancto.
Eius etiam grauitas patet ex grauitate pœnæ.
Hinc legitur B. Gregorium præcepiſſe vnum
4 proprietarium † ſepelire in ſterquilinio dicen
tibus fratribus omnibus. Pecunia tua tecum ſit
in perditionem, vt habetur in lib. Dialog. lib.
4. Et Hieron. ad Euſtochium de virginitate. re-
fert de monacho, qui lina texēdo lucratus cen
tum, illa reliquit in morte, & habito conſilio
quidam dicebāt illa danda pauperibus alij Ec
cleſiæ, & alij parentib. Tandē decreuerunt pa-
tres illa ſepeliri cum verbis. Pecunia tua, &c. &
magnus per Aegyptum cūctos terror inuaſit.
5 Hinc colligitur, † ꝙ licet pecunia monachi nō
debeat cum eo ſubterrari, quia agitur de præ-
iudicio charitatis, & pietatis, quæ poſſet inde
fieri. Vt quid. n. hæc perditio. Tamen rigor lite
ræ, & exempla, quæ prædiximus innuunt de to
ta quantitate. Ex quibus ſequitur, quòd ma-
6 gna debet † eſſe cura apud prælatos, & maxi-
mè Papam ad expellendum hoc vitium à reli-
7 gioſis. Tum quia deſtruit fundamentum † re-
ligionis, quod eſt paupertas, quod fundamen-
tum poſuit filius Dei, quādo doctrinam ſuam
à paupertate inchoauit, dicens: Beati pauperes
ſpiritu. Tum, quia matrem religionis iugulat,
& ſuffocat, quæ ſimiliter eſt paupertas. Tum ēt
quia tollit viam perfectionis religionis, quæ
eſt paupertas. Matt. 19. Si vis perfectus eſſe, va-
de, & vende omnia quæ habes, & da pauperi-
bus: Tum, & vltimo, quia aufert pacem, quæ eſt
totum bonum religioſorum. Vnde ſuper illo,
Pax ſuper Iſrael, dicit quædam gloſſa. Quietiſ-
ſime homines viuerent, ſi hæc duo pronomida
tollerentur. Meum, & Tuum. gloſſa in c. dile-
ctiſſimis. 12. q. 1.
8 Hinc quæritur: An † religioſus dicens meus
liber. mea cappa, peccet mortaliter, Magiſter
Hubertus (prout refert Turrecrem. & poſt
eum Præpoſitus in capitulo, non dicatis) ita
reſpondet huic quæſtioni, quòd ſi dicit ex la-
pſu linguæ, non peccat, ſi autem ex propoſito
& modo aſſertiuo, quod eſt propriè dicere,
tunc peccat mortaliter. Sed modo deuenia-
mus ad deciſiones. quarum prima.
9 Quidam † ſub hac conditione intrauit mo-
naſteriū, vel præſtatione, vt ſibi partē bonorū
retineat, & ad voluntatem ſuam de ea diſpo-
nat. Tunc ſi dicta reſeruatio intelligitur quo
ad proprietatem, tale pactū eſt nullum, eſt. n.
contra ſubſtantiam religionis, aut monacha-
tus, per regulam, quæ datur in c. fi. de cond. ap-
poſ. iuncto tex. in c. non dicatis. 12. q. 1. & c. cū
ad monaſterium. de ſta. monach. Clarum eſt. n.
10 quod illa tria vota † ſunt de ſubſtantia religio
nis. d. c. cum ad monaſterium. not. Innoc. in c.
fraternitatis. extr. de frig & malef. vnde mona
chi nihil habere debent. vt dicunt Canoniſtæ
in d. c. fi. & Bar. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan.
eccl. Si vero dicta reſeruatio intelligitur quo
ad vſum, tunc Abbas cum conſenſu Capituli
poteſt hoc facere, vt aliquid ad vſum retineat,
ſed totum eſt monaſterij, poterit tamen illud
Abbas poſtmodū reuocare, nec ille debet reſi
ſtere, ſed ſequi voluntatem Abbatis, ſecūdum
Hug. & habetur 32. q. 2. c. ſolent. dum tamē in-
terueniat rationabilis cauſa, & vſus ſit incer-
tus, ſcilicet ad voluntatem Abbatis reuocabi-
lis, non autem certus, & perpetuus, ſiue irreuo
cabilis. ita Card. in d. c. non dicatis.
11 Proprietas † ſi apud quenquā regularem in-
uenta fuerit in morte, grauiter punitur. vt tra-
dit tex in d. c. cum ad monaſterium, & etiam
gl. in c. quanto. de offic. ord. vnde confeſſarius
abſoluere non poteſt, & ſi moriatur, in ſacro
ſepeliri non debet vllus religioſus, etiam cano
nicus regularis, qui magis laxè viuit. vt dicit
tex. in c quod Dei. de ſtat. mon. & hoc extende
12 † ad quemcunq; qui decedit in peccato mor-
tali, quia carere debet eccleſiaſtica ſepultura.
vt not. glo. in c. 2. de ſta. mon. Si tamen proprie
tarius à propoſito deſiſtit, & ſi teſtamentum
fecit, illud reuocauit, aut certè efficaciter reuo
care proponit, tunc abſoluendus eſt. arg. c. non
dicatis 12. q. 1. & c. 2. de teſtam. Quod quidem
extende, etiam ſi tale propoſitum oſtenderit
13 in vltimo vitæ. Nam quicunq; qui decedit † ex
facinoroſo actu, ſi tamē in puncto mortis oſtē
dit contritionem, non debet priuari ſepultura,
facit c. à nobis. el 2. de ſent. excomm. vbi nota
pro illis, qui ſe mortaliter vulnerāt: nam ſi eos
pœnitet in puncto mortis, non ſunt priuandi
ſepultura. facit c. ponderet. diſt. 50.
14 Cauere debet † quilibet religioſus de ſcri-
benda ſcheda, vel memoriali ſignificāte ſuam
voluntatem, vel intentionem vltimam de vl-
lis rebus ſuis vſibus deputatis, ſic, vel ſic diſtri-
buendis: quia hoc omnino eſt prohibitum ſi
hoc faceret ea mente, vt ſit teſtamentum, vel
donatio cauſa mortis, ſecus aūt ſi expreſsè pro
teſtatus ſit ſe nolle teſtari, vel vllatenus diſpo
nere, ſed ſolum rogat ſuum prælatum, vel con
uentum, vt pro ſua libera voluntate illud, aut
illud pietatis opus, illi, aut illi faciat: cum hoc
non ſit diſponere, ſed ad pie diſponēdū alium
pie rogare, aut exhortari, quod cuilibet reli-
gioſo licet. ita Io. Trullus in c. 22. lib. 1. de ordi
ne Canon. regul. ſic etiam habetur in collec.
ad c. 6. de ſta. monac. nu. 3.
15 Cuidam † monacho fuerunt à ſua matre vita
ſua durante relicta quinquaginta ſcuta, mona
chus vult illa expendere in vſus honeſtos, puta
in libros, in ſacrarium, & Capitulū: quærit à ge
nerali illius ordinis, vel ab Abbate, vt cum ſuo
conuentu det ſibi facultatem illa expendendi,
& ꝙ dicta licentia nō poſſit reuocari, nec per
ipſum, neq; per ſucceſſorem. Dico, quòd ex his
quæ ſupra diximus iſte talis monachus ſi licē-
tiam habuit expendendi ad ſuum libitum, &
expendat, ad ſuum libitum, eſt proprietarius.
& Abbas ſucceſſor non tenetur ad obſeruan-
tiam iſtius: quia non potuerunt Abbas, & con
uentus ſtatuere in præiudicium ſucceſſoris. ar-
gu. 17. q 4. c. in venditionibus. & 12. q. 2. c. Abba
tibus. Facit, quia par in parem non habet im-
perium. c. innotuit. de elect. l. ille à quo. §. tem-
peſtiuum. ff. ad Trebel. Nam cum Abbas non
poteſt ſibi præfigere legem, à qua non poſſit
recedere, fortius non ſucceſſori. Et ita non ſo-
16 lum ſucceſſor, ſed etiam Abbas poteſt reuo-
care ſuum factum, quamuis aliquid fecerit cū
ſuo conuentu: nam monachi non poſſunt ſibi
reſiſtere, cum habeant obedire, & eorum vel-
le dependeat à voluntate Abbatis. vt in c. ſi re-
ligioſus. de elect. in 6. & in cap. 2. de teſtam. in
6. Quinimmo Ioan. Andr. in reg. non eſt obli-
17 gatorium, ſentit, quòd ſi Abbas † iurauerit ſer-
uare ſtatutum, nihilominus tenet reuocatio,
licet incidat in periurium. ita not. Panor. in d.
c. cum ad monaſterium. de ſtatu mona. num. 9.
at ſi concederetur, vt expendat ad honeſtos
vſus, tunc modo ſint illæ circunſtantiæ, de qui
bus in 1. par. in noſtris deciſ. lib. 3. c. 5. num. 48.
non eſt proprietarius. Semper tamen Abbas
poteſt illam licentiam reuocare, niſi ſit cōceſ-
ſa à Papa, vt diximus ibi. nu. 49.
18 Monachus † nō poteſt ſtare extra clauſtrum
monaſterij perpetuò ad ſuam vitam de volun
tate ſui Abbatis. ita Abb. & Doct. Fel. in c. ex
reſcriptio. de iureiu. Non enim poteſt prælatus
ad hoc ſe obligare, & ſi ſe obligat, talis promiſ
ſio non valet, de ſtatu monac. c. cum ad mona
ſterium. in fi. Innoc. in cap. inſinuante, qui cler.
vel vo. & poteſt illam reuocare, quando vult,
ſicut nec pactum inter Dominum, & ſeruum
valet. C. de tranſact. l. interpoſitas: nam mona-
chus ſeruus dicitur. 50 diſtinct. c. multos. not.
12. q. 1. cap. non dicatis. Quod idem procedit
19 † in canonico regulari cap. ex parte. de poſtu.
Henr. Boic. in d. cap. inſinuante. num. 6. Si ta-
men ſubeſſet cauſa vrgens, vel rationabilis,

20 poſſet † Abbas concedere monacho, vt ſtet
extra monaſterium in certo loco, vt probatur
ex glo. in c. paſtoralis. 7. q. 1. quæ loquitur ſine
præfinitione temporis. & expreſsè not. Innoc.
in d. ca. inſinuante, quo tamen caſu Abbas po-
teſt eum reuocare, ſed cũ cã, alias non ita. Car
din. in Clem. 1. §. præmiſſa. de ſuppl. negl. præ-
la. Innoc. tamen, & Hoſt. & Ioan. And. in d. ca.
21 inſinuante, dicunt, quod ſi Abbas, vel † ſupe-
rior vellent ex malitia remouere eum à loco,
quem ei deputauit, poſſet monachus ſupplica
re ſuperiori & ſuperior eum audire deberet,
& prouidere. argum. 11. quęſt. 1. c. illa. ad inſtar
ſerui, qui ſupplicat contra Dominum. C. de
prec. Imper. offer. l. 1. Inſtitu de his, qui ſunt ſui,
vel alien. iur §. ſed hoc tempore. At ſi non con
ſtat de malitia, tunc monachus non debet fa-
cere difficultatem contra reuocationem, ſed
obedire: ſufficit enim prælato allegare cauſam
rationabilem, de qua debet ſummariè cogno-
ſcere, ſi negatur. de ſtatu mona. capit. cum ad
monaſterium. verſi. tales. Et in hoc ſufficit iu-
ramentum. de accuſ. c. qualiter. de ſimon. c. per
tuas. ita à ſimili D. Card. in d. Clem. vnic. §. prę
22 miſſa. q. 1. & Boich. in d. c. inſinuante. Papa † ve-
ro proculdubio poteſt concedere, vt quis per-
petuo ſit extra clauſtrum. Innoc. in d. c. inſinuã
te. facit quod not. in d. cap. propoſuit. de præb.
cum per talem conceſſionem ſit emancipa-
tus ab imperio ſuperioris. facit quod no. Inno.
de elect. c. cum inter R.
23 Prælatus an poſſit diſpenſare cum ſubdito
ſuo monacho ſuper proprio ſuo habendo. Re-
ſpon. quòd non. c. cum ad monaſterium. extra,
de ſtat. monac. vbi dicit: Non æſtimet Abbas,
quòd ſuper habẽda proprietate poſſit cum ali-
quo monacho diſpenſare: quia abdicatio pro-
prietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeo an-
nexa eſt regulæ monachali, vt contra eam nec
ſummus Pontifex poſſit indulgere, ſiue diſpẽ-
ſare, ergo multo minus prælatus alius. Vnde
pro intelligentia ſciendum eſt, quòd quædam
24 † ſunt ſubſtantialia ſtatus religionis, per quæ
monachus, ſiue religioſus eſſentialiter differt à
ſæculari. Et iſta dicuntur eſſe tria vota, ſcilicet
caſtitatis, paupertatis, & continentiæ, quibus
differt religioſus à ſæculari. cap. duo ſunt. 12. q.
1. Quædam vero dicuntur accidentalia, per
quæ accidentaliter differt à ſæculari, vt in co-
meſtione carnium, ſilentio, &c. in primis nul-
lo modo poteſt, niſi Papa, qui poteſt facere
de monacho non monachum, ſed in acciden-
talibus ſic. ita Turrecr. in dicto capitu. non di
catis. num. 1. Quod ſi quis obiecerit, regulam
25 B Benedicti, qui dicit: Monachus † nihil ha-
beat, niſi quod Abbas dederit, aut permiſerit,
reſpondetur: ꝙ B. Benedictus non loquitur de
proprietate, ſed de vſu. Vnde aliud eſt habere
rem ad vſum, & aliud ad proprietatẽ. Nec etiã
obſtat. d. c. cum ad monaſteriũ. vbi poteſt ha-
bere peculium de licentia Abbatis: quia pecu-
lium ibi non dicit aliquod proprium, ſed ali-
quid ad vſum deputatum, ſiue conceſſum.
26 Monachus tunc dicitur † habere proprium,
quando habet ſine permiſſu Abbatis: nam ex
permiſſione Abbatis habere poteſt: ſi paratus
eſt reſignare quando iuſſerit Abbas. vt in reg.
B. Benedicti 32. Conſuluit tamen Hoſt. quòd
Abbas non det licentiam ſuper hoc monacho
non habẽti adminiſtrationem, niſi ex magna,
& euidenti cauſa. ita Hoſt. in d. c. cum ad mo-
naſterium.
27 Prælatus. Non poteſt diſpenſare † cum reli-
gioſo circa vſum alicuius rei certum, ita vt ille
vſus non poſſit ab eo auferri, quia ſemper de-
bet eſſe voluntas religioſi ſubiecta prælato, vt
reſignet quando voluerit. Sed circa vſum in-
certum, ita vt ſit in poteſtate alterius, vt aufe-
ratur cum ei placuerit. Vnde B Benedictus, vt
fuit ſupra allegatum, dicit in regula: Monachus
nihil habeat niſi quod Abbas dederit, vel per-
miſerit. Verum hæc diſpenſatio non debet fie
ri, niſi ex cauſa rationabili, quæ duplex eſſe po
28 terit. † Neceſſitas, & vtilitas. Prima, ſcilicet ne
ceſſitas, poteſt eſſe duplex, priuata, & commu-
nis. Priuata, vt cum conceditur monacho, qui
de communi non poteſt habere neceſſaria. Itẽ
Moniali, vt aliquid habeat cauſa neceſſitatis
ſuæ, cum propoſito tamen reſignandi ſemper
cum fuerit requiſita. Communis vt cum con-
ceditur alicui officiali religioſo aliquid expen
dendum in vſus, & neceſſitates aliorum; Nam
29 † quando conceditur, ſeu committitur religio
ſo adminiſtratio, tunc licet ei habere pecuniã,
ſed tantum nomine communi ad opus mona
ſterij. Item vtilitas duplex eſt. Priuata, & com
munis. Priuata, vt cum conceditur alicui reli-
gioſo liber aliquis ad addiſcendum, vel ad in-
formandum animum ſuum ad ea, quæ perti-
nent ad ſalutem, licet non habeat gratiam do
cendi alios. Communis, vt cum conceditur ali
cui liber, qui poteſt ex ſuo ſtudio alijs profice
re. Ita Magiſter Himbertus, vt refert Cardi. in
d. c. non dicatis. nu. 3. & 4.
30 Prælatus, qui diſpenſat † cum aliquo circa
vſum rei alicuius abſque cauſa rationabili, pec
cat peccato abuſus poteſtatis ſuæ, quæ data
eſt ei non ad deſtructionem, ſed ad ædifica-
tionem, & ipſe abutitur ea in deſtructionem.
Item recipiens, licet excuſetur à vitio proprie-
tatis, non tamen à peccato auaritiæ, cũ teneat
aliquid ſine rationabili cã vt puta librũ, vel ali
quid huiuſmodi, de quo poſſet alius ꝓficere,
tanquã in ſudario pecuniã, quæ dari debuit ad
lucrum



lucrum Matt. 25. Quam enim neceſſitatem al
legare poterit religioſus, qui nec lectioni, nec
ſtudio eſt idoneus, nec officium Doctoris ha-
bet, libros poſſidere. O quãta mala ſequuntur
ex iſta cecitate. vt refert Card. qui ſupra. nu. 5.
& Prępoſitus num. 15.
31 Prælatus, qui † per taciturnitatẽ ſuam ſuſti-
net, quòd monachus aliquid acquirat vel ſcri-
ptura, vel artificio, vel quia id à patribus da-
tur, peccat mortaliter, & Religioſus ſic acqui-
ſita non debet retinere, ſed exponere arbitrio
prælati, aliàs aũt peccat mortaliter. ita Archid.
in d. c. nõ dicatis. nu. 6. Card. & Prępoſi. in d. c.
Monachus poteſt habere peculium ex per-
32 miſſu Abbatis † ꝓ iniuncta adminiſtratione.
cap. 2. §. qui vero. de ſta. mon. vt quia Abbas
commiſit ſibi adminiſtrationem, ex qua re-
genda periculum habere liceat: Aliàs enim
non poſſet Abbas diſpenſare ſuper hoc. d. cap.
cum ad monaſterium, ideſt quatenus gene-
raliter diſpenſaret, quòd monachus poſſet ha
bere proprium etiã ſine ſcitu Abbatis. Et po-
teſt poni exemplum de adminiſtratione, vt
quia eleemoſynarius, veſtiarius, aut cellera-
rius, vel in alio officio, ex quo habet recipere,
& in vſus monaſterij expendere, ſiue ſit pecu-
nia, ſiue aliud. ne cler. vel mon. c. 1. Et tunc
potius ipſa adminiſtratio proprium habet,
quàm ipſe monachus. arg. de preben. c. 3. vel
non habet periculum, ſed adminiſtrationem
33 peculij. Secus † ſi eſſet adminiſtratio, cuius
ratione haberet tantum circa ſpiritualia inten
dere vt audire cõfeſſiones, vel prior clauſtra-
lis, vel tantum vacans obſeruantiæ regulæ,
quia tunc non licet ex hac cauſa habere pecu-
lium. ita Hoſt. in c. 2. nu. 3. de ſta. mon.
34 Diximus ſupra nu. 27. prælatum non † poſ-
ſe diſpenſare ſuper proprietate cũ monacho,
intellige ſcilicet vt ea vtatur ad libitum. Non
videtur autem poſſe dici proprietas quando
de qualitate nihil celat Abbati, nec ſine ipſius
ſcientia aliquid recipit, vel expendit, paratus
totum reddere, & dimittere ad iuſſum Abba-
tis. Quia tamen res periculoſa eſt & inuidię,
& cauſa mali exempli. conſulit Hoſt. in d. c.
cum ad monaſterium. in verſi. Abbas, quòd
niſi ex magna, & euidenti cauſa talem licen-
tiam non det monacho non habenti admini-
ſtrationem. Refert tamen Zabar. in d. §. Ab-
bas, ex Guili. quòd curia Romana ſcit, & to-
35 lerat, quòd regularib. taxetur aliquid pro ve
ſtimentis vel dentur ad id certæ poſſeſſiones,
vnde etiam regulares capellani Papæ de ſer-
uitijs ita recipiunt portionem, ſicut alij, tamẽ
teſtari de his non poſſent tanquàm proprijs,
aliàs ſepelirentur cum proprio. d. cap. cum ad
monaſterium. §. prohibemus. De monialibus
etiam obſeruatur in aliquibus monaſterijs, ꝙ
à monaſterio habent ſolum victum, indumẽ-
ta vero à parentibus, vel de ſuo lucro, de hoc
in reg. Non eſt obligatorium. in quæſtione
lib. 6. vnde in his caſibus non dicuntur mona
chi, vel moniales habere proprium, cum hoc
habeant de licentia Abbatis. Pariter mulieres
quæ mutato habitu in domo propria honeſtę
viuęre volunt, proprium habere, poſſunt. c. de
viduis. 27. q. 1.
36 Qui legat fundum monacho, † ita vt ha-
beat vſũfructum, non poterit monachus hoc
conſequi: cum ſit incapax bonorum, & in om-
nibus acquirit monaſterio. de probat. cap. in
præſentia. & d. c. cum ad monaſterium §. pro
hibemus. & infra eo. c. in fi. vnde diſpoſitio
teſtatoris non potuit immutare diſpoſitionẽ
iuris. de teſt. c. requiſiuiſti. Acquiritur ergo
vſusfructus monaſterio, vel dimitti poſſet
monacho cum licentia Abbatis, quod eſt ę-
quum, vt alij inducantur ad legandum mona-
cho, dummodo per hoc non prouocentur alij
monachi, vel ipſi monacho non detur cauſa
delinquendi. Zabar. in d. §. prohibemus. q. 4.
37 num. 8. ſed quid ſi † religioſo fuerit aliquid
ita donatum vt non relinquatur monaſterio,
vel vt Abbas nõ faciat ei moleſtiam. vide quæ
diximus in 1. par. in noſtris Deciſ. li. 3. c. 5. nu. 41.
Monachi non habentes adminiſtrationem,
38 cum non poſſunt † nec emere, nec vendere,
nec negotijs ſæcularibus ſe immiſcere, toto
tit. ne cleri. vel monachi. nec eleemoſynã
largiri. glo. in Clem. 2 ver. ſed & tales. de vit.
& ho. cler. Immo nec poſſunt ſine conſenſu
Abbatis etiam bonum monaſterij proſequi,
nec peregrinari. 16. q. 1. c. monachi. ſi tamen
39 viderent † aliquem fame morientem, tunc
poſſunt facere eleemoſynam etiam ſi careant
adminiſtratione: quia quilibet ex præcepto
tũc tenetur. 80. diſt. c. non ſatis & c. paſce.
quia tunc omnia ſunt communia. 47. diſt. ſicut
hi. ff. ad l. Rhodiam l. 2. §. cum in eadem. Im-
mo ſi Abbas hoc expreſſe prohiberet, adhuc
poteſt: quia magis Deo, quam hominibus
obediendum eſt. 11. q. 3. c. Iulianus. 18. diſt. c.
40 quę contra. 10. q. 3. c. qui reſiſtit. At ſi † mo-
nachus haberet adminiſtrationem, vt quia
eſt in ſtudio in loco diſtanti, tunc omnia po-
teſt quæ rite, & profectui ſcholaſtico ſunt ne-
ceſſaria. Poterit ergo ex quo datur ei licentia
morandi in ſcholis, & emere, & vedere, age
re, & cõuenire de iniuria ſibi illata, & de dam
no dato, & etiã cõueniri, & reſpõdere in lo-
co, vbi ſtudio vacat, & eleemoſynas elargiri,
item literas accipere. ita ſentit glo. in d. c. nõ
dicatis. & in d. Cle 2. ver. ſed & tales, immo vt
ibi dicit Zabar. ẽtſi monachus nõ ſit in ſtudio


ſed

ſed eſſet in loco diſtanti, poſſet facere eleemo
ſynam. vide Turrecr. d. c. non dicatis. nu. 12.

Religioſus qui mutuo accepit pecuniam ad
41 vſus † neceſſarios, dum de licentia Abbatis eſt
extra monaſterium, obligatur ad ſoluendum,
ſi ibi eſt expenſis monaſterij vſque ad eam
quantitatem ei aſſignatam ſingulis annis, &
non plus. Et hoc ad inſtar patris; qui habet fi-
lium in ſcholis. ff. ad Maced. l. ſed ſi Iulianus.
§. quod dicitur. facit glo. in clem. 2. verſ. ſed
& tales. de vita & honeſt. clericorum. Sed ſi
vltra ſolitam pecuniam ſibi miſſam religioſus
inſuper mutuat vel ſi eſt ibi non expenſis mo
naſterij, tunc non obligatur monaſteriũ, niſi
creditor ille probet pecuniam illam verſam in
vtilitatem monaſterii. Idem ſi religioſus in
ſcholis exiſtens vltra aſſignatam pecuniam ex
pendit in firmitate aliqua, quia tunc monaſte-
rium tenetur, faciũt quæ probantur per Innoc.
in c. de depoſito. & c. quod quibuſdã. de fideiu.
vnde Arch. in d. c. non dicatis. nu. 12. 12. q. 1.

42 Monachus † non debet recipere munera.
d. c. cum ad monaſterium §. prohibemus. ibi
ſi quicquam fuerit deſtinatum, non præſumat
habere. Quod procedit etiam in minimis.
Idem de literis 12. q. 1. non dicatis. Et hoc niſi
de licentia Abbatis, quia tunc accipere non
eſt præſumptio. Et hæc licentia generaliter da
ri poteſt ex cauſa, vt ſi monachus eſſet in ſtu-
dio, de accuſat. c. ex parte. Quod dixi de
muneribus, procedit ſecundum Vincen. niſi à
Papa dentur. Quod enim princeps dat filio-
familias, non ſubiacet poteſtati patris. C. de
bonis quę lib. l. cum multa. de elect. cap. cum
inter. de præbend. cap. niſi.

Monachus licet non poſſit haberet pro-
prium, tamen illud verum eſt, quantum ad eius
commodum proprium, & particulare, ſed
quantum ad commodum monaſterij ſic. Hinc
43 vſusfructus, † qui eſt apud vſufructuarium per
ingreſſum vſufructuarij in monaſterium, non
finitur, & non extinguitur, quia ius vtendi
cohęrens perſonæ, remanet apud monachum
& vtilitas apud monaſterium. argu. ff. de iure
dot. l. ſi vſusfructus. ff. ad Trebel. l. ſi patroni.
1. reſp. l. vſufructu. ff. ſolu. matr. cap. nuper.
de donat. int. vir. & vxor. Quiquidem vſus-
44 fructus † per mortem ingredientis poſtea fi-
nitur. ſecundum Innoc. & hoſt. in cap. in præ
ſentia. de probat. Specul. in titu. de ſta. mo-
nachor. §. vnic. verſ. 47. arg. ff. de peric. &
commo. rei vendi. l. neceſſario. §. fin. de leg.
2. l. cum pater. §. hæreditatem. Et nec obſtat
tex. in l. ſi vſusfructus ciuitati. ff. quib. mod.
45 vſusfructus amittatur. vbi vſusfructus † reli-
ctus Ciuitati centum annis durat Cum eccle-
ſia, & Ciuitas ęquiparentur. C. de ſacroſan.
eccleſ. l. vlt. quia reſpondetur: ꝙ lex præalle-
gata loquitur de vſufructu relicto ciuitati, &
ſic perſonę perpetuę ab initio relicto, hic vero
in caſu noſtro loquimur de vſufructu perſonæ
ſingularis & mortalis ad monaſterium, & ſic
ad perſonam perpetuam translato. Ideo ſe-
cundum naturam, & conditionem illius per-
ſonæ regulari debet, vt in iuribus allegatis. ita
Henric. Boich. in cap. cum conſtet. num. 6.
& 7. de pignoribus.

46 Cum proprietas † non tantum conſiſtat in
pecunia, & muneribus, atque literis, ſed etiã
in propria voluntate. cum monachus illi renũ
ciauerit. Hinc quæritur, an monachus habeat
voluntatem. Reſpondetur quod habet, ſed
non liberam, idem eſt de ſeruo, qui dicitur
non habere voluntatem, non quia non habeat,
ſed quia non habet liberam. vt 32. q. 3. c. patrẽ
Similiter & monachus habet voluntatem, ſed
non liberam: quia impoſuit hominẽ vice Dei
ſuper caput ſuum. vt 19. q. 3. c. ſtatuimus. vnde
non poteſt velle cum effectu contra volunta-
tem ſuperioris. vt 20. q. 4. c. monacho. quod
intellige quæ ſunt contra Deum. ita Turrecr.
& Præpoſ. in d. cap. non dicatis.

Licet religioſus non poſſit habere propriũ;
d. c. non dicatis. & c. cum ad monaſterium.
47 tantum electo ad prioratum poteſt † dari pẽ
ſio non vt propria, ſed illam habebit vt di-
ſpenſator in adminiſtratione, & poterit Ab-
bas ad libitum ſibi auferre: niſi haberet con-
firmationẽ Papæ: Tunc enim in illa eſſet obe-
dientiarius ſolius Papæ: nec per Abbatem poſ
ſet illa priuari. ita notatur in cap. niſi eſſent.
de præben. vbi primo notat. Panor. num. 12.
quòd religioſo licitè conſtituitur aliqua pen-
ſio ſeu prouiſio, non vt faciat eam ſuam, ſed
vt habeat diſpenſationem Abbate ſcilicet per
mittente, & non cõtradicente: nam vt ſeruus
habet peculium ex permiſſione Domini tacita
vel expreſſa, licet non poſſit habere propriũ
l. 4. C. de manum. & l. quam Tuberonis. ff. de
pec. ſic ſi ſuperior concedit aliquid monacho,
non dicitur habere propter hoc proprium. Ad
idem. vide Innoc. in cap. inſinuante. qui cler.
vel vou. Io. Andr. in reg. Non eſt obligatoriũ;
de reg. iur. in 6. in Merc.

48 Conſuetudo. † quòd bona, quę relinquun-
tur religioſo intuitu ſuæ perſonę à conſangui-
neo, vel extraneo, ſiue ſint mobilia, vel im-
mobilia, vel annui cenſus, poſſit ad vitam
ſuã retinere abſque licentia ſuperioris, donec
vixerit, non valet, cũ tanquã irrationabilis ſit
reiicienda. 8. diſt. c. mala. & c. ſeq. de cõſue.
c. fi. de prębẽd. c. extirpãdę. obuiat. n. Cano-
nicis inſtitutionibus. 11. diſt. c. 2. & 3. de cõſuet.
c. quanto. Nam Canones à quibuſcunque pro-
feſſis



feſſis tria ſubſtantialia regulæ obſeruari, præci-
piunt, inter quæ eſt paupertas. 12. q. 1. non dica-
tis. cap. nolo. Vnde prælatis prohibetur diſpen-
ſatio. d. c. cum ad monaſterium. Et ideo contra
49 † canones præceptiuos, vel prohibitiuos non
valet conſuetudo. 4. diſt. §. hinc etiam. Eo am-
plius, quia conſuetudo eſt ſine licentia ſupe-
rioris, & ſic eſt contra aliud de ſubſtantialibus
regulæ, ideſt contra obedientiam, cum ipſe
velle, vel nolle, non habeat, ſed ille cuius arbi-
trio ſe ſubiecit loco Dei. d. cap. non dicatis. de
elect. c. ſi religioſus. lib. 6. Igitur ſeruans talem
50 cõſuetudinem, peccat mortaliter: † quia obſer
uantia voti eſt præcepti. c. magnæ. ext. de vot.
Vouete, & reddite. Primum eſt conſilij. Secun-
dum præcepti. Qui autem venit contra præ-
ceptum, peccat mortaliter. 14. q. 1. c. quod præ-
51 cipitur. & c. ſeq. Quare talis † conſuetudo per
ſuperiorem non eſt toleranda: quia debet ſub-
ditos prohibere ab illicitis, quod ſi non facit,
illorum culpæ ſe inuoluit. 13. q. 4. cap. ita plane.
11. q. 3. cap. præcipue. Nec eſt paſtoris excuſa-
tio, ſi lupus oues comedit, & ipſe ignorat. de
reg. iur. cap. quamuis. & hæc negligentia in præ
lato eſt mortalis. 81. diſt. cap. dictæ. 1. quæſt. 1.
cap. interioris. Et hæc maxime procedunt con-
tra mendicantes. de relig. domi. lib. 6. capitu. 1.
Clem. exiui. §. cupientes. de verb. ſignif. ita Cal-
der. conſi. 1. de reg. vbi loquitur, & proponit
quæſtionem in fratribus Eremitanis ſancti Au-
guſtini, & extendit ad omnes tria ſubſtantia-
lia profitentes.

52 Licet profeſſi † poſſint de licentia prælati
habere libros, veſtes, & pecuniam ad vſum
ſuum, & pro eius neceſſitate, tamen vltra ne-
ceſſitatem eſſent incapaces talium rerum: q̃a
ratio quare iſta conceduntur, ſunt propter ne-
ceſſitatem, illa ergo ceſſante, vel vltra illam in-
telligitur denegata. 1. q. 7. cap. quod pro reme-
dio. Item in ſuperfluo præſumeretur fraus. c.
officij. de teſtam. & cap. fi. bene facit clemen.
exiui. §. porro. & ſequen. de verb. ſignif. ex qui-
bus patet, quod licentia Abbatis extenditur, vt
conceſſa pecunia expendatur in veras, & non
fictas neceſſitates: per hoc enim non læditur
abdicatio proprietatis. ita Calder. conſilio 2.
de regular.

53 Superior † profeſſi, qui poteſt dare licentiã,
vt habeat vſum librorum, & aliarum rerum
eſt proximus prælatus. de pact. cap. fi. lib. 6. Niſi
aliud eſſet cautum in conſtitutionibus ſuorũ
ordinum. quia tunc eſſent ſeruandæ conſtitu-
tiones. Vel niſi feciſſet profeſſionem in mani-
bus Generalis totius ordinis, vel alterius eius
nomine. ſecundum Gemin. & Franc. in c. quo-
rundam. de elect. in 6. nume. 2. quia tunc ſolus
Generalis poſſet talem licentiam concedere:
quia eius arbitrium, & voluntas dependet ab
arbitrio eius, cuius imperio ſe ſubiecit. 12. q. 1.
non dicatis. cap. ſi religioſus. de elect. lib. 6. Cal
der. conſi 3.

Conuerſi an poſſint habere proprium. præ-
54 mitto, primum, quòd conuerſus † ſumitur mul
tipliciter, quandoque qui de peccato ad Deũ
conuertitur. cap. fi. de pœnit. diſt. 7. Item qui de
ſtatu laici conuertitur ad clericatum, qui dicũ-
tur clerici, ideſt de ſorte Domini. c. qui portio.
cap. duo ſunt genera. 12. q. 1. Item qui conuer-
titur ad eccleſiam ſæcularem. Item qui cõuer-
55 titur ad religionem. Secundo quòd † conuer-
ſorum aliqui ſunt conuerſi profeſſi, alii non
profeſſi, vt innuit c. vt lex. 27. q. 1. de priuil. cap.
cum & plantare. §. de confraternitatibus. de
elect. cap. ex eo quod. libr. 6. Item profeſſorum
alij ſunt, qui profitentur tria ſubſtantialia regu
læ, & hi non differunt a monachis: nam etiam
de eſſe monachatus non eſt ordo, ſeu quòd
tales ſint ordinati, ſeu in clericos tonſurati. 16.
56 q. 1. c. alia. Sed appellantur hi conuerſi † in mo
naſterio, vbi ſunt fratres, vel monachi ad dif-
ferentiam illorum, qui ſunt clerici, ſeu eorum,
qui ad ordines promouentur. Et appellantur
hi tria ſubſtantialia profitentes, conuerſi, vel
quia de facto non ordinantur, vel ordinari nõ
poſſunt, puta, quia ſunt bigami, vel aliàs irregu
lares, aut aliàs impediti ab ordinum ſuſceptio-
ne, tamen gaudent regulariter priuilegiis, &
oneribus, & honoribus regulæ monachorum.
de ſent. excommu. c. non dubium. & cap. paro-
chianos. & c. ex tenore. dixi, regulariter, quia
interdum ſecundum ſtatuta ordinum non te-
nentur ad officium, ſed ad tot Pater noſter, &
tot ieiunia. Item quia non gaudent honoribus:
quia non poſſunt eſſe prælati, nec eligere cum
profeſſis clericis. cap. ex eo. de electio. li. 6. Alij
57 vero ſunt profeſſi † certum quid promitten-
tes, quia licet promittant aliquam regulam, vel
capitulum regulæ, tamẽ propriè non ſunt pro-
feſſi, vel monachi, licet largè poſſint religioſi
appellari, & tales à laicis appellari debent, &
poſſunt Deo deuoti. d. c. duo ſunt. Vt ſi promit-
terent obedientiam, cum etiam Canonici ſæ-
culares hoc promittãt. extra de maior. & obe.
c. 2. & 3. & c. his quæ. Poteſt enim eſſe obediẽ-
tia ſine caſtitate, & proprij carentia. Vnde Spe
cu. de ſta mon. verſ. 27. dat exemplum in iſtis
militibus Beatæ Mariæ, qui appellantur mili-
tes gaudentes. Sic etiam de fratribus tertij or-
dinis ſancti Franciſci, de quibus in clem. cum
ex eo. de ſent. excom. & cle. 1. de religio. domi.
His ſic præmiſſis, conſtituo has deciſiones.
& prima

58 Conuerſi, † qui ad religionem conuertun-
tur, ſed ad religionem non approbatam per
ſedem

ſedem Apoſtolicam, poſſunt proprium retine
re facere teſtamentum , & contrahere matri-
monium. de voto. c. 1. lib 6.
59 Secunda. † Tranſeuntes ad religionem per
ſedem Apoſtolicam approbatam, poſſunt ma-
trimonium contrahere, & retinere proprium,
ſi profeſſio illius regulæ hæc non interdicit, vt
patet in fratribus tertij ordinis S. Franciſci, de
quibus in d. clem. cum ex eo. de ſenten. excom-
mun. qui quidem fratres vocantur per dictam
clem. continentes, licet non promittant conti-
nentiam, ſed contrahant matrimoniũ, & vtan-
60 tur iam contracto , nam dicuntur † continen-
tes quo ad quid, quia certis diebus debent abſti
nere à thoro. Cauere tamen debent, ſecundum
Laud. in d. clē. ne cum abſtinent , parent locum
aliis viris , debent enim cuſtodire vxorem , cũ
vir ſit caput vxoris, vnde vir dicitur à virtute,
mulier autem a mollitie, ideo imputatur viro,
61 † ſi mulier delinquit. Hinc dicit quòd in Ca-
thalonia, & in multis aliis partibus vir cucur-
bitatus per vxorem licet inuitus , & ignorans,
ſoluit fiſco 40. ſolidos. Pariſiis vero ducitur ſe-
dens ſuper aſinum, & præcone clamante , qui
ſic faciet , ſic accipiet . Canon infligit talibus
irregularitatem. 32. q. 2. c. placuit. Vbi dicuntur
fratres tertij ordinis continentes non propriè,
ſed impropriè , ſicut coniugati recte matrimo
nio vtentes.
62 Tertia. Conuerſus † ad Eccleſiam ſæcularē
ſic dicit. Ego do, vel reddo, vel offero me , &
omnia bona mea huic Eccleſiæ, non intelligi-
tur hoc ipſo vouere continentiam, vel abrenũ-
ciare propriis, vel dare, aut offerre etiam futu-
ra, vnde ſi plus non exprimit , intelligit quòd
per illa verba quod dat ſe eccleſiæ pro conuer
ſo, & omnia ſimpliciter, quæ tunc temporis ha
bet, nec intelligit eum vouere ob hoc, vel pro-
priis renunciare , vnde & propria habere po-
terit , & matrimonium poſtea contrahere, &
contracto vti. ſecundum Hug. vt refert Archi-
diacon. numero 2. in cap. vt lex. 37. quæſtio. 1.
niſi conſuetudo eccleſiæ eſſet in contrarium,
ff. de aur. & arg. leg. l. ſi ita. & no. in l. fin. C. quæ
res pign.
63 Quarta. Conuerſus promittens † ſimpliciter
obedientiam , non dicitur regularis, cum etiã
Canonici ſæculares hanc promittant. cap. 2. &
3. extra de maior. & obed. niſi obedientiam
monachalem promitterent, puta quia omni
ſuæ voluntati renunciarent, & omnia commi-
terent voluntati Abbatis , quia tunc talis obe-
dientia pro profeſſione ſufficeret. 12. q. 1. c. non
dicatis. & c. nolo. Notat Inno. & Hoſt. in cap.
conſuluit. qui cler. vel vou. Archid. in d. cap. vt
lex. numero 3.
64 Quinta. Laicus † promiſit Guardiano Fra-
trum minorum recipienti nomine Conuentus
veram obedientiam, & omnia facere, quæ erũt
ei impoſita dicto nomine, & de iure debita , q.
Guardianus recepit eum in conuerſum , & fa-
miliarem dicti Conuentus, lapſu temporis ip-
ſe contraxit matrimonium , & in fine tempo-
ris condidit teſtamentum, quæritur an potue-
rit hæc facere, & dico, quòd ſic. Tum quia non
apparet expreſſe ſe voluiſſe obligare ad tria
ſubſtantialia regulæ ad quæ ſe obligant Mino-
res, ergo non intelligitur profeſſus, vnde ſequi-
tur, ꝙ poſſit contrahere matrimonium , & te-
ſtari. glo. 4. in d. c. vt lex. Tum etiam, quia nec in
dubio hoc præſumi debet , quia hoc conſiſtit
in facto, ideo non præſumitur. c. cum Ioannes.
de fide inſtrum. c. quoniam contra. de probat.
65 Tum etiam, quia † promittendo veram obe-
dientiam, non ſequitur, quòd voluerit alia duo
promittere, cum ſint diuerſa. Et promittere,
obedientiam, non infert profeſſionem , vt ex-
preſſe tenet Innoc. in cap. conſuluit. qui cler.
vel vouentes. Tum etiam , quia vt iſte obli-
getur ad profeſſionem , requirebatur , quòd
Guardianus, qui habet poteſtatem incorporã-
di religioni, vel alias eo nomine recepiſſet ad
illam. iux. not. in cap. porrectum. de regu. & per
Franc in cap. 1. de vot. in 6. Sed hoc non appa-
ret ex forma receptionis , ergo . ita conſuluit
Calder. conſi. 6.
66 Sexta. Conuerſus † qui profitetur tria ſub-
ſtantialia regulæ, paupertatem , caſtitatem, &
obedientiam tacitè , vel expreſsè teſtari non
poteſt. 19. q. 3. cap. quia ingredientibus. 12. q. 1.
c. nolo. & c. non dicatis. de teſta. c. 2. & nec ma-
trimonium contrahere. dē voto. c. 1. lib. 6. Et de
his loquitur tex. 27. q. 1. c. vt lex continentiæ.
vnde ibi dicitur: Monachi, atque conuerſi pro-
feſsi, vt illud profeſſi ſit adiectiuũ conuerſi. vt
no. Arch. in d. c. 11. vt lex. in prin. & Turrec. ibi.
67 Ordo degens ſecundum regulam † beati
Franciſci triplex eſt . Primus eſt ordo Fratrum
Minorum , quorum regulæ repugnat habere
proprium etiam in communi. vt patet in Cle.
Exiui. vltra medium. col. 4. verſ. quia igitur. de
verbo. ſignif. & ponitur in regula eorum, & in
conſtitutione Innocentij quarti directa Gene
rali, & Prouincialibus miniſtris, ac cuſtodibus,
cæteriſque Fratribus Ordinis Minorum , quæ
fuit data Lugduni xviij. Calend. Decembr is, ſui
Pontificatus anno iij. Vbi in ipſa regula con-
tinetur expreſsè, quòd Fratres nihil ſibi appro-
prient nec domum , nec aliquam rem , nec in
communi , nec in ſpeciali debent proprietatē
habere, quam conſtitutionem obſeruant dicti
68 Fratres , † licet ſint aliqua iura eis reſeruata,
per Clem. dudum. de ſepult. puta ius funerandi,
audiendi confeſsiones, eccleſias poſsidendi, &
reci-



recipiendi oblationes. vt dicit Francus in cap.
quia ex eo. nu. 3. de pact. in 6. Secundus eſt ordo
69 Sanctæ Claræ, alias Sancti Damiani, † qui eſt
monialium, & differt ab ordine primo in hoc,
quòd habent moniales proprium in commu-
ni. ita not. glo. in Clem. cum ex eo. de ſent. ex-
com. & eſt glo. 3. & in Clem. 1. de relig. dom.
in glo. ſuper verb. obedientiam. Tertius eſt or-
do Fratrum continentium , alias de pœniten-
tia, qui viuunt in coniugio, & habēt proprium
etiam in ſingulari , & teſtari poſſunt de rebus
ſuis. Immo præcipitur in regula eorum in ru-
brica de teſtam. condendis , quòd infra tres
menſes poſt ingreſſum , debeant facere teſta-
mentum , ne contingat eos decedere inteſta-
tos, & hic tertius ordo potius eſt quidam mo-
dus viuendi , quàm propriè dicatur regula . vt
notat gl. in d. Cle. cum ex eo, eſt tamen appro-
batus per Nicolaum tertium. vt dicit d. glo. De
quo tamen tertio ordine ſatis diximus ſupra.
70 Adeò monachus, † ſiue monialis nihil ha-
bet. 12. q. 1. cap. non dicatis. 16. q. 1. c. 1. vt etiam
pannos, quos portat monachus, non dicitur ha
bere quo ad hoc , vt poſſit diſponere de eis:
Cum enim monachi æquiparentur ſeruis. 54.
diſt. cap. multos. notat Innoc. in cap. cum olim
propter. de priuileg. ſeruus autem non habet
dominium veſtis, quam defert, ſed eſt domini.
vt in l. id veſtimentum. ff. de pecul. Sequitur ꝙ
etiam monialis, ſeu monachus non habet do-
minium veſtis, ſeu cucullę. ita not. glo. in d. cap.
non dicatis. Et ex hoc inferunt omnes Docto.
71 quòd † monachus, ſeu monialis ſpoliata cap-
pa non poteſt agere interdicto vnde vi , quia
non poſſidet , ſed hæc actio debet intentari p
ſindicum monaſterij . hoc probatur ex no. in
c. cum dilecta. de reſcr. in glo. fi. Ad prædicta fa
cit c. 2. in prin. & verb. qui vero peculium. & c.
cum ad monaſterium. in princip. & in fine. de
ſtatu monach.
72 Monialis S. Claræ † cum licentia ſuperioris
legitima , licite poteſt alteri moniali conce-
dere cellam ſuis vſib. deputatam cum omni-
bus ornamētis, caſſis, & ſupellectilibus, & aliis
ad dictam cellam pertinentibus alteri monia-
li, & ratio eſt, quia licet monachus ſit incapax
proprietatis , dictis iuribus ſupra allegatis , ta-
men monacho poſſunt concedi res ad vſum. vt
not. Doct. in c. 2. de ſta. mona. & ibi ponit Ioã.
And. ſuper glo. alias proprium . & non ſolum
res habere poteſt, ſed etiam pecuniam, dum ta
men ipſam non expendat , nec alicui det ſine
Abbatis licentia, ſed ipſam teneat paratus eam
reſignare, quando Abbas voluerit. vt no. Ioan.
Andr. in d. c. verſ. deprehenſus. & in verb. pro-
prietate. Immo ꝙ plus eſt, etiam fratres mino-
res, qui non poſſunt habere proprium , nec in
communi, poſſunt habere vſum rerum tam in
libris, quàm in vtenſilibus , vt patet ex priuile-
gio Nicolai III. verſ. Ad hæc cum fratres. & in
verb. quia vero dominium. Idem patet in pri-
uilegio Innocentij IIII. eis directo, & conceſ-
ſo. Sed modo bona, quæ habet monialis , ha-
bet ad vſum , ergo illum vſum cum debita li-
centia potuit transferre in aliam. Nemo enim
plus iuris in alium transfert, quàm ipſe habeat.
ff. de reg. iur. l. nemo. 1. q. 7. c. Diabertum. extra
de donat. inter vir. & vxo. c. nuper. Tum etiam,
quia dicta donatio fuit facta cum debita li-
cēntia, vnde non videtur facta a moniali, ſed à
ſuperiore, quia omnia noſtra facimus , quibus
autoritatem impartimur. extr. de præb. cap. hi
qui. §. eum quoque. & c. ſi apoſtolicæ. libr. 6. ita
conſuluit Zabar. conſi. 17.
73 Monacho † ſi relinquitur, intelligitur relin-
qui monaſterio , vel conuentui. not. in c. cum
ad monaſterium. de ſta. mon . Nam ſicut patri
per filium acquiritur, ſic per ſeruum Domino,
& per monachum monaſterio. Hoc probatur
12. q. 1. c. non dicatis in fi. 19. quæſt. 1. cap. ſtatu-
tum. de ſtat. monach. in c. cum ad monaſteriũ.
& in Extr. Nicolai. Exiit, qui ſeminat. §. ad hoc
cum fratres ipſi.
74 Intantum acquiritur monaſterio † hæredi-
tas per monachum, quòd vno momento non
durat apud monachum. ff. de acquir. hæred. l.
placet. Immo plus, monacho nolente accepta
re legatum, vel hæreditatem adire , monaſte-
rium poterit acceptare, & adire. vt not. Archi.
18. q. 1. c. ſtatutum. per tex. in l. vlt. §. ſi autem. C.
de bonis quæ lib. Ad hoc de conuer. coniug. c.
veniens. in glo. vlt. Reſpicimus enim cui acqui-
ritur , & non cui relinquitur, ad hoc. ff. de iure
patr. l. ſi vero. §. cõcluditur. Sufficit enim quòd
monaſterium habeat quomodocunque , vel
qualitercunque habeat. de bonis quæ lib. l. etiã.
§. ſi debita. ad idem. ff. quod cum eo. l. ſi. filium.
§. ſi filio. Ibi, effectu enim hæres eſt. Hinc Bar.
dixit, ꝙ monachus inſtitutus hæres conditio-
ne iſta adiecta, ꝙ ſi non vult adire hæreditatē,
alius ſit hæres , ſi monachus non vult adire , ꝙ
monaſterium ſine monacho adire poterit , vt
excludat ſubſtitutum, ſicut pater, qui filio inſti
tuto recuſante adire, poteſt l. 1. §. ſin autem. C.
de bon. quæ lib. ita Bar. in l. 1. ff. de vulg. & pup.
in 3. colum. verſ. quæro, ſi inſtitutus. & in l. cum
proponas. C. de hæred. inſtit. Quam opinionē
tenent quaſi omnes ſcribentes in c. in præſen-
tia. de proba. Bal. in l. 1. in 10. col. C. qui admitti.
Panorm. in d. cap. in præſentia. in vlt. col. verſi.
circa hoc.
75 Monachus quis nõ efficitur, dum † eſt in tem
pore probationis , ſed nomen monachi acqui-
rit in ipſa profeſſione. ad hoc tex. 20. q. 3. cap.
præſens.

præſens.cap.ſi ſeruus.diſt.54.glo.in cap.1.verb. dedicanda.de relig. domi.quæ dicit, quòd ſicut eccleſia tunc dicitur,quando eſt conſecrata.Et Epiſcopus tunc aſſumit tale nomen,quādo eſt conſecratus, ſic monachus tunc Deo dedicatur,cum facit profeſſionem.27.q.1.cap. virginibus.& c.ſi quis facto. Quod nota,quia
76 facit; quòd ſi teſtator legat alicui,† quando monachus efficietur, legatum ſibi nō debetur antequam profeſſionem fecerit, faciunt quæ habentur in regula,beneficium.de reg. iur.lib. 6.& in cap.religioſo.§.1.de ſent. excom. lib.6. vbi ex illo verbo,cum effectu, patet, quòd appellatione effectualis,& veri religioſi non cōprehenditur nouitius qui non eſt tacitè vel expreſſe profeſſus.Et generaliter, quando nouitius veniat appellatione religioſorum, vide per Domi.in d.c.2.circa ſi.

77 Papa contulit † regulari aliquem prioratū, qui de ſe non erat perpetuus, ſed Abbas ponebat ibi priorem & remouebat ad nutum,iuxta ea, quæ habentur in cap. cum ad monaſterium. de ſta. monach. Nunquid Abbas poteſt iſtum remouere ad nutum, ſicut potuiſſet, ſi ipſemet contuliſſet. Quæſtio eſt ſatis quotidiana,& ideo aduerte ad duos caſus,iuxta Panor.in cap.ad noſtram.num.7.de confirm.vtil. quorum primus.

78 Beneficij natura † non alteratur,quando Papa contuliſſet prioratum ex negligentia Abbatis, vnde ſicut primo poterat remoueri ad nutum, ita & nunc, interueniente collatione Papæ:quia ex quo contulit iure deuoluto, non videtur voluiſſe alterare naturam beneficij.de quo vide tex.cum glo.not.in Cle.quia regulares.de ſuppl.neglig.prælat. vbi hoc tenent communiter Doct.

Secundus. Papa,qui ceſſante omni negligē-
79 tia † ſuperioris contulit expreſſe prioratum,vt quoad vixerit, debeat retinere, & poſsidere, tunc ſine cauſa iſte non poteſt remoueri per ſuum ſuperiorem. De hoc vide tex. in c. cum inter R.de elect.& ſic intellige notata per Doctor.Sed ſi ſimpliciter contulit, & tunc poteſt remoueri, ſicut prius per ſuperiorem: quia cū Papa concurrat in collatione beficiorum cū omnibus ordinariis.c.2.de præben. libr.6. non videtur ſimpliciter conferendo voluiſſe alterare naturam beneficij,& regularem remouibilem,facere perpètuum.argu.text.in c.ad noſtram.& c.ſeq.de confir.vtil. vel inutil.Et in dubio hoc debemus tenere tanquam congruens bono obedientiæ.

80 Superior proprius Abbas † contulit regulari prioratum,ſeu aliā adminiſtrationem quouſq; vixerit poſſidendam,hoc non obſtante poteſt hunc regularem ad libitum remouere, & ratio eſt,quia ſi gerebat in animo,quòd eum remouere non poſsit,illicita fuit conceſsio,& contra ius.c.cum ad monaſterium.§.nec alicui. de ſtatu monach. Item quemadmodum Dominus non poteſt obligari ſeruo.l.interpoſitas.de tranſactio.ita nec Abbas ſuo monacho. facit tex.in cap.manifeſtum.34.q.5.Tum etiam,quia Abbas non potuit ſibi legem imponere, a qua non liceat ſibi recedere ff.de leg. 3. l. ſi quis in prin.de pact.l.nemo. de offi. præſid. l. legatus.
81 Nec etiam Abbas poteſt ſe obligare † expreſſe.quòd regularis ſemper illud habeat,vel ſemper in certo loco remaneat.vt no.Hoſt.in cap. inſinuante.qui cler.vel vou.in verb. ſubſtantia. & Arch.in c.vlt.in glo 2.in ſi.de offi.ordi. quia nulla poteſt cadere obligatio inter ſeruum, & Dominū.d.l.interpoſitas.facit quod not.de regu.iur.non eſt obligatorium. lib. 6. in Mercur. de præben.lib.6.c.cum ſingula. Immo etiam ſi Abbas expreſſe ſe obligauerit iurando, nihilo minus valebit remotio.ita Abb.in d.c. ad noſtram.de confir.vtil,

Abbas poteſt remouere ſuum regularem à
82 prioratu, quamuis memoria † non ſit in contrarium,quòd talis prior fuerit per ſuperiorem remotus, & ratio eſt:quia ex quo ſuperior nunquam remouit, non ex hoc eſt inducta conſuetudo, quia ex actibus meræ voluntatis non inducitur conſuetudo.vt not in c. Ioannes. de cler.coniu.Nec etiam poteſt dici inducta conſuetudo, ſi ſuperior volens illum remouere, non potuit propter potentiam illius, cum ſit contra bonum obedientiæ.arg. c. cum non liceat. de præſcript. & in cap. cum inter vos. de conſuet.

83 Abbati pro ſola ſua voluntate,† regularem etiam ſine iuſta cauſa, ſed ex odio,vel alia iniuſta cauſa reuocanti, an poſsit regularis reſiſtere.Ioan. Andr.in c.præſenti.de offi. ord.in 1. glo. refert Vltramontanos tenere, quòd talis prior poſsit quærelam deponere coram ſuperiore ipſius Abbatis ſupplicando ad inſtar ſerui.& ſic per ſuperiorem reſtringetur talis voluntas ſub ratione.11.q.3.c.illa.Sed ita Italicos communiter hoc non recipere, ſed tenent ꝙ poſsit reuocare.Et iſta opinio eſt melior.ſecūdum Imolam in c.cum ſingula.de præben.in 6. Verum Imol.in Cle. quia regularem. de ſuppl. negli. prælat. concludit, quòd reuocatio fieri poteſt ex iuſta cauſa.gl. in c.porrecta. de cōfir. vti.glo.in verb. reuocari. in Clem. ne in agro. § ad hæc.de ſta.mona. ſed ſi fieret ex cauſa iniuſta, tunc poſſet implorari officium iudicis ſuperioris. At in dubio ſi allegatur iuſta cauſa, ſtatur verbo prælati, ſi ſit perſona honeſta, & non ſit præſumptio odij.

84 Abbas † in duobus caſibus non poteſt monachum



nachum reuocare. Primus, quando penderet denunciatio, vel inquiſitio contra Abbatem, quia tunc præſumeretur reuocatio facta cauſa odij.vt eſt tex. in c.pen. de accuſ. Secundus, quando monachus conquereretur non pro intereſſe ſuæ perſonæ, ſed pro intereſſe loci, a quo amouetur,vt quia ex tali amotione læderetur talis locus.vt not.in c. ex parte. de accuſ. Franc.in c cum ſingula.de præben.in 6.

85 Monachi,† ex quo proprium non habent.vt d.c.non dicatis. & cap. cum ad monaſterium. non poſſunt nec teſtari ad pias cauſas.vt tenet Bar,in l.1.Cd.e ſacroſan.eccle.ver. Tertio quęro. cum nec poſsint facere eleemoſinam in vita, ergo multo minus poſſunt diſponere in
86 morte.Immo nec conſuetudo talis † valeret, vt dicit Bald. in authen. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. Licet conſuetudo poſſit concedere clericis ſæcularibus in caſibus,in quibus aliàs non poſſent.vt dicit Franc.in rub.de teſta.in 6. num.34.poſſet etiam conſuetudo concedere ipſis prælatis regularibus poteſtatem donandi in vita de aliquibus bonis mobilibus eccleſiæ.vt eſt tex.ſing.in c.cæterum.de donat.& ibi per Imolam.

87 Monachus,ſeu † canonicus regularis, vel de ordine mendicantium ſi promouetur in Epiſcopum, vel Archiepiſcopum, iux.Clem.1.de elect.& c.quorundam. de elect. lib. 6.non poteſt facere teſtamentum.ita glo.pen.in c. 1. de teſtam.quia non liberatur propter hoc ab aliis ſubſtantialibus regulæ.vt voluit gl.in d.c.quorundam. in fin.§& in verb. Mendicantium. de elect.lib.6.Vnde non poteſt propter hoc habe
88 re proprium,immo † quicquid poſtea acquirit,acquirit Epiſcopatui,vel Archiepiſcopatui. vt eſt tex in c.vnic.18.q.1.& in c. cum olim. el 2.de priuil.& ſequitur glo.in c.quia tua.12.q.1. in prin.ita Ioan. Andr. & Imola in cap.1. de teſtam. dicens, quòd talis non poteſt teſtari etiam de acquiſitis intuitu perſonæ, cum regularis quicquid acquirat, acquirat eccleſiæ.cap. requiſiuiſti de teſtam.Quod idem etiam pro-
89 cedit in regulari † facto Cardinali,quia non poteſt facere teſtamentum. ita Bald. in authē. licentiam.in princip.C.de epiſco.& cleri. cum non liberetur a ſubſtantialibus regulæ, vt eſt votum paupertatis,vel continentiæ, vnde non poteſt habere proprium,ſed acquirit ſuæ eccleſiæ.vt d.cap.1.18.quæſt.1.inde etiam eſt,quòd non poſſunt Cardinales mutare habitum ſuæ profeſsionis,& ſic relinquere habitum monachalem,vel Mendicantium, & ita obſeruatur. ita Francus in rubric.de teſtamen.in ſexto. numeo 76.

90 Monachus habet patrem Regem, an ei ſuccedat. Dico, quòd ſic in patrimonialibus, ſi quæ haberet,non autem in regno, & ratio eſt: quia eſt extra proprium patrimonium regnū, Regnum enim non defertur ſanguini, ſed vitæ.vt habetur 8.q.1.cap.Moyſes. Quod idem habet locum in ducatu, & huiuſmodi, ſcilicet quòd in eis ſuccedent ſi ſunt de proprio patrimonio,aliàs non. ita dicit Card in cap.1. num.3.18.q.1.

91 Monachi non dicuntur † proprietarij, ſi ſciente Abbate pecuniam tenent,parati tradere, quoties requiſiti erunt ab Abbate. vt not. in cap. cum ad monaſterium. de ſtatu monacho.Nec ex hoc dicitur Abbas diſpenſare ſuper proprio, quod non poteſt. d. cap. cum ad monaſterium:nam tunc eſſet tantum diſpenſatio,quando vellet Abbas monacho permittere quòd haberet proprietatem nomine proprio.ita Card.in Clem.ne in agro. §.præmiſſa. de ſtatu monach.

*SVMMARIVM.*

1 *Monachus ad quamcunque dignitatem ſupremam promoueri poteſt.*
2 *Monachus Epiſcopatui renuncians, an remaneat Canonicus Eccleſiæ.*
3 *Monachus poteſt promoueri ad dignitates inferiores pontificalibus.*
4 *Monachus ad dignitates ſæculares, vel collegiatas,nec curatas non promoueri poteſt de iure.*
5 *Monachus ad dignitates curatas promoueri poteſt.*
6 *Cura duplex dicitur.*
7 *Monachus poteſt præfici eccleſiæ curatæ in collegium.*
8 *Monachus tranſlatus ad ſuam parochiā abſolutus eſt ab Abbate.*
9 *Monachus factus parochus,tenetur ad diuinum officium parochiale.*
10 *Monachus factus parochus, vel Epiſcopus,poteſt eſſe ſolus.*
11 *Monachus non poteſt habere beneficia ſimplicia.*
12 *Item alia beneficia non curata etiā principalia.*
13 *Monachus quando, & in quibus caſibus poſsit præfici hoſpitali.*
14 *Monachus poteſt eſſe vicarius Epiſcopi.*

Mo-

*15 Monachus quando poteſt præfici eccleſiæ, ſemper requiritur licentia ſui prælati.*

*16 Monachus quare ad dignitates tranſire non poſsit inuito Abbate, & clericus inuito Epiſcopo, ſic.*

*17 Altare an poſsit ædificari in eccleſia regulari.*

*18 Cura monachorum geritur per clericos ſæculæres.*

*19 Monachus aſſumptus ad Epiſcopatum, vel Cardinalatum qualiter ſe conformabit in diuinis officijs. & nu. 21.*

*20 Monachi commorantes cum Dominis Cardinalibus an ſatisfaciant conformando ſe in diuinis officijs cum dictis Dominis.*

*22 Monachus factus parochus non eſt abſolutus ab aliquo ſpeciali officio, ad quod ex voto tenetur.*

*23 Monachus promotus ad curam, an ſit ſolutus ab obſeruantijs regularibus.*

*24 Religioſus promotus ad Epiſcopatum, an abſoluatur ab obedientia.*

*25 Monachus promotus ad curam, tenetur accedere ad ſynodum.*

*26 Monachus aſſumptus ad curam animarum, aſſumptus intelligitur ad officium prædicandi. & 27.*

*28 Prædicatoris officium eſt in multis priuilegiatum.*

*29 Monachus factus Epiſcopus poteſt carnes comedere. & nu. ſeq.*

*31 Monachus factus Epiſcopus poteſt ſibi facere commatrem.*

## Monachus, ſiue regularis an poſſit promoueri ad eccleſiam ſæcularem. Cap. X X.

CIrca hoc capitulum nota plures
caſus ſcitu dignos, quorum primus.
1 Monachus † poteſt ad quamcunque dignitatem ſupremam
promoueri, ſiue dignitas illa ſit epiſcopalis, vt
patet. 18. quæſt. 1. cap. ſtatutis. de voto. cap. per
tuas. de elect. c. nullus lib. 6. & Clem. 1. eo. titu.
ſiue ſit Papalis. vt notat glo. 18. q. 2. c. quam ſit.
in glo. fi. cum licentia tamen ſui Abbatis. gl. in
d. c. quam ſit, quam ſi nollet concedere poſſet
compelli propter bonum publicum ad conſentiendum. facit c. nullus. de iure patr. Abb. in
c. quod Dei. de ſta. mon. nu. 12. Sed quid ſi mo-
2 nachus † fiat Epiſcopus, & poſtea renunciat,
vel deponatur, an remaneat canonicus eccleſiæ Cathedralis. Dic, quòd non. vt not. 16. q. vlt.
c. in noua. Doct. in c. cum ad monaſterium. de
ſtat. monach. & in Clem. in pleriſque. de elect.
& Clem. 1. de ſtat. reg. & habetur per Franc.
in cap. nullus. in fine. de electio. in 6.
3 Secundus. Ad dignitates † inferiores pontificalibus, ſi ſunt regulares, poteſt monachus
promoueri. cap. quod Dei de ſtat. regu. extr. de
regul. cap. 2. de præben. cap. cum ſingula. lib. 6.
glo. 16. quæſt. 1. cap. in ſumma. Quæ concluſio
procedit etiam in dignitatibus non principalibus eccleſiarum regularium. & ita poteſt
intelligi tex. in c. ſi quis. diſtin. 57. ſecundum intellectum gloſſæ ibi, in fine, dum tamen non
ſint diuerſæ profeſsiones, vel habitus. vt Clem.
1. de elect. cum homines diſparis profeſsionis
non debeant ſociari. c. cum cauſam. de elect.
16. q. 7. c. in noua. Si tamen monachus de ſuo
monaſterio non inueniretur habilis, tunc poteſt eligi de alio monaſterio, etiam qui non
eſſet eiuſdem habitus quo ad colorem. Cardi.
in c. quam ſit. 28 q. 2.
Terrius. Ad dignitates ſæculares, quæ non
4 † ſunt collegiatæ, nec curatæ, vt ſunt Decanatus, Præpoſituræ, & aliæ dignitates in eccleſiis cathedralibus, vel collegiatis non principales, de iure promoueri non poteſt. Hoſt.
in c. quòd Dei. de ſtat. monach. Zabar. in Clem.
1. 27. quæſt. de electio. vnde non poteſt eſſe canonicus.
5 Quartus. Ad dignitates † principales,, &
curatas in eccleſiis collegiatis promoueri poteſt. ita tenet Ber. in c. 2. de ſtat. regul. & eo. tit.
6 c. quod Dei. Verum ſciẽdum. quod duplex † eſt
cura, quædam propriè, & vulgariter per omnes nuncupata cura, vt cura, quam habet eccleſia parochialis in ſuos parochianos. Quædam
eſt cura non ſic propriè dicta, vt cura, quam
habet prælatus eccleſiæ in illòs de collegio. c.
cum ad eccleſiarum. de off. ord. De prima omnes concordant, quòd monachus ad talẽ poſſit eligi. per c. quod Dei. de ſta. monach. cũ ibi
notatis. At de ſecunda diſputatur. inter Doctores: verum factis hincinde rationibus commu-
7 niter tenetur, † ꝙ indiſtinctè monachus poſſit præfici eccleſiæ curatæ non habenti aliam
curam, niſi in collegium. vt tenet Io. Calder. in
d. c. quod dei. ſi quis tamen vellet videre diuerſas hincinde opiniones videat Do. Card. in d.
Clem. 1. q. 27. Præpoſ. in c. 3. diſt. 58.
8 Quintus. Monachus † poſtquam tranſlatus
eſt ad ſuam parochiam, abſolutus eſt ab Abbate, & Epiſcopus eſt ſibi Abbas, & ita nota,
quod propter neceſſitatem, & vtilitatem ſalutis animarum, præfertur actio contemplationi, & communis vtilitas priuatæ. de reg. c. licet,
quamuis enim ibi dicatur de Epiſcopatu, tamẽ
eadem ratio eſt in aliis. arg. de præben. c. maioribus. cum illa plus reſpiciant ſalutem animarum, quam epiſcopalem dignitatẽ. tenetur aũt
9 talis ad diuinum officiũ † parochiale, & quantum bono modo conformabit ſe cum presbyteris in actibus licitis. arg. 41. diſt. c. quiſquis. Nã
abſolutus eſt ab omnibus obſeruantiis regulę,
quas commodè ſeruare non poteſt, ſed non a
10 ſubſtantialibus. 18. q. 1. c. vnic Rurſum † licet
monachi clauſtrales nunquam debeant eſſe
ſoli, tamen promotus in perpetuum ad curam,
cum nihil habeat commune cum monaſterio.
vt dicit glo. de ſta. mon. in Clem. 1. §. præfatæ,
poteſt eſſe ſolus. i. ſine ſocio religioſo extra
monaſterium. ſic ſi fieret Epiſcopus eccleſiæ
ſæcularis. de renunc. c. niſi. ad fi. Zabar. in d. §.
præfatæ. quarta oppoſ.
11 Sextus. Quo ad beneficia † ſimplicia ſine
cura, vt ſunt præbendæ in eccleſia collegiata,
vel cathedrali, promoueri non poteſt. c. ſuper
eo. de regu. & ratio eſt: quia ſicut eccleſia regularis non debet reformari ex clericis ſæcularibus. c. inter quatuor. de relig. dom. ſic nec ſæcularis, ex regularibus. d. c. ſuper eo. ita Hoſt. in c.
quod Dei. de ſtat. mona. Tum etiam, quia non
debent eſſe in eodem collegio homines diuerſæ profeſſionis. 15. q. 7. c. in noua. niſi propter
curam animarum. d. c. quod Deis.
Septimus. Idem tene in aliis beneficiis non
12 † curatis, etiam principalibus. vt no. in d. cap.
ſuper eo. notat glo. in Clem. quia regulares. in
verb. ſæcularibus. de ſuppl. negl. prælat. Et nec
in talibus poteſt Epiſcopus diſpenſare, etiam ſi
monachus ſit promotus ad eccleſiam curatã,
vt ſimul ſimplex beneficium cum curato retineat, vt plenè diſputat Io. And in regula, quæ à
iure. de reg. iur. lib. 6.
13 Octauus de Hoſpitali. † Monachus poteſt
promoueri ad regimen hoſpitalis, in his caſib.
quorum primus, quando hoſpitale, cui religioſus præficitur ſpectat ad religionem, quæ ſuper
hoſpitalitate principaliter fundatur, vt Cruciferorum ſancti Antonij Viennenſ. & ſimilium,
& ratio eſt: quia ex quo illa religio eſt fundata
ſuper hoſpitalitate, & hoc eſt principale ſtudium, per quod operibus pietatis ad ſeruiendũ Deo ſe dedicauit, nihil religioſis ipſis obſtat quominus plura hoſpitalia erigant, & in illis hoſpitalitatem ſeruent, & religioſos ſuos
deputent ad hoſpitalitatem ibi ſeruandam, &
ipſa hoſpitalia ſeruanda, & regenda. Secũdus,
quando hoſpitale eſt annexum eccleſiæ curatæ, ita ꝙ rector vnius ſit rector alterius. iux. no.
in c. quod Dei. de ſtat. regu. iuncto c. ſuper eo.
de præben. in 6. & probatnr in Cle. per literas.
de præben. nam tunc religioſus poteſt præfici
hoſpitali propter curam animæ, dictis iuribus
ſupra allegatis. Tertius quando hoſpitale non
eſt annexum alteri eccleſiæ curatæ, ſed eſt hoſpitale annexum religioni ipſius, vt quia eſt de
menſa monaſterij, vel in proprietate conceſſum monaſterio, ita, ꝙ ibi ponitur certus, &
intitulatus rector, & tũc etiam poteſt poni ibi
religioſus illius monaſterij, ſicut etiam poſsũt
mitti religioſi ad alia loca, & opera monaſterij cuſtodienda, & promouenda, quia ſi mittuntur pro vtilitate monaſterij ad litigandũ,
multo fortius ad curandũ pauperes, vnde conſtat, ꝙ ſi monaſterium habet iuxta ſe, vel infra ſepta monaſterij hoſpitale pro pauperibus
hoſpitãdis, vt moris eſt, tunc pōt deputare monachos ad curam illius, ex quo. c. non datur in
titulũ, iſto caſu non eſt prohibitum. Quartus,
qñ hoſpitale non eſt principale, & per ſe, ſed
eſt collegiatũ religioſorum, & ipſi ſibi eligunt
rectorem, ſicut eſt in hoſpitalę, Sancti Galli, &
Sanctæ Mariæ de Senis, & tunc etiam tali hoſpitali poteſt præfici religioſus: quia talis poteſt habere curam animarum, & iuriſdictionẽ
in collegium. de elect. c. dudum. 2. Quintus, religioſus non poteſt præfici hoſpitali non curato, quod requirit rectorem pro ſe, nam licet ſit
certæ religionis, ad quam ſpectat id conferri,
non tamen poterit id conferri religioſo. & ita
poteſt intelligi in Cle. quia contingit. in verſi.
vt autem. in gl. ſęcularibus. de relig. dom. vbi vide Zabar: & Feder. de Senis conſ. 134.
14 Monachus † poteſt eſſe Epiſcopi vicarius.
ita Io. And. in c. fi. de cler. ægrot. allegat, 2. q 7.
c. cum paſtoralis. & quod ibi no. 16. q. 1 c nos
autem. Idem tenet Guil. in Clem. & ſi principalis. de reſcrip. vbi commu. Doct. Debet tamen
habere vnum ſocium de conuentu ſecum, quia
in his non debet ſtare ſolus. c. 2. de ſtat. mona.
Clem. ne in agro. §. ad hæc. eo. titu. religioſum
tamen ordinis mendicantium non poteſt Epiſcopus vicarium conſtituere. Clem. 1. §. prioratus, de regula.
15 In omnibus caſibus in quibus de iure, † vel
diſpenſatiuè religioſus poteſt præfici Eccleſiæ
ſæculari, intellige, quod debet habere licentiã
ſui prælati. cap. 2. 58. diſt. de elect. lib. 6. c. ſi religioſus. Ita Zabar. in c. quod Dei. quæſt. 5. in fin.
de ſtat. mona.
16 Monachus ideo inuito † Abbate, nõ poteſt
tran-

tranſire ad eccleſiaſticam dignitatem, clericus vero etiam inuito Epiſcopo poteſt tranſire ad monaſterium. 19. q. 2. c. duæ. quia clericus non eſt ita aſtrictus, vel ſubiectus Epiſcopo, quantũ monachus Abbati: clericus enim licet obedientiam Epiſcopo promittat, libertatem voluntatis ſibi retinet, & inuito Epiſcopo vouere poteſt, ſed monachus etiam voluntati propriæ abrenunciat. vt 12. quęſt. 1. cap. non dicatis. Vnde Abbate inuito vouere non poteſt. 20. quæſt. 4. cap. monacho. Item clericus multum proficit, ſi efficitur monachus, ſed monachus parum cum peruenit ad dignitatem eccleſiaſticam. ſed parum, & mediocre bonum debet propter obedientiam prætermitti. 11. q. 3. c. quid ergo. Item Epiſcopatus locus eſt dignitatis. quæ ſolet appeti, vñde monachus notaretur ambitioſus, ſi ad illam ſine licentia Abbatis tranſiret, ſed monaſterium eſt locus abiectionis, & aſperitatis, & pœnitentiæ, & ideo clericus ad monaſterium, ſed non monachus ad epiſcopatum, & dignitatem eccleſiaſticam tranſire poteſt. Hæc Turrecr in c. quam ſit. nu. 3. 18. q. 2.

17 In eccleſia regulari poteſt † edificari altare de conſenſu Abbatis, & Epiſcopi, cui poteſt præfici rector ſæcularis. arg. 10. q. 1. c. 1. 2. & 3. & 4. & quaſi per totum. de conſecr. diſt. 1. c. nemo. & c. nullus presbyter. de exceſſ. præla. c. ſicut vnire. Dum tamen talis rector, ſiue presbyter non habeat vocem in capitulo, nec aliorũ, qui ſunt in monaſterio habeat communionẽ, ſed ſolum deſeruire habeat ſuo altari, & celebrationi diuinorum, & hoc permittit. c. ea quę. §. præcipimus. de ſta. mona. & probatur 18. q. 2.
18 dudum. Vnde videmus etiam ꝙ † per clericos ſæculares cura monachorum geritur. de præb. c. auaritiæ. arg. 16. q. 2. per totum, & eſt expreſſum ita debere fieri de capp. monac. c. 1. ita Io. Calder. de regu. conſi. 28.

19 Monachus aſſumptus † ad Cardinalatum, vel Epiſcopatum, vel Præfectus Eccleſiæ parochiali obligatur ad dicendas horas Canonicas ſecundum morem eccleſiæ, ad quam aſſumitur, non autem religionis ſuæ. arg. 12. diſt. c. illa. & diſt. 41. c. quiſquis. Quod quidem intelligendum eſt, niſi aliter diſpenſatum eſſet per ſummum Pontificem, vt fuit diſpenſatum Cũ Cardin. prout ipſe refert in ſum. diſt. 91. nu. 22. Ad decimum ſeptimum. & nu. 23.

20 Monachi † commorantes cum Dominis Cardinalibus ſanctæ Romanæ eccleſiæ, aut cũ Epiſcopis, poſſunt ſe aptare, & conformare dictis dominis in diuinis officiis ſine vlteriori obligatioue ad horas canonicas dicendas, ſecundum morem ſuæ religionis. iſta concluſio expreſſe habetur in Clem. dignum. de celebra. miſſ. c. illa: diſtin. 12. vbi quis debet ſe coaptare cum quibus conuerſatur, adeo quòd etiam ſibi propter hoc liceat multa, quæ non licerent. d. clem. dignum. de ſtat. monacho. recolentes. Si tamen vellent dicere. ſecundum morem ſuæ religionis, poſſent. d. clem. dignum. verb. poſſint. quaſi videtur quòd non teneantur. Et non obſtat. 16. q. 1. de monachis. & Hoſt. in ſum. de ſta. monach. verſ. ſed nunquid talis. quia illa intelliguntur in eo, qui eſt in totum tranſlatus nihil habet commune cum monaſterio. 16. quæſt. 1. cap. ne pro cuiuſlibet, ſed cle. dignum, loquitur in alio caſu, in monacho, qui commoratur cum Egiſcopo, qui non eſt plene trãſlatus. niſi oriatur ſcandalum. vt no. 12. diſt. c. illa. Zabar. in d. cle. in 4. not. & verſ. oppono in eo quod dixi.

21 Licet Monachus plenè tranſlatus ad † eccleſiam parochialem non teneatur ad officium ſecundum morem ſuæ religionis, ſed ſi habeat ſpeciale officiũ in illa eccleſia illud debet dicere. per glo. in clem. Dignum. de celebr. miſſ. ſi vero non habet, tunc debet dicere officium illud, quod dicunt alij clerici inſtituti in ſimilibus beneficiis, per hanc eandem gloſſam, non
22 tamen eſt abſolutus † ab aliquo ſpeciali officio, ad quod ex voto tenetur: puta ſi quis vouit dicere ſingulis diebus officium Beatæ Virginis. ita Zbbar. in clem. dignum. q. 6. de celebra. miſſ. Si tamen monachus non eſſet tranſlatus ad eccleſiam ſæcularem, nec cum Pontifice moratetur, tenetur ad officiũ, ſecundum morem ſuæ religionis, niſi certa conſuetudo, aut ordinatio in contrarium appareret, quia tunc excuſaretur. 11. diſt. c. quis neſciat. ff. de legi. l. de quibus. Turrecr. in ſum. nu. 17. diſt. 91.

23 Religioſi promoti † in Epiſcopos, ſiue in prælatos ſæculares, obligantur, & ſeruare tenentur omnia, quę ſunt in obſeruantiis regularibus, quæ non impediunt Pontificale officium, ſed valent magis ad perfectionis cuſtodiam, ſicut eſt continentia, paupertas, & alia huiuſmodi. Item ad portandum habitum ſuæ religionis. iux illud, quod ſcribitur. extr. de vita & honeſt. cler. c. clerici. Pontifices in publico, & in Eccleſia ſemper indumẽtis lineis omnes vtantur, niſi monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem. Si quæ vero ſunt in obſeruantiis regularibus, quæ officio pontificali, aut curæ paſtorali repugnent, ſicut eſt ſolicitudo, ſilentium, & aliquæ abſtinentiæ, vel vigiliæ graues, ex quibus impotens corpore redderetur ad exequendum pontificale officium, ſiue paſtoralc, quod iniunctum eſt illi ad communem populi vtilitatem, ad huiuſmodi obſeruanda non tenetur. Ita D. Thom. 2. 2. quæſtio. 385. art. 8. Card. in cap. de monachis. 16. quæſt. 1.

Reli-



24 Religioſus promotus † ad Epiſcopatũ, licet abſoluatur ab obedientia Prælatorum ſui ordinis, non tamen ab obedientia ſuorum ſuperiorum, ſicut Papæ, & Metropolitani. Pariter nec à paupertate abſoluitur, quia nõ poteſt habere proprium: Non enim hæreditatem paternam vendicat quaſi propriam. ſed quaſi Eccleſiæ debitã, vnde nullo modo poteſt facere teſtamentum: qiia ſola diſpenſatio ei cõmittitur rerũ eccleſiaſticarũ, quæ morte finitur, ex qua incipit teſtamentum valere. vt Apoſt. ait ad Hebr. c. 9. Hoc tamen fallit, niſi ex diſpenſatione Papæ, quia tunc Apoſtolica autoritate intelligit eſſe ampliata poteſtas ſuæ diſpenſationis, vt eius diſpẽſatio poſſit valere poſt mortẽ.

25 Monachi promoti † ad Eccleſiam parochialem cum aſtringantur regulis, & ſtatutis ipſarum parochialium eccleſiarum, & ita poteſt intelligi. c. conuenientibus. 1. q. 7. cap. de ore. de priuil. tenentur accedere ad Synodum; cũ Rectores eccleſiarum parochialium teneantur ire. c. ſuper his. de maior. & obed. alias monachi non tenentur. glo. in cap. quod ſuper his. de maior. & obed.

26 Monachus † ſtatim vt aſſumptus eſt ad curã animarum aſſumptus intelligitur ad officium prædicandi. c. quod Dei. de ſta mon. c. cum ex iniuncto. de hæret. quia officium prædicationis non competit ratione ordinis per ſe, & ſimpliciter, ſed ratione adiuncti, & commiſſionis. 16. q. 1. c. adiicimus. §. hoc idem. de ſepult. clem. du-
27 dum. §. huiuſmodi. Vnde no. quod q̃libet † monachns, vbi eſt inſtitutus Rector alicuius Eccleſiæ, debet prædicare in ſua parochia, vnde cauere debet ne præficiatur non idoneus. de æta. & qual. c. pen.

28 Prædicatoris officium † eſt in multis priuilegiatum. Primũ, quia de qualibet religione poteſt quis aſſumi ad hoc officium. d. c. quod Dei. & c. quam ſit. de iud. Secũdum, quia ordo prædicatorum præcipuus eſt in Eccleſia Dei. Tertium, quia nullus laicus ad hoc officium admittitur. Quartũ, vt nec clericus, niſi miſſus. Quintum, vt non clàm, ſed publicè. Sextum, vt prædicator fiat Vicarius Epiſcopi. Septimum, vt tales præficiantur in Eccleſiis cathedralibus, & regularibus, quos poſſunt Epiſcopi in hoc coadiutores habere, hi duo caſus colliguntur in c. inter cætera. de offic. ordin. Octauum, vt occaſione huius officij adipiſcendi mittantur aliqui ad ſtudium Theologiæ cum priuilegio, de quo iufra de magiſtr. cap. ſuper ſpecula Nonum, vt prædicatores licite mendicent. de hoc extra de voto. cap. ex multa. §. de clericis. & vt eleemoſynas accipiant etiam ab excommunicatis. de ſenten. excom. c. cum voluntate. Decimum, vt poſtulatio de prædicatione facta citius admittatur. extra de elect. cap. in cauſis. in fin. Eſt etiam ordo prędicationis in multis priuilegiatus. de quibus per Hoſt. in c. nimis. de exceſ. pręlat. An vero religioſis ſit licitum docere, & prædicare, & alia huiuſmodi facere. reſp. quòd nõ, ratione ordinariæ iuriſdictionis: ſic enim licet prælatis, & presbyteris curam animarum habentibus. Sed ratione commiſſionis, vt quando hæc committuntur quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ ab ordinariis, tunc licet. Et ita hodie religioſis conceditur. Et ſecundum has duas vias loquuntur iura, quæ habentur. 16. quęſtio. per totum.

29 Monachus † factus Epiſcopus põt comedere carnes. contra tex. in c. carnem. de conſecra. diſt. 5. Tum quia abſtinentia carnium non eſt de ſubſtantialibus religionis, ad quæ ſola videtur religioſus factus Epiſcopus obligatus, vt ſupra diximus. Tum, quia Epiſcopus per abſtinentiam redderetur impotens corpore ad officiũ pontificale exequendum, tum, quia conditioni multitudinis hominum, cum quibus viuit, non bene conueniret huiuſmodi abſtinentiæ ſingularitas in eo. vnde Augu. dicit. Ad quamcunque ciuitatem veneris, eius morem ſerua. 12. diſtinct. cap. illa. Et ita limita dictum cap.
30 † carnem. quatuor modis. Primo, vt non procedat in caſu infirmitatis. Secundo, quando à Principe, vel Epiſcopo eſſet inuitatus. Tertio in religioſo facto Epiſcopo. glo. in c. 3. 16. quæſt. 1. Quarto, in religioſo diſpenſato à ſuo ſuperiore.

31 Monachus † licet ſibi non poſſit facere cõmatrem. c. nõ licet Abbatibus. de conſecr. diſt. 4. tamen factus Epiſcopus poteſt ſibi compatres, vel commatres facere, ſuſcipiendo, vel tenendo pueros in collatione alicuius ſacramenti. Sicut patet de Beato Gregorio, qui prius monachus, poſtea factus Diaconus Cardinalis, Mauricij Imperatoris compater factus eſt, vt refert Card. Turrecr. in c. 1. 18. q. 1. nu. 2 glo. in c. vni. 18. quæſt. 1.

## *SVMMARIVM.*

1 *Monachus nullus debet carnes comedere in refectorio.*

2 *Carnes edere non licet monacho, nec in ſolennitatibus in refectorio*

3 *Carnibus veſci, nec licet monacho extra refectorium.*

4 *Carnes comedere extra refectorium, nec licet in diebus ſolennibus.*

*Carnes comedere quamuis liceat ſexta*

V feria

*feria in Natiuitate Domini, non tamen monachis. ſub nu. 4.*
5 *Carnes comedere non licet monachis ſine licentia ſuperioris.*
6 *Carnium appellatione veniunt etiam bipedum.*
7 *Argumentum a contrario ſenſu quando non procedat.*
8 *Carnium eſus non eſt licitus in infirmario abſque licentia.*
9 *Abbas qualiter diſpenſabit ſuper eſu carnium.*
10 *Carnes edentes, quando non peccent.*
11 *Itinerantes fatigati carnes comedendo, quando peccent.*
12 *Abbas diſpenſando ſuper eſu carnium qualiter ſe gerat.*
13 *Abbates laudabiliter hodie faciunt conformando ſe in menſa, & in dormitorio cum aliis.*
14 *Abbas non debet eſſe nimis auarus, nec nimis auſterus circa monachos.*

## Quod monachi non debeant comedere carnes. Cap. XXI.

1 PRima deciſio † in refectorio nul-
lus monachorum debet omni-
no comedere carnes. ita tex. in c.
cum ad monaſterium. §. in refe-
ctorio. de ſta. mon. vbi pondera
ibi. [illegible] quia nec Abbas, nec alius. Item illud
aduerbiū omnino. ex quo infertur, ꝙ hoc non
licet, nec cauſa infirmitatis, nec aliqua cauſa,
neq; ſanis, neq: infirmis. ita Hoſt. ibi. nu. 10. Io.
And. nu. 7. Abbas antiquus. nu. 4. Zabar. in §. in
refectorio. nu. 1. de ſtat. monach.
2 Secunda. Monacho † non licet ēt in ſolenni-
tatibus edere carnes in refectorio: etiam ſi hoc
habeat conſuetudo. Pro illa tamen conſuetu-
dine facit Eccleſiaſtes 6. In die bona fruere bo
nis. ita Zabar. ibi. nu. 1. ſecundo no.
3 Tertia. Non licet † monacho nec extra refe-
ctorium veſci carnibus, etiam ſi ſit conſuetu-
Hinc dicit Hoſt. adhuc fieri in quibuſdam mo
naſteriis, non tamen in refectorio, vbi mona-
chi exeunt relictis in refectorio duobus, vel
tribus, & vadunt ad locum, vbi carnes edunt,
& aliqñ media pars exit, & media remanet, &
in qbuſdā monaſteriis hoc faciūt ter in hebdo
mada, quæ quidē conſuetudo reprobatur. per
tex. in d. c. cum ad monaſterium. verſ. ſed nec.
extra. ita Hoſt. & Io. Andr. & Zabar. vbi ſupra.
4 Quarta. Non ſolum † in diebus aliis, ſed nec
in ſolennitatibus, & diebus ſolennibus debent
monachi comedere carnes. Ita probatur in d.
c. cum ad monaſterium. verſ. ſolennitatibus.
Vnde nec in Natiuitate Dñi, nec in Paſchate,
& aliis feſtiuitatibus præcipuis. iux. tex. in c. fi.
de feriis. Vnde licet in Natiuitate Domini li-
ceat comedere carnes 6. feria, non tamen mo-
nachis. c. fi. de obſer. ieiun. pro hoc no. in glo. in
cle. 1. verb. in quibuſdam. in glo. de celebr. miſſ.
Vnde Hieron. ad Euſtochium dicit: Prouiden-
dum eſt vt diem ſolennem non tam ciborum
abundantia, quam ſpiritus exultatione cele-
bremus: quia valde abſurdum eſt nimia ſaturi-
tate velle martyrem honorare, quem ſcimus
Deo ieiuniis placuiſſe. Vnde ſi non licet car-
nibus veſci aliis diebus, ergo multo fortius nec
in diebus ſolennibus. vt per Hoſtien. & Ioan.
Andr. & Zabar.
5 Quinta. Etiam † extra refectorium nō poſ-
ſunt monachi carnes edere ſine licentia ſupe-
rioris d. c. cū ad monaſteriū. verſ. extra refecto-
rium. ergo nec in ſcholis. Vnde conſuluit Abb.
antiquus. & Panor. ibi, cuidā monacho, ꝙ dum
vadit ad ſcholas, quod etiam adderem, dum
facit iter, vt ad cautelam obtineant à ſuo Ab-
bate ſpecialem licentiam circa eſum carnium.
6 Sexta. Non † ſolum appellatione carnium
veniunt carnes quadruples, ſed etiam bipedes,
licet quidam monachi. per c. Regulæ. 39. vbi ſic
ait. Carnium vero quadrupedum omnino ab
omnibus abſtineatur comedere, præter debi-
les, & ægrotos. arguunt à contrario ꝙ bipedi-
bus vti poſſunt, vt gallinis phaſianis, & aliis vo
latilibus. pro hoc arg. de his, quæ fiunt a præla.
c. apoſtolica. de regul. c. cum virum. C. de epiſc.
& cler. l. conuenticulam. Sed argumētum non
7 procedit: quia licet † argumentum a contrario
ſenſu ſit fortiſſimum regulariter. vt legitur. &
no. in c. cum virum. §. fi. de regu. tamen hic fal-
lit, quia tali intellectui contradicit ratio natu-
ralis. Vnde & in cap. 36. in regula. de infir. fra-
tribus ſic legitur. Sed & carnium eſus infirmis
omnino, & ſic hæc dictio, omnino, determinat
illam, Infirmis. Igitur prohibitio de quadrupe
dibus, fortius importat de bipedibus, in quibus
eſt fortior ratio. Sed dixit de quadrupedibus,
propter communiorem frequentiam talium.
Hoſt. & Zabar.
8 Septima. † In infirmo eſus carnium, nec lici
tus eſt abſq; licentia Abbatis, quæ quidē licen-
tia debet dari ex cauſa, puta ſi neceſſitatis po-
ſtulauerit, puta, quia delicatus eſt, & debilis,
non tm̄ debilitate febrili, ſed ſtomachi, vel cō-
plexionis, qui non poteſt eſſe contentus com-
muni-



munibus cibis, arg. c. non cogantur, diſt. 41.
ita vterque Abb. in d. c. cum ad monaſterium
dicit. vel ſi eſſet nimis fragilis, vel ſenex: vel in-
fans, vt habetur in reg. capitu. 37. de ſen. vel in-
fantibus, vbi ſic legitur; Conſideretur ſemper
in eis imbecillitas, nullatenus ei diſtrictio re-
gulæ teneatur in alimentis, ſubaudi maxime
quo ad abſtinentiam carnium. ita Hoſt. in d. c.
cum ad monaſterium. nu 16. qui quidem Ab-
bas poteſt diſpenſare, cum tantū ſibi tollatur
facultas in ſubſtantialibus regulæ, ergo in ac-
cidentalibus poteſt. pro hoc bonus tex. cum
9 gl. 20. q. 4. cap. fin. Et hoc intellige ex † cauſa
probabili. alias non diſpenſatio, ſed diſſipatio
videretur. ita no. in glo. in c. requiſitis. §. niſi
rigor. 1. q. 1. vndeſing. Innoc. in d. c. cū ad mo-
naſterium dicit, quòd vbicūque inferiori præ-
lato citra Papam conceditur poteſtas diſpen-
ſandi, intelligitur ex cauſa hoc facere, quia im
portat verbum diſpenſatio, aliàs cauſa non exi
ſtente non valet diſpenſatio ſecundum eum,
vel eſt retractanda, quod bene notabis.
10 Octaua. In monaſteriis, † in quibus conſue-
tudo habet, quòd edantur carnes ſcientibus ſu-
perioribus & patientibus, non peccant eden-
tes, quando talis conſuetudo toleratur: quia ex
quo iſti non fuerunt aut ores, nec apparet ex
qua cā hoc fuerit introductū, poteſt præſumi,
quòd ex aliqua legitima cauſa. arg. in cap. 1. de
præſcrip. in 6. Tum etiam, quia conſuetudo po
teſt immutare iuris diſpoſitionem. c. fi. de con-
ſuet. & hoc, cum eſus carnium non ſit de ſub-
ſtantialibus regulæ. ita conſuluit Dom. Card. vt
refert in d. c. cū ad monaſteriū. & ita habes ca-
ſum, quando monachi abſq; peccato come-
dunt carnes. Adde etiam & alium, quando co-
meſtio fieret ex indulgentia Abbatis. d. c. cum
ad monaſterium, vbi dicitur. Quamquam ex
indulgentia poſſit Abbas nunc hos, nunc illos,
prout neceſſitas poſtulauerit, aduocare. Ter-
tius, quando eſſent itinerantes fatigati ex lōgo
11 itinere, † & præcipue cum non inuenerint
aliquid aliud ad comedendum. facit tex. in c.
fi. de obſeru. ieiun. c. licet. de pœnit. Quartus, ſi
inuitentur à Principe, vel prælato, ita Fructuo
ſus Epiſcopus in c. carnem. de conſecr. diſtin. 5.
Quintus, ſi monachus ſit factus Epiſcopus, vel
presbyter parochialis. vt dixit Card. in d. c. car-
nem. nu. 7. & nos diximus in c. præced. num. 29.
Sextus, ſi monachus commoretur cum Epiſco
po: quia debet ſe in cibis, & veſtibus confor-
mare cum illo. c. 1. & fi. diſt. 41. c. illa. diſt. 12.
12 Nona. Abbas † quando diſpenſat quo ad eſū
carnium, debet æqualitatem ſeruare circa mo-
nachos. vt inquit tex. in d. c. cum ad monaſte-
rium. verſ. nunc hos, nunc illos, & hoc fit, ne ſi
ſemper eoſdem vocaret, oriretur forſan exin-
de diſcordia inter fratres, & inuidia. arg. C. de
bon. quæ lib. l. cum oportet. reſpon. 1. ante finē.
Poſſet enim ex nimio fauore vni oſtenſo alius
ſcrupuloſo corde moueri. arg. 16. q. 6. cap. deci-
mas. Et iniquū eſt ex vna ſocietate aliū conſe-
qui plus, & aliū minus. ff. pro ſoc. l. verū. §. ſi cū
oēs. & §. 1. ver. qđ ſi quis. Immo nec ita prouide-
retur neceſſitati, & media via placet c. quærenti.
de offi. deleg. & æquitas. c. fi. de tranſact.
13 Decima. Licet † in poteſtate ſit Abbatis, de-
ficientibus peregrinis, & hoſpitibus vocare ad
ſuā menſam quos vult de fratrib. vt habetur in
reg. 56. Tamen hodie laudabiliter faciunt Ab-
bates, conformare ſe in cibis cum aliis ſuis ſub-
ditis in refectorio, & dormire in dormitorio:
quia ſic melius valent oculo intelligere quo-
modo ſe habeant omnia tā in eccleſia, quàm
in menſa, tam de die, quàm de nocte. & pro-
pter bonum exemplum arg. eius, quod not. in
Clemen. ad noſtrum. de cenſi. in verb. ſi volue-
rint. & in cap. magnæ. de voto: quia quod agi-
tur à prælatis cito a ſubditis trahitur in exem-
plum, vt ibi. & c. præcipue. 11. q. 3. alias tot mor
tibus digni ſunt, quot pernicioſa exempla. &c.
ita glo. in Extr. [illegible] as electionis. verſ. Abbatibus.
de cenſib.
14 Vndecima. Abbas † nō debet eſſe nimis aua-
rus, nec nimis auſterus circa monachos, ſicut
nec monachus nimis delicatus, vel nimis im-
portunus arg. ff. de pig. act. l. ſi ſeruos pignora-
tos. in fi. Vnde ſi monachus debilis eſt, qui vti
non poteſt communibus cibis, alias ægrotaret.
41. diſt. c. non cogantur. debet Abbas illi pro-
uidere de cibo cōpetenti abſq; ſcandalo alio-
rum. arg. de pœnit. c. licet. ad naturę ſubſtenta-
tionem, & non ad crapulam, vt non poſſit di-
geri. vt not. in regula. cap. 39.

### SVMMARIVM.

1 *Religioſi in quibus locis teneantur ſeruare ſilentium.*
2 *Conſtitutiones prælatorum non omnes habent vim præcepti.*
3 *Religioſi quam cautelam debeant habere in loquendo.*
4 *Taciturnitas prædicationis in prælato eſt peccatum, & in religioſis.*
5 *Prælatus malus, quibus nominibus vocetur.*
6 *Taciturnitas prædicatoris quandoq; non eſt peccatum.*
7 *Prædicari quæ debeant coram indignis.*

8 *Taciturnitas in horis diuinis perſoluendis in religioſis eſt multum reprehenſibilis.*

9 *Taciturnitas in peccatorum confeſsione reprobatur.*

10 *Taciturnitas mala eſt in veritatis defenſione.*

11 *Prædicatione verbi Dei efficitur multis modis indignus.*

12 *Occultare veritatem quandoque fit cum peccato, & aliquando ſine peccato.*

## Silentium quando religioſi teneantur obſeruare. Cap. XXII.

HOc capitulum breuiter explicabo
per has Deciſiones, quarum prima
ſit iſta.
1 Religioſi in oratorio † ideſt Ec-
cleſia, in Refectorio, in quo Fratres ſimul co-
medunt, & dormitorio, in quo dormiunt, ſem-
per ſilentium ſeruare debent, & pariter in clau
ſtro. iuxta tex. in c. cum ad monaſterium. §. in
oratorio. de ſta. mon. & habetur in reg. 42. c. vt
poſt Completorium nemo loquatur. Ex quo
tex. nota laudabiles cõſuetudines eccleſiarum
approbandas, alias autem in melius commu-
tandas, vt legitur: & not. extr. de conſtit. c. cum
omnes. ad fin. Non tamen transgredientes hu-
iuſmodi conſtitutiones, vt poſt Completoriũ
nemo loquatur, peccant mortaliter. Non enim
2 huiuſmodi † conſtitutiones habent vim præce
pti, ſicut nec prælatus ſtatuens aliquid, intẽdit
ſemper ad peccatum mortale velle obligare
transgreſſorem per præceptum. Eſt autem præ-
latus quaſi quædam regula animata, vnde ſtul-
tum eſſet putare, q monachus frangens ſilen-
tium poſt Completorium, peccaret mortali-
ter, niſi forte faceret contra præceptum præla-
ti, vel in contemptum regulæ. ita dixit Cardin.
in c. carnem. nu. 3. de conſecr. diſt. 5.
Secunda. Quando loquendi licentia reli-
3 gioſis † datur, quæ raro danda eſt. vt habetur
in reg. c. 7. tunc caueant plus loqui quàm opor
tet, vel inutiliter, vel ſuperflue, de quibus non
debet haberi ſermo, vel cum non decet: quia
peccant venialiter. vt dicit glo. in cap. vnum, &
ibi Turrecr. num. 14 diſt. 25. diſt. 43. c. ſit rector:
Nam vt dicit Hieron. in c. 4. ad Epheſ. & habe-
tur in c. quoties. 22. q. 5. Quoties loquimur, aut
non in tempore, aut importuno loco, aut non
vt conueniat audientibus, toties ſermo malus
de ore noſtro procedit ad deſtructionem eo-
rum qui audiunt. Conſideremus itaque quid lo-
quamur, quia pro omni verbo ocioſo reddituri
ſumus rationem in die iudicij. Hęc Hierony-
mus, ergo quid erit de verbo mendaci, iniurio-
ſo, elato, detractorio, & laſciuo. Sed qualiter
quis in ſupradictis caſibus poterit peccare, vi-
deat noſtras Deciſ. in 1. par. lib. 2. a c. 138. vſq;
ad 145. ibi enim ponuntur varię deciſiones at-
tinentes ad ad hanc materiam.
4 Tertia. Licet Monachi † ſeruare debeant ſi-
lentium, tamen econtra illorum taciturnitas
eſt quandoque peccatum. & primo. Taciturni-
tas prædicationis in prælato, ſiue doctrinæ, ſiue
in eo, qui habet curam animarum in tempore
debito, quo prædicare tenetur, eſt peccatum
mortale. pbatur per tex. in c. ſit rector. diſt. 43.
vbi tex. vocat prælatum, qui ſubditos ſuos ne-
ſcit, vel non audet docere, canem. Dicitur etiã
5 † malus prælatus leo rugiens, & lupus. 83. diſt.
c. nihil. Canis impudicus, propter defectum re-
giminis. 2. q. 7. c. qui nec. Dicitur etiam coruus,
propter peccatorum nigredinem. 2. q. 7. c. non
omnis. Dicitur etiam ſal infatuatum ad nihilũ
proficiens. 2. q. 7. c. non omnes. Dicitur etiã por
cus. diſt. 43. c. in mandatis. Dicitur etiam gallus
gallinaceus. i. capo, q ad inſtar gallinæ nõ can-
tat, ſic nec malus prælatus. Et ſicut capo ſe im-
pinguat, ſic malus prælatus cum quærat epu-
las, & diuitias ponetur in ignem inferni. Eſa. c.
22. & 35. diſt. c. 1. Arch. in d. c. ſit rector. nu. 2. &
in §. vlt. diſt. 86.
6 Quarta. Licet prælati ſilentium † in tempo-
re debito, quo prædicare tenetur, ſit peccatũ
mortale, vt pluribus rationibus probatur in d.
cap. ſit rector. & in c. diſpenſatio tamen tacere
coram indignis fidei ſacramenta non eſt pec-
catum. Immo tacenda ſunt. diſt. 43. cap. in man
datis: quia licet poſſint prædicari quæ ſpectant
ad mores, vel correctionem, tamẽ ſunt eis oc-
cultanda ſecretiora fidei. iuxta illud Matth. 7.
7 Nolite proiicere † margaritas, ideſt diuina elo
quia ante porcos, ideſt carnales Chriſtianos,
qui vt porci in cęno volutantur, nunquam cę-
lum aſpicientes, ſic Chriſtiani ſunt, qui in car-
nalibus immunditiis delectantur, nec aſpiciunt
cœlum, fallit tamen quando fideles eſſent ad-
mixti cum immundis, vel infidelibus, quia tũc
non eſſent deneganda diuina eloquia. Sic Dõ-
minus cum prædicaret Iudæis, non eſt putan-
dũ ipſum dediſſe margaritas porcis. Non enim
dedit eis, qui capere non poterant, ſed eis, qui
capere poterant. ita Turrecrem. in d. c. in man-
datis. nu. 2.
8 Quinta. Taciturnitas † in diuinis horis per-
ſoluendis in religioſis eſt multum reprehen-
ſibilis, cum ſint perſoluendæ. iux. tex. in capitu.
dolentes. de celebra. miſſar. ſtudioſè. & deuo-
tè: Primum pertinet quo ad officium oris,

quia



quia debet officium pronunciari voce articu-
lata, vt recitans cum alio ſe inuicem intelligat.
Cle. 1. de celeb. miſſ. in Extr. 1. de vita, & hone.
cler. Secundum ſpectat ad officium cordis. 23.
diſt. c. pſalmiſta. Igitur peccant, & nullo modo
ſatisfaciunt, qui ore clauſo ſeriem precum ſola
cogitatione oculis miniſtrantibus percurrunt,
vt nos diximus in Dom. 4. poſt Paſcha. de ſilen
tio. ſerm. vnic.
Sexta. In peccatorum etiam confeſſione
9 † multum taciturnitas reprobatur. de pęn. diſt.
1. §. item taciturnitas. facit tex. in cap. omnis. de
pęnit. & remiſſ. verſ. omnia. Impium enim eſt a
Deo dimidiam ſperare veniam. c. ſunt plures.
de pœnit. diſt. 3. niſi aliquod peccatum religio-
ſus taceret ex legitima cauſa. vide quę diximus
in 1. par. lib. 1. c. 16. nu. 11.
10 Septima. Mala eſt taciturnitas † in veritatis
defenſione. cap. quiſquis. c. nolite. 11. q. 3. Hinc
Religioſi, & prælati dicuntur proditores ſi ve-
ritatem non defendant, nec prædicant eam,
vel ſi prædicant, non libere. Turrecrem. ibi in
d. cap. nolite. Cum vſque ad effuſionem ſan-
guinis veritatem fidei Chriſtianæ debeant pa-
lam aſſerere, & non occultare. Præpoſ. in dict.
cap. quiſquis.
11 Hinc nota, quòd multis † modis quis effici-
tur indignus verbi prædicatione. Primo pro-
pter occultationem verbi Dei etiam propter
metum mortis: nam licet naturale ſit quẽlibet
timere, & horrere mortem, vnde Ieſus eam ti-
muit, ſicut legitur, Cœpit Ieſus pauere, & tæ-
dere. tamen non debemus, ita eam timere, vt
propter timorẽ mortis deſiſtamus a verbi Dei
prædicatione. d. c. nolite. Secundo quis eſt indi
gnus prædicatione, propter improbitatẽ pro-
ferentis. 16. q. 1. c. adiicimus. Iuxta illud. Quare
tu enarras iuſtitias meas. Vnde glo. ſuper ver-
ba illa, Ne auferas verbum de ore meo, &c. di-
cit. In ipſo obmuteſcit facundia, ſi ęgra ſit con
ſcientia. Caueant ergo ne verbis arguant fa-
cta, & ne deforment iniquitatis opera magi-
ſterium diſciplinæ. Item quandoque laudabile
eſt tacere verbum Dei propter malitiam au-
dientium 11. q. 3. c. quando. & nos ſupra. Quan-
doque propter timorem perſecutionis tacere,
malum eſt, ſicut patuit in Petro, qui timore
perſecutionis Chriſtũ negauit. 6. q. 1. c. imitare.
12 Rursũ † vbi occultatio veritatis alicui obeſt,
& nulli prodeſt, qui occultat, mortaliter pec-
cat, vt in religioſo, vel alio occultante veritatẽ
in teſtimonio. Sed vbi occultatio veritatis ali
cui prodeſt, & nulli obeſt. & tunc non eſt pec-
catum, illam occultare ſub aliqua diſſimula-
latione, mentiri vero nequaquam. & ita intel-
ligitur tex. in c. ne quis. 22. q. 2.

### SVMMARIVM.

1 *Abbas quales deputare debeat officiales.*

2 *Adminiſtratores non debent ſibi applicare quod commune eſt, vel dubitatur.*

3 *Adminiſtratores, & officiales ſi furẽtur, grauiſsimè peccant.*

4 *Familiaris degens in obſequio alicuius, ſi illi furatur, grauiſsimè eſt puniendus.*

5 *Adminiſtratorrs debent eſſe diſcreti, & non prodigi.*

6 *Cellarius ſecundum tegulam quibus moribus debeat eſſe ornatus.*

7 *Adminiſtratione libera conceſſa alicui, nõ intelligitur data poteſtas dilapidandi.*

8 *Abbas cum ſit procurator. & non Dominus, nihil habet.*

9 *Abbas quam eleemoſinam poſsit erogare in pauperes.*

10 *Eleemoſinam religioſus adminiſtrationẽ habens poteſt facere, ſed quam.*

11 *Regularis an poſsit eleemeſinam elargiri. num. ſeq.*

*Religioſus an obediat Abbati expreſſe prohibenti eleemoſinam in neceſsitate.*

13 *Adminiſtratores poßunt reuocari per Abbatem, cum oportuerit.*

14 *Prior electus, vel ſi eſt perpetuus abſque cauſa reuocari non poteſt, ſed manualis ſic.*

15 *Papa pateſt prioratum manualem concedere religioſo poſsidendum perpetuo.*

16 *Abbas prioratum a Papa conceſſum in perpetuum nõ põt reuocare ſine cauſa.*

17 *Adminiſtrator amotus ab Abbate non habet ius contradicendi.*

18 *Prior qui eſt poſt Abbatem quibus qualitatibus debeat eſſe ornatus.*

19 *Exemplum multo perfectius verbo.*

20 *Prior debet habere zelum ſecundum ſcientiam.*

21 *Zelus ſecundum regulam duplex eſt.*

22 *Scientia humanitatis in zelo, quæ debet eſſe in priore, in quo conſiſtat.*

23 *Abbas qbus morib. debeat eſſe imbutus.*

 Abbati

24 *Abbati in omnibus etiã in dubio eſt obe-
diendum.*
25 *Menſa Abbatis licet debeat eſſe cum ho
ſpitibus, & peregrinis, frequenter tamẽ
Abbas debet eſſe cum fratribus.*
26 *Abbas debet eſſe vigil de omnibus.*
27 *Abbas, qui regulæ inuentus eſt præuari-
cator, deponendus eſt. præuaricator
Abbas quando dicatur ſub nu. 27.*
28 *Abbas propter negligentiam poteſt remo
ueri.*
29 *Abbas renuncians Abbatiæ, remanet
monachus illius monaſterij, vbi pro-
feſſionem emiſit.*
30 *Abbas an diſpenſet quòd monachus ha-
beat proprium, vel non ſeruet continen
tiam.*

## De quibuſdam deciſionibus circa officia & adminiſtrationes religioſorum. Cap. XXIII.

1 PRima Deciſio. Ad officia † tales
debent deputari fideles, vt non
furentur, vel ſubtrahant, ſeu ſibi
delitias faciant, vnde alij egeant
c. cum ad monaſteriũ. verſ. tales.
de ſta. mon. c. ratio. de prę̨b. vbi ratio nulla per-
mittit, vt quod pro communi vtilitate datum
eſſe cognoſcitur, propriis cuiuſquam vſib. ap-
plicetur. ad idem c. ſicut hi. verſ. proprium. diſt.
47. 16. q. 1. c. fi. de teſtam. c. relatum 2.
2 Secunda. Non ſolum adminiſtratores † non
debent. ſibi applicare id, quod pro communi
vtilitate datum eſſe cognoſcitur, vnde quod le
gatur eccleſię, aut monaſterio, neq; Epiſcopus
neq; Abbas ſibi debent appropriare, qa nemo
debet dicere proprium, quod cõe eſt. d. c. ſicut
hi. Sed etiam ſi dubitetur: quia communis vti-
litas præferenda eſt priuatæ. extr. de poſtu. c. bo
næ, el 1. & in dubio pro eccleſia iudicandum
eſt. vt no. de pecu. cler. c. 1. igitur non eſt appro-
priandum, & propriis vſibus applicandum id,
quod eſt Eccleſiæ, vel monaſterij. Abſurda. n.
& leonina eſt ſocietas, quæ ſe ſplendidè veſtit,
veſcit, & reficit, & ſocios algere, & eſurire per-
mittit, vt conqueritur Hier. 93. diſt. c. diaconi, à
medio c. vſque ad finem.
3 Tertia. Deputati † ad officia ſi furentur, gra
uiſſime peccant cum furtum ſacrilegio admix-
tum perpetrauerint: ſummè enim offendit per-
ſona illa eccleſiaſtica, qui plus cæteris debet
ſacra tueri, vel bona ſibi commiſſa, ſi illa vio-
let, aut offendat in eis. Hinc ſeueriori pœna pu
niendus eſt a iudice eccleſiaſtico clericus, qui
4 degit in obſequio alicuius, † ſi furtum cõmit-
tat, & de iure ciuili ſcripſit Ioã. Faber in §. alia.
Inſt. de publ. iud. ꝙ talis familiaris eſt pro pri-
mo furto ſuſpendendus: nam quis domeſticos
fures valeat effugere, niſi eos ſeuerior pœna,
quàm alios a tanto facinore retrahat, vt inquit
Bern. Diaz in ſua praxi crim. in verb. fures.
5 Quarta. Tales debent eligi † ad officia, qui
ſint diſcreti, & nõ prodigi, ſed prouidi, aliàs fi-
delitas non ſufficeret. d. c. cũ ad monaſterium.
Tales, & tales, q ſciant domui ſui bene proui-
dere. 47. diſt c. ſicut hi. § neceſſe. Nã vt dicit ibi
Ambro. Qui in re minima, de qua ſibi familia-
rior cura dẽt ineſſe, fidelis nõ eſt. Quomodo
in eccleſia Dei, (vbi tot ſunt, & alieni) ſolicitã
6 diligentiam adhibebit. Vnde, & † in regula. c.
31. dicitur, ꝙ Cellararius debet eſſe ſapiẽs, ma-
turus, moribus, ſobrius, non multum edax, non
elatus, non turbulentus, non iniurioſus, nõ tar-
dus, non prodigus, ſed timens Deum, qui omni
congregationi ſit ſicut pater.
7 Quinta. Conceſſa † libera adminiſtratione
alicui, non intelligitnr ei data poteſtas dilapi-
dandi, vel donandi, licet ſecundũ Inn. maior ſit
poteſtas prælatorum, quàm aliorum admini-
ſtratorum, ſicut apparet in c. cæterum. de don.
ita Abb. in c. veniens. nu. 21. de præſcrip.
8 Sexta. Quamuis Abbas † nihil habeat, cum
ſit procurator, & non Dñs. 12. q. 1. c. ſi priuatũ,
per conſequens videtur. ꝙ nihil dare poſſit. 1. q.
7. c. Diabertum. 54. diſt. c. Abbati. 12. q. 2. c. quiſ-
quis. de iure patr. c. quod autem. in fin. & de ſta.
mon. c. cum ad monaſterium. in fin. tamen põt
9 erogare † in pauperes, quam erogationem fa-
cere poteſt quilibet prælatus conſiderata con-
ſuetudine, & facultate eccleſiæ, quia non debet
prorogare ad nimiam quantitatem. arg. tex. in
c. cæterum. de don. c. non ſatis. diſt. 86. Exemplũ
ſi eſſet conſuetudo in terra, vbi Abbatia eſt, ꝙ
Abbas det 20. vel 50. ſolidos pro puella mari-
tanda, nam tunc hoc poteſt facere ſiue in vita.
de teſta. c. ad hoc, ſiue in morte. eo. tit. c. relatũ.
2. vbi etiam conſanguineis, immo in hac ero-
gatione non eſt neceſſaria conſuetudo: quia
eleemoſinam debet facere prælatus de rebus
eccleſiæ 16. q. 1. c. quoniam. ita Abb. & glo. in
c. cæterum. de donat.
10 Septima. Prælatus † non ſolum poteſt elee-
moſinam facere, ſed etiam quilibet religioſus
habens diſpenſationem à prę̨lato commiſſam.
ſecundum quod eſt ſibi commiſſum. iux. D. Th.
22. q. 32. Sed poteſt etiam prælatus facere do-
nationem. c. cę̨terum. de dona. Non quidem de
rebus immobilibus, aut mobilibus pretioſis,
nec



nec de pecunia, quam aliquis Epiſcopus reli-
gioſus acquiſiuerat, qa illa cedit Epiſcopatui,
ſed de redditib. eccleſiæ, vel aliquã rem mobi-
lem cum cauſa rationabili, moderatè, ẽt ceſ-
ſante conſuetudine. ita Cardi in c. cæterum. de
dona. Sed ceſſante cauſa rationabili requiritur
conſuetudo, vt poſſit donare rem mobilem ec
cleſiæ. ita Abb. in d. c. cæterum. nu. 4.
11 Octaua. Monacus, † q nihil habet propriũ,
& nec alia, præter neceſſaria, licitè percipere
poteſt. c. alia. 16. q. 1. non poteſt facere eleemo-
ſinam, niſi habeat ad miniſtrationem. glo. in
Cle. 2. verſ. ſed, & tales. in verb. conuertendum.
de vita & honeſt. cler. tunc enim ſecundum
Lau. non facit niſi quod iuris eſt: cum quicquid
habet eccleſia, ſit pauperum. 16. q. 1. c. quoniã.
ad hoc de dona. c. cæterum. de teſta. c. relatum.
§. licet. Quæ quidem eleemoſina debet fieri
iuxta quod ſibi commiſit Abb. vt diximus in
deciſ. præcedenti. aliàs ſit moderata. arg. d. c. cæ
12 terum. Si † autem non habet adminiſtrationẽ,
ſecus, niſi cum Abbatis licentia. vt no. glo. 12. q.
1. c. non dicatis. vel in actu extremæ neceſſita-
tis cum ex præcepto teneatur. arg. 80. diſt. c. nõ
ſatis. & cap. paſce. etiam Abbate hoc expreſſe
prohibente. vt dicit D. Cardi. in d. Cle. 2. q. 5. cũ
magis Deo, quàm hominibus ſit obediendum.
11. q. 3. C. Iulianus. 18. diſt. c. quæ contra. 10. q. 3.
c. qui reſiſtit.
Nona. Inſtituti in adminiſtrationibus ſi re-
13 uocãtur † per Abbatem cum oportuerit, cum
in diſpoſitione Abbatis cuncta conſiſtant. c. cũ
ad monaſterium. verſ. tales. de ſta. mona. Hinc
Abbas poteſt ad ſuum libitum remouere prio-
rem manualem, vt ſunt commendatores, inſti-
tutores, & præceptores. de quibus in c. cum de-
putari. de iudic. in d. § tales. verſ. nec alicui. Bar.
in auth. ingreſſi. C. de ſacr. ſan. eccl. Inn. in c. inſi
nuante. qui cler. vel vou. facit ad hoc gl. in Cle.
& ſi principalis. ſuper verb. electionem. de re-
14 ſcrip. verum † ſi prior per electionem aſſume-
retur, vel eſſet perpetuus, non poſſet ad nutum
reuocari ſine cauſa, & inſtitutionibus regulæ
ſeruatis. c. 2. §. priores de ſta. mona. licet prior
manualis poteſt ſine cauſa reuocari. vt per no-
tata per Io. Andr. c. cum ſingula. de preben. in
15 6. Papa vero † poteſt prioratum manualem,
ſeu clauſtralẽ concedere religioſo poſſidendũ
ab eo toto tempore vitæ ſuæ, quod ſecus eſt in
Abbate. d. c. cũ ad monaſterium. ita tex. aper-
tiſſimus in c. cum inter R. ibi, dum viueret poſſi
dendus. de elect. vbi Abb. in 3. notab. colligit.
hoc ſentit Inn. in c. fin. qui cler. vel vou. Quem
tex, diligenter notabis pro limitatione. c. por-
recta. & c. ad noſtrã de confir. vtil. vbi habetur,
ꝙ nõ poteſt religioſo concedi prioratus ad vi-
tã, quia illa iura procedũt, niſi Papa illud faciat
16 ex certa ſcientia. Quo † caſu Abbas non poſ-
ſet illum remouere ſine cauſa, quia quo ad iſtũ
prioratum eſt obedientiarius Papæ, & nõ Ab-
batis, ſed remanebit in aliis ſubiectus Abbati.
ita Abb. in d. c. cum inter R. nu. 10.
17 Decima. Adminiſtrator † amotus ab Abba-
te, non habet ius contradicendi. ita tex. in d. c.
cũ ad monaſterium. §. tales. verſ. ſine cõtradi-
ctione. de ſta. mon. vnde non poteſt appellare.
de appel. c. reprehenſibilis. & c. cum ſpeciali. de
ſimo. c. per tuas. in fi. caueat autem Abbas, ne ze
lo, vel inuidia vrat animam, quia de omnibus
ſuis iudiciis redditurus eſt Deo rationem, vt le
gitur in regula 65. c. in finem. ita Hoſt. Io. And.
& Card. in d. §. tales. An autem amotus poſſit
implorare officium iudicis diximus ſupra, ꝙ
ſic, in duobus caſibus. vt per Fran. in c. cum ſin-
gula de præben. in 6.
18 Vndecima. † Prior, qui eſt poſt Abbatem,
& vocatur in regula S. Benedicti præpoſitus
in c. 65. vbi dicitur, ꝙ Præpoſiti exiſtimantes ſe
eſſe ſecundos poſt Abbatem, aſſumentes ſibi
tirannidem, ſcãdalum nutriunt. & c. debet eſſe
potens in opere, & ſermone, vt exemplo vitæ,
verboque doctrinæ fratres ſuos, & inſtruere
poſſit in bono, & à malo etiam reuocare. c. cũ
ad monaſterium. § prior. de ſta mon. ſic de of-
fic. ord. c. inter cætera. & habetur Lucæ. c. vlt.
19 vbi nota. ꝙ in d. §. prior † præmittitur de exẽ-
plo: quia perfectius. Vnde Seneca in Epiſto. 6.
longum iter per præcepta, ſed breue iter per
exempla. & Hiero. ſuper Mar. in fi. Terra mul-
tis plena miraculis, vbi fidelium credulitas plus
actibus, quàm lectionibus eruditur. Idem ad
Oceanum. Caput artis eſt docere quod facias.
Et ad Fabiolam. Multo plus intelligitur quod
oculis videtur, quàm quod aure percipitur. Io.
Andr. in d. §. prior. in capitu. cum ad monaſte-
rium. num. 16.
20 Duodecima. Prior † dẽt habere zelum ſecũ-
dũ ſcientiã, vt delinquẽtes corripiat, & flagel-
let, & obedientes foueat, & cõfortet. d. §. prior.
21 Vbi nota, ꝙ duplex eſt zelus. † Malus, ducens
ad infernũ, & bonus, ducens ad Deum. vt hr̃ in
reg. c. 72. ſunt. n. aliqui religioſi adeo zelatores
religionis, ꝙ in nimiã auſteritatem incidunt,
Hi tales non habent zelum ſecundũ ſcientiam
vt debent habere. ita d. §. prior. Nam zelus ſe-
cundũ ſcientiam eſt, vt delinquentes corripiat.
cũ humanitate cogitans ſeipsu & puniat iuxta
regulã, & apoſtolica inſtituta. eo. tit. c. ea quæ,
& obediẽtes foueat: nã debet obedientia pro-
deſſe obedientibus, & contẽptus obeſſe rebel-
22 libus. de poſtul. c. 1. Rurſũ hæc ſcientia † huma
nitatis cũ zelo in eo ẽt conſiſtit, vt licet ieiuniũ
a priore ſit frangendum propter hoſpites, tñ
fallit, ſi forte dies præcipui eſſent ieiunij, q non
 poſſunt

pcſſunt violari.vt in reg.c.53. de hoſpit. recip.
23 Tertiadecima. Abbas † ſicut legitur in reg.
c.64. de ordin. Abb. in ipſis imperiis ſuis debet
eſſe proudens, & conſideratus, ſiue ſecundum
Deũ, ſiue ſecundũ ſæculũ ſint opera, quæ iniun
git, vt ipſa.ſ.temperet exemplo Iacob dicentis
Gen.23. ſi greges meos plus in ambulãdo fece
ro laborare, morientur cuncti vna die, & fra-
tribus infirmis, & delicatis talẽ operã iniũgat,
vt nec ocioſi ſint, nec violentia laboris oppri-
mantur. vt in reg. De opere manu. quotidiano.
24 in fin. Ei † tamen in omnibus obediendum eſt
juxta poſſe. vt habetur in d. cap. cum ad mona-
ſterium. §. Abbas: quia tota poteſtas monaſte
rij pertinet ad Abbatem. 18. quæſt. 2. c. nullam.
Vnde, & in dubio parendum eſt. 23. quæſt. 1. c.
quid culpatur.
25 Quartadecima † Licet menſa Abbatis de-
beat eſſe cum hoſpitib. & peregrinis. vt in d. c.
cum ad monaſteriũ, tamen debet eſſe frequen
ter cum fratribus in conuentu. d. §. Abbas, vnde
dicit glo. in verb. Abbates. in extr. vnic. de cẽſi.
Honeſte facerent Abbates contentari come-
dere cũ aliis in refectorio, & dormire in dor-
mitorio, vt melius valerent oculo intelligere,
quomodo ſe habeant omnia tam in eccleſia,
quàm in menſa, tam de die, quam de nocte.
26 Quintadecima. † Abbas debet vigilẽ curã,
& diligentem ſollicitudinem gerere de om-
nibus, vt de officio ſibi commiſſo dignã Deo
poſsit reddere rationem. d. §. Abbas, cũ de om-
nibus iudiciis ſuis redditurus ſit rationem. vt in
reg. c.64. de offic. Archid. c.1. & de offic. ordin.
cap. irrefragabili Quare oportet paſtorem vi-
gilare. c. vt ſingulæ. de offic. Archipresby. & ma
xime circa reuerentiam diuini cultus, & vtili-
tates ſui monaſterij. vt patet. 18. q. 2. c. nulli. Vn-
de non debet vagari pro libito voluntatis. Ar-
chid. in c. 2. ne cler. vel mon. nu. 4. qui etiam di-
cit. num. 1. ꝙ denet eſſe ſollicitus vt monachus
ſuo clauſtro ſit contentus. vt 16. 1. q. 1. qui vere.
& c. placuit. 2. cum a canone ei hoc præcipia-
tur, vt intra clauſtra moretur. vt ead. q c. iuxta:
nam mortuus dicitur eſſe mundo. vt in præall.
c. placuit. Vnde debet in ſolitudine contempla-
tionis manere quantum eſt in ſe. ead. q. c. ſi cu-
pis. in prin. Dixi quantum eſt in ſe, quia Abba-
ti præcipienti ſacris literis intendere mona-
chum, ille obedire tenetur. Vt tamen Mona-
chus poſſit ſacris literis intendere, duo præci-
pue requirũtur. Primũ eſt, vt obedientia coga-
tur: quia ex ſe ſemper dẽt velle in clauſtro ma-
nere, vt ſupra diximus. Secundo exigitur, vt
intentio eorum non ſit ad vanam gloriam, ſed
ad ſapientiam aſpirare. Hodie vero in mona-
ſteriis, quorum ſuppetunt facultates, Abbas te-
nere debet magiſtrum, qui monachos inſtruat.
vt in Clem. de ſta. mon. ne in agro. §. pen. & be-
ne ita obſeruant noſtri Prælati.
27 Sextadecima. Abbas, † qui inuentus fuerit
regulę præuaricator, aut negligens, deponẽdus
eſt per Diœceſanũ, niſi ſit exemptus. d. §. Abbas.
& ibi Io. Andr. nu. 20. Præuaricator vero eſt, q
regulam prædicat, & eam non obſeruat, vel q
exterius vr̃ religioſus in habitu, & interius ſi-
cut teſtantur opera, eſt lupus rapax. arg. ff. de
his quæ not. infa. l. athletas §. pen. ff. de præuar.
l. 1. & 2. Mat. c. 7. Attendite a falſis prophetis.
Vel præuaricator dr̃, qui falſas culpas imponit
ſubditis. Io. And. vbi ſupra. nu. 16. Itẽ ſi eſt negli
gens, aut remiſſus, eſt remouendus. d. §. Abbas.
28 Vnde nota, ꝙ propter † negligentiam Abbas
poteſt remoueri. de ſta. mon. cap. fi. § quod ſi
Abbas. & c. ſi quis Abbas. 18. q. 2. 81. diſt. c. di-
ctum diſt 100. c. quoniam. cum ſim. Quod ve-
rum eſt, ſi ſit magna negligentia, & ſupina. 1. q.
1. c. quicquid. l. magna. ff. de verb. ſign. Vnde Hu
go de clauſtro animæ ponit 12. abuſiones clau
ſtri, de quibus eo. tit. in glo. in Cle. ne in agro.
Inter quas prima eſt prælatus negligens. Qui
quidem depoſitus monachus remanet, & aget
pœnitentiam, ſicut alius Frat. ſecundum Abba
tis iudicium, & regulam. vt legitur in regula.
cap. 23. & 24. & 25.
29 Decimaſeptima. Abbas † renuncians Abba-
tiæ, remanet monachus illius monaſterij, vbi
profeſſionem emiſit, & ita obſeruatur. Tũ quia
melior debet eſſe conditio eius, qui culpa ca-
ret, quàm eius, qui culpa non caret. 16. q. 1. c. le-
gi. ſed depoſitus, q præſupponitur culpabilis. l.
filiis. §. ſenator. ff. ad municip. c. at ſi clerici. de
iudic. c. ſuper his. c. qualiter. el 2. de accuſ. rema-
net monachus. vt diximus in præced. deciſion.
ergo multo magis renũcians, cũ poſſit fieri re-
nunciatio ſine culpa. Tum ẽt, quia ſi nõ rema-
neret monachus, daretur materia vagandi cõ-
tra id. de præben. in 6. c. cum ſinguta. Tum quia
cum proprium non habeat, in opprobrium ec-
cleſiæ mendicaret. 93. diſt. c. diaconi.
30 Decimaoctaua. † An poſſit Papa diſpenſa-
re, ꝙ monachus habeat proprium, vel ꝙ non
ſeruet continentiam, vide quæ diximus in no-
ſtris deciſ. lib. 3. c. 5. de regul. Franc. in rubr. cir-
ca finem. de teſtam. lib. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Præceptum confeſsionis in laicis eſt ſemel in anno, ſed in monachis ſemel in menſe. & nu. 6.*
2 *Clerici debent ſumere ieiunium a dominica Quinquvgeſimæ.*

Papa



3 *Papa habet poteſtatem diſponendi ſuper ſacramenta, licet non tollendi.*
4 *Communio ſecundum diſtinctionem temporum diuerſimode fuit ſtatuta.*
5 *Communio à monachis debet fieri ſingulis menſibus, licet aliqui ex cauſa ſint impediti.*
6 *Dies Paſchatis quando incipit circa communionem.*
7 *Communio facienda ſingulis mẽſibus extenditur ad omnes monachos, & moniales num. 8.*
9 *Monachi tempore generalis interdicti debent abſtinere à communione.*
10 *Item ex cauſa ſi ſunt inhabiles.*
11 *Item ſi non ſunt in monaſterio.*
12 *Communio non omittetur, ſi in prima dominica menſis occurrit feſtum ſolemne.*
13 *Religioſorum pœna conferentium, euchariſtiam laicis, vel clericis.*
14 *Clerici ſæculares miniſtrantes euchariſtiã, vel extremam vnctionem ſcienter, peccant mortaliter.*
15 *Clerici præfecti eccleſiæ parochiali poſſunt ſacramenta miniſtrare.*
16 *Religioſus tantum, qui eſt religionis approbatæ, incidit in excõmunicationem miniſtrans ſacramenta.*
17 *Idem religioſus nouitius.*
18 *Excommunicatus eſt manus iniiciens in nouitium religioſum, etiam ſi ſit pater.*
19 *Religioſus nouitius gaudet priuilegio Canonis, & fori.*
20 *Laici miniſtrantes ſacramenta non incidunt in pœnam.*
21 *Conuerſi religioſi nec in illam incidunt.*
22 *Moniales etiam à pœna excommunicationis ob eandem cauſam ſunt incluſæ.*
23 *Religioſi miniſtrantes ſacramenta alijs religioſis, an incidant.*
24 *Religioſus miniſtrans ſacramenta parochiano nec incidit.*
25 *Religioſi miniſtrantes ſacramenta mercenarijs, & ſcholaribus, an incidant.*
26 *Religioſi miniſtrantes ſacramenta ſiue in vita, ſiue in morte, incidunt in cenſuram.*
27 *Religioſi an poſſint ſacramenta conferre in monaſterijs. Et quid ſi ex priuilegio conferat. nu. 28,*
29 *Religioſi ex priuilegio conferunt ſacramenta hoſpitibus, peregrinis, & infirmantibus in monaſterio.*
30 *Miniſtrans alijs ſacramentum Euchariſtiæ, vel confesſionis in peccato mortaliter peccat.*
31 *Sacerdos in multis caſibus debet vti ſtola, inter quos eſt, quando miniſtrat Euchariſtiam.*
32 *Sacerdos an in ſupradictis caſibus, de quibus. nu. 31. veniat excommunicandus.*
33 *Faciens contra Canonem non ſemper peccat mortaliter.*
34 *Sacramenta miniſtrans an debeat illa denegare peccatoribus.*
35 *Religioſi quoties obligentur celebrare, vel eis melius ſit quotidie celebrare, quam abſtinere.*
36 *Religioſis non licet vngere infirmos, niſi habeant curam animarum.*

## Qualiter Monachi teneantur ad Communionem, & Confeſſionem; & an poſſint miniſtrare ſacramenta. Cap. XXIIII.

1 PRima, licet ſit præceptum † ſolũ
ſemel in anno confiteri. de pœ-
nit. c. omnes, vbi dicitur, quòd
ſaltem ſemel in anno debet qui
libet confiteri, & communica-
re: tamen ſecus eſt in monachis, qui debent cõ
fiteri, & communicare ſemel in menſe. clem.
ne in agro. §. ſanè. de ſta. monach. vbi gloſſ. in
verb. menſibus, dicit quod arctantur monachi
ſingulis menſibus, ad quod fideles arctantur
ſingulis annis, & hoc quia propter religio-
nis perfectionem debent aliquid addere ad
penſum ſanctæ inſtitutionis. 4. diſtinct. cap. de-
2 neque. vbi † à Dominica quinguageſimæ cle-
rici debent ſumere initium ieiunij. Et ex hoc
3 nota, quòd licet † Papa non poſſit tollere ſa-

cramen-

cramenta, habet tamen poteſtatē diſponēdi
ſuper ſacramentis Nam quondam diſpoſitū
erat, quòd ſaltem ter in anno communicarēt.
de conſecr. diſt. 2. cap. & ſi non frequentius.
poſtea fuit diſpoſitum, ꝙ ſaltē ſemel. d. c om-
nis. & aliter ꝙ ad monachos. vt in d. §. ſane.
4 Secunda. Secundum † diſtinctionem tem-
porum, & ſtatum diuerſum Eccleſię,. diuerſa
rationabiliter ſtatuta a ſanctis patribus ema-
narunt circa cōmunionem. Nam in primitiua
eccleſia, quando magis vigebat deuotio fidei
Chiſtianæ, ſtatum eſt vt omni die fideles cō-
municarent. c. peracta. de conſecr. diſt. 2. Dū
vero creuit populus credentium, minus fide-
les erant feruentes, vnde Eſa. 9. Multiplicaſti
gentem, & non magnificaſti lætitiam: quo-
circa minus parati erant ad communionem
vnde ſtatutum fuit, vt communicarent die-
bus dominicis. extra de Paroch. cap. 2. Dein-
de cum nec hoc ſeruaretur, indulſit Fabianus
Papa, vt ſi non frequentius, ſaltem ter in anno
communicarent, in Paſcha, in Natiuitate Do
mini, & in Pentecoſte. c. & ſi non frequētius,
de conſecr. diſt. 2. Sother etiam Papa inſtituit
vt etiam in Cęna Domini omnes communi-
carent. ea. diſt. cap. in cęna. Poſtmodum ve-
ro propter iniquitatis abundantiam refrige-
ſcente charitate multorum, ſtatuit Innoc. d. c.
omnis. vt ſaltem ſemel in anno ſcilicet in Paſ-
cha fideles communicent. ita D. Tho. & Ale
xander, & Albertus cōcordant, vt refert Tur-
recre. in d. cap. etſi non frequentius. Et Cle-
mens quintus ſtatuit, vt Monachi ſaltē ſemel
in menſe. d. §. ſanè.
5 Tertia. Licet ex iuſta † cauſa aliqui Monachi
ſint excuſati à communicando, non tamen
aliquibus impeditis omnes excuſantur. d. §.
ſanè. verſ. omnes, & ſinguli. Concordant iu-
ra in cap. nimis. 1. & 2. in fi. de exceſſ. prælat.
Quæ verba ideo addita ſunt ad cautelam, ne
friuola occaſione aliqui dicerent, ſub vniuer-
ſali vocabulo ſingulares perſonas non com-
prehendi, tanquam aliud ſit vniuerſitas, &
aliud ſinguli. Vel dicerent ſe non teneri, ſi eſ-
ſent iuſta cauſa excuſati quidam eorum, vt ſic
aliquibus impeditis omnes excuſarentur. ita
Dom. Card. in d. §. ſanè. num. 1.
6 Quarta. Sicut † ex præcepto Eccleſiæ tene-
tur homo ſingulis annis in die Paſchatis com
municare. d. cap. omnis. quod quidem præ-
ceptum adimpletur à Dominica in Palmis,
vſque ad Dominicam in Albis, vt patet per
Extrauagantem Eugenij IIII. quā citat Caiet.
in verb. Communio. ſic Monachus tenetur
ex præcepto ſaltem ſemel in menſe, vt nos
diximus in noſtris deciſſionibus in 1. par. lib.
2. de ſacr. com. num. 36.

7 Quinta. Licet † glo. 2. in verb. ſinguli in d. §.
ſanè, dicat ſub dubio dictam conſtitutionem
eſſe dilatādam quo ad alios monachos, quod
ſatis eſt honeſtum. Tamen Paul. in d. §. dicit
ſine dubio extendi non ſolum ad monachos
nigros, ſed etiam ad alios: cum hæc interpre-
tatio ſit honeſta, & expēdiens, & hæc opinio
eſt magis communis: quia licet illa cōſtitutio
diſponat de monachis nigris, tamen & in alijs
locū habet quo ad hūc §. ita tenet Card. in q. 3.
8 Sexta. Non ſolum monachi. † ſed & Monia-
les tenentur ex præcepto cōfiteri, & commu-
nicare ſemel in menſe, computando menſem
eo modo, quo dicitur in glo. in c. quam ſit. de
elect. lib. 6. & ratio eſt: quia maſculinum cō-
prehendit fęmininum. 17. q. 4. c. ſi quis ſua-
dente. de elect. cap. generali. lib. 6.
Septima. Licet monachi debeant commu-
9 nicare ſaltē ſemel in menſe, tamē fallit in † ali-
quibus caſibus. Quorum primus. tempore in-
terdicti, nam ſaltem tēpore generalis interdi-
cti monachi abſtinere debent à Cōmunione.
de ſponſa. cap. non eſt. de pœniten. ca. quod
in te. de ſent. excommun. cap. reſponſo. &
lib. 6. cap. alma mater. §. quia vero. & §. in
10 feſtiuitatibus. Secundus † ex cauſa, facit tex.
in cap. omnis. de pœnit. & remiſſ. Vnde cum
ſubeſt cauſa, debent abſtinere, aliàs iudicium
ſibi manducarent. de conſecrat. diſt. 2. cap.
timorem. Et hoc donec reddant ſe habiles
abſtinendo à peccato, propter quod erant in
habiles, & ad hoc compelli poſſunt. de con-
ſecr. diſt. 2. cap. & ſi non frequentius. & cap.
11 ſi quis. Tertius ſi contingat monachum, non
eſſe in monaſterio, licet teneatur ſingulis mē-
ſibus confiteri, vt ſupra diximus, non tamen
tenetur communicare. d. §. ſanè, in verbo,
Monaſterijs: & ratio differentiæ inter Confeſ
ſionem, & Communionem eſt, quia plus ne-
ceſſaria eſt confeſſio, quæ eſt pars pœnitentiæ
propter pronitatem ad peccandum, quam
cōmunio, ſine qua quis ſaluus eſſe poteſt, pro
hoc quod no. de tranſact. cap. veniens, ſecun
dum Gen. ſed hæc ratio vltima non vrget. Nā
etiam ſine confeſſione quis poteſt ſaluari, ſi
haberet propoſitum confitendi, & præuentus
morte non confiteretur, modo moriatur con
tritus. de pœnit. diſt. 1. §. 1. verſ. Petrus. Igi-
tur vera eſt ratio præcedens, quod plus eſt ne
ceſſaria confeſſio, quæ eſt pars pęnitentiæ. ibi
Zabar. Quartus ſi ex rationabili cauſa proro-
rogaretur vltra menſem de licentia ſuperio-
ris per aliquos dies. facit tex. in cap. omnis.
de pœnit. & remiſſ.
12 Octaua. Si prima † Dominica menſis oc-
currit feſtū ſolenne. puta Reſurrectionis, Pē-
tecoſtes, vel Patroni monaſterij, non per hoc
omittetur



omittetur communio, quia quanto maior eſt
ſolennitas, tanto ſtudioſus diſciplina regula-
ris eſt obſeruanda. de ſta. monach. cap. cum
ad monaſterium. §. in refectorio. Facit tex. in
c. fina. de obſer. ieiun. glo. in d. §. ſane verbo. In
prima. Et hæc quo ad communionem facien-
dam ab ipſis. Verum quoties Religioſi Sacer-
dotes teneantur celebrare, & an melius ſit quo
tidie celebrare, vel ob reuerentiam abſtinere,
diximus in noſtris deciſ. 1. par lib. 2. cap. 39. nu.
6. & 12.
13 Nona. Religioſi, † qui clericis, aut laicis
Sacramentum vnctionis extremæ, vel Eucha-
riſtiæ miniſtrare, matrimoniave ſolennizare
ſine parochialis presbyteri licētia ſpeciali præ
ſumpſerint, excommunicationis ſententiam
incurrant ipſo facto per Sedem Apoſtolicam
duntaxat abſoluendi. clem. 1, de priuil. Et ideo
hæc tria ſpecialiter religioſis prohibentur,
quia per hoc præiudicaretur presbytero paro
chiali. ita Matth. in d. clem.
14 Decima. † clerici ſæculares ſi ex certa ſcien-
tia prædicta ſacramenta miniſtrauerint, licet
peccent mortaliter, vt nos diximus in noſtris
deciſ. in 1. par. cap. 13. non tamen incurrūt ex-
communicationem: cum tamen dicta clem. lo
quatur de religioſis. & per conſequens clericos
ſæculares excludat. ita glo. 1. in d. clem. quam
ſequuntur ibi Doct.
15 Vndecima. Religioſi † miniſtrantes dicta
ſacramenta, non comprehenduntur, ſi illa mi-
niſtrauerint ſuis parochianis. Si ſunt præfecti
eccleſijs parochialibus. Sed ſi miniſtrauerint
ſuis non parochianis, tunc in excommunica-
tionem incurrunt. ita gloſſ. de decimis. cle-
ment. 1.
16 Duodecima. † Non quicunque religioſus
miniſtrans ſacramenta prædicta, incidit in ex-
communicationem, ſed tantum is, qui eſt reli-
gionis approbatæ, quia qui eſt religionis non
approbatæ, non eſt religioſus. de relig. domi.
cap. vlt. & c. vnic. de voto. lib. 6. not. in capit. vt
periculoſa. ne cler. vel mona. lib. 6. in glo 2. quæ
optimè facit. & cum hæc ſit pœna, neceſſe eſt
vt verificetur qualitas veri religioſi, quia odia
reſtringi, & fauores conuenit ampliari. regu.
odia. de reg. iur. in 6.
17 Decimatertia. Religioſus † nouitius ſi mini-
ſtrat ſacramenta incidit in excommunicatio-
nem. argum. tex. in cap. religioſo. de ſenten. ex-
communc. lib. 6. vbi iniiciens manus in noui-
tium etiam non profeſſum, incidit in ſenten-
tiam excommunicationis cap. religioſo. §. 1. de
ſenten. excommu. lib. 6. Quod procedit, etiam
18 ſi talis iniiciens ſit eius pater: † quia licet eius
pater poſſit filium ſuum impuberem reuoca-
re à religione, & coram ſuperiore repetere, vt

in cap. 2. de regul. non poſſet tamen eum vio-
lenter à religione retrahere ab eius habitu,
maximè ſi talis ſit clericus. argu. cap. eum qui.
de præben. in 6. & l. ſi quis in tantam. C vnde
vi. Vnde non obſtat. cap. cum voluntate. de ſen
ten. excommun. vbi pater verberans filium cle
ricum, non incidit in excommunicationem,
quia ibi pater verberat filium cauſa correctio-
nis, ſed hic non poteſt cadere correctio. ita Io.
Andr. in d. cap. religioſo. num. 1. Cum nouitius
dicatur perſona eccleſiaſtica. cap. duo. 12. quæ-
19 ſtio. 1. & gaudet † priuilegio eccleſiaſticæ per-
ſonæ non ſolum quo ad priuilegium Canonis,
ſi quis ſuadente. d. §. quamuis, ſed etiam priui-
legio fori, vnde eſt coram eccleſiaſtico conue
niendus. ſecundum Archid. in d. c. religioſo. in
fin. vbi dicit, quòd negari non poteſt, quin talis
non ſit religioſus quo ad iuriſdictionem, & tui
tionem eccleſiæ: nam talis non eſt conuenien
dus coram iudice ſæculari, ſed coram eccleſia
ſtico tantum. argum. tex. in l. quæ religioſis. ff.
de rei vendicat. 12. quæſtio. 2. cap. eccleſiarum
ſeruos. 16. q. 1. ſimiliter. Sic etiam debet ſentire
onus. clem. recolentes. de ſta. mon. reg. qui ſen-
tit. lib. 6. & per conſequens miniſtrando ſacra-
menta incidit in excommunicationem.
20 Decimaquarta. † Laici † hæc ſacramenta, de
quibus. num. 13. miniſtrantes, non incidunt in
pœnam in d. clem. 1. quia tales non dicuntur
miniſtrare, ſed abuti. de conſuet. cap. quanto,
ſed ſunt aliter puniendi. Nec etiam ſe exten-
21 dit † talis conſtitutio ad conuerſos religioſos
miniſtrantes ſupradicta ſacramenta, ex quo
non habēt ordinem: quia prius perſona, quàm
iuris ratio quærenda. l. quidam. ff. de iure codi-
22 cil. Nec etiam habet locum † in monialibus.
& non obſtat tex. in cap. ſi quis ſuadente. 17. q.
4. quia illud ideo eſt, quia actus percutiendi cle
ricum eſt communis, & ita competit fœminę,
ſicut maſculo, nam eſt nudi facti, ſed miniſtra-
re ſacramenta ſapit ius, & non competit niſi
habentibus ordines eccleſiaſticos, vnde cum
fœminę non ſint capaces ordinis. cap. noua. de
pœnit. & remiſſ. non videtur iuriſlator eas in-
cludere. capitu. indemnitatibus. §. fi. de electio.
lib. 6.
Decimaquinta. Cum religioſi tamen in ex-
communicationem incidant, qui miniſtrāt ſa-
23 cramenta clericis, aut laicis ſit † vt miniſtran-
tes religioſis eiuſdem monaſterij nullo modo
incidant. de ſta. mon. cler. ne in ag. o. §. ſanè.
Sed ſi miniſtrent religioſis alterius monaſte-
rij, quamuis male faciant non tamen locus eſt
pœnæ excommunicationis, cum de ipſis reli-
gioſis in d. clem. 1. non caueatur. argum. de ele-
ctio. cap. ſtatutum. lib. 6. reg. in pœnis. eod. lib.
Licet Lapus dicat, quòd verbum clericus, lo-
cum

cum habet in clericis ſęcularibus, & regularibus, quod eſt tutius. Zabar. ibi q. 7.

24 Decimaſexta. Nec † comprehenditur religioſus, miniſtrans prædicta ſacramenta ipſi parocho: quia cum potuit parochus dare alteri licentiam, ergo & ſibi. Nec ille, qui eſſet aſſumptus ab ipſo parocho in ſuum adiutorium ad miniſtrandā Euchareſtiā in die Paſchæ modo ſit de licentia Abbatis. arg. 16 q. 1. c. placuit. de poſtul. c. 2. de elect. in 6. c. ſi religioſus.

25 Decimaſeptima. Religioſi † miniſtrantes ſacramenta prædicta ſcholaribus, & mercenarijs, & perſonis ſimilibus, qui habiant extra parochiam abſque licentia parochi in cuius parochia habitant, incidunt: ita glo. in d. cle. 1. nam ſtatim cum quis vadit ad habitandum in certa parochia, intelligitur ibi fieri parochianus, niſi acceſſerit cauſa recreationis, vel ob aliam cauſam temporalem ſtatim reuerſurus ad propriam parochiam quia tunc ſecus. de ſepult. cap. is. qui. lib. 6.

26 Decimaoctaua. † Religioſi miniſtrātes euchariſtiam ſiue in vita, ſiue in morte, in talem excommunicationem incidunt. d. cle. 1. ponderando ibi Euchariſtiæ, & non dicit viatici Et non obſtat tex. diſt. 50. pœnitens, in fine. vbi dicitur, quòd omnibus detur viaticum: quia intelligitur ab omnib. qui illud poſſint

27 Decimanona. † Quamuis eccleſiaſtica ſacramenta non liceat religioſis conferre. cap. interdicimus. 16. q. 1. & hodie definitum eſt in cle. 1. de priui. tamen intelligit Cardi. ibi extra monaſteria. Non enim licet dare pœnitētias, & conferre extremam vnctionem. Hodie
28 vero poſſunt † religioſi per totum annum, qui noſtris priuilegijs gaudent ſingulis Chriſtianis miniſtrare Sacramentum Euchariſtiæ, ita cōſtat ex priuilegijs Eugenij III. & Sixti IIII. qui tantum excepit diem Reſurrectionis Domini. Item ex Innocentio VIII. qui conceſſit quòd etiam non deputati ad audiendas confeſſiones monachi ſacerdotes poſſint de licentia ſuorum ſuperiorum Euchariſtiā laicis mi-
29 niſtrare. Item Pius Papa II. conceſſit quod patres, & fratres poſſint conferre eccleſiaſtica ſacramēta, hoſpitibus, peregrinis. & famulis infirmantibus in monaſterijs noſtris. vide num. 26.

30 Vigeſima † Miniſtrans alijs ſacramentum Euchariſtiæ, ſi eſt in peccato mortali, mortaliter peccat. Quod idem dicendum de eo, qui in peccato mortali confeſſiones audiret: quia omnis, qui eſt reus peccati mortalis, & ſacramentum recipit, vel miniſtrat, mortaliter peccat. c. illud diſt. 95. Nō tamen ſemper de neceſſitate eſt neceſſaria confeſſio, niſi in Euchariſtia ſumenda, ſed ſufficit contritio. Sylu. in verb. confeſſio. 1. q. 2. verſ. primus. Sotus in 4. ſent. diſt. 1. q. 5. art. 6. col. 6.

31 Vigeſimaprima. Sacerdos non ſolum † in celebratione debet ſemper vti orario, ideſt. ſtola ad modum crucis. per tex. in c. eccleſiaſtica. diſtinct. 23. ſed etiam, quando miniſtrat alijs dictum ſacramentum, vt quia illud accipit ad communicandum infirmos, vel etiam aliquos ſanos in diebus feſtiuis, vel cū populo exhibetur, vel aliàs, tunc enim propter reuerentiā ſacramenti ſacerdos debet habere ſtolam. Idem dicendum quando ſacerdos in diebus feſtiuis aſſiſtit Epiſcopo celebranti, & poſtea communicat. de conſecr. diſt. 1. cap. ſi Epiſcopus. An vero ſupradicti contrauenietes
32 veniant excommunicandi † credimus quòd non, quoniam multi grauiſſimi viri. & in eccleſijs magnæ autoritatis non obſeruant. nec mortaliter dicuntur peccare: cum contraria conſuetudo eos defendat. vt habetur per Archid. in d. ca. eccleſiaſtica. Non enim videtur
33 generaliter verū quòd qui † contra canonem facit, peccet mortaliter, niſi Canon ille de fide, aut bonis moribus, vel de vniuerſali ſtatu vniuerſalis eccleſię loquatur, & nō obſtat tex. in d. cap. eccleſiaſtica. in fi. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitæ ſubiaceat. quia tex. ille loquitur, quando admonitus contemneret facere hoc: quia tunc propter contemptū peccaret mortaliter, & ita poſſet excommunicari. cap. nemo. cap. nullus 11. quæſt. 3. vel ſecundo excommunicandus non veniret quando contraria conſuetudine defenderetur. Vel ibi excommunicatio ſumitur pro ſuſpenſione ad tempus pro arbitrio iudicis: nam cum ibi in d. c non determinetur tempus, talis ſuſpenſio erit arbitraria. arg tex. in c. de cauſis. de offic. deleg. Archi. & Car.
34 ibi, in dicto cap. An vero ſacramenta † ſint deneganda peccatoribus. Dic quod ſic. peccatoribus manifeſtis. ita glo. cap. illud. diſt. 95. Nam propter occulta peccata non poſſūt alicui ſacramenta denegari, niſi per admonitionem ſecretam, vel publice, vel in genere factam. de conſecra. diſt. 2. c. non prohibeat. Archid. & Turrecr. in d. cap. illud. vt nos diximus in 1. par. lib. 2. de ſacr. Communione. cap. 38. num. 29. & 30.

35 Vigeſimaſecunda. † Religioſis ſacerdotibus extra monaſteria non ſolum prohibitum eſt conferre ſacramentum Euchariſtiæ, ſed etiam extremam vnctionem. d. Clem. 1. de priuil. & c. interdicimus. 16. q. 1. bene tamen licet eis cū licentia Abbatis ex pietate, & opere miſericordiæ viſitare infirmos prout Saluator exigit Matt. 25. Infirmus fuit, & viſitaſtis me. Poſſent tamen vngere infirmos, ſi curam ani-

marum



marum haberent. vt dicit Turrecrem. in d cap. interdicimus: modo ſingulis annis illud oleum ab Epiſcopo ſanctificatum petant per ſe, vel alium ab Epiſcopo. Archid. in capitu. illud diſtinct. 95.

### *SVMMARIVM.*

1 *Religioſi an teneantur obſeruare omnia conſilia euangelica.*
2 *Religioſus obediendo in proſperis, an, & quando mereatur.*
3 *Clericus inuito Epiſcopo non fit Epiſcopus, ſed bene monachus.*
4 *Religioſus ob obedientiam aliquando debet bonum intermittere.*
5 *Bonum ſine quo non poteſt haberi ſalus per obedientiam, non eſt intermittendum.*
6 *Pro obediētia bonum eſt pati etiam quod iniuſtum eſt.*
7 *Præcepta papalia etiā grauiora ſunt adimplenda.*
8 *Niſi quod præciperetur generaret ſcandalum, vel peccatum.*
*Papæ non eſt obediendum ſi ſuberteretur fides.*
9 *Papa non poteſt condere leges contra diuinam ſcripturam.*
10 *Clericus debet obedire Epiſcopo præcipienti vt eat Romam, licet ſe excuſet.*
11 *Profeßus cui magis obediat, patri carnali, vel ſpirituali.*
12 *Religioſus an teneatur ſubuenire patri in extrema neceſſitate exiſtenti. num. ſeq.*
14 *Profeßio in religione quòd nullum abſoluat ab obligatione diuini pręcepti, qualiter intelligatur.*
15 *Præceptum de honore parentum cum ſit affirmatiuum, obligat pro loco, & tempore.*
16 *Filij quando magis tenentur obedire patri ſpirituali, quam carnali.*
17 *Omnis, qui reliquerit patrem, aut matrē, multipliciter exponitur.*
18 *Obediēdum cui, Priori, vel Abbati aliud præcipienti.*
19 *Obediendum in omnibus magis eſt Papæ, quàm alijs prælatis.*
20 *Obediendum quòd ſit magis poteſtati maiori, fallit in multis caſibus.*
21 *Obedire magis tenentur monachi Abbati, quàm Epiſcopo.*
22 *Religioſi non in omnibus tenentur obedire ſuis ſuperioribus.*
23 *Obedientia triplex poteſt aſsignari.*
24 *Obedientiæ modus qualis ſit.*
25 *Obedientiæ fructus eſt multiplex.*
26 *Obediendum an ſit alicui, cum peccet pręcipiendo.*

## De obedientia Religioſorum. Cap. XXV.

Circa hoc capitulū plures poſſunt decidi quæſtiones: quarum pri-
1 ma. Religioſi † non tenentur ad omnia conſilia euangelica obſeruanda, ſed tantum ad ea, quæ in regula, quam profeſſi ſunt præceptoriè, vel inhibitoriè, vel etiam verbis æquipollentibus exprimuntur, vel ad vota tria, in quibus voluntariè ſe aſtrinxerunt, vel quando conſilia ex contemptu tranſgrederentur. glo not. in capit. quis autem. diſt. 10. Abb. in c. 1. num. 7. de vit. & honeſt. cler. Sed ad ea, quæ ſunt ſupererogationis, qualia ſunt conſilia euangelica, non tenetur aliquis niſi ex obligatione propria, licet ad illa adimplenda eo magis teneatur religioſi, plus quàm cæteri, quo ſe magis mancipauerunt ſeruitio Dei, quaſi holocauſtum de ſeipſis Deo offerentes. ita inquit Nicolaus IIII. in declaratione regulæ Fratrum minorum.

Secunda. Religioſus obediendo etiam in
2 proſperis † poteſt mereri, & non obſtat tex. in cap. ſciendum. 8. quæſt. 1. vbi dicit Grego. ſciendum ſummopere eſt, quòd obedientia aliquādo ſi de ſuo aliquid habeat, nulla eſt; Nam cum huius mundi ſucceſſus præcipitur, cum locus ſuperior imperatur, is, qui ad præcipienda hæc obedit, obedientiæ ſibi virtutem euacuat, ſi ad hæc etiam ex proprio deſiderio anhelat: quia reſpondetur, quòd ibi non prohibetur niſi ambitio, & proprius motus ex ſe. i. ex ſuo vitio, non ex obedientia proueniens. ita glo. 1. in d. c. verſi. ſi de ſuo, vbi exponit, ideſt ex ambitionē. Igitur ſi proſpera præcipiuntur, & religioſus

ea

ea adimplet proprio motu, & ſpontanea voluntate, eo tamen reſpectu, quia præcipiuntur, talis obedientia eſt meritoria. D. Thom. 2.2.q. 104. art. 2. c. 3.

3 Tertia. Epiſcopo inuito † quare clericus eius non poteſt vocari ad epiſcopatum. 63. diſtinc. c. literas. ſed inuito eo poteſt fieri monachus. 19. quæſt. 2 cap. duæ, eſt ratio, quia iſte præſumitur facere ex ambitione, & facit ad ſuum commodum, ille nequaquam. glo. in d. c. ſciendum. verſi. propriè.

Quarta. Religioſus propter obedientiam
4 † nonnunquam debet bonum, quod agit intermittere, nunquam vero malum per obedientiam facere. cap. quid ergo. 11. q. 3. Hinc nunquam malum, ideſt peccatum eſt propter illã committendum. 15. q 1. c. illa.

5 Nec etiam bonum, † ſine quo non poteſt haberi ſalus, per obedientiam debet intermitti, vt credere in Deum, Diligere Deum, & proximum, ſed ſic bonum mediocre, & tale, ſine quo poteſt haberi ſalus, vt vigiliæ, ieiunium, peregrinatio, & huiuſmodi. ita Archid. in d. c. quid ergo. D. Thom. 2.2. q. 104. art. 3. c. 3 Et ita hoc pacto intelligitur dictum Greg. in d. cap. Quid ergo. Concordantia ſunt iura. 16. quæſt. 1. cap. monachi. ff. de re milit. l. 3. §. in bello. 21. diſtinct. c. denique. Vbi id, quod in ſe bonum eſt, prohibetur propter malum cohærens. 96. diſtinct. cap. 2. diſt. 22. cap. 1. Hinc pomum fuit prohibitum homini, vt abſtinendo acquireret maius bonum, ſcilicet obedientiæ. d. cap. quid
6 ergo. † Sic pro obedientia bonum eſt pati et quod iniuſtum eſt. 100. diſtinct. c. contra morem. Vnde habetur ex illo tex. quòd licet Summus Põtifex iniuſte aliquem corrigeret, quod abſit, ille tamen debet patienter tolerare: quia etſi onerosum ſit, & iniuſtum quod à prælato, & præſertim Apoſtolico iniungitur, tamen tolerandum eſt. argum. diſtinct. 19. c. in memoriam. & diſt. 31. c. ante. quia licet ille iniuſtè facit præcipiẽdo, iſte tamen iuſte facit obediendo. 23. q. 1. c. quid culpatur. in fi. Vnde dicit tex. in d. cap. in memoriam. quòd adimplere tenemur præceptum, licet ſit vix tolerabile.

7 Hinc præcepta † papalia adimplenda ſunt, etſi grauiora, & importabilia ab eo iniungantur, quando de eius præciſa voluntate conſtat, & ſi facere non poſſumus, humiliter nos excuſare debemus. extr. de reſcrip. cap. ſi quando, & hoc intellige, ſiue pertineat ad officium, ſiue non, niſi in his caſibus: quorum primus, ſi literæ Papæ eſſent falſæ, vel ſubreptitiæ. Secundus, niſi continerent peccatum, quia tunc cum præceptum ſit contra Deum, ibi ceſſat omnis inobedientia. 14. quæſt. 3. cap. qui reſiſtit. & c. ſi Dominus. & cap. quæ contra mores. diſtinct. 8, Tertius, quando literę continerent ſcandalum vniuerſalis eccleſiæ. c. inquiſitioni. de ſenten. excommun. vbi vult Innoc. quòd ſi Papa præ-
8 ciperet † alicui aliquid, quod generaret ſcandalum, vel peccatum, non eſt ſibi parendum etiam in ſpiritualibus, etiam ſi allegetur metus excommunicationis, vel depoſitionis: quia potius debet pœnam ſuſtinere, quam malo conſentire, facit tex. in c. ſacris. de his quæ vi: quia facit contra conſcientiam, & ſic ædificat ad gehennam. cap per tuas. 2. de ſimo. Petr. de Ancha. in Clem. 1. de reſcrip. Hinc conſuluit Do. Card. prout ipſe refert in d. cap ſi quando. ver. quæro, circa hæc. quòd cum Vrbanus V I. ſcriberet Epiſcopo Florentino, vt certos proceſſus per ipſum Vrbanum factos contra Carolum Regem Hieruſalem, & Siciliæ, publicaret, & hoc præcipiebat ſub grauiſſimis pœnis, quas ferebat in non parentem. Conſuluit Do. Cardin. quòd poterat differri præceptum, & ſcribi ipſi Vrbano, & expectari ſecunda iuſſio per dictum cap. aureum, & perpetuo memorandum. in d. cap. ſi quando. & per Authen. vt nulli iudi. § & hæc vero iubemus. & hoc ad euitandum magnum ſcandalum, & multa inconuenientia quæ poterant accidere populo Florentino ſi hoc fieret indiſtinctè parendo. Quartus ſi obediendo ſubuerteretur fides. c. ſunt quidam. 25. quæſtio. 1. vbi Turrecr. ibi ponit quatuor concluſiones. Quarum prima, q
9 † Papa non poteſt condere leges, ſiue canones d. c. ſunt. vel ſtatuere aliquid, quod ſit contra diuinam ſcripturam, ſiue doctrinam euangelicam. c. omne quod. 25. q. 1. Auguſti. 4. de Trinit. cap. 6. Secunda. Nec contra determinata per quatuor Concilia de fide catholica, & de condemnatione hæreticorum. Tertia. Nec contra determinata de fide per ſanctos Doctores, quæ ſunt accepta, & approbata per quatuor Concilia. Nec immutare aliquid de his quæ per prædeceſſores ſuos de fide diffinita ſunt, & determinata. Igitur præcepta papalia ſunt implendã, etiam ſi intolerabilia ſunt, ſiue pertineant ad officium, ſiue non: ſecus eſt in alijs prælatis, qui illi non tenentur niſi in illis, quæ pertinent ad officium ſuum. ita Cardi. in c. in memoriam nu. 2. diſt. 19.

10 Quinta. Si Epiſcopus præcipiat † alicui, vt eat Romam, & ille ſe excuſat ideo, quia alij inueniuntur meliores, talis excuſatio non valet. Ad idem quod legitur. no. 23. quæſt. 1. capit. vlt. vbi de hoc vide, & quod legitur. & not. 16. q. 1. c. nos autem. vbi Archid. & ratio eſt: quia in legationibus nullus ordo eſt ſeruandus. vt ff. de leg. l. ſciendum. § pen. vnde ſi clericus voluerit iter peregrinationis, non poteſt ne inuito Epiſcopo. de conſecr. diſtinct. quinta. cap. non



non oportet. glo. in d. c. quid ergo. 11. q. 3.

11 Sexta. Religioſus ꝓfeſſus tenetur magis † obedire patri ſuo carnali, quàm patri ſuo ſpirituali, ideſt prælato in his, in quibus filij parentibus carnalibus obligãtur de iure naturæ, & de iure diuino quę cõtinentur illo præcepto. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Vnde reſpectu horum magis tenentur profeſſi in religione obedire pro loco, & tempore patri carnali, quàm ſuo prælato: Hinc videtur, quòd cũ ad ſubueniendum parentibus homo aſtringi videatur per hoc pręceptum diuinum, Honora patrem tuum. In quo quidem honore intelligitur ſubuentio, quòd poſſit religioſus etiam profeſſus videns patrem ſuum in neceſſitate conſtitutum licite etiam abſque licentia ſui pręlati clauſtrum exire, & ſubuenire patri. facit tex. in c. 1. diſt. 30. vbi dicitur, quòd ſi qui filii parentes maxime fideles deſeruerint occaſione Dei cultus, hoc iuſtum eſſe iudicantes, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipſum in parentibus venerentur, quòd fideles ſunt, anathema ſint. Ta-
12 men in contrarium eſt † veritas, ſecundum D. Tho. quolib. 3. art. 16. vbi dicit, quòd aliter iudicandum eſt de illo qui religionem nõdum intrauit, & aliter de illo, qui in religione eſt iam profeſſus. Ille enim qui religionem nondum intrauit, ſi videat patrem ſuum in magna neceſſitate cui peraliũ modum ſubueniri non poſſet, non debet religionem intrare, ſed tenetur miniſtrare parentibus, maxime ſi abſque peccati periculo poſſit in ſæculo manere.
13 Sed † poſtquã quis eſt in religione profeſſus, tunc talis non tenetur, nec debet abſque licẽtia ſui prælati exire clauſtrum ad ſubueniendũ parentum neceſſitatibus, licet debeat ſemper ſalua ordinis ſui obediẽtia ſatagere per ſe, vel per alium. vt ſuis parentibus ſubueniatur, ſi in neceſsitate fuerint conſtituti. Et non obſtat,
14 quòd profeſsio † in religione nullum abſoluit à diuini præcepti obligatione, Ad hoc enim religioſi profitentur obſeruationem conſiliorum, vt perfectius obſeruent diuina præcepta. Nam reſpon. ſecundum Magriſtrum Nicolaũ de Lyra ſuper Matt. c. 15. quòd licèt per profeſsionem non abſoluatur religioſus à pręcepto diuino, tamen abſoluitur ab aliquo modo adimplẽdi præceptum: quia præceptum de
15 honore † parentum eſt affirmatiuum, & ideo non obligat ad ſemper, ſed pro loco, & tempore, & aliis debitis circunſtantiis, quæ aliquando variantur ſecundum conditionem ipſius implentis præceptum: quia aliquis modus ſubueniendi patri efficitur inconueniens, & illicitus ipſi filio per aſſumptionem alicuius ſtatus liciti, immo perfecti, ſicut ſubuenire patri per votum obedientiæ contra voluntatem ſuperioris, efficitur illicitum ipſi religioſo: tenetur tamen ei ſubuenire modis conuenientibus profeſſioni ſuæ. In multis autem
16 in † quibus non obligantur filij parentibus carnalibus, nec de iure diuino, nec naturæ, & tunc reſpectu illorum filij magis tenentur obedire patri ſpirituali, ideſt ſuo Prælato, quàm patri carnali. Quod ſi quis contra prædicta
17 obiecerit illud Matt. 19. Omnis qui † reliquerit patrem, aut matrem propter nomen meum centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Reſpondetur multipliciter: & primo, quod illud intelligitur, vbi, & quando parentes non indigent à filijs honorari, & maximè, quando filios inducunt ad illud quod eſt contrarium ſaluti ipſorum. Vnde tunc ſunt relinquendi quo ad infidelitatem, & hæreſim, quæ in omnibus eſt deteſtanda, non autem quo ad exhibitionem ſuæ ſubuentionis. Vel ſecundo intelligitur reſpectu eorum, in quibus filij non obligantur parentibus, nec de iure diuino, nec naturæ. ita Aſtenſ. lib. 6. titu. 47. art. 3. quæſt. 12. in fine.

18 Septima. † Si prior aliud præcipit, & aliud Abbas, tunc religioſus magis debet obedire Abbati, quàm inferiori, quia poteſtas maior minoribus præponitur ad obediendum. c. quæ contra. diſt. 8. Hinc dicitur ibi, in fine, quòd ſicut in poteſtatib. ſocietatis humanæ maior poteſtas minori ad obediendum proponitur, ſic Deus in omnibus Hinc fit, quòd Abbas poteſt mutare & relaxare præceptum inferioris. Sic
19 etiam fit quod in † omnibus magis obediendum eſt Papæ, quàm Epiſcopis, vel Archiepiſcopis, vel etiam monachus Abbati abſq; vlla determinatione. 9. q. 3. c. per principalem.

Octaua. Licet vt diximus in deciſione pręcedenti, poteſtas maior minoribus præponatur,
20 tamen fallit † in multis caſibus: quorum Primus. Potius tenemur obedire Epiſcopo, quàm metropolitano. vt 9. quæſt. 3. per totum. Secundus in monacho, qui potius obedit Abbati, quàm Epiſcopo. vt 58. diſtinct. c. 1. & 2. Vnde in cap noluit. 33. q. 5. notatur, quòd potius eſt monachus ſub Abbate, quàm vxor ſub viro. Tertius, potius ſtatur excommunicationi prælati, quàm abſolutioni Epiſcopi. c. cum ab eccleſiarum. de offic. ord. licet abſolutio ſit valida, quamuis iniuſta. vt dicit glo. in d. cap. cum ab eccleſiarum. & Turrecr. in c. nullus. nu. 4. 9. q. 3. Igitur deciſio præcedens habet locum, vbi minor habet iuriſdictionem à maiore, ſecundum quod loquitur tex. in l. iudicium. ff. de iudic. Vel quando appellatur ad maiorem, quia tunc potius maiori, quàm minori obediẽdum eſt. ita glo. in c. qui reſiſtit. 11. q. 3.

Nona,

21 Nona. Monachi † ſpecialius Abbatibus, &
religioſi ſuo prælato obedire debent in his,
quæ ſpectant ad regulam, quàm Epiſcopo: ſi-
cut clericus tenetur plus ſuo Epiſcopo obedi-
re, quàm Archiepiſcopo. 18. quæſtio. 2. c. quam
ſit. §. nullus. & cap. Abbates. 9. quæſt. 3. cap. con-
queſtus.

Decima. Religioſi non in omnibus tenen-
22 tur obedientiam † præſtare ſuis ſuperioribus,
ſed tantum cum obedientiam profiteantur
quantum ad regularem conuerſationem, ideo
ſecundum illam ſuis prælatis ſubduntur, & obe
dire tenentur. iux. S. Thom. 22. q. 104. art. 5. & il
la obedientia dicitur ſufficiens ad ſalutem. Si
autem in aliis etiam obedire voluerint, hoc
pertinebit ad cumulum perfectionis, dum ta-
men illa non ſint contra Deum. cap. non ſem-
per. & cap. ſeq. 11. quæſt. 3. aut cõtra profeſſio-
nem regulæ: quia talis obedientia eſſet illici-
23 ta. Et ita triplex obedientia † poſſet diſtin-
gui, vna ſcilicet ſufficiens ad ſalutem, quia
ſcilicet obedit in his, ad quæ obligatur. Alia
perfecta, qua obedit in omnibus licitis, alia
indiſcreta, qua etiam in illicitis obedit, ſic in-
feriores ſuis ſuperioribus non debent in omni-
bus obedire, v. g. ſi eis aliquid præcipiant, in
quo eis non ſubdantur. Vnde in eis, quę per-
tinent ad interiorem motum voluntatis, ho-
mo non tenetur obedire homini, ſed ſolum
Deo, ſed tantum homini tenetur obedire in
his, quæ exterius per corpus ſunt agenda ſecũ-
dum rationem ſuperioritatis, ſicut miles duci
exercitus in his, quæ pertinent ad bellum, Reli
gioſus in his, quæ pertinent ad regularem con-
uerſationem. Nam ſi mihi ſuperior præcipiat,
vt faciã me monachũ, vt dem ei terrã meam,
licet hoc ſit bonum, non tñ teneor ei obedire,
quia nõ ſpectat ad eius imperiũ, & ſuam iuriſ-
dictionem. Card in c. ſi Dominus. 11. q. 3.
24 Vndecima. † Obediendi ordo eſt, vt in pri-
mis Deo obediamus. 8. diſtin. c. quæ contra. 11.
q. 3. cap. Imperatores. & ratio eſt: quia ſicut po
teſtas maior minoribus præponitur ad obe-
diendum, ſic Deus omnibus hominibus. d. ca-
pit. quæ contra. Deinde poſt Deum Romanæ
Eccleſiæ diligentius. 12. diſt. c. præceptis. 93. di-
ſtinc. c. obedientiam. quia ipſa eſt caput, & ma
ter omnium eccleſiarum. 12. diſtinct. cap. non
licet. Item Epiſcopis. 7. q. 1. c. quia frater. vbi
dicitur quod Epiſcopo à clericis, & ſacerdo-
tibus ſuæ diœceſis eſt obediendum, & reueren
tia debet ei exhiberi. Rurſum ſæcularibus po-
teſtatibus, ſed ſic demum, vt Deus non offen-
datur. d. cap quæ contra. 15. quæſt. 6. capit. nos.
& cap. ſeq. Item Abbatibus religioſis. 18. q. 2. c.
Abbates. Item quilibet ſuo ſuperiori. 93. diſtin.
cap. à Subdiacono. dummodo non ſint hære-
tici, quia licet ſint alias mali, quamdiu eos to-
lerat eccleſia, eſt eis obediendum. c. conque-
ſtus. 2. q. 7.
25 Duodecima. † Obedientiæ fructus eſt, quia
per ipſam meremur gratiam Dei. 93. diſt. c. nul
la. & c. ſeq. Item per ipſam meremur ſalutem.
93. diſt. c. ſi inimicus. 2. q. 3. c. quid ergo. Sine ip-
ſa incurrimus æternam damnationem, & re-
probationem. 93. diſt. c. nulla & c. ſeq. Quibus
tamen circunſtantijs debeat eſſe ornata. vide
Turrecrem. in c. ſciendum. nu. 10. 8. q. 1. vbi po-
nit decem circunſtantias.
26 Tertiadecima. Obediendum † non eſt alicui
cum peccat in præcipiendo, ſi pręcipere, & id,
quod præcipitur ſit peccatum. cap. non ſem-
per. & cap. ſi dominus. 11. q. 3. Item quando
id, quod præcipitur eſt peccatum ſiue mortale
ſiue veniale, ſed præcipere non eſt peccatum.
Vt cum ab eccleſia præciperetur, vt cogno-
ſcat vxorem, quæ eſt ei conſanguinea. c. inqui
ſitioni. de ſent. excom. Sed ſic. quando præ-
cipere eſt peccatum, ſed non id, quod pręci-
pitur. vt cum forte pręlatus pręcipit aliquid,
quod eſt iuſtitiæ, ex ira, vel odio, ſcilicet vt
ſubditi moueantur contra hoſtes, vel ſimilia.
23. q. 1. c. quid culpatur. & c. manifeſtum 23. q. 5.
vbi mulier non peccat obediendo viro, qui re
uocauit quod prius conceſſerat.

## *SVMMARIVM.*

1 *Apoſtaſiæ materia vbi agitur.*
2 *Apoſtaſia eſt vocabulum æquiuocum, & eſt multiplex.*
3 *Coniunctio vt ſit cum Deo ſecundum diuerſos modos, ſic pluribus modis diſiungitur.*
4 *Apoſtaſia ordinis, vel religionis incurritur multis modis.*
5 *Apoſtaſia qualiter poſſit definiri.*
6 *Apoſtata à fide punitur vt hæreticus.*
7 *Apoſtata inobedientiæ qualiter puniatur.*
8 *Non obediens conſilijs an, & quando puniatur.*
9 *Apoſtata religionis aliter punitur, ſi eſt clericus, & aliter ſi eſt regularis.*
10 *Monachus vagabundus cum habitu non eſt apoſtata.*
11 *Religioſus per dimiſſionem habitus eſt apoſtata, & excommunicatus.*





12 *Religioſus de ſtrictiori tranſiens ad laxiorem religionem non eſt Apoſtata.*
13 *Religioſus, quòd temere dimittens habitũ fiat ineligibilis, qualiter intelligatur.*
*Irregularitas non incurritur ex dimiſſione habitus.*
14 *Promotionem ad ordines tria impediunt.*
15 *Abbas an ſit tolerandus in Abbatia, ſi in eo ſit inſufficiens eruditio, an remouendus.*
16 *Diſcere volenti duo ſunt neceſſaria.*
17 *Scientiæ defectus, quòd toleretur in Abbate qualiter intelligatur.*
18 *Regimẽ ad animarum vbi quis aſſumitur, aſſumitur ad officium prædicandi.*
19 *Monachus in apoſtaſia ordinatus ad ſacros ſine diſpẽſatione Papæ nõ miniſtrat.*
20 *Apoſtata non poteſt ad ordines maiores aſcendere,*
21 *Caſus, in quibus diſpenſatio reſeruata eſt ſummo Pontifici circa ordines.*
22 *Apoſtaſia irregularitatis ſit per dimiſſionem tonſuræ, ſeu veſtis clericalis.*
23 *Apoſtaſia non eſt omnis retroceſſio.*
24 *Habitum religionis deſerens non ſemper eſt apoſtata.*
25 *Apoſtaſia ordinis, ſeu religionis multis modis contrahitur.*
26 *Clerici conſtituti in minoribus non ſunt aſtricti viuere clericaliter.*
27 *Clericus primæ tonſuræ ſolo verbo non poteſt clero renunciare.*
28 *Clericus primæ tonſuræ quando carebit priuilegio clericali.*
29 *Apoſtaſia incurritur per dimiſſionem habitus in tribus caſibus.*
30 *Religioſi apoſtatæ peiores efficiũtur alijs peccatoribus.*
31 *Monachus, quòd dicatur melior clerico qualiter intelligatur.*
32 *Clericus beneficium accipiens animo renunciandi, an teneatur ad reſtitutionẽ fructuum.*
33 *Fidem ad ſuſcipiendam an quis præciſè poſſit cogi.*
34 *Infideles, qui fidem ſuſceperunt, compeſcere ad illã ſeruandã ad quos ſpectat.*
35 *Infidelis, quòd minus peccet quàm fidelis à fide recedẽs, qualiter intelligatur.*
36 *Apoſtatis profeſſis an reddantur bona.*
37 *Habitum ad reaſſumendum qui præciſè cogantur.*
*Subditi per præcepta, & monita ſunt corrigendi.*

## De Apoſtaſia. Cap. XXVI.

1 DE Materia faciunt omnes † Decre.
extr. de Apoſt. præter ſecundã. Item
diſt. 50. c. vlt. c. alieni. 2. q. 7. 3. q. 4. c.
1. 2. & 3. 6. q. 1. c. infames. in prin. 21.
q. 3. in tribus primis. c. 26. q. vlt. c. non obſerue-
tis. De vit. & hone. cler. c. Deus qui. & c. pen. ne
cle. vel mo. li. 6. Sed cum ſit triplex Apoſtaſia.
ſecundum gl. in rub. eo. tit. nos tamen explica-
bimus de Apoſtaſia ordinis, ſiue religionis, de
qua præter ꝙ multa diximus in noſtris deciſ.
in 1. par. li. 3. c. 5. traditur 50. diſt. c. ſi. 47. diſt. c.
quantumlibet. 16. q. 1. c. legi. 3. q. 4. beatus. c. ſi. de
vit. & hon. cler. De qua prius videbimus quid
eſt, vnde dicatur Apoſtaſia. Quibus modis ſit,
quomodo punitur, & de quibuſdam dubitatio
2 nib. Apoſtaſia † igitur eſt vocabulum æquiuo-
cum & multiplex, & dicitur à retro, & ſtolon,
quòd eſt miſſus, vel miſſio, & dicit retroceſſio
nem quandam à Deo, quæ quidem retroceſſio
eſt, & retrogradus ſtatus. iux tex. in c. non ob-
ſeruetis. 26. quæſt. 7. eſt multiplex. Nam ſicut ſe
3 cundum diuerſos modos † quis Deo coniungi-
tur, ita, & pluribus modis diſiungitur. Con-
iungitur enim Deo quis primo per fidem, &
ſic per ſacramentum baptiſmi, ſine quo nullus
poteſt ſaluari. cap. nulla. de conſecr. diſtinct. 4.
c. debitum. de baptiſ. Secundo propter debitã,
& ſubiectam voluntatem ad obediendum prę
ceptis Dei. Tertio propter aliqua opera ſpecia
lia pertinentia, & emiſſa ad frugaliorem vitã,
vt per clericatum, vel ſacros ordines, vel reli-
gionem. Diſiungitur autem, hoc eſt apoſtatat
quis à Deo, primo per diſceſſum a Deo per ſi-
dẽ, & hæc dicitur Apoſtaſia perfidię, quę per-
tinet ad infidelitatem. 2. q. 7. c. non poteſt. Secũ
do, quis apoſtatat à Deo per mẽtem repugnã-
tem diuinis mandatis, & hæc dicitur Apoſta-
ſia inobedientiæ. c. ſi quis. c. illud. de maior. &
obed. 2. q. 7. c. non poteſt. 3. q. 4. c. 1. Tertia rece-
4 dendo ab ordine † ſeu religione, quam profeſ-
ſus eſt, cõuerſando vt laicus, vel habitu religio
ſo poſtpoſito tanquam clericus ſæcularis, &
hæc dicit̃ Apoſtaſia ordinis, vel religionis. Itẽ
ſit hæc, redeũdo ad ſæculũ, vt traditur. in c. ſi. de

vit.& honeſt.cler.& c.in audientia.& c.perpen
dimus.de ſent.excommun.20.q.3. cap. 2. & 3.
de Apoſt.c.quidam cap.pen.& fin. Igitur cum
ſit multiplex,non definitur in ſuo genere. Ta-
men ita definiri poteſt. Apoſtaſia eſt temera-
5 rius† receſſus à ſtatu fidei, vel obedientiæ,vel
religionis,quam quis profeſſus eſt tenere,cum
legitima ſit.Apoſtata vero diuerſimode puni-
6 tur. Nam Apoſtata† à fide, punitur vt hære-
7 ticus,idem in Apoſtata inobedientiæ,†qui nō
vult obedire ſuperiori vel canonibus creden-
do Principem non habere poteſtatem legis
condendæ.19 diſt.c.nulli fas.not.glo.in cap.ge
nerali.de elec.in 6.At qui non negans poteſta-
tem non obedit ex contemptu legis præcepti
uæ receptæ per ſubditos, & tunc ſi contraue-
nienti eſt pœna ſpecialiter appoſita,illa puni-
ri debet.c.de cauſis.de offi.ord.Io.And. in d.c.
generali.Quod ſi pęna non eſſet appoſita tūc
in animæ iudicio non peccat. ſi ex iuſta cauſa
contrauenit, quam legiſlator ſi conſideraſſet
non præcepiſſet.76.diſtinc. c. vtinam.Quod ſi
abſque cauſa contrauenit, & tunc ſi hoc facit
ſcienter,poteſt excommunicari, ſi ſemel con-
trauenerit.& ita poteſt intelligi gloſſa in pro-
œm.decret.Quod ſi pluries, eſſet deponendus
& ita poteſt intelligi.4.diſt.§.fin. & glo. fin. in
c. grauis. de cenſi. Immo ſi eſt incorrigibilis,
poſſet tradi curiæ ſæculari. c. cum non ab ho-
mine.de iudic.Quod ſi quis non obediret legi
præceptiuæ nullo modo per ſubditos receptæ
non puniretur.vt not.glo.2.in fi.c.2. de treu. &
8 pace.& diſtin.3.c.leges.legi vero conſilij†non
obediens,non eſt puniendus:quia nullo modo
peccat.vt not.glo. in cap. ſolitæ. verſi.propter
Deum,de maior.& obed. niſi eſſet conſilij, &
reuerentiæ,quod inferior pro bono ſuo debe-
ret obſeruare, quia tunc peccaret venialiter.
Exemplum vt not.glo.in c.ad aures. de temp.
ordi.& in Cle.1.de teſta.Archid.diſt.6.c. teſta
mentum. Ex his ergo habes,qua pœna ſit pu-
niendus veniens contra leges,vel canones, &
ſic qua pœna Apoſtata inobedientiæ.Apoſta-
9 ta†vero religionis,ſi clericus eſt ſæcularis,non
eſt ipſo facto excommunicatus,ſed excommu
nicandus, & ſi expedierit, grauiori pœna af-
ficiendus.c. pen. de Apoſt. Religioſus vero eſt
excōicatus ipſo facto.c.2.ne cler.vel mo.lib.6.
Niſi ex cauſa relinqueret habitum,& tonſurā,
puta quia eſſet tranſiturus per loca periculoſa.
iux.not.in c.Deus qui.de vit.& honeſt.cleri.fa
cit ratio d.c.2.ne cler.vel mon. Sed modo de-
ueniamus ad deciſiones. quarum Prima.
10 Monachus† vagabundus,non tamen dimit-
tens habitum, ſtrictè ſumendo, non dicitur
Apoſtata. Nam Apoſtata religionis is dicitur,
qui reliquit habitum religionis,vnde dicuntur
Apoſtatæ abeuntes retro.vt dicit tex.26.q.fi.c.
nō obſeruetis. Vnde propriè non dicitur Apo
ſtata,niſi is,qui ad ſæculum rediit.vt probatur
expreſsè 50.diſt.§.qui in aliquo.c.1.tit. noſtro.
& Doct.communiter in d.c.1. ſed vagabūdus
non reliquit habitum, non redit ad ſæculum,
ſed tantum vagatur. ergo. gloſſ.& Archid.in
d.c.2.Cald.de Apoſt.conſ. vnico.
11 Secunda. Religioſus † per dimiſſionem ha-
bitus dicitur Apoſtata, & ipſo facto excōmu-
nicatus.c.2.ne cler.vel mo.lib.6.Quod intelli-
ge,quando aſſumeret habitum laicorū, vel cle
ricorum ſæculariū, exhibendo ſe cōſpectui ho
minū ſine iuſta cauſa.vt in gl. in verb. temere.
in d.c.2.Hinc infertur, ꝙ monachus dimittens
habitum, efficitur Apoſtata etiam ſi efficiatur
clericus ſæcularis.ita no.in c.fi.ti. noſtro.
12 Tertia.Religioſus, qui de ſtrictiori religio-
ne tranſit ad laxiorem,non eſt Apoſtata,quā-
uis tranſeant abſque cauſa, quia in nullo venit
contra ea,quæ ſunt de ſubſtantia ordinis, cum
ſemper ſit in alicuius obedientia.ita no. Inno.
extr.de æta.& qualit.c. intelleximus. in fi. Ar-
chid.in c.placuit.diſt.50.nu.6. ſatis enim eſt ad
effugiendam Apoſtaſiam, vt ad ſæculum non
redeat, & ꝙ in religione ſeruari debeant tria
ſubſtātialia regulæ,de quibus in c. cum ad mo
naſterium.de ſtatu mo.Idem no.gl.in c. ex par
te.de temp.ordin.& in d.c. intelleximus.
13 Quarta.Licet † religioſus temere dimittēs
habitum ob leuitatem, ipſo facto ſit excōmu-
nicatus.d c.2. & efficiatur ineligibilis.16.q.1.c.
legi.vbi Arch.ibi nu.1.dicit,quòd ſi aliqua in-
trat monaſterium,& exit,& poſtea reuertitur,
etiam ſi poſtea ſit bonæ famæ, non poteſt eli-
gi in Abbatiſſam.arg.16.q.vlt.c.ſi quis omnem
arg.32.q.5.c.ille autem,& hoc ideo,quia dimit
tens habitum efficitur ineligibilis, Tamen ex
hoc non incurrit irregularitatem, vnde ſi po-
ſtea habitum male dimiſſum reaſſumat,& ab-
ſoluatur ab excommunicatione,poterit eligi,
cum de tali irregularitate non probetur in iu-
re.ita etiam tenuit Oldr.conſ.202.ad hoc,cap.
is,cui. de ſenten.excommun.lib.6.quia per ab-
ſolutionem dicitur ſanatus.6.q.1.c. illi. Quod
intellige,niſi ante abſolutionem celebraſſet in
diuinis:quia tunc propter hoc fieret irregula-
ris.c.1.de ſent.excom.lib.6.Fran.in c.2. in fi. ne
cler.vel mona.lib.6.
14 Quinta. Tria † impediunt promotionem,
delicti qualitas.i.dimiſſio habitus abſque cau-
ſa.iux.tex.in d.c.legi.50.diſt.c.quod ſemel.& c.
miror.Irregularitas perſonæ,& inſufficiēs eru-
ditio.55.diſtinct.c.nullus.diſt.36. c. illiteratos.
not.in d. c. legi. An vero Abbas ſit tolerandus
15 † in Abbatia, vel remouendus, ſi in eo ſit in-
ſufficiens eruditio.Reſp.ꝙ eſt tolerandus. arg.





74.diſt.c.Epiſcoporum.& 38.diſt.c.ſedulo. Et
hoc,ſi alias ſit diſcretus, & peritus in regula,
quia ſi neſcit prædicare literaliter, prædicet
vulgariter, nam in monacho nō requiritur tan
ta inſtructio literæ,ſed mores,ſanctitas, & in-
duſtria.d.c.leg. vnde ſi in aliquo magnum pati
tur defectum, addiſcat in ſuo monaſterio, ſi
poterit.vt extr.de renunc.c.poſt trāſlationem,
38.diſt.c.nullus Epiſcopus. ſi autem non pote-
rit,detur ei coadiutor.7.q.1.c. quia. Duo autē
ſunt neceſſaria ei, qui vult bene addiſcere &
16 duo debet à† ſe diſcutere,timorē & torporē.
Debet.n.audire cum reuerentia, & diligentia
pp primum dicitur in Eccl.32. Audi tacens,&:
pro reuerentia tibi accedet gratia bona.ſ.ſciē-
tiæ,quā petis.propter hoc dicitur Eccl.3.c.au-
ris bona audiat cum omni concupiſcentia Sa-
pientiā.Et ideo dicebat.Io. Chryſ. Si fuerimus
libenter diſcentes, erimus multa dicentes, &
tales alloquitur Sapientia in libro,qui Eccleſia
ſticus appellatur.c.24.dicēs Qui audit me, nō
confundetur.Quod autem diximus.ſ.in Abba
17 te †tolerari defectum ſcientiæ, intellige ſi ad
Abbatiam non curatam, ſiue non habentem
populum monachus eligatur.Sed ſi ad curam
populi aſſumitur, tunc ſi in eo eſſet inſufficien
tia ſciētiæ intolerabilis,eſſet remouendus.c.vl.
de æta. & qual. & ita tenet Goff. in c. licet.de
ſimo.& ratio eſt,quia pręḑicare debet.c.quod
Dei.verſi.& per antiquos. de ſta. mona. Vnde
18 Hoſt.ibi notat, quòd ex quo † quis aſſumitur
ad regimen animarum, per conſequens aſſu-
mitur & ad officium prædicandi. Vnde quili-
bet rector prædicare poteſt, & debet in ſua pa
rochia,& ideo multum cauendum eſt,ne inſti
tuatur idiota.extr.de æta.& qual.c.cum ſit. ſe-
cundum Hoſtien.
19 Sexta.Monachus† in apoſtaſia ordinatus ad
ſacros ſine diſpenſatione Papæ, non miniſtrat
in illis.c.fin.ext. eod. Licet Papa in non ſacro
non retineat ſibi diſpenſationem, non tamen
recipit eius executionem. vnde dicebat Hoſt.
quòd in illis diſpenſat Epiſcopus.ita in c.nuper
de ſenten excommu.c.nonne. de præſump.ſed
cum Apoſtatæ religionis ſint hodie excommu
nicati.ne cler.vel monach.c.2.lib.6. videtur di
ſtinguendum,vt infra. de ſenten.excommun.c.
cum illorum,cum ordo reperiatur ſibi in ex-
communicatione exiſtenti.
20 Septima.Sicut † Apoſtata non poteſt in or-
dine ſuſcepto miniſtrare, ita non poteſt ad ma
iores aſcendere.ſecundum Io.And.in d. capit.
fin.licet aliqui dicant hoc verum eſſe antequā
ſit diſpenſatum per Papam, ſuper ordine iam
ſuſcepto ſed poſtquam diſpenſatum eſt, tunc
poſſit ad ſuperiores aſcendere ſine vlla diſpen
ſatione. Tamen Dom.Anto.in d.cap.fi. con-
cludit, quòd cum diſpenſatio ſit ſtricti iuris,
ideo non eſt extendenda ad caſum nō expreſ-
ſum.vt capitu. non poteſt. de præbend. in 6.&
ideo dicit tutius eſſe, quòd petens diſpenſatio
nem exprimeret, quòd non ſolum poſſit in ſu-
ſceptis ordinibus miniſtrare,ſed etiam ad ma-
iores aſcendere.
Octaua. Apoſtata cui collatus eſt ordo, nō
habet ordinis executionem ſine diſpenſatio-
21 ne Papæ.Et ſic habes† vnum caſum,in quo nō
poteſt diſpenſare,niſi ſummus Pontifex, cum
ſibi retineat diſpenſationem.glo.in cap. fi. tit.
noſtro.ſic de fil.presby.c.pen.& fin. Secundus
eſt in rebaptizato,qui reiterando baptiſmum,
etiam apoſtatare videtur à ſacramento prius
percepto, quia iſte non poteſt diſpenſari, niſi
à ſummo Pontifice.de conſecr.diſtinct.4.c. qui
his.& c.nos,quos.Tertius, quando quis ab hæ-
reticis,qui dicuntur apoſtatare à fide,ordinem
ſuſcepit in ſubuerſionem fidei.1.quæſt.7.capit.
conuenientibus.in fin.Quartus ſi ſimoniace à
ſimoniaco quis fuerit ordinatus.1.q. 1. capitu.
ſi quis à ſimoniacis.Quintus, ſi quis ab excom
municato,vel ſuſpenſo ab homine ſcienter fe-
cerit ſe ordinari.9.quæſt.1. cap. ab excommu-
nicatis.cap.2.de ord.ab Epiſcopo.glo.& Hoſt.
in d.c.fina.
Nona. Apoſtaſia irregularitatis eſt, cū quis
22 † dimittit tonſuram,ſeu veſtem clericalē, ſeu
religionis,cui profeſſus eſt, & reuertitur ad ſæ
culum.20.q.3.c.1. 2. & 3. Vnde dicitur Apoſta-
ta,quaſi retro ſtans 26.q fin.c. non obſeruetis.
& hic talis grauiter punitur: quia vt dicitur
Matt.2.Nemo ponens manum ad aratrum pę-
nitentiæ in ſtatu religionis, ipſam deſerendo,
eſt aptus regno Dei, quia agit contra votum,
quia qui deſerit quòd voluntariè vouit, pec-
cat grauiſſimè,nam vt dicit Auguſt.ſuper Pſal
mos.Vouere eſt voluntatis, reddere vero ne-
ceſſitatis.
Decima. Nō omnis retroceſſio dicitur Apo
23 ſtaſia,† ſed illa, quæ retrocedit à religione ad
ſæculum,vel quando catholicus tranſit ad aliā
ſectam.C.de Iudæ.c.Iudæi.& ne ſanc.bapt.rei-
ter.l.2.Nam de talibus dicitur. Qui ponit ma-
num ſuam ad aratrum, & reſpicit retro, non
eſt aptus regno Dei.Luc.c.9.extr.de voto.cap.
magnæ. Idem quòd melius fuiſſet viam Domi
ni non agnoſcere,quàm poſt agnitam retroi-
re.extra.de Apoſt.cap.quidam.Sed quando ſe-
ctæ ſunt extra eccleſiam, & vnus ex vna ſecta
tranſit ad aliā,verbi gratia ſi Iudæus tranſiret
ad ſectam Iudæorum, tunc non eſſet punien-
dus,cum ambæ ſectæ tolerentur.C. de paga.l.
Chriſtianus.extr. de Iudæ. cap. etſi Iudæos. &
cum vtrobique ſit in ſtatu damnationis, non
eſt curandum in qua earum ſit, quia non re-

fert quid ex æquipollentibus fiat. arg. C. de
Epiſco. & cler l. Deo nobis. & cum vbique
ſit extra eccleſiam, nihil ad nos de eod. iux.
Apoſt. dicentem 1. Corin. 5. Quid ad nos de
his qui fortis ſunt. 2. q. 1. cap. multi. Ita his. &
multis alijs rationibus adductus ſic conſuluit
Oldr. extr. de Iudæis. conſ. 51.

Vndecima. Cum Apoſtata à religione di-
catur ille, qui receſſit á monaſterio cum inté-
tione non redeundi, & non exiſtendi ſub obe-
dientia prelati, vt colligitur ex his, quę ſupra
24 diximus: Fit quòd ſi quis † deſerat habitum
religionis. licet ſit excommunicatus. c. 2. ne
cler. vel mo. lib. 6. non tamen erit apoſtata ſi
deſerit habitum, cum animo cito reſumendi
illum, etiam ſi dimiſſio habitus fieret, ad libe-
rius fornicandum. Sic nec qui exiret à mona-
ſterio animo vagandi non animo deſerendi
ſuam religionem erit apoſtata, ſed bene fugi-
tiuus, & vagus. Nec qui retrocederet ab obe-
dientia prelati, diceretur apoſtata, ſed bene
inobediens. ita Caie. 2. 2. q. 12. art. 1. & nos in
noſtris deciſ. li. 3. par. 1. c. 5. nu. 79. vbi etiam
diximus, quod diſcrimen eſt inter Apoſtatã,
fugitiuum & eiectum.

25 Duodecima. Apoſtaſia † ordinis, ſeu reli-
gionis multis modis contrahitur: Primo cum
quis à ſtatu religionis aſſumptę recedit, eo
modo, quo diximus in deciſ. pręced. vt cum
apoſtatat religioſus, vel monachus, aut cleri-
cus. diſt. 60. cap. fin. Deſerendo, & abiiciẽdo
tonſuram, & coronam, & aſſumendo ſęcula-
rem veſtem. 20. q. 2. cap. ſi in qualibet. extr.
eod. c. 1. Secundo, cum ſe ad negotia ſęcula-
ria conuertit. cap. ex literis. de vita & honeſt.
cler. Tertio vxorem ducendo, ſcilicet ſi in ſa-
cris ſit qui contrahit. extr. de cler. coniu. c. ex
parte. Quarto religionis habitum abiiciẽdo.
extr. eo. per totum. Sed ex quo multa dixi-
mus de monacho apoſtata habitum deferen-
te, vel ſe negotiis ſęcularibus ingerente, ideo
deueniemus ad clericum qui abiicit tonſuram,
& coronam.

26 Tertiadecima. Clerici † conſtituti in mino-
ribus non ſunt aſtricti viuere clericaliter, vnde
ſi redeunt ad ſeculum, nõ dicuntur apoſtatare.
ſed potius clericatum relinquere, ſi per omnia
incedunt vt laici. ita Goff. in ſum. eo. tit. §. cir
ca. & Ray. in ſum. eod. verſ. quid ſi aliquis
Doct. in cap. tuę. extr. eod. Vnde licet cleri-
27 cus primę tonſurę ſolo verbo non poſſit † re-
nunciare. c. ſignificaſti. extr. eod. c. ſi diligẽti.
de foro compet. Imo ſi proteſtatur, quòd nõ
vult eſſe clericus non eximitur à clero. ſi al-
terum habet. vt tonſuram non habitum, nam
tunc cogendus eſt ad reſumendum reliquum,
& puniendus eſt, quia dimiſit. Clem. quoniã.
verſ. ſi vero. de vita & honeſt. cler. poteſt ta-
men renunciare exercendo actum omnino
28 contrarium clero, & tunc † carebit priuile-
gio clericali, & non erit apoſtata, vt ſi milita-
ret, & exerceret ſęua, vel quid ſimile. c. 1. de
pig. lib. 6. 84. diſt. c. quiſquis. Zabar. in c. tuę.
in fi. & Mar. Soc. in c. 1. eod. tit. Carebit etiã
priuilegio clericali ſi præcederet trina moni-
tio. c. ad audientiã. c. cõtingit. de ſent. excom.

29 Quartadecima. Apoſtaſia † incurritur per
dimiſſionem habitus in tribus caſibus. Et pri-
mus, ſi eſt religioſus profeſſus. Secundus, ſi eſt
clericus in ſacris cõſtitutus. ita Innoc. & Hoſt.
in c. 1. eo. ti. per c. eos. 10. q. 3. & 20. q. 3. c. 1.
& 2. facit pro dicto Inn. d. c. 1. eo. tit. dum ibi
dicitur de taxatis in ordine. Sed non ſunt ta-
xati niſi conſtituti in ſacris. pro hoc de elect.
c. cum ex eo. lib. 6 Tertius ſi eſt clericus in mi-
noribus, ſed beneficiatus: quia ratione bene-
ficii tenetur ferre habitum, & tonſuram. 50.
diſt. c. fi. & quod ibi not. Differt tamen reli-
gioſus à clerico cõſtituto in ſacris, quia ſi pri-
mus non defert habitum, eſt excõmucicatus.
d. c. 2. ne cler. vel mon. lib. 6. ſed clericus ne-
quaquam. ita Doct. in d. c. tuæ.

30 Quintadecima. Religioſi † apoſtatæ peio-
res efficiuntur aliis peccatoribus, quamtum-
libet. diſt. 47. vbi dicit D. Aug. quòd difficile.
i. raro expertus ſũ, ideſt inueni meliores, ideſt
feruẽtiores, ſiue perfectiores in vita ſpirituali.
quàm qui in monaſteriis profecerunt. ita non
ſum expertus peiores, quàm qui in monaſte-
rio ceciderunt. ex quo tex. notantur duo: &
31 primũ quòd monachus † dicitur melior, ideſt
prefectior quo ad vitam bonam regularem,
ex quo illam obſeruat, quia eſt maioris meriti
cũ ſit ſtrictior vita, quàm clericalis. Sed quo
ad bonitatẽ extrinſecam non dicitur melior
clerico, & ita intelligitur tex. in c. legi. 16. q.
1. qui videtur contrarius. Secundum Archid.
in d. c. quantumlibet. ſecundum coligitur nõ
eſſe pręſumendum pro aliquo, vel cõtra. arg.
diſt. 40. Quod tamen verũ eſt, quando nota
eſt perſona, vbi vero eſt ignota, potius præſu-
mitur pro ea. ſi vixerit in loco religioſo, quã ſi
in alio. arg. 24. diſt. c. quando. & 56. diſt. cap.
presbyterorũ. & extra de fil. presby. c. 1 Item
Apoſtata eſt trãsgreſſor legis ſuę. eiuſque vio-
lator. 3. q. 4. c. Beatus. Itẽ obſeruans diuina-
tiones, & ſortilegia, ſciat ſe à fide Chriſti apo-
ſtatã i. retro obeũtẽ. 26. q. vlt. c. nõ obſeruetis.

32 Decimaſexta. † Clericus in minorib. habẽs
beneficium, & illud accipiens eo animo vt
eius fructus perciperet, & poſtea renunciato
clericatui, an ſi renunciet, teneatur reſtituere
fructus interim preceptos. Et quid ſi benefi-
cium eſſet curatum, vel dubio eſſet animo
illud



illud beneficium relinquendi, quando illud ac-
ceptauit. vide quæ diximus. in 1. par. lib. 2. c. 97.
num. 54. & 55.

33 Decimaſeptima. Licet † quis ab initio non
ſit cogendus preciſè ad fidem ſuſcipiendam. c.
de Iudæis. diſ. 45. 23. q. 5. c. ad fidem. Immo nec
filij parentibus inuitis poſſunt ad fidem com-
pelli. glo. in c. Iudæorum 28. q. 1. Tamen bapti-
zati, ritus alterius ſectæ, vel fidei dimittere cõ-
pelluntur, vnde Iudæus baptizatus cogitur di-
mittere ritus Iudaicorum fortè in cibis diſcer
nendis, vel in ſabbato colendo, & non dimit-
tens, eſſet apoſtata, cum terram duabus vijs in-
grediatur, & indui veſte non debeat lino, la-
naque contexta. dicit tex. in c. quidam titu. no-
ſtro. 16. q. 7. c. in noua, & nemo debet claudica
re in duas partes. 49. diſtin. c. vlt. Et nemo po-
teſt duobus Dominis ſeruire. 26. diſt. c. acutius.
de cler. coniug. c. diuerſis fallacijs. Et nemo fi-
lius Dei, & diaboli eſſe poteſt. de pœnit. diſt. 1.
c. reſuſcitatus. §. item vt Chriſtus ait, nec duo-
bus Dominis ſeruire, vt ibi.

34 Decimaoctaua. Prælati, ad quos † ſpectat ex
officio inquirere, punire, & corrigere. de offic.
ord. c. 1. poſſunt compeſcere infideles, qui fi-
dem ſuſceperunt, illam ſeruare. c. contra Chri-
ſtianos. de hære. lib. 6. diſt. 45. c. de Iudæis. Cum
minus malum exiſtat viam Domini nõ agno-
ſcere, quàm poſt agnitam retroire d. c. quidam
in fine. Talis enim non eſt aptus regno Dei. c.
magnæ. extr. de voto. Quinimmo non ſolum
Apoſtata ipſe fidem non obſeruans cogitur
obſeruare, ſed etiam ſi renueret, vt filius ſuus
baptizaretur, poſſet puniri, vt nos diximus. in
1. par. lib. 2. c. 8. nu. 4.

35 Decimanona. Licet cæteris † paribus iux.
tex. in c. quidam. in fi. de Apoſt. in minori pec-
cato ſit infidelis, qui non vult fidem Chriſti
agnoſcere, quam Chriſtianus, qui poſt agni-
tã retroceſſit. iuxta illud Horatij. Turpius eiici
tur, quam non admittitur hoſpes. Tamen cer-
to reſpectu minus malum eſt viam Domini
agnoſcere, & retroire, quàm nunquam agno-
ſcere: quia ſi retrocedens iterum redierit ad
fidem, bona per eum facta reuiuiſcunt. de pę-
nit. diſtinct. 3. cap. pium. Sed geſta per infide-
lem non reuiuiſcunt, cum nunquam fuerint bo
na, ex quo deficiebat fundamentum baptiſmi.
1. q. 1. c. cum Paulus. de presby. non baptiz. cap.
1. 2. & 3. Tamen alio reſpectu eſt minus ma-
lum: quia magis delinquunt facti Chriſtiani
recedentes à fide, quàm qui nunquam fuerunt.
Et ita intelligitur tex. in d. c. quidam. Card. ibi
in fin.

36 Vigeſima. Apoſtatis, qui profeſſi † ſunt non
redduntur bona quæ ad ordinem portauerũt.
27. q. vlt. c. quicunque vult. §. fi. in auth. de mo-
nachis. §. ſi vero relinquentes. col. 1. At ſi exiit
cum licentia, vel inuitus ex cauſa intrat aliud
monaſterium, & tunc vſusfructus rerum, quas
contulit primo monaſterio, debet ſecundo
monaſterio, ad quod tranſijt aſſignari, quam-
diu vixerit, ne ſit ei oneroſus. ſic intellige illud
17. quæſtio. 1. cap. qui rapuerit. Si autem ſit re-
gularis, & exiit ante profeſſionem, recuperat
bona. extra de regula. Hæc Hoſtienſ. & refert
Aſtenſ. lib. ſexto. de regula. titu. 47. artic. 9. quæ-
ſtio. 5.

37 Vigeſimaprima. Profeſſi, † vel qui in ſacris
ſunt, omnino preciſè cogendi ſunt ad reſu-
mendum habitum. cap. à nobis extr. eod. 27. di-
ſtinct. c. quod interrogaſti. 20 quæſt. 1. c. quem
progenitores. & q. 2. c. ſi in quaiibet. & q. 3. cap.
procliuis. Qualiter autem cogendi ſint. dicit
tex. quòd minis, vel blanditiis, non ſolum ſpi-
ritualibus, ſed & temporalibus. Blanditiis au-
tem, & non aſperitatibus eſt ad fidem aliquis
inuitandus 45. diſt. c. qui ſincera. Immo & quã-
doque premijs. 14. q. 4. c. debet homo. Pariter
ſunt ſubditi per præcepta, & monita nunc aſpe
ra, & nunc lenia corrigendi. vt extr. de cenſi. c.
Romana. §. ſanè. Quod ſi minæ, vel blanditiæ
non ſufficiant, vt quis reſumat habitum, & tũc
deueniendum eſt ad actuales correctiones. 45.
diſtinct. c. cum beatus. & c. diſciplina, ideſt ad
carceres. Quod ſi frangeret carcerem, & peio
ra cõmitteret, tunc eſſet procedendum ſecun-
dum formam tex. in c. cum non ab homine. de
iudic.

*SVMMARIVM.*

1 *Habitus diſparitas in religione reprobatur.*

2 *Monachi non debent in eadem domo alij vti fulgidis veſtibus, & alij ſordidis.*

3 *Habitu incõuenienti vtens religioſus ſubtus veſtes non eſt excommunicatus.*

4 *Habitu honeſto, & decenti debent vti religioſi, vel clerici, & in quibus conſiſtat honeſtas.*

5 *Religioſus quando poſſit vti veſtibus pretioſis.*

6 *Monachi extra clauſtrum nunquam debẽt eſſe ſoli, niſi deputati ad curam animarum.*

7 *Religioſus recedens inconſulto ſuo ſuperiore, an ſit Apoſtata.*

8 *Religioſus an poßit eſſe fideicõmiſſarius, aut eligere ſepulturam.*

9 *Religioſus clauſtralis, an poſſit eße vicarius Epiſcopi.*

*An Epiſcopi coadiutor, vel delegatus ordinarij, ſub nu. 9.*

*An arbitrator vel arbiter, ſub numero 9.*

10 *Religioſus, an, & quando poſſit eſſe procurator vel executor. nu. ſeq.*

12 *Religioſus an poſſit à clauſtro auocari.*

13 *Mendicantes tranſeuntes ad non mendicantes, & recipientes, ſunt excommunicati.*

14 *Profeſſionem emittens infra annum in ordine mendicantium, & infra annum exiens tranſiens ad aliam, non eſt excommunicatus.*

15 *Mulier de ordine mendicantium tranſiẽs ad non mendicantes, eſt excommunicata,*

16 *Mendicans ad ordinem non mendicantiũ tranſiens an incidat in pœnas in ſuo ordine mendicantium ſtatutas.*

17 *Prælatus regularis poteſt repudiare legatum factum Eccleſiæ ſine ſuperioris conſenſu.*

18 *Ingreſſi monaſterium bona, & omnia iura in illud tranſeunt, fallit in multis caſibus.*

19 *Profeſſus clam cõtrahens matrimonium, an ſit ſuſpectus de hæreſi.*

20 *Monialibus licet prælatis non eſt licitũ prædicare.*

21 *Seruiales non debent in numero monialium computari.*

22 *Confeſſor an poſſit in foro cõſcientiæ abſoluere pœnitentes extra territorium.*

23 *Monaſteria debent tenere magiſtrum idoneum.*

24 *Religioſi peccãt inducendo teſtatores ad ſibi debita, vel male ablata relinquendum.*

25 *Monachi communicando cum Abbate excommunicato, an ſint excommunicati.*

26 *Monachus non debet vti camiſiis lineis, & mollibus veſtimentis.*

27 *Gulę vitio quinque modis quis poteſt peccare.*

28 *Canonici regulares camiſiis vti poſſunt.*

29 *Monachi in multis æquiparantur cum Canonicis regularibus.*

30 *Monachi in quibus locis debeant ſeruare ſilentium.*

31 *Vti camiſiis, & ſilentium non ſeruare, quod peccatum.*

## De quibuſdam Deciſionibus in materia Religioſorum. Cap. XXVII.

1 PRima. Licet diſparitas habitus † in religione ſit reprobata, vt
ſupra diximus, intellige verum,
quando ſocialiter, & conuentualiter aliqui, vt vnum corpus
iungantur, ſecus ſi vt ſinguli ad officium aliquod explicandum, dum tamen alterius profeſſio eum non reddat inhabilem, vnde poteſt
clericus, & laicus iungi in officio executoris,
arbitri, vel cõſiliarij. facit. c. contingit. de arbit. Imola in Clem. 1. de elect.

2 Secunda. Monachi non debent † in eadem
domo alij vti fulgidis veſtibus, alij ſordidis,
quorum vtrumq; eſt reprobatum. 41. diſt. §. 1.
& c. 1. quia talis habitus diſparitas ſolet ſcandalum generare. de vita, & honeſt cler. c. Deus
qui. not. in clem. 1. de elect. ſed habitus eorum
dicitur eſſe nec nimis fulgidus, nec nimis ſordidus, ſecundum Lapum in cle. ne in agro. de ſta.
mona. qui etiam dicit, ꝙ in habitu religionis
ſunt quatuor vitanda, primo vtilitas, ſecundo
precioſitas, tertio paucitas, & quarto ſuperfluitas. nam in vtilitate deſignatur vanagloria, &
ſimulatio, in precioſitate ſuperbia, & delectatio, in paucitate intolerantia, ſeu deſperatio, in
ſuperfluitate amor ſæculi.

3 Tertia. Religioſus, vel clericus † ſi vtitur
veſte virgata, aut partita, vel alias prohibita,
non in publico, ſed ſecreto, puta ſub alijs veſtibus, ita quod exterius non appareret, per hoc
non incurrit pœnam: quia paria ſunt eſſe, & apparere. & hoc tenet Imola in Clemen. quoniã.
de vita & honeſta. clericorum. in ſecundo no.
vbi idem dicit, ſi tali veſte vtatur domeſtice
in domo, puta in ſtudio, vel ſimili loco, quia
per c. Ij. ne cler. vel mon. lib. 6. ſolũm prohibetur



tur quod publice, ergo ſecus ſi non publicè,
argum. cap. nonne de præſumpt. & idem dicit
ibi Zenzeli. de illo, qui portaret talem veſtem
prohibitam non continue, ſed ex alia cauſa
propter feſtum ſocij ſui, qui nouiter Doctoratur, vel fit rector in ſtudio, vel miles, vel duxit
vxorem, vel ſimilia: Nam portans tales veſtes
prohibitas ad momentum temporis, vel per
temporis interuallum, non incidit in pœnam
illius conſtitutionis, vt plenè per Dom. Pet.
de Ancha. qui probat per iura, & rationes. An
vero clerici habeant certum & determinatum habitum, dic, quòd non cum non ſit expreſſum in iure de colore, & forma per quem,
vel eorum alterum habitum oportet diſcerni.
vt not. in Clem. 1. de elect. tamen propter honeſtatem certę formę, & colores ſunt eis prohibiti. de vit & honeſt. cler. c. clerici Cle. quoniam. eo. titu. An vero licitum ſit religioſis vti
veſtibus vilibus. reſp. quòd religioſis vti veſtibus vilioribus quandoq; eſſe poteſt vitioſum.
Vt ſi hoc fiat ob inanem gloriam. Vnde Aug.
li. de ſermo. Domini in monte. ſuper illud Mat.
c. 6. Cum autem ieiunas. dicit, quòd etiam in
ſordibus lutoſis poteſt eſſe iactantia, & eo periculoſior, quæ ſub nomine ſeruitutis Dei decipit. Vnde Hiero. ad Nepotianum dicit. Ornatus, & ſordes pari modo fugiendi ſunt, nam
vnum delicias, & alterum gloriam redolet. Pariter pertineret ad vitium, ſi habitus vilis procederet ex auaritia, vel negligentia, ſed veſtibus vilibus vti prout ſignificant ſtatum pęnitẽtiæ, & triſtitiam de peccatis vel contemptũ diuitiarũ eſt laudabile. D. Tho. 2. 2. q 187. art. 6.

Quarta. Religioſi, ſiue clerici debent vti
4 † habitu honeſto, & decenti, nam licet ex ornatu veſtis non ſi quis iuſtitiam habiturus. 30.
diſt. c. ſi quis virorum. & veſtis humilis non reprobetur, diſſolutos tamen, & fractos veſtibus
non recipimus. 41. diſtin. c. parſimoniam. vnde
Hiero. nec affectatæ ſordes, nec exquiſitę delitiæ laudem pariunt. 41. diſtin. §. 1. c. 2. de cuſto.
euch. cum ibi no. & per decentiam habitus intrinſeci morum honeſtas oſtenditur. Clemen.
3. de vit. & honeſt. cler. & nota ꝙ honeſtas attenditur in præceptis. diſt. 4. c. erit autem lex. in
votis. de voto. c. magnæ. & in habitibus. vt de
5 ſpecta. in eccl. non fa. c. 1. Item Religioſus † ſacerdos indutus pretioſis veſtibus in diuino officio illis vti ad reuerentiam diuini cultus, &
ad conſeruandũ ſtatum dignitatis poteſt abſque peccato. & ratio eſt: quia tunc eſt perſona
publica: modo illis veſtibus vti non fiat propter inanem gloriam, vnde Seneca ad quandam reginam dicebat. Indue te delicate non
propter te, ſed ne tua dignitas vileſcat. ita D.
Tho. quolibeto 9.

6 Quinta. Monachi licet † nunquàm extra
clauſtrum debeant eſſe ſoli, ſed ſemper debeãt
habere ſocium. clem. ne in agro. de ſtat. mon.
cap. fi. de capp. Mona. tamen debet intelligi
de monachis clauſtralibus, & obedientiarijs,
qui ad ſolum nutũ Abbatis poſſunt reuocari
ad clauſtrum, & ideo non debent ſtate ſoli,
non autẽ in monacho, qui eſſet perpetuo inſtitutus ad curam populi, nam talis nihil habet
commune cum monaſterio. 16. q 1. c. ne pro
cuiuslibet. & ita glo. in Clem. ne in agro. dicit ſeruari de facto. Quare Abbas non debet
dare ſocium tali monacho ſed bene vt dixi illi, qui per ipſum præſentatur, & per epiſcopũ
inſtituitur ad curam animarum propter maiorem vtilitatem, quia non poteſt tunc vnus ſolus ſtare ſine ſocio. Rurſum ſi monachus fieret epiſcopus, nam tũ poſſet ſtare ſine ſocio,
cap. niſi. de renunciat. ita Io. de Imo. in d.
Clem. ne in agro.

7 Sexta. Religioſus † recedens in cõſulto ſuperiore ſuo, & non ſubiiciens ſe alicuius obediẽtiæ, vt quia non intrat aliud monaſteriũ, dicitur apoſtata quantumcunque retineat habitũ
& tonſuram; quia recedit à regula ſuperioris
& venit contra vnũ ex tribus ſubſtantialibus,
videlicet contra bonum obedientię, contra
cap. cum ad monaſterium. de ſtat. reg. Qua
autẽ pœna puniatur talis apoſtata, Dic, quòd
poteſt diuerſimodè puniri, vt habetur in cap.
tuæ. & in c. pen. de apoſt. in quibus habetur qđ
clericus ſæcularis non eſt ipſo iure excommunicatus, ſed excommunicandus: ſed religioſus
ſic per tex. in c. 2. ne cler. vel mon. lib. 6. qui debet intelligi in dimiſſione habitus longęui cõtinua, & temeraria, & non ſi dimittit ex cauſa rationabili, puta quia tranſit per loca periculoſa, vel ex alia iuſta cauſa. Vnde dicit, ꝙ
ſi monachus dimittat habitum in cella, vel iacet ſine illo, non putat talem ligari illa conſtitutione, quia pauci inuenirentur nõ ligati, ſed
quando exhibet ſe conſpectui hominum ſine
habitu, & ſine cauſa, & tunc ligatur. An vero
iacens in lecto ſine habitu, peccet mortaliter,
diximus, ꝙ ſic, in titulo præcedenti.

Septima. Religioſus ſine licẽtia ſui ſuperio-
8 ris non poteſt † eſſe fideicommiſſarius, nec eligere ſepulturam: nec poteſt eſſe iudex, aſſeſſor
procurator, aduocatus, nec arbiter, nec cõſentire electioni, hæc probantur de elect. c. ſi religioſus. 16 q. 1. monachi. 2. c. qui vero. & cap. de
pręſentia. 2. q. 7. c. nullus. & vt omnia cõcludã,
nihil agere põt. 12. q. 1. c. nõ dicatis. ad idem de
poſtul. c. ex parte. Item canon dicit Monachũ
eſſe ſeruum, ſed ſeruus non põt eſſe arbiter, vel
compromiſſarius. 3. quæſt. 7. §. tua. verſ. ſeruus,
9 ergo, &c. At cum licentia Abbatis † mona-

chus clauſtralis poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi. 16. q. 1. cap. de præſentium. cum religioſi ad hoc ſint apti, ſicut & ſæculares clerici. item poteſt obtinere beneficium curatum. de ſta. mon. c. quod Dei, & hoc propter publicam vtilitatem. Et ita tollitur obiectio contemplationis, quæ perturbat, ex hoc, quia prefertur publica vtilitas. de regular. c. licet. de renunc. cap. niſi cũ pridem. Item poteſt eſſe Epiſcopi coadiutor. glo. in clem. & ſi principalis. de reſcript. Zaba. in c. fi. q. 10. de cler. ægrot. Item poteſt eſſe delegatus ordinarii Zabar. in d. cle. & ſi principalis. q. 18. Item Abbatis licentia interueniente poteſt exercere ea quę concernunt pietatẽ vnde poteſt eſſe arbitrator: quia eſt opus pietatis. 11. q. 3. c. iuſtũ. 86. diſt. cap. peruenit. Item arbiter in propria eccleſia pro vtilitate monaſterii. ita Hoſt. in ſum. de arbitr. §. ſed ſi quis poſſit. Item poteſt etiam poſtulare in iudicio. de poſtul. c. 2. modo ſit licentia Abbatis. & vtilitas monaſterii. Quibus etiã interuenientibus, poteſt habere legitimam perſonam ad tractandam cauſam in iudicio. cap. 2. de poſtul.

Octaua. Religioſus non poteſt eſſe procu-
10 rator † ſine licentia ſuperioris petita, & obtenta. ita probatur in clemen. religioſus, de procur. in verb. ſine. quod quidem verbum denotat obtentionem. de inſti. l. ſed & ſi. §. cõditio. & ratio eſt: quia licet quis petierit. ſi nõ obtinuit, dicitur ſine licentia facere, nomine vero ſuperioris intelligitur de immediato. i. Abbate. c. ſi religioſus. de elect. in 6. vel etiã priore, modo ſit immediatus ſuperior. 16. q. 1. c. monachi. & cap. qui vere. de poſtu. cap. 2. Ad hoc 86. diſt. ca. peruenit. Amplia hoc dictum, & primo, ꝙ ſicut non poteſt per ſe, ita neque per alium ſicut enim non poteſt religioſus eſſe procurator per ſe, ita nec alium ſubſtituere. ad hoc 23. q. 8. c. his à quibus. Secundo, vt nec poſſit alium conſtituere. d. clem. religioſus. & ratio eſt: ne frangatur obedientia, quæ frangeretur, ſi monachus poſſet eſſe procurator, vel procuratorem alium conſtituere, vel ſubſtituere, ſine Abbatis licentia. Tertio, amplia etiam in muliere religioſa, de cõfirm. vtili. c. cum dilecta. niſi à Papa conſtituatur. vt ibi: cum virile officium mulieribus interdicatur. ff. de reg. iur. l. 2. de arbit. cap. dilecti. Quarto amplia, ut nec poſſit abſque licentia eſſe procurator pro coniunctis perſonis. ita glo. dicit in cap. 2. de poſtul. vbi dicit, ꝙ illud, quod dicitur poſſe eſſe procuratorẽ pro cõiũctis perſonis, habet locum in priuatis, non autem in profeſſis, quorum cognatio eſt in cœlis, non autem in terris, cum mortui ſint mundo. C. de Epiſc. & cler. l. Deo nobis. cap. placuit. 16. q. 1. Non tamen per hoc tollitur, quin quãdo tractatur de ſucceſſione, cenſeantur cognati, & monaſterium proprie ex eorũ, perſona ſuccedat. in auth. de ſan. Epiſcopis. §. nullã. coll. 9. Hoſt. & Zabar. in c. 2. de poſtul. Quinto, vt nec pro miſerabilibus pſonis hoc poſſit d. c. 2. limita modo, & primo in Abbate, nam licet ſub nomine religioſi cõtineatur Abbas, de ſimo. c. fi. tamẽ poteſt Abbas abſque licentia eſſe procurator. de cenſi. c. ſopitę, & ꝙ not. de teſtam. lib. 6 c. 2. & ratio eſt: quia nõ eſt ſub poteſtate alterius quo ad poteſtatẽ adminiſtrandi. de reſcript. c. edoceri. de traſa. c. contingit. Hinc infertur. & ſic ſecundo limitatur in religioſo. qui non eſt Prælatus. nã dummodo habeat adminiſtrationẽ, quia per ſe poteſt agere. glo. 1. de procur. in Clem. religoſus. de iudic. c. cum deputati ita etiã poteſt procuratores conſtituere. & pro hoc, quia conuenientius eſt vt per alium agat, de ſindi. c. vn. Tertio limita, vt pro coniunctis, & miſerabilibus pſonis poſſit interueniẽte tamen Abbatis licentia. vt not. Spec. eo. tit. §. 1. verſ. itẽ quid eſt monachus. Quarto limita. quòd ſi eſt cõſtitutus procurator cum poteſtate ſubſtituęre. Zabar. in d. Clem. religioſus. queſt. 12. Quintò limitat, vt cũ licentia ſuperioris poſſit monachus conſtitui procurator pro religioſo alterius profeſſionis. d. clem. religoſus. ibi ſui, vel alterius monaſterii, immo etiã laici. vt not. Innoc. de re iudic. c. cum I. & A. Sexto. quando monachus accuſaret Abbatem. ita glo. in d. clem. religioſus.

11 Nona. Religioſus clauſtralis non poteſt † ſuſcipere officiũ executoris teſtamenti ſine licẽtia ſuperioris immediati. clem. 1. de teſtam. vbi Zabar. in 5. not. nec hoc caſu requiritur conuentus licentia. de elec. c. ſi religioſus. in 6. Nec etiam ſufficit, quòd licentia petatur, & ſuperior nõ contradicat, ſed quòd obtineatur. ita gloſ. in d. cle. 1. verb. obtenta. Qua obtẽta, poteſt eſſe executor ẽt in relictis ad non pias cauſas. d. cle. 1. & c. 2. eo. tit. in 6. Zabar. in d. cle. q. 2. Quinimo in duobus caſibus põt cogi. Primus, ſi licentiã obtinuit, quia tunc ſi nõ vult ſuũ officium exequi, poteſt cogi. arg. de renunc. c. quidã. Secundus, quando prælatus id præcipit. quia tũc parere tenetur. 12. q. 1. c. nõ dicatis. ſi vero ſuperior dederit licẽtiã & poſtea reuocauerit, licet male faciat, tamẽ religioſus nõ poteſt cõtradicere. Zabar. q. 5. in vno tñ caſu religioſi nõ poſſũt eſſe executores vt ſi ſunt fratres mẽdicãtes. Zab. ibi in 5. oppoſ.

12 Decima. Religioſus † non poteſt à clauſtro vocari niſi primo auocetur ad beneficiũ curatũ vt in hoc habeat priuilegiũ curæ animarũ de ſtat. mona. c. ꝙ Dei. de reg. c. ſuper eo.

&



& quod no. de relig. dom. c. 2. in Cle. An autem Religioſus poſſit præfici hoſpitalibus ſæcularibus. glo. in d. c. 2. dicit, quòd vidit de facto obtineri, ꝙ leproſariis poſſint præfici religioſi ꝑ not. per Innoc. in c. cum dicat. de eccl. ædif. vbi dicit, quòd collegium leproſorum eſt religioſum, & licitum atque a iure approbatum. Tu tamen dicas, quòd religioſus non poteſt præfici hoſpitali, & non obſtat Inno. dictum, quia leproſi non ſunt verè religioſi, cum habeãt proprium, & contrahunt matrimonium, & contracto vtuntur. de con. leproſ. c. 1. & d. c cum dicat. Item nec dicuntur religioſi, ex eo, quòd communiter viuant, quia non omnes communiter viuentes ſunt religioſi. vt patet in c. quoniam, vt ait. de vi. & honeſt. cle. & in hac opin. reſidet Paul. & Imol. in d. Cle. 2. An autem ſufficiat vt Religioſus poſſit præfici, & ꝙ rector hoſpitalis habeat curam pauperum, vel familiæ, extra tamen poteſtatem clauium, dic, quòd non. ita Arch. in c. quidam. 18. q. 2. facit, ꝙ not. de off. archi. c. cum ſatis differant. Federicus de Senis conſi. 213.

13 Vndecima. Mendicantes tranſeuntes † ad ordinem non mendicantium, & eos recipientes, ſunt excommunicati, extra c. de regul. vt diximus lib. 4. c. 20. nu. 3. vnde autem dicantur mendicantes, dicit Laudinus a mene, quòd eſt defectus. Hinc, ꝙ eſt luna dicitur menia propter defectus, quos ſæpe patitur, ſic iſti patiuntur defectum, quia non poſſunt habere proprium in ſingulari, nec in communi, & de talibus primo fecerat Auguſtinus ſuum ordinem, ſed poſtea reuocauit vt notatur. 12. q. 1. c. certe. Iſti autem mendicantes ſunt quatuor, vt Prædicatores, Minores, Heremitæ, & Carmelitæ. de relig. dom. c. vni. in 6.

14 Duodecima. Quidam fecit profeſſionem in ordine mendicantium, infra annum probationis, & infra illum exiuit, & poſtea tranſiuit ad aliam religionem, non incidit in excõmunicationem. ita glo. in Clem. 1. de regul. nam excõmunicatio locũ habet in his, qui ſunt profeſſi, & per conſequens ſunt aſtricti religioni mendicantium in ſpecie, ſed prædicti non ſunt aſtriſti in ſpecie ordini mendicantium, ſed in genere religionis. vt probatur extra de regul. cap. 1. & cap. non ſolum. & cap. conſtitutionem. in 6. ergo.

15 Decimatertia. † Mulier de ordine mendicantium tranſiens ad non mendicantes, eſt excommunicata. & incidit in pœnas contentas in Clem. 1. de regul. arg. tex. in cap. vnic. §. ſane. de ſtat. regul. & not. in decret. generali. de elect. & ratio eſt: quia de ordine mendicantium ſunt, & fœminæ, vt patet in ſororibus Minorum, & Prædicatorum quæ ſunt mendicantes, licet habeant priuilegium, ꝙ poſſint habere poſſeſſiones, & ꝙ non teneantur ad collectas. & cæt. ita Imo. in d. Clem. 1. de regul.

16 Decimaquarta. † Mendicans ad ordinem non mendicantium tranſiens, & ſi redeat ad ſuum ordinem, incidit in pœnas in ſuo ordine mendicantium contentas. 19. q. 3. c. mandamus. de æta. & qual. c. intelleximus. quod videt verũ ſecundum Lapum, ſi vtrobique profeſſionẽ fecit in vtroq; ordine, aliter ſecus. Imo. q. ſupra.

17 Decimaquinta. † Prælatus regularis poteſt repudiare legatum factum eccleſiæ ſine ſuperioris conſenſu, ſic tutor poteſt repudiare hæreditatem ſine iudicis decreto. vt in l. magis. §. fundum. ff. de re. eorum. licet non poſſit alienare ſine eius decreto. C. de præd. mino. non alie l. 1. 2. & 3. ſimile eſt, quòd dicimus de beneficio acquiſito, & acquirendo: Nam primum ſine autoritate ſuperioris renunciari non poteſt, ſed ſecundum ſic, vt ipſo facto. c. ex ore. de his, quæ fiunt a maio. par. cap. not. de elect. in 6. c. ſi electio. & melius in c. ſi tibi abſenti. de præben. ibi, ſine autoritate tutoris. Feder. de Senis conſi. 9.

18 Decimaſexta. † Ingreſſi monaſterium bona, & omnia iura in monaſterium tranſeunt. c. in præſentia. & ibi Doct. de probat. in auth. ingreſſi. de ſacroſan. eccle. & nos diximus in noſtris deciſ. lib. 3. cap. 5. num. 32. fallit tamen hæc regula primo, quando ipſe haberet deſcendentes quibus debetur legitima, cum tunc eius bona tranſeant in monaſterium, ſalua legitima. 19. q. fi. c. fi. ſecundum Io. And. & Inno. in d. cap. præſentia, & hoc habetur in authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccl. quam quidem legimam petere non poſſunt ante mortem naturalem ipſius ingredientis, ſed poſtea. vt voluit Bar. in d. auth. ſi qua mulier. pro quo facit quòd not. extr. de teſta. c. Raynutius. interim tamen qui deſcendentes habebunt alimenta ab ipſo monaſterio. vt volunt Cinus in d. auth. ſi qua mulier. cum quo tranſit. D. Nico. in d. c. in præſentia. verum Petrus de Anch. in d. cap. in præſentia, ſentit, quòd filius poſſit legitimam petere in vita patris. per tex. in c. cum ſcimus. de regu. Idẽ ſentit Bar. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. ſecundo fallit in eo, qui ingreditur ordinem, ſiue monaſterium mendicantium, & Fratrum Minorum, Prædicatorum, mendicantium, nam tunc bona eius veniunt ad ſuccedentes ab inteſtato, cum ingreſſus pro mortuo reputetur. 16 q. 1. c. placuit. cum ipſi fratres non poſſint capere, niſi quod habetur in clem. exiui. de verb. ſign. ſecundum D. Antonium in d. c. in præſentia. Tertio fallit. quando tales ingredientes monaſterium decederent infra annum profeſſionis, nam tunc bona illorum, pertinẽt

ad

ad illos, quibus reliquerint ſi fuerint teſtati, cũ poſſint intra illud tempus teſtari. Ioan. Andr. in c. beneficium. de reg. iur. in 6. ſi vero nõ fuerint teſtati, tunc ad venientes ab inteſtato deuoluuntur. ita Io. de Imo. in d. c. in præſentia. Petr. de Anch. in d. c. beneficium. plene per canon. in d. cap. in præſentia. Quarto fallit, quando perſuaſione alicuius Abbatis, vel prælati quis ingrediatur monaſterium, quoniam hoc caſu bona non Monaſt. applicabuntur, ſed debent reſtitui eis qui forent ſui hæredes. tex. eſt ſingu. 20. quæſt. 3. cap. conſtituit. quem tex. allegat gl. in cap. pen. de offi. deleg. Illectus vero dicitur, quando quis verbis, munuſculis, vel promiſſionibus, ex toto per alia eſſet attractus, alias nõ facturus, nam ſi alias eſſet hoc facturus ſed quibuſdam munuſculis, & promiſſionibus, vel verbis adulatoriis, facilius eſt attractus, non credo, ꝙ tunc monaſterium deberet lædi. ita Archi. in d. c. conſtituit. nu. 1.

19 Decimaſeptima. Profeſſus, † qui relicto monaſterio, & clauſtro, clam contraxit matrimonium, eſt ſuſpectus de hæreſi, cum faciat contra votum caſtitatis, & illudat tanto ſacramento matrimonij: ſi autem hoc palã fecerit, præſumitur potius error, quam malitia, ita deducitur ex Arch. in cap. nemo. 32. q. 4. & in c. presbyter. diſt. 28. ſi vero conſtitutus in ſacris de facto contraheret matrimonium, de rigore vacant ipſo iure beneficia ſua. no. Io. Andr. Henr. & Panorm. in c. 1. de cler. coniug. ne ſint melioris conditionis, qui illicite contraxerunt, quàm qui licitè. c. nuper. de biga. & vera ratio perditionis beneficij eſt tacita renunciatio, ſeu habere pro derelicto, quòd cauſatur ex contractu matrimonij, cum fecerit actum omnino contrarium clericatui, vnde in quantum in ſe eſt, habuit beneficium pro derelicto. argu c. ex tranſmiſſa. de renun. patet a ſimili, ꝙ ſi quis adipiſcatur ſecundum beneficium curatum, de facto perdit primum. c. quanto. de tranſl. præla. ſic in odium ipſius, qui voluit contrahere matrimonium carnale, cum non poſſit, debet carere beneficio, ac ſi contraxiſſet, licet glo. fi. in cap. 1. de cler. coniug. & Io. And. in c. Ioannes. eod. tit. dicant, quòd veniat priuandus per ſententiam.

20 Decimaoctaua. † Monialibus licet ſint prælatæ non eſt licitum prædicare. cap. in noua. de pœn. & remiſſ. c. mulier. diſt. 23. Quod intellige ſecundum Archid. ibi, aſcendendo pulpitũ, & faciendo ſermonem ad populum: quia ſic nec maribus laicis, quinimmo nec etiam clericis, niſi ſint curati, vel ſuper hoc priuilegiati. c. dudum. §. huiuſmodi. de ſepult. & ibi Imol. ſed ſecretè in clauſtro, vel choro, vel capitulo poteſt ſi eſt Abbatiſſa docere ſuas Monachas, vel conuerſas, & eis prædicare.

21 Decimanona. † Seruiales non debent haberi in numero monialium: primo, quia ſi ſeruiales, & moniales pari paſſu cenſerentur, non debuerunt diuerſis vocabulis nuncupari. C. de codicil. l. ſi idem. Item ſi comprehenderentur ſub numero monialium, non fuiſſet eis licitum exire clauſuram ante tempus Benedicti XII. de ſta. monach. c. vni. lib. 6. & tamen erat eis licitum exire cum licentia tantum. Item natura correlatiuorum eſt, vt vnum non ſit alterum. c. debitum. de baptiſ. ſed ſeruientes, & Dominæ, ſcilicet moniales, quibus ſeruitur, ſunt correlatiua, & ad credendum, quòd non debeant haberi in numero, patet, quia non tenentur ad diuina officia. Item non habent vocem in capitulo, ſicut nec conuerſi Minorum, & Prædicatorum. vt de elect. cap. ex eo. lib. 6. vbi per Archidiac. ita habetur per Federic. de Senis conſilio 213.

22 Vigeſima. Licet † dixerimus in 1. par. lib. 1. de poteſtate confeſſ. tit. 13. nu... quod confeſſor poteſt audire confeſſiones ſuorum ſubditorum etiam extra territorium, & illos abſoluere etiam de peccatis extra territorium commiſſis, tamen illud intelligitur de confeſſoribus propriis. Hoc eſt ſummo Pontifice, vel legato Papæ in prouincia, Epiſcopo, vel presbytero parochiali, & eorum vicariis: quia in his, quæ ſine ſtrepitu fiunt, nullius territorium læditur. arg. de offi. leg. c. pen. & ſi Secus autem de confeſſoribus extraordinariis, de quibus habetur in Clem. fi. ver. extra ciuitates. de ſepul. quia licet poſſint audire, non tamen poſſunt abſoluere. Quod ſi faciunt vmbra quędam oſtenditur in opere, veritas autem non ſubeſt in effectu. arg. de conſu. c. quanto. Vnde Zabar. no. ibi, quòd etiam in foro pœnitentiali conſideratur territorium. vt ſicut quis non poteſt exercere iuriſdictionem extra territorium. vt l. fi. ff. de iuriſd. omn. iud. de reſcrip. c. ſtatutum. §. in nullo. de conſtit. c. 2. libr. 6. ſic nec audire confeſſiones. Quod idem eſt dicendum de confeſſore penitus extraneo, vt ſi parochialis ſacerdos abſoluit parochianum alterius, fallit in viatore, & in periculo mortis. ita Zab. in d. Clem. fin. in 4. no. & in q. 4. & 5.

23 Vigeſimaprima. In monaſteriis † debet teneri magiſter idoneus. clem. ne in agro. §. rurſus. de ſta. monach. alias ſi non eſſet idoneus, eſſet inutilis, & nullus, & inutilis æquipollent. de tranſla. c. 2. qui monachos debet inſtruere in ſcientiis primitiuis, hoc eſt Grammatica, Logica, & ſimilibus. 27. diſt. c. ſi quis grammaticam. & c. de quibuſdam. imo etiam ſecundum Zenzelinum in iure canonico. Ita Zabar. in dict. §. rurſus.

Vige-



24 Vigeſimaſecunda. Religioſi † peccant inducendo teſtatores, vel procurando, vt relinquãt ſibi legata, vel debita, vel male ablata, quę aliis volebant relinquere. ita glo. in clem. 1. de priui. & exceſſ. præla. vbi prohibetur religioſis, ne procurent, ꝙ legata, vel debita, vel male ablata eis fiant in præiudicium aliorum, quibus ſcilicet debentur, vel quibus teſtatores legare volebant, vel reſpectu male ablatorum in præiudicium Epiſcoporum, quibus competit eorum diſpoſitio, & hoc ideo prohibetur: quia in ipſis notatur ipſorum cupiditas, & auaritia, quæ in clericis reprobatur. de præben. c. auaritiæ. Zab. in d. Cle. oppoſi. 1. & 9 nota. & q. 5.

Vigeſimatertia. Monachi communicando
25 † cum Abbate excommunicato excuſantur,
cum ſint quaſi de familia Abbatis. Sic licet clerici non teneantur communicare cum Epiſcopo ſuo excommunicato. 93. diſt. c. miratus. & extra de exceſſ. præla. c. fi. tamen fallit, quando eſſent ſeruitiis eius continue occupati, cum in talibus ſit eadem ratio, quæ in aliis ſeruis mercenariis. Turrecr. in c. nos ſanctorum. num. 4. & 5. 15. quæſt. 6.

26 Vigeſimaquarta. Monachi non debent † vti
camiſiis lineis. d. c. cum ad monaſterium. vel ẽt
ſericis. ſecundum Lau. in clé. ne in agro. in prin.
Quod idem dicit de aliis mollibus veſtimen-
tis pari ratione. de conſtit. c. tranſlato. Debet
tamen vigilare Abbas ad reformationem mo-
rum ſuorũ ſubditorum tam in veſtibus, quàm
in cibis, cum totus ſtatus hominum conſiſtat
in his duobus. ff. de verb. ſigni. l. victus. Quo ad
27 cibos vero † quinque modis exceditur. de cõ-
ſecr. diſt. 5. c. quinque. Et qui laxiora, vel durio-
ra præ cæteris alimenta, vel indumenta quęrit,
aut intemperans, aut ſuperſtitioſus eſt. 41. diſt.
c. 1. & cap. fi. Debent igitur vti modeſtia, vt eo-
rum indumenta non ſint nimis exquiſita, ſed
ſimpliciter ornata. facit tex. in c. vlt. de cũſtod.
Euchar. ita glo. in d. clem. ne in agro. verb. ex-
quiſitum.

28 Vigeſimaſexta. Camiſiis † Monachi licet vti
non debeant, tamen illis vti poſſunt Canonici
regulares: ſeruiunt enim regulæ laxiori. c. quod
Dei. de ſta. mona. ſunt etiam diſſimiles in habi-
tu. Item aliqui Canonici carnes comedunt in
refectorio. Monachi autem nullo modo. cap.
cum ad monaſterium. §. in refectorio. de ſtat.
monach. Item diuerſi ſunt autores eorum: q̃a
monachorum ſanctus Benedictus, Canonico-
29 rum Auguſtinus. In quibus † autem æquiparẽ-
tur, dico ꝙ in multis. Et primo in tribus ſub-
ſtantialibus regulæ ſcilicet in obedientia. cap.
cum in eccleſiis. de maior. & obed. & in abdi-
catione proprij d. c. quod Dei. & in caſtitate.
de voto. c. vno. lib. 6. & c. vt clericorum. de vita
& honeſt. cler. Neutri debent exire clauſtrum,
niſi Abbate imperante, & pro vtilitate mona-
ſterij. de poſtul. c. ex parte. Neutri audiunt le-
gem, vel phyſicam. ne cler. vel mon. c. non ma-
gno. Vtrique debent comedere in refectorio,
& dormire in eadem domo. de vita & honeſt.
cler. cap. quoniam. Vtrique debent facere capi-
tulum prouinciale. de ſtat. monach. c. cum in
ſingulis. & c. ſeq. & breuiter, niſi in exceptis de-
bent ſe conformare cum aliis religioſis. cap.
præſens. 20. q. 3.

Vigeſimaſeptima. Monachi tam in orato-
30 rio † ideſt Eccleſia, quàm in refectorio, in quo
reficiuntur fratres, ideſt ſimul comedũt, quàm
in dormitorio, in quo ſimul dormiunt. de vita,
& honeſt. cler. c. quoniam ſemper ſeruare de-
bent ſilentium. cap. cum ad monaſterium. §. in
oratorio. de ſtat. mona. Et ita intellige vi. caput
Regulæ beati Benedicti. Pariter in clauſtro
quoque ſeruare debent, & hoc laudabiliter fuit
inſtitutum, quia nimis poſſent laxare linguam,
ſed nec poſt completorium loqui debent, vt in
regula 144. Et ex hoc nota laudabiles conſue-
tudines eſſe approbandas. vt in d. §. in orato-
rio. alias autem in melius commutandas. vt le-
gitur. & no. in c. cum omnes ad fin. de conſtit.
An autem vti camiſiis, & non ſeruare ſilentiũ,
31 † ſit peccatum mortale. Dic quòd non: quia in
regula B. benedicti, quædam, quæ continentur
ſunt præcepta, quædam monitiones, ſiue
conſilia.

## *SVMMARIVM.*

1 *Viſitationis materia explicatur per articulos 9.*

2 *Viſitationis materia vbi tractetur per Doctores.*

3 *Viſitatio multiplex generalis, et ſpecialis, annua, & quotidiana.*

4 *Viſitatio annua ad quem pertinet, & quare inſtituta, item quotidiana, quare fiat.*

5 *A viſitatis viſitatione generali, non recipitur iuramentum, ſecus in ſpeciali.*

6 *Viſitator, an virtute generalis inquiſitionis poſſit procedere contra diffamatos.*

7 *Crimina notoria quæ.*

8 *Viſitare an teneatur Epiſcopus ſub præcepto ſuam diœceſim.*

9 *Viſitatio generalis diœceſis, an fieri poſſit*

ſit per vicarium Epiſcopi.

10 Vicarius habens ſpeciale mandatum quã viſitationem facere poſsit.

11 Epiſcopo deleganti viſitationem credendum eſt.

12 Epiſcopus tenetur de delicto, quod commiſit Vicarius in viſitatione, quam illi commiſit.

13 Epiſcopo frequenter viſitanti diœceſim debetur procuratio toties, quoties.

14 Viſitare qui de iure, ac conſuetudine, vel ex delegatione poſsint.

15 Archiepiſcopi, & Epiſcopi, an magis honorandi quàm Cardinales.

16 Cardinales multiplici prærogatiua maioritatis præcedunt omnes eccleſiæ prælatos poſt Papam.

17 Viſitatio Monachorum ad Abbates ſpectat, & viſitatio de conſuetudine ad Archidiaconum, & Archipresbyterum.

18 Viſitare an poſsit capitulum ſede vacante.

19 Capitulum ſede vacante, quandoque Epiſcopo non ſuccedit.

20 Vicarius datus à Capitulo ſede vacante, non poteſt abſoluere à caſibus, cuius abſolutionem Papa mandauit alternatiuè Epiſcopo, aut Vicario.

21 Vicarius datus à Capitulo abſoluit à caſibus reſeruatis Epiſcopo.

Collegium Cardinalium non poteſt exercere quæ ad Papam pertinent, niſi, & cæt.

22 Viſitandi poteſtatem quis committit.

23 Viſitatorum poteſtas quanta, & an extendatur ad priuandum beneficio, & officio.

Crimina digna depoſitione quæ.

24 Viſitator datus à Papa quando non poſſit amouere.

25 Sed an Vicarius generalis Epiſcopi.

26 Viſitator datus à Papa Eccleſiæ cathedrali poteſt conferre beneficia, non autem datus ab inferiori.

27 Viſitandi formam, quæ habetur in c. Romana. de cenſ. non tenetur ſeruare Legatus Papæ.

28 Epiſcopi, & alij viſitantes differunt à legatis in alio in exactione expenſarum.

29 Epiſcopo viſitanti, quare debeatur procuratio.

30 Viſitator Archiepiſcopus qualiter interrogabit Epiſcopum.

31 Viſitandi prouinciam modus obſeruãdus ab Archiepiſcopo.

32 Quid inquirere debeat.

33 Archiepiſcopus non ſolum debet viſitare clericos, ſed etiam laicos.

34 Viſitanti Archiepiſcopo debetur procuratio.

35 Pro officio impertiendo nihil à prælato recipiendum niſi in caſibus.

36 Procuratio exigitur in conſecratione, & viſitatione.

37 Viſitatio Archiepiſcopi debet eſſe perſonalis, ſi poteſt.

38 Viſitare ſuum Capitulum in aula ſua Archiepiſcopus non poteſt.

39 Viſitator mittere non poteſt pro fratrib. vt deponant vota ſua ad locum habitationis ſuæ. nu. 107.

40 Abbatiſſa monaſterium ſibi ſubiectum poteſt viſitare per alium.

41 Viſitare Archiepiſcopus non tantum clericos, ſed & laicos debet.

42 Archiepiſcopus, an libere viſitata ſua diœceſi poſsit viſitare ſuam prouinciam.

43 Viſitari an poſsint per Epiſcopum eccleſiæ, quæ in nullius ſunt diœceſi.

44 Hoſpitalia Epiſcopus, an & quando viſitare poſsit.

45 Sed an collegia, & confraternitates laicorum.

46 Procuratio debetur pro viſitandis iſtis pijs locis.

47 Oratoria an poſsint per Epiſcopum viſitari.

48 An gaudeant immunitate Eccleſiarum.

In



In oratorijs non debet celebrari ſine autoritate Epiſcopi.

49 Loca pia an poſsint fundari, ita quòd Epiſcopi nullam iuriſdictionem habeant.

50 Hoſpitalia an poſsint erigi ſine autoritate Epiſcopi.

51 Locorum piorum gubernatio debet committi viris prouidis.

52 Rector ſemel reddens rationem, an poſsit iterum cogi.

53 Viſitatio an poſsit per eundem repeti.

Succeſſor an poſsit veſtigia prioris viſitatoris diligenter inquirere.

54 Viſitator ſi ſibi denegetur aditus an poſſit fraugere portas eccleſiæ.

55 Viſitator ſi venit cum maiori numero, an poſsit repelli.

56 Viſitando quando concurrit Archiepiſcopus, & Epiſcopus quis admittendus.

57 Epiſcopo negligente inquirere, an iuriſdictio deuoluatur ad Archiepiſcopum.

58 Viſitator iure ordinario viſitans, non debet cogere quenquam vt dicat corrigenda.

59 Archiepiſcopus viſitans, an poſsit audire confeſsiones ſuffraganeorum, & qd de viſitatore regulari.

Archiepiſcopus dum viſitat, non poteſt dare ordines, ſeu literas commendatitias ad ordines.

60 Viſitandi forma qualis. & nu. 101.

61 Modus in viſitatione tenendus.

62 Viſitans religioſus quales ſecus ducat perſonas.

63 Iura Epiſcopalia, ad quæ tenentur eccleſiæ quæ.

64 Iuriſdictio Epiſcopalis ad tres partes reducitur.

65 Epiſcopus quamuis a ſe eccleſias eximat, quatuor retinet.

66 Epiſcopus concedens eccleſiam Abbati non poteſt abdicare omnem iuriſdictionem, quam habet in illa.

67 Epiſcopus non poteſt abdicare octo, de quibus. nu. 66. fallit in caſibus. vt num. ſeq. & 69.

70 Exemptio generalis facta religioſis ſufficit ad euitandam viſitationem Epiſcopi, non autem legati.

71 Epiſcopus nec tempore cõſtructionis eccleſiæ non poteſt a ſe abdicaer poteſtatem viſitandi.

72 Viſitatio an tollatur per compoſitionem.

73 Conſuetudo, vel pactum Archiepiſcopi an illam tollat, v l reiterationem.

74 Conſuetudo omnis ceſsat, quando agitur de periculo animæ.

75 Procuratio quid, & quotuplex.

76 Procuratio conſiſtit in victualibus. Et horum nomine quæ contineantur.

77 Procuratio datur in ſignum ſubiectionis.

78 Epiſcopus non debet viſitare ſuam diœceſim ſumptibus ſuis.

79 Procuratio quandoque non debetur.

80 Procurationis loco an pcſsit haberi pecunia.

81 Procuratio in pecunia an ab inuito poſſit exigi.

82 Viſitans non poteſt recipere munera, ſed nec aliquis de familia. nu. 83.

84 Vicarius ſi deliquit in actu viſitandi, Epiſcopus tenetur.

85 Viſitanti non prodeſt donatio facta à viſitante.

86 Epiſcopus non viſitans, non debet habere procurationem.

87 Procuratio licet regulariter debeatur pro vno die, tamen quandoque poteſt haberi pro pluribus diebus.

88 Viſitans ſi ſtetit per medium diem, an habebit integram procurationem.

89 Procuratio debita Epiſcopis non præſcribitur, niſi in caſibus.

90 Archiepiſcopus ſi ad aliam diœceſim accedit non cauſa procurationis an ſit procurandus.

91 Hoſpitalia, & oratoria quando viſitantur poſſunt procurari.

Mona-

92 *Monaſteria non exempta ſingulis annis viſitari debent per ordinarios locorum.*

93 *Monaſteriorum exemptorum duæ ſunt ſpecies.*

94 *Monaſteria exempta qualiter cognoſcantur.*

95 *Locus exemptus an ſit de diœceſi Epiſcopi.*

96 *In locis exemptis licet multa poſſit Archiepiſcopus exercere, non tamen viſitare.*

97 *Archiepiſcopus quando in locis exemptis poſſit exercere iuriſdictionē contentioſam.*

98 *Archiepiſcopo quòd dum viſitat, vel nō viſitat, licitum ſit facere deferri crucem, eſt ex priuilegio.*

99 *Monaſterium Monialium quod alteri ſubeſt, per quem viſitabitur.*

100 *Monaſteria monachorum nigrorum debent viſitari per Abbates.*

101 *Exemptio generalis ſufficit quo ad iura Epiſcopalia.*

102 *Viſitantes Moniales de quibus corrigere debeant.*

103 *A viſitandi forma præſcripta Epiſcopo & Archiepiſcopo excipiuntur legati, & religioſi.*

104 *Viſitatores debent ſe conformare laudabilibus conſuetudinibus monaſteriorum.*

105 *Facta à prælatis facile trahũtur à ſubditis in exemplum.*

106 *Viſitatores quando viſitant, in primis debent proponere verbum Dei.*

107 *Viſitatores qualiter ſe habeant erga ſubditos.*

108 *Viſitatores regularium an poſſint priuare officio, & adminiſtratione.*

109 *Viſitator regularis an poſſit mittere pro fratribus, vt in eos viſitationis officium exerceat.*

110 *Viſitator quid faciet, ſi inuenerit aliquem diffamatum, & dignum correctione.*

111 *Viſitator extra ſuam legationem an poſſit præcipere monachis in ſua legatione, vel extra.*

112 *Viſitator deputatus in Tuſcia non poteſt viſitare fratres de Lombardia eo venientes cauſa peregrinationis.*

113 *Excedere poſſunt prælati viſitando in numero equorum.*

114 *Si proficiſcantur cum canibus, & quibus.*

115 *Item ſumptuoſis epulis.*

116 *Si frangunt valuas monaſteriorum, & eccleſiarum.*

117 *Si recipiunt plures procurationes in vna die.*

118 *Si recipiunt procurationem, & non viſitant.*

119 *Si priuant officio, cum non poſſint. Vbi etiam remiſſiuè de xxx. grauaminibus.*

120 *Viſitationis effectus.*

## De Viſitatoribus. Cap. XXVIII.

DEinde dicendum eſt de viſitato-
1 ribus, & primo † de Multiplici
viſitatione. Secundo quibus incumbat officium viſitandi. Tertio quis committat poteſtatem viſitandi. Quarto de poteſtate viſitatorum. Quinto de forma, & modo viſitandi. Sexto. An viſitatio poſſit tolli. Septimo, de viſitatione quo ad Regulares. Octauo, de procuratione, quæ annexa eſt viſitationi. Nono, de exceſſibus, qui in illa committi poſſunt. De materia
2 autem præter † ea, quæ diximus in prima part.
lib. 3. de Regul. num. 141. vide omnes ſcribentes 10. q. 1. per totum. in c. dilectus. de reſcrip. 1. in c. cum I. & A. de ſent. & re iudi. in c. in ſingulis. & ſeq. extr. de ſta. mona. Card. & Imol. in Clem. attendentes. eo. tit. & in Clem. 1. de cenſib. Ioan. And. & Archid. Gemin. & Franc. in 6. de cenſi. & in extr. duos pleniſſimos tractatus per Mar. Soc. ſeniorem. & Franc. Paui. quorum reminiſcitur Fely. in c. cum ex officij. de præſcrip. Item Paul Fuſc. in tracta. de viſita. & regim. eccleſ. per totum, & tandem per Concil. Trid. c. 7. & ſeq. ſeſ. 7. & c. 8. ſeſſ. 21. c. 3. ſeſſ. 24. c. 24. c. 20. ſeſſ. 25. Circa primum ſciendum eſt, quod viſitatio multipliciter dicitur. Primo quoniam Deus dicitur nos viſitare in morte, iudicando nos, iuxta illud. Vbi te inuenero, ibi te iudicabo, & de hac viſitatione dicitur in prima Epiſtola Petri. cap. 5. Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis. Secũdo modo dicitur Deus nos viſitare vt ab hoſtibus liberet. Vnde Iudic. c. 4. in fi. oẽs orabant Dominum, vt viſitaret populum ſuum. Tertio viſitat nos Dominus, temporale beneficium conferendo. Sic viſitauit Dominus Saram, ſicut promiſit, & impleuit, quæ locutus eſt, concepit, & peperit filium. Quarto, viſitat, gratiã conferendo. Quinto, corripiendo. Hinc pſ. viſitabo in virga iniquitates eorũ, & in verberibus peccata eorum. Sexto, naturam noſtrã aſſumendo. Hinc Luc. c. 2. viſitauit nos oriens ex alto. & Pſ. viſita nos Domine in ſalutari tuo. Septimo, fit viſitatio cõgratulationis cauſa. Vt Beatiſſima Virgo Eliſabeth, Luc. c. 1. Octauo pro ea, quam quiſque Prælatus, vel alius charitatiuè hoſpitalitatis cauſa eccleſias, Monaſteria, hoſpitalia, leproſoria, aut ſimilia viſitat loca. facit Clem. 2. verſ. nos igitur. de cenſi. Nono, quando prælatus ex debito officij ſui viſitat, de qua in hoc tractatu agendũ eſt. Et hæc
3 duplex eſt † generalis, & ſpecialis: generalis eſt
illa, quando datur poteſtas tã in capite, quàm in membris. Abb. antiq. & Io. de Anan. in c. cũ I. & A. de ſent. & re iudic. vel quando datur facultas viſitandi ciuitatem, & diœceſim, & multo magis prouinciam. ita Feder. conſi. 145. nu. 2. ſpecialis vero eſt, quando datur poteſtas viſitandi certam perſonam. Eſt etiam viſitatio
4 annua, & quotidiana. † Prima pertinet ad quẽ-
libet prælatum, cui viſitandi officium incumbat de iure communi. vt in c. conquerente. de offi. ord. & ibi glo. & in c. decernimus. cũ duobus cap. ſeq. 10. q. 1. & in gl. 1. c. ſi Epiſcopus. de offi. ord. in 6. & ita eſt communis opin. Quod quidem ſancte inſtitutum fuit ſecundum Turrecre. in c. relata. 10. q. 1. vt prælati ſingulis annis viſitent eccleſias ſuæ diœceſis. Primo, vt errores, & hæreſes extirpent. Secundo, vt nouos in fide inſtruant. Tertio, vt confirment exemplo Apoſtolorum: qui cum audiſſent, quod Samaria recepiſſet verbum Dei miſerunt ad eos Petrum, & Ioannem, qui imponentes manus ſuper illos, accipiebant Spiritum ſanctum. Act. 8. In quo intelligitur ſacramentum cõfirmationis, quod a ſolis Epiſcopis, non ab aliis inferioribus conferri poteſt. Quarto pro ſalute animarum, vel pro cultu diuino amplificando, vel conſeruatione ſtatus, eccleſiæ vel reformatione tam in capite, quàm in membris. per not. in c. cum Apoſtolus. de cenſi. c. procurationes. eo. tit. & c. 1. eo tit. lib. 6. ibi, ne animarum profectus aliquatenus negligatur. facit. 18. q. 2. cap. viſitandi. Quotidiana autem viſitatio quæ pro



frequenti neceſſitate multis de cauſis emergẽtibus accidit, poteſt bis, ter, & quater, & quoties opus fuerit fieri, ideſt, quoties eccleſia cauſam præbuerit, & correctione indiguerit. 18. q. 2. c. viſitandi. & c. non ſemel. Hoſt. de offi. Arch. in ſum. num. 4. Sed modo deueniamus ad quæ-
5 ſtiones quarum prima. A viſitatis † viſitatione
generali non recipitur iuramentum, ſecus in ſpeciali. Franc. in c. 1. §. ſane. de cenſi. in 6. Hinc fit, quòd Archiepiſcopus, qui eſt viſitator generalis poteſt viſitandos compellere ad veniẽdum, & reſpondendum, nam alias fruſtatoria eſſet eius iuriſdictio. c. ex literis. de offi. deleg. tamen non poteſt eos cogere ad iurandum. ſecundum Io. And. in d. §. ſane.

6 Secunda. Virtute † generalis inquiſitionis nõ
poteſt viſitator procedere contra infamatos de crimine, ſed debet de nouo ſpecialem inquiſitionem facere, & inchoare, & contra eũ procedere. Franc. in d. §. ſane. Item teſtes recepti in generali inquiſitione, ſunt iterum repetendi, poſtea, qñ contra certam perſonam agitur. vt dicit Inno. in c. bonæ. el 1. in glo. in verb. teſtes. de elect. Quæ quidem generalis inquiſitio tunc fieri debet, quando contingit aliquod maleficium eſſe notorium, nam tũc iudex debet ſtatim inquirere generaliter, & non contra certam perſonam, & facta inquiſitione, vocare poſtea nominatos in inquiſitione de maleficio, vt ſe defendant. ita Innocen. in d. c. bonæ. Quæ autem ſint crimina notoria, ſciendũ
7 eſt, † quòd eorum, quæ ſunt notoria, quædam
ſunt notoria iudici, & incognita aliis, quo caſu loquitur. 2. q. 1. cap. multi. & c. ſi peccauerit. Alia ſunt manifeſta aliis, & occulta iudici, quo caſu locum haber. ead. quæſt. c. Deus omnipotens. Quædam vero nota ſunt iudici, & alijs, quo caſu locum habet ea. quæſt. c. ſcelus. Quod ſi dubium eſt iudici an crimina ſint notoria, primo debet de hoc inquirere, & ſi ita inuenerit, pronunciet tantum, quòd ſuum eſt punire hæc maleficia, quia ſunt notoria: cum ſolum in hoc videatur cognoſcere an ſit ſua iuriſdictio puniendi. Ioan. Andr. & Franc. in d. c. 1. §. ſane. de cenſ. in 6. Notorium vero crimen in hoc caſu ſecundum Arch. in d. c. 1. eſt, cuius teſtis eſt populus, & illud eſt notorium facti, cuius populus teſtis eſt, & diſſimulationi, ſiue negationi non eſt locus. vt in c. tua. de coha. cler. & mulie. & intelligitur populus eſſe teſtis, ſiue ſit crimen notum omnibus qui ſunt in loco, ſiue maiori parti. 2. q. 1. de manifeſta. c. veſtra. de cohab. cler. vel mul.

8 Tertia. Epiſcopum per cunctas † diœceſes,
parochiaſque ſuas per ſingulos annos ire oportet. c. Epiſcopũ. 10. q. 1. in verbo oportet. Vnde in ea. q. in c. decernimus, ponitur ſub decreto,

&

& decretum neceſſitatem habet. cap. decre-
tum.2.q.7. Quod ſi ipſe aut languore, vel infir-
mitate, aut aliis occupationibus occupatus,
huiuſmodi officium per ſe adimplere nequiue-
rit, presbyteros probabiles, aut diaconos mit-
tat. cap. Epiſcopum. 10. quæſt. 1. c. inter cætera.
de offi. ord. cap. ſi Epiſcopus. eod. tit. lib. 6. vnde
gloſſ. in d. cap. ſi Epiſcopus, quæ dicit viſitatio-
nem per alium fieri non poſſe, intelligitur, niſi
ſit iuſtum impedimentum, vel niſi Epiſcopo
ex Apoſtolico priuilegio viſitare per alios ſit
permiſſum. iuxta ext. Benedicti, Vas electionis.
§. ſi vero. de cenſi.

Quarta. Viſitatio generalis Diœceſis non
9 † poteſt fieri per vicarium Epiſcopi generalē,
ſed requiritur ſpeciale mandatum, ſicut nec vi
carius capituli ſede vacante viſitare poteſt
abſq; ſpeciali conceſſione. glo. & Doct. in Cle.
1. in verb. capituli. de hæret. & ratio eſt: quia vi
ſitatio videtur Epiſcopo reſeruata, quia regu-
lariter ceſſante iuſto impedimento ipſe viſi-
tare tenetur. vt etiam habetur per Conc. Trid.
c. 3. de reform. ſeſſ. 24. in prin. ea vero, quæ re-
ſeruata ſunt, non veniunt, niſi ſpecialiter expri-
mantur. Abb. in c prudentiam. §. ſexta. de offi.
deleg. quia in generali mandato non veniunt
ea, quæ veriſimiliter Epiſcopus non eſſet con-
ceſſurus.

10 Quinta. Vicarius † ſi habet ſpeciale man-
datū, illam viſitationem facere poteſt Epiſco-
po impedito, quæ ſpectat ad Epiſcopū, & quā
Epiſcopus poteſt, cui vult committere, modo
ſit idoneus. d. c. Epiſcopum. & c. decernimus. p
Conc. Trid. in d. c. 3. ibi, per ſuum vicarium, aut
viſitatorem. Non autem poterit facere viſita-
tionem quotidianam, quæ pro frequenti ne-
ceſſitate multis de cauſis emergentibus fit, nā
illam Epiſpopus non poteſt committere cui
vult, ſed tantum Archidiacono. ſecundum glo.
in d. cap. Epiſcopum. in verb. annos. Archid. in
d. cap. ſi Epiſcopus. Hugo in c. perlectis. diſt. 25.
Conc. Tridē. in d. cap. 3. in ver. Archidiaconi,
vbi Archidiaconi, Diaconi, & alij inferiores,
in iis eccleſiis, vbi viſitationem legitime exer-
cere conſueuerant, debent aſſumpto Notario
de conſenſu Epiſcopi per ſeipſos tantum ibi-
dem viſitare, ergo excluſi videntur Vicarij Epi
ſcoporum, Ponderando dictionem illam, tan-
tum, poſitam in dicto Concilio, cuius natura
eſt affirmare quod ponit, & excludere, & ne-
gare omne aliud. vt in l. 1. C. de patr. poteſt. Et
ſic nota, quòd Epiſcopus de iure communi vi-
ſitat, ſed Archidiaconus de conſuetudine.
vt not. Hoſtienſ. de offic. Archidiac. in ſum.
numero 4.

Sexta. Epiſcopo delegantī Vicario viſita-
11 tionem, vel alteri † propter impedimentum,
credendum eſt. ita communem dicunt Docto.
eſſe ſententiam in l. 1. ff. de offic. eius. & in cap.
ſi pro debilitate. de offic. delegat. Hinc gloſſa in
c. poſt ceſſionem. vbi etiā Canoniſtæ. de pro-
bat. dicit, ꝙ literis Epiſcoporum credendum
eſt tanquam publico inſtrumento, & maxime,
ſi ſunt ſigillo authentico munitæ, prout literæ
Vicariatus, in quibus delegantur viſitationes.
Crauet. conſi. 112. nume. 14. in fine. Franc. in
rubr. de collat. §. teneantur. in verb. aut eorum
vicariis.

12 Septima. Epiſcopus † tenetur de delicto
quod commiſit Vicarius in negocio viſitatio-
nis. l. 1. in prin. ff. de ex. ac. l. obſeruare. §. profi-
ciſci. ff. de offic. proc. Vnde ſi plus debito ex-
torquet a ſubditis, Epiſcopus tenetur, vt ha-
betur per Ioan. Andr. in cap. ſi Epiſcopus. de
offic. ord. in 6. Butr. Hoſtien. & Zabar. in cap. ad
hæc. de offic. Archid. Quod intellige in mate-
ria viſitationis, aliàs non teneretur, niſi Vica-
rius, vel alius delinqueret extra illam materiā
viſitationis. ita Felinus in cap ſi quando. nu. 2.
extra. de reſcrip. & in cap. Petrus. num. 11. cum
ſeq. de homic. vbi ponit alias declarationes, an
epiſcopus teneatur de delicto Vicarij ſui, vel
officialis.

13 Octaua. Epiſcopus, quando frequenter † vi-
ſitat in anno Eccleſiam, quia ſic oportet, po-
teſt accipere procurationem toties quoties vi
ſitabit. ita Arch. in c. Epiſcopum. 10. q. 1. modo
eccleſia cauſam præbuerit, & correctione in-
diguerit. c. viſitandi. 18. q. 2. imputent enim ſibi
eccleſiæ, quæ ſe tales reddunt, vt habeant plu-
ries viſitari. iux. not. per Io. And. in cap. manda-
mus. de offi. Archid. ſuper vlt. glo. Turrecr. in d.
c. Epiſcopum. nu. 7. An vero Epiſcopus iuri vi-
ſitandi poſſit renunciare, videbimus infra de
procuratione.

## *Quibus incumbat officium viſitandi.*

Circa ſecundum, ſciendum eſt, quòd multi
14 poſſunt viſitare. † Alij quidem de iure, alij de
conſuetudinē, & alij ex delegatione. De iure
viſitat Epiſcopus. 10. quæſt. 1. cap. Epiſcopum.
cum ſimil. Item Archiepiſcopus. cap. Romana.
de cenſi. in 6. Epiſcopi Cardinales. capitu. cum
Apoſtolus. extr. de cenſib. In quo quidem text.
Concilium præſcribit numerum equorum,
quos ſecum debent habere prælati viſitantes;
quia Epiſcopus cum 20. vel 30. equis. Item Ar-
chiepiſcopus cum 40. vel 50. equis, & Cardi-
nalis cum 25. Et ita nota ex illo tex. quòd Ar-
15 chiepiſcopi, † & Epiſcopi ſunt magis hono-
randi, quàm Cardinales. Et intellige de Car-
dinalibus non Epiſcopis: Nam maior nume-
rus equorum permittitur Archiepiſcopo, &
Epi-



Epiſcopo, quàm Cardinalib. & hinc eſt quòd
alibi diſputatur. Nunquid Epiſcopus ſit maior
Cardinali, vide bonam gloſſam in c. quam-
quam. 2. quæſt 7. & ibi per Turrecre. vbi con-
16 cludit quòd Cardinales † multiplici prærroga
tiua maioritatis præcedunt vniuerſos alios ec-
cleſiæ prælatos poſt Romanum Pontificem.
Vnde dicuntur pars corporis Papæ. Tum ma-
ioritate curæ, & adminiſtrationis. Cum ſint
aſſiſtentes papæ, conſulendo in rebus tangen-
tibus totam Rempublicam Chriſtianam, vt
patet in c. venerabilem. & cap. fundamenta. de
elect. lib. 6. & apertè colligitur ex c. bonæ. ex-
tra de poſtul. prælat. vnde ideo Cardinales no-
minantur, quia ſicut cardine oſtium regitur,
ita iſtorum conſilio, prudentia, & diligentia
totus orbis Chriſtianus regitur, & guberna-
tur. Tum etiam maioritate tribunalis, quia Se
natus, ſiue Collegium dominorum Cardina-
lium vna cum Romano Pontifice ſunt maius
tribunal in Eccleſia. vt colligitur ex c. per ve-
nerabilem. qui filij ſint legit. & in cap. patet. 9.
q. 3. Tum etiam autoritate reſpectu cauſarum,
quibus præſunt: nam maioribus cauſis præſunt:
maiores enim cauſæ eccleſiæ ad Papam cum
Cardinalibus referuntur. cap. maiores. de ba-
ptiſ. cap. quod tranſlationem. de offi. legati. Vi-
ſitare etiam poſſunt omnes Legati Apoſtoli-
ci, quamuis non ſint de latere, ſed miſſi, aut etiā
nati. cap. cum inſtantia. cap. procurationes. de
cenſi. Item Nuncij Apoſtolici, quibus a Sede
Apoſtolica viſitationis officium committitur,
d. c. cum inſtantia. & cap. procurationes. Nam
plerumque Sedes Apoſtolica maximis curis,
& ſollicitudinibus exagitatur, ſecundum cau-
ſarum, perſonarum, & locorum qualitatem, ac
grauiſſimorum negotiorum varietatem, ea
propter præter hos, quos Sedes Apoſtolica
perpetuos ordinarios prælatos deputauit; ple-
rumque etiam per Legatos a latere, aliquando
& per legatos miſſos, nonnunquam per Nun-
cios ſuos viſitationes adimplet. Item viſitant
Patriarchæ, & primates. ita probat tex. in cap.
2. & cap. felicis. de cenſib. in 6. Viſitatio etiam
17 Monachorum † ad Abbates ſpectat. cap. in ſin
gulis. cap. fin de ſta. monach. habetur in Extr.
Benedicti, Vas electionis. de cenſi. Sed de con-
ſuetudine præſcripta, viſitat Archidiaconus,
cum 3. vel 5. equis. cap. mandamus de offic. Ar-
chid. Item Archipresbyter cum duobus equis.
cap. 1. 2. & 3. de offic. Archipresby. Item ex de-
legatione, Legatus a Summo Pontifice. cap.
cum inſtantia. de cenſib. vel ſi eſt deputatus ab
Archiepiſcopo, vel Epiſcopo aliquo iuſto im-
pedimento exiſtente. d. capitu. Epiſcopum. &
cap. decernimus. 10. quæſtio. 3. & habetur per
Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 3. de reform. Et tandem
concludendum eſt, quòd quicunque Prælatus
iuriſdictionem habens ordinariam, poteſt vi-
ſitationis officium exercere. vt eſt tex. in cap. 1.
§. hanc autem. de cenſi. lib. 6. vbi gloſſ. etiam
exemplificat in Plebanis, quod intellige modo
iuriſdictionem habeant in ſubditos, quoniam
iuriſdictioni annexa eſt viſitatio. tex. in capitu.
cum venerabilis. de cenſib eſt bonus tex. in c.
in ſingulis. de ſtat. regul. Oldr. conſi. 204. Licet
quandoque contingat, vt quis in certos nullam
iuriſdictionem habeat, & tamen illos viſitare
poſſit, exemplum patet qñ Epiſcopus, de iure
ſpeciali viſitat monaſteria monialium exem-
pta. clem. attendentes. de ſta. mon. Franc. in c.
1. nume. 1. de maior. & obedien. libr. 6. tandem
vice ordinariorum multi alij poſſunt viſitare,
vt habetur per gloſſ. in verb. per alios. in dict.
Extr. Sed modo deueniamus ad deciſionem,
quæ hæc ſit.

Licet dubium ſit. ſecundum Io. And. in c. 1.
de maior. & obed. in 6. an Capitulum ſede va-
18 cante † poſſit viſitare, & procurationem ac-
cipere, tu tamen conclude, quòd Capitulum
ſuccedit in poteſtate viſitandi. ita glo. ordina-
ria in Clem. 1. verſ. Capituli. de hæret. Archid.
in cap. ſi Epiſcopus. de ſuppl. negl. prælat. in 6. &
ratio eſt: quia in iuriſdictionalibus capitulum
ſuccedit Epiſcopo ſede vacante. c. cum olim.
cum ſimilibus. de maior. & obed. Sed Epiſco-
pus habet hanc iuriſdictionē, ergo, &c. Secun-
do, quia aliàs ſequeretur abſurdum, ſcilicet, q a
tempore vacationis remanerent omnia incor-
recta. Quod tamen dictum limita tribus mo-
dis, & Primo, vt non procedat in generali viſi-
tatione Ciuitatis, & diœceſis, nam illam face-
re non poteſt Capitulum, ſed ſpecialem tan-
tum contra certas perſonas, vel eccleſias, vi-
detur ſequi in d. c. vni. de maior. & obed. in 6.
Paul. & Petr. de Anch. & Imola in Clem. 1. in
glo. capituli. de hære. Secundo niſi eſſent mo-
naſteria monialium exempta, quia non pote-
rit Capitulum, licet ipſe Epiſcopus ipſa viſitare
poterit. d. clem. attendentes. Et ita tranſit Ge-
min. in d. cap. vni. & ibi Francus. nu. 5. & ratio
poteſt eſſe: quia id dicitur competere Epiſco-
po potius de iure ſpeciali, & ex priuilegio, &
in priuilegiis non ſuccedit capitulum. Franc. in
d. cap. vnic. num. 5. Tertio, vt Capitulum ſucce-
dat in iuriſdictione epiſcopali ſibi competen-
te iure ordinario, & non in delegato, vel iure
ſpeciali. Fel. in c. eam te. nu. 17. de reſcri. Docto.
in c. cum olim. extr. de maior. & obed. Dec. in
c. quoniam Abbas. nu. 15. de offi. deleg. & conſ.
128. 1. col.

19 Hinc infert † Fel. quod Capitulum vacante
ſede non ſuccedit in poteſtate literarum exe-
cutorialium, quæ dantur in perſona Epiſcopi,

ſi conferunt poteſtatem, quæ non occurrit cũ
poteſtate iuris communis.ita notabiliter dicit
Butr.in c.verum.de foro compet.per famoſum
dictum Inno.ibi,quòd Capitulum ſuccedit ſo
lum in competentibus Epiſcopo iure commu
ni,& non iure ſpeciali.Et eſt gloſſa in cap.ſcri
ptum in verbo ſpeciali.de elect.& ibi Abb.In-
20 fertur etiam ꝙ † vicarius datus a Capitulo ſe-
de vacante.iux.Conc.Trid.ſeſſ.24.c.16 de re-
form.(ſic enim hodie tenetur creare Vicariũ:
nam antea poterat per ipſum exercere iuriſdi-
ctionem,nec cogebatur creare Vicariũ. Abb.
in c.irrefragabili.nu.2.circa prin. de off. ordi.)
non poteſt inquam abſoluere à peccatis, cuius
abſolutionem Papa mandauit alternatiuè Epi
ſcopo,vel eius Vicario.ita gloſſa in verbo ca-
ſus.in cle.1.de hæret.& ratio eſt:quia Capitulũ
non poteſt iſtum abſoluere, ergo nec eius Vi-
carius,conſequentia probatur per l. nemo po-
teſt.ff.de reg.iur.c.quod autem. de iure patr nã
in mandato facto Epiſcopo capitulum non
ſuccedit in materia non competente ſibi de
iure communi.Et ſi diceres. licet capitulũ non
poſſit,tamen iſte poteſt, cum ſit Vicarius Epi-
ſcopi: nam reſpondeo : quòd non eſt Vicarius
Epiſcopi.vt dicit glo.in d.cle.1.& Feder.conſ.
30.Abb.in c.cum olim.1.no.de maio.& obed.
& eſt communis teſte Romano conſ.56.num.
13.in fin.Sed eſt Vicarius iuriſdictionis Epiſco
palis & ordinariæ,& ſic illius,quam aſſumpſit
a Capitulo non delegatæ quæ non eſt in capi-
tulo,& nec in eo.Ita etiam tenet Card. in cle-
men.2.num.15.de reſcr. Hinc etiam infertur,
quod cum tranſeat ad capitulum iuriſdictio
Epiſcopi ordinaria, vt ſucceſſor Epiſcopi. Et
ſucceſſor,& antceceſſor pro vna perſona repu-
tantur.cap.1.de ſolut.cap.dilecti.de foro com-
21 pet. poteſt Vicarius † datus a capitulo abſol-
uere a caſibus reſeruatis Epiſcopo.Abb.in cap.
his quæ.in fi.de maior.& obed.in fi. Feder.cõſ.
30. quod incipit, an capitulum. Vbi inquit,
quòd pœnitentiarius,& electus confeſſor a ca
pitulo ſede vacante, poteſt abſoluere pœni-
tentes in caſibus Epiſcopo reſeruatis, cum ca-
pitulum ſuccedat Epiſcopo ſede vacante.cap.
vni.de maior.& obe.lib.6. Fallit tamen in col-
legio Cardinalium Sede vacante,quia non po
teſt exercere ea, quæ ad Papam pertinerent,
niſi in caſibus, de quibus per Feder. d.conſ.30.
Si quis tamen velit ſcire caſus,in quibus Capi-
tulum ſuccedit ſede vacante, & in quibus non
ſuccedit.videat Io.And.& poſt eum Francũ in
c.1.nu.3.de maior.& obed.in 6.vbi Francus po
nit caſus xj.in quibus ſuccedit, & quatuor, vbi
non ſuccedit.
22 Deinde videndum eſt,quis cõmittat † pote-
ſtatem viſitandi, & dico, quòd poteſt dari vi-
ſitator à Papa, de quo Doctores intelligunt
tex.in cap.dilectus.el primo.de reſcri.Item po-
teſt dari a iure,de quo loquitur tex.in cap Epi
ſcopum. 10.q.1. & cap.in ſingulis.de ſtat.mo-
nach.Item poteſt quis viſitare per conſuetudi-
nem,vt Archidiaconus,& Archipręsbyter. Itẽ
ius ſpeciale, ſic Epiſcopns de iure ſpeciali, &
ex priuilegio viſitat monaſteria monialium.
clem.attendentes.de ſta.monach. Item poteſt
viſitator dari ab inferiore, quando legitimo
impedimento eſſet impeditus.d.c. Epiſcopum.
& habetur per Concil.Triden.ſeſſ.24.cap.3.de
reforma.
Poſtea conſiderandum eſt de quarto, ſcili-
cet de poteſtate viſitatorum. i. quam pote-
23 ſtatem † habeant viſitatores,an in eos transfe
ratur tantum cognitio, & facultas inquirendi,
vel ẽt puniendi,& deponendi ab officio,& di-
gnitate.Circa quem articulum dico ex mente
Doct.in c.dilectus.1.extr.de reſcr.ponẽdo plu-
res deciſiones.Quarum prima Viſitator datus
a Papa,poteſt non ſolum inquirere ſed etiam
priuare beneficio,ſi crimina talia ſint grauia,
& manifeſta,quæ hoc expoſcant:modo in for-
ma mandati ſit clauſula illa inquiras, & corri-
gas:cum verbum correctionis interdum diſpo
ſitionem contineat de verbo. ſign.c.quærenti.
Quæ aũt crimina digna ſint diſpoſitione,dicit
plenè Abb.in cap.ſi clerici. de iudic & in c.cũ
non ab homine,vbi declarat, quæ ſint crimina
grauia,& graues exceſſus.Quod intellige prę-
miſſa citatione,& legitimis exceptionibus di-
ſcuſſis per viſitatorem,vt colligitur.extr.de ſta.
mon.c. vlt.in prin.& in verbo, viſitatores ibi,
contumaces inuenerint. Feder. conſ.55. Quæ
quidem concluſio ampliatur primo, ſi viſita-
tor ſit datus a iure,nam tunc etiam poteſt quẽ
priuare, ſi in forma mandati ſint dicta verba.
Inquiras,& corrigas.arg. eius. quod glo. dixit
in c.in ſingulis §.ſtatuimus.de ſta.mon. Imola
in d. Clem. attendentes. Secundo ſi viſitator
fuerit datus ab inferiore, quam a Papa: modo
qui talem facultatem commiſerit, habeat po-
teſtatem amouendi à beneficio, & ſint verba
illa,inquiras,& corrigas:quia vno conceſſo,in-
telliguntur conceſſa omnia.& c.de offi. deleg.
c.1.c.præterea.& c.ſuſpitionis. & vno conceſ-
ſo intelliguntur cõceſſa omnia acceſſoria ad
illud.c.prudentiã.de off.deleg.limitatur modo,
24 vt † nõ procedat,qñ viſitator eſſet datus a Pa
pa, ſed in forma mãdata eſſent tm̃ illa verba,
inquiras, & regulã ſeruari facias, quia tunc in
hoc caſu non põt perpetuo amouere.ita Paul.
in d.Cle.attendentes. prout ibi refert Imol. in
6.col.verſ.iuxta prædicta.Rurſum,vt non pro-
cedat, qñ in forma mandati eſſet ſpecialiter
reſeruatum,vt viſitatores non poſſint priuare.
Item



Item fallit in viſitatoribus religioſorum, nam
non poſſunt deuenire ad priuationem.c.in ſin-
gulis.de ſta.mon.ſed de hoc infra.Rurſum fallit
25 in Vicario † generali ipſius Epiſcopi, q̃a licet
cauſarum cognitio in ipſum transferatur, non
tamen officium viſitandi, ſeu corrigendi.c.ſi.
de offi.Vica.in 6. Quare non poteſt inquirere,
vel pnnire crimina, vt ibi dicitur, & ſic nota,
quòd Vicarius non poteſt facere ea, quæ po-
teſt ipſe iudex,cuius vices gerit. Quod tamen
limita primo, niſi Vicarius generalis Epiſcopi
inquireret non vt puniat, ſed vt remittat ad
Epiſcopum talem criminoſum.c.ad hæc.de of-
fic.Archid. Item limita, niſi velit inquirere, vt
delinquentes ſe corrigant, & emendent quod
male fecerint.vt per Inno. in c. ad noſtram.de
iureiur. el 2. vel niſi velit inquirere in crimine
hæreſis.vt in c.prę ſidentes.& c.vt commiſſi.de
hæret.lib.6.
26 Secunda. Licet nullum ſit † diſcrimen inter
viſitatorem datum a Papa eccleſiæ cathedra-
li,& viſitatorem datum ab inferiore ipſi eccle
ſiæ,quando in mandati forma eſſet clauſula il-
la.Inquiras, & corrigas,vt ſupra probauimus,
tamen differẽtia eſt in alio:quia primus poteſt
conferre beneficia, ſecus ſi datus eſſet ab infe-
riore.c.fin.de ſuppl.neglig. prælat.in 6. Item in
27 forma viſitandi: † quia Legatus Apoſtolicæ
ſedis in viſitando non tenetur ſeruare ordinẽ.
de quo habetur in c Romana. extr. de cenſi.tũ
quia ipſe vices Papæ gerit. de offi. lega. c.1. Tũ
quia legatus in officio iuriſdictionis maior eſt
Epiſcopo,vt patet de offic. deleg. c. ſane,quia.
& c.paſtoralis.& de offic.leg. c. ſtuduiſti. ergo
non includitur ſub clauſula generali.arg.de re-
ſcrip c.ſedes Apoſtolica.extr.de ſent.excomm.
cap.quia periculoſum.Tum, quia eccleſia Ro-
mana non conſueuit contra ſe priuilegium
concedere.de cenſi.c.cum inſtantia. & ita con
cludit Hoſt.in ſum.de cenſi.§.& qualiter num.
27.Rurſum Epiſcopi,& alij viſitantes differunt
28 † a legatis,& nunciis Apoſtolicis in alio:quia
Legati, & nuncij Apoſtolici poſſunt exigere
expenſas,quia faciunt in eundo ad locum, vel
emendo equos loco equorum mortuorum,
vel vecturas equorum, & hoc vltra numerum
procurationum quæ impenduntur in victuali-
bus, quod ſecus eſt in Epiſcopis, & aliis, qui
non poſſunt illa exigere, ſed procurationem
dumtaxat.vt dicit Panorm.in cap.procuratio-
nes.extr.de cenſi.tum,quia propter hoc habet
bona dignitatis, vt quæ ad digninatis officium
ſpectant exerceat. Et quia procuratio hoc re-
ſpectu potius datur in ſignum ſubiectionis, &
propter hoſpitalitatem,quàm de neceſſitate iu
ris naturalis, cum ſuos redditus habeat. Et ſi
29 diceres, † quare Epiſcopo debetur procura-
tio,quando viſitat:cum propter hæc onera ha-
beat redditus Epiſcopatus. Reſp Arch. in cap.
1.de cẽſi.in 6.quòd habet in ſignum ſubiectio-
nis.& vt dicit Panorm. in d. cap. procuratio-
nes.num.5.vt facilius inducatur ad viſitationẽ.
Sicut videmus in Canonicis, quibus quotidie
dantur diſtributiones propter intereſſentiam
diuinoſum, licet teneantur ad diuina officia.
vt in c.1.& ibi not.de cler.non reſid.lib.6. Dif-
fert etiam Legatus ab Epiſcopo : quia Legaro
debetur procuratio non principaliter ratione
viſitationis,ſed quia ſubeunt onera aliorum.vt
in c.2.de off leg.in 6.facit tex. in c. cum inſtan-
tia.extr.de cenſib.Panor.in d.cap. procuratio-
nes.nume.5.
30 Tertia.Viſitator † ſi eſt Archiepiſcopus, li-
cet ſi fieri poſſet,& ſic viderit expedire, pote-
rit Epiſcopum interrogare de ſtatu ſuo ſimul
cum aliis,tamen decentius eſt, vt primo Epi-
ſcopum interroget ſeorſum, & ſeorſum cor-
rigat,ſi quid fuerit corrigendum, cum aliis ſit
in exemplum.de elect. cap. cùm in cunctis. de
voto. cap. magnæ Et bene poteſt caput cor-
rigi ſine membris, & correctio membrorum
differri.cap.cum I.& A.de ſent.& re iudic.Ar-
chid.in d.cap.1.& ibi Ioan Andr. num. 13. de
cenſ. in 6.
31 Quarta. Viſitator,† ſi Archiepiſcopus eſt,
ſuam volens viſitare prouinciam, debet prius
eccleſiæ ſuæ Capitulum. ac ciuitatem,& diœ-
ceſim propriam plene viſitare, ita vt nulla pa-
rochia remaneat non viſitata,dummodo com
modè viſitari poſſit, & viſitationis cauſa ſub-
ſit,& hæc ſunt redigenda ad boni viri arbitriũ.
ita tex.& gl.in verb.plene.de cẽſ.in 6.c.1. Hinc
dicit Arch.in d.ver.plenè.ꝙ ſi duæ, vel aliquæ
paucæ remanent,propter hoc nihil impedit vt
non ſit facta plena viſitatio.arg.7. q. 1. c. deni-
que. Vbi indignatus eſt Dominus omni ſemini
Iſrael,& tamen non tribui Iudæ,& Beniamin,
& ita verbum generale non ſe extendit vniuer
ſaliter ad omnia,ad idem cap.bonæ.el 2. extr.
de poſtul.Igitur Archiepiſcopi poteſtas ſe ex-
tendit prius ad ſuam diœceſim. Et non ſolum
ad eccleſias maiores,ſed etiam minores. id eſt
curam animarum non habentes. d. c.1. Quod
Archidiaconus in cap.Epiſcopum. 10.quæſt.1.
extendit etiam ad diœceſanum, nam debet
32 prius † diuinum inuocare auxilium. 23.diſtin.
cap.in nomine.de teſti c.in nomine. & miſſam
de Spiritu ſancto celebret, vel celebrare fa-
ciat,& hanc orationem faciat,vel aliam,ſi ma
gis adinueniat conuenientem. Omnipotens
ſempiterne Deus, cui licet omnia manifeſta,
& nihil penitus ſit occultum,& cui omnia cor
da,& hominum intentiones ſunt in aperto,ad
noſtrum tamen exemplum deſcendere, ac vi-

 dere

dere voluiſti vtrum clamorem, qui ad te per-
uenerat, opere compleuerint, præſta quæſu-
mus pro tua ineffabili clementia,& pietate mi
hi indigno famulo tuo iniũctæ mihi viſitatio-
nis debitam ac legitimã potentiam, illumina
intellectũ, labia aperies, linguã dirigas, atq; om
nes actus, & cunctas operationes inſtrue, &
confirma, vt hanc viſitationem, quam facere
intendo Spiritu ſancto cooperante, & interce
dente ſanctiſſima, & intemerata Virgine Ma-
ria, atq; omnibus ſanctis vniuerſorum tam cle
ricorum, quàm laicorum ſalutem, omniumque
eccleſiarum tuarum, ac religioſorum, piorum-
que locorum conſeruationem, augmentatio-
nem, & catholicæ fidei exaltationem, necnon
ad tuam cedat laudem, & gloriam ſempiter-
nam, per Dominum, &c. Qua peracta, magna
cum grauitate, veneratione, ac religione in-
tret Eccleſiam, & facta genuflexione, ac debi-
ta reuerentia, ac oratione de qua ſupra in ſin-
gulis eccleſiis repetita, oculos, ac mentẽ in pri-
mis dirigat ad locum, in quo præcelſum cor-
poris Chriſti ſacramentum conſeruatur, atque
reconditur, & inſpiciat, ſi locus ſit nitidus, pu-
rus, ornatus, & clauſus, nam clauibus Eucha-
riſtia, & ſacrũ chriſma clauſa cuſtodiri debent,
vt habetur de cuſto. Euch. Deinde locum reli-
quiarum conſpicere debet, & demũ baptiſmi,
in quo regeneramur, Altaria, & vaſa altaris, &
veſtimenta eccleſiæ an ſint mũda, & honeſta,
& in loco mundo teneantur. c. 2. de cuſto. Eu-
char. ſi corporalia munda, & nitida conſeruen
tur: nam nimis videtur abſurdum in ſacris ſor-
des negligere, quæ decederent etiam in priua-
torum veſtibus. d. c. 1. & 2. Debet etiam videre
an eccleſia ſit ordinata, vel cooperta. vt dici-
tur in c. decernimus. 10. q. 1. Item debet inqui-
rere ſecundum Io. And. in d. c. 1. § ſane. de vita,
& conuerſatione Rectoris, Quomodo eccle-
ſiam, & ipſius iura gubernet. nam vt dicit Ar-
chid. cum ibi poſſit delinqui, & eccleſiam non
reparari, ergo locus eſt viſitationi.
33 Quinta. Archiepiſcopus non † ſolum debet
eſſe intentus circa viſitationem clericorum,
qualiter baptiſmum, & alia ſacramenta mini-
ſtrent, & qualiter ſe habeant in eccleſia, & in
vita. 10. q. 1. c. placuit. & de cuſto. Euch. c. 2. Sed
etiam laicorum. d. c. 1. de cenſi. in 6. & d. c. pla-
cuit. Vbi habetur, quomodo debeat populum
viſitandum admonere, & docere à quibus de-
beat abſtinere. Quod intellige quo ad crimina
eccleſiaſtica, vt ſuper matrimoniis, & aliis, ad
eccleſiam pertinentibus, ſecus in aliis, quia
ſic videretur velle vſurpare iuriſdictionem iu-
dicis ſæcularis. de iudic. c. nouit. Hoc autem in-
tellige ſecundum Francum in d. cap. 1. Quarto
not. quando vellet inquirere ad finem pœnæ
imponendæ. d. cap. 1. §. notoria. ſecus ſi ad pœ-
nitentiam, quæ datur de crimine, quia tunc
poſſet. vt not. in c. nos. de purg. cano. Gemin. in
d. c. placuit.
34 Sexta. Cum Archiepiſcopus † populum ſuũ
viſitat, poterit ab eo, procurationem exigere,
quę debetur cauſa viſitationis. Hoc videtur ex-
preſſum. 10. q. 3. c. cauendum. Arch. in d. c. pla-
cuit. Vnde Hugo in d. c. cauendum. dicit, ꝙ po-
terit Epiſcopus vna die eſſe cũ clericis, & alia
cum laicis ſumptibus eorum: quia non eſt ma-
gnum ſi Epiſcopus metat carnalia, vbi ſpiritua
lia ſeminauit. 13. q. 1. §. in diœce. ver. quia ergo
Et hoc procedit de iure: nam de conſuetudine
laici non ſoluunt. Gem. in c. 1. de cenſi. in 6. Et
ita Epiſcopus in ciuitate manens, & viſitans
poteſt exigere procurationes. c. venerabili. ext.
de cenſi. & eſt ratio: quia viſitationi annexa eſt
procuratio. extr. de ſimo. cap. cum ſit Romana.
Licet ſit de conſilio, ꝙ Epiſcopus cui proprij
ſumptus non deſunt, non accipiat. & ita Arch.
intelligit tex. in d. cap. cauendum. At quando
ſit de præcepto, videbimus infra de procu-
ratione.
35 Septima. Licet † regulariter ordinarius, vt
prælatus pro officio impertiendo nihil debeat
percipere. c. vendentes. 1. q. 1. c. cum ab omni.
de vita & honeſt. cler. vbi Panor. nu. 13. Tamẽ
certi ſunt caſus in iure excepti, in quibus etiam
ordinarius licitè petit ſumptus. Quorum pri-
mus eſt, ſi Epiſcopus, ſiue prælatus vadit ad
conſecrandam eccleſiam. vt extr. de ſim. c. cũ
ſit Romana: Quod procedit etiam data vici-
nitate locorum. Vnde quantumcunq; eccleſia
conſecranda ſit vicina Epiſcopatui, nihilomi-
nus poteſt a conſecrante exigi procuratio, tũ
quia d. c. cum ſit, loquitur generaliter. Tũ quia
idem eſt in procuratione debita ratione viſi-
tationis, quia debetur etiam ab eccleſiis, quæ
ſunt in propria ciuitate, vt ſupra diximus. Vnde
non datur hæc procuratio pro labore, ſed prę-
ſtatur in ſignum cuiuſdam ſuperioritatis, & vt
facilius prælati inducantur ad viſitandum, &
36 conſecrandum. Quare autem in † conſecra-
tione & viſitatione exigi poteſt procuratio, &
non ſic à baptizandis. glo. 10. q. 3. c. relatum. di-
cit hoc fieri, ne propter auaritiam, ſeu pauper-
tatem homines ſubtraherentur à ſacramento
baptiſmatis. Ita Panor. in d. c. cum ab omni.
Octaua. Archiepiſcopus quando viſitat
37 † ſuam diœceſim, debet, ſi poteſt, perſonaliter
accedere ad locum cuiuſcunque eccleſiæ. d. c. 1.
de cenſi. in 6. & de offi. ord. cap. conquerente.
ibi. Ita quod cum. Quod ſi commode, vel
abſque difficultate accedere ad vnamquamq;
non poterit, vt forte propter niues, vel gla-
cies, aut inundationes aquarum, vel aliud
ſimile,



ſimile, per quod iter, vel via redditur difficilis.
ad hoc c. 3. de eccle. ædific. tunc poteſt viſita-
tionem facere in alio loco congruo, qui ſit ho-
neſtus, omnibus communis, prout eſt poſſibi-
lis, & qui poſſit omnes recipere quoad neceſ-
ſaria, prout erit poſſibile. c. accepimus. de fide
inſtr. c. cum perſonæ. de priuil. & ratio eſt, quia
illud ſolum poſſumus, quod commode poſſu-
mus. l. nepos Proculo. ff. de verbo. ſignif. Et ex
his collige. ſecundum Io. And. & Franc. in d. c.
1. quod locus viſitationis non eſt de ſubſtan-
tia, ſicut nec locus electionis. de quo in c. bo-
næ. el 1. de elect.
Nona. Cum viſitatio debeat perſonaliter
fieri. d. c. 1. ibi accedere ad vnamquamque.
38 Hinc fit quòd ſi Archiepiſcopus vult † vocare
ſuum capitulum ad ſe, & viſitare in ſua came-
ra, vel aula, vel alias eccleſias ciuitatis, non po-
teſt. d. c. conquerente. Io. And. in d. cap. 1. ibi in
gloſſa, patet in fi.
39 Pariter ſequitur, quòd ſi viſitator † extra mo
naſterium, exiſtẽs pro fratribus ſigillatim mit-
teret, vt vadant ad locum habitationis ſuæ, vt
ibi deponant vota ſua, vt vnus denunciet alte-
rum de crimine, quod talis citatio non valet.
Si in litteris Apoſtolicis dicatur monaſterium
perſonaliter accedentes. & quòd citati parere
non debent. ad hoc. de conſt. c. 1. in 6. cum in-
diſcreta citatio non debeat arctare citatum, vt
extra de elect. c. bonæ memoriæ. §. ſermonem.
cum etiam omnia iura clament. c. ſi cupis. 16.
q. 1. religioſum non debere extra clauſtrum
exire, ſed in illo morari. Facit etiam quia for-
ma mandati ipſius viſitationis eſt diligenter
obſeruanda. de reſcrip. c. cum dilecta. ff. mand.
l. diligenter. Pariter ſi monaſterium monialiũ
40 ſubſit alteri monaſterio † monialium, cum
illa maior prælata clauſuram exire non de-
beat. cap. vnic. de ſta. monach. lib. 6. & ſic cum
non poſſit per ſe viſitare tanquam iuſte impe-
dita, poterit viſitare per alium. arg. 10. quæſt. 1.
cap. Epiſcopum. de offi. ordi. c. inter. per Conc.
Trid. cap. 3. ſeſſ. 24. Non tamen poterit viſitari
per ordinarium. glo. in clem. attendentes. de
ſta. monach. vbi etiam Imola. Intelligendo ſa-
ne de monaſteriis exemptis ab ordinario, &
alteri ſubiectis. An quando viſitatio debet fie-
ri perſonaliter, tunc ſi fit per alium, viſitator
non habebit expenſas. arg. 10. quæſt. 3. cap. re-
latum. de cenſi. cap. cum venerabilis. verſ. de-
cernimus. Archid. in c. ſi Epiſcopus. de offic. or-
dinar. in ſexto.
Decima. Debet etiam Archiepiſcopus non
41 ſolum † clericos, ſed etiam laicos viſitare, ſed
ſeparatim: quia ſeparata eſt vita talium. diſt. 4.
cap. ſtatuimus. & c. denique. 1. & a clericis in-
quirere qualiter ſacramenta miniſtrent, &
qualiter ſe habeant in eccleſia. iux. tex. in c. 2.
de cuſt. Euchar. & in vita. Deinde populo præ-
dicare verbum Dei, illum cohortationibus, &
admonitionibus ad religionem, pacem, inno-
centiamque accendere, & ꝙ reſurrectionem
ſpectet, & diem iudicij timeat, vitia mortalia
fugiat, ſeſeque in bonis operibus exerceat. ita
Io. And. in cap. 1. de cenſi. num. 2. & Conc. Tri-
den. cap. 3. ſeſſ. 24.
42 Vndecima. Viſitata † ſua diœceſi Archiepi-
ſcopus poteſt de iure etiam Epiſcopi negli-
gentia non expectata viſitare ſuam prouinciã.
cap. ſi de cenſi. in 6. ſed ſecundum Conc. Trid.
cap. 3. ſeſſ. 24. de reform. non poteſt viſitare ca-
thedrales eccleſias, neque diœceſes ſuorum
comprouincialium, niſi cauſa cognita, & pro-
bata in concilio prouinciali. Accedentes ve-
ro cauſa viſitandi debẽt honorificè recipi ſe-
cundum ſuum gradum. vt cap. Epiſcopi, vel pre
sbyteri. 7. quæſt. 2. & clerici aſſociantes Archie
piſcopum, vel Epiſcopum debent eſſe honeſti
in habitu. iux. not. per Hoſt. in cap. vt circa. de
offic. ordin.
43 Duodecima. Epiſcopus ille cuius † cathe-
dralis eccleſia eſt proximior viſitare debet ec-
cleſias illas ſæculares, quæ in nullius diœceſi
eſſe dicuntur. Alioquin viſitentur ab eo, qui
ſemel in concilio prouinciali à prælato loci
illius electus fuerit tanquam ſedis Apoſtolicæ
delegato, non obſtantibus priuilegiis, & con-
ſuetudinibus quibuſcunque, etiam immemo-
rabilibus. ita habetur in conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 9.
Cætera de monaſteriis, an, & quando viſiten-
tur per Epiſcopos. vide concil. Triden. ſeſſ. 25.
cap. 11. Et an commendata. ſeſſ. 21. c. 8. Et ſedi
Apoſtolicę ſubiecta quomodo viſitentur. vide
ſeſſ. 25. cap. 20.
Decimatertia. Archiepiſcopus, ſiue Epiſco-
44 pus † an poſſit viſitare hoſpitalia. Abbas in c.
ſopitæ, extr. de cenſi. nu. 5. dicit, ꝙ quando cer-
tum eſt eſſe religioſa, vt puta autoritate Epi-
ſcopi fundata. c. 1. in verb. pia loca de cenſ. in 6.
vel habent ſigna religionis vt quia habent cã-
panile cum campana, & ibi publice celebran-
tur diuina quotidie, quia præſumptio eſt, quòd
ſint religioſa. vt no. Arch. de conſecr. diſt. 1. c.
nemo. Abb. in cap. parentibus. de priuil. Feder.
conſi. 106. Franc. in d. c. 1. §. deinde. nu. 2. conci.
Trid. ſeſſ. 22. c. 8. Si vero conſtat. ꝙ ſint hoſpi-
talia priuata, Panor. dicit quòd ſi viuit ille, qui
hoſpitale erexit, non poterit Epiſcopus eo in-
uito illud viſitare, quemadmodum domum
propriam alicuius priuati. vide Feder. conſil.
130. Sed ſi ille deceſſit, & voluit hoſpitale re-
manere in ſuo ſtatu, & tunc ſuperior poterit
illud viſitare. arg. opt. in auth. de eo. tit. §. ſi quis
ædificationem.

Decimaquarta.Epiſcopi etiam tanquam ſe-
45 dis Apoſtolicæ delegati † habent in caſibus à
iure conceſſis ius viſitandi collegia quæcun-
que, ac confraternitates locorum, etiam quas
ſcholas, ſiue quocunque alio nomine vocant,
non tamen quæ ſub regum immediata prote-
ctione ſunt, ſine eorum licentia. Item eleemo-
ſinas montis pietatis, ſiue pietatis, & pia loca
omnia quomodocunq; nũcupentur.c.1.§.dein-
de.de cenſ. in 6. etiam ſi prædictorum locorũ
cura ad laicos pertineat, atq; eadem pia loca
exemptionis priuilegio ſint munita, ac omnia,
quæ ad Dei cultum, & animarum ſalutem, ſeu
pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt. vt habe-
tur per Conc.Trid.ſeſſ.22.c.8.

Decimaquinta. Cum Epiſcopus iſta loca
46 pia † viſitare poſſit, & debeat, fit, ꝙ procura-
tiones recipere poſſit.d.c.1.de cẽſ.in 6.in verb.
pia loca: cum viſitationi ſit annexa procura-
tio, & viſitando debet videre, & inquirere, an
bona horum locorum deputata ad vſum miſe
rabilium perſonarum, conſumantur ad prædi-
ctum vſum, & fiat illud, propter quod conſtru-
cta ſunt, cum propter hoc fiant ibi eleemoſinę
a fidelibus. ita Feder.cõſ.111. quæſtio talis eſt.

47 Decimaſexta. Epiſcopus an poſſit † viſitare
oratoria. Ioan.de Anan.in c.autoritate extr.de
cenſi.& Henri.ſic concludunt, ꝙ ſi huiuſmodi
oratoria habent populum, & curam, & tunc
ſunt viſitanda, & per conſequens procuratio
annexa viſitationi recipienda.10.q.1. cap.pla-
cuit.& c. Epiſcopum. Rurſum ſi in tali orato-
rio celebratur publicè, & indifferenter omnes
admittuntur, & tunc talis celebratio bene con
cluderet eſſe ſubiectum Epiſcopo. ita Arch de
conſecr.diſt.1.c. nemo. Quod ſecus eſſet, ſi in
oratoriis celebraretur ſecretè, nã tunc non con
cluderet locum eſſe ſubiectum Epiſcopo, & p
conſequens non eſſet viſitandum. D.Ant. in d.
48 c.autoritate. Vnde dicit etiam Hoſt.ibi † quòd
talia oratoria, in quibus ſecretè celebrantur di
uina, non gaudent immunitate eccleſiarum:
quia non ſunt propriè Deo conſecrata: nã ho-
die poteſt eſſe oratorium, cras camera, hodie
hoſpitale, cras domus. Et non obſtat c.ſi.de im
mun.eccle. vbi eccleſia non conſecrata gaudet
priuilegio eccleſiarum: quia ibi loquitur de Ba
ſilica cõſecranda, & ratio eſt: quia non poteſt
redire ad humanos vſus, quare pote Epiſcopus
viſitare Baſilicam quæ eſt ei ſubiecta. c.omnes
baſilicæ. de conſecr. diſt.1.& nota, ꝙ non de-
bent in oratoriis celebrari diuina ſine autori-
tate Epiſcopi, nec debet Epiſcopus omnibus
diebus dare licentiam. c. ſi quis etiam.de con-
ſecr.diſt.1. Nam non debet dare in feſto Nati-
uitatis, Reſurrectionis, & in aliis, vt ibi. Pariter
ſi oratorium eſſet ordinatum vt eſſet ibi locus
ad orandum tantum, & quòd quilibet poſſet
ibi orare, qui vellet, & tunc non eſſet Epiſcopo
ſubiectum quo ad viſitationem, & procuratio
nem. Henr.in d.c.autoritate.nu.1.de his orato-
riis, vide Conc.Trid.ſeſſ.22.c.quanta.vbi dicit,
oratoria ab epiſcopis eſſe viſitanda, deputata
ad Miſſarum celebrationem.

Decimaſeptima. Hæc loca pia poſſunt tali-
49 ter fundari, † quòd Epiſcopus nullam habeat
iuriſdictionem in eis; dummodo non ſint prin
cipaliter fundata ad miſſam celebrandam, ſeu
ad alia eccleſiaſtica ſacramenta conferenda,
nec ſit ibi cõſtitutus vicarius perpetuus, ſeu do
mus aſſignata pro eo, licet ibi ſit altare, & miſ-
ſa ibi celebretur de licentia Epiſcopi: nam tũc
Epiſcopus quandiu viuit fundator, non poteſt
ſibi vendicare, quinimmo nec talis locus gau-
det immunitate eccleſiaſtica, cum non ſit ve-
re religioſus. ſecundum Hoſt. ita Guil. vt refert
Imol.in Cle.quia contingit. verſ. Vlterius quæ-
ritur.de relig.domi.

50 Decimaoctaua. † Hoſpitalia non poſſunt
erigi, ſeu fieri ſine autoritate Epiſcopi diœce-
ſani, ſi fiant cum eccleſia, altari, vel cemiterio,
vel alio iure parochiali, vel ſi alias eſſe debeãt
perpetua, & religioſa, vt quia ſit ibi conſtitu-
tus Vicarius perpetuus, vel domus pro eo, ſe-
cus ſi non fierent cum tali iure, nec eſſent alias
religioſa. Nam etiam ſine autoritate diœceſa-
ni poſſet quilibet domum ſuam, vel eius partẽ
deputare ad hoſpitalitatem pauperum, quo ca
ſu, quando fiunt ſine autoritate Epiſcopi, nec
cum tali iure, Epiſcopus nullam iuriſdictionẽ
in talibus locis habet, & nec aliqua iura epiſco
palia: quod Guil.dicit procedere etiam ſi ibi
ſit altare, in quo miſſa celebretur de licentia
Epiſcopi.c.vnicuique.de conſecr. diſt. 1. & c.ſi
quis etiam. ita Imol.in d. clem. quia contingit.
ibi.§.cæterum.

Decimanona. Gubernatio locorum piorum
51 † committi debet viris prouidis, idoneis, &
boni teſtimonij, qui ſciant, velint, & valeant
loca ipſa, ac bona eorum vtiliter gerere, &
eorum prouentus, & redditus in vſum perſo-
narum miſerabilium fideliter diſpenſare, qui
ſingulis annis etiam non requiſiti de admini-
ſtratione ſua tenentur reddere rationem Epi-
ſcopis. Hoc habetur in clem.quia contingit.§.
vt autem.de relig. domib. cum gloſſa, niſi ſint
Hoſpitalia militarium, vt S.Ioannis Hieroſo-
lymitani, &c. nam tunc rectores dictorum lo-
corum ordinum militarium, vel religioſorum,
vt cruciferorum ſi non redderent rationem ſu
perioribus iſtorum locorum, & dicti ſuperio-
res eſſent negligentes ad cogendum rectores
dictorum locorum poſſent ſupplere locorum
ordinarij.de ſuppl.negl.prælat. c.2. Et hoc qui-
dem



dem viſitãdo. ita Lapus in d.cle. vt refert Imo.
52 ibi, ſed quærit: An vero rector; † q ſemel red-
didit rationem, teneatur amplius ſuper eiſdem
reddere rationem? Arch.poſt Ioan. Mon. in c.
vni.de cler.ægrot.in 6. tenet quòd non, quod
eſt verum, quando plenam rationem reddidit,
prout debuit. vt ibi tenet Ioan.And. ſecundum
Lapum.

53 Vigeſima. Pariter viſitator † ſi plenè viſita-
uerit diœceſim, videtur ex ſupradictis, quòd
non poterit amplius illam in anno viſitare, niſi
ex cauſa, quia tunc poterit pluries viſitari, &
quoties opus fuerit, aliàs ſufficit annua viſita-
tio.cap.Epiſcopum.& ibi Turrecre. 10. q. 1. qa
ſemel viſitando functus eſt officio ſuo. de offi.
deleg.c.in literis. Nam licet dubium ſit, an vi-
ſitator ſit iudex ordinarius, vel delegatus, ta-
men verior videtur opinio, ꝙ ſit iudex delega
tus. per c.in ſingulis.de ſtat.mon.& ibi Ana. Nã
inquiſitores hæreticæ prauitatis, qui firmiorẽ,
& ampliorem iuriſdictionem habere videtur,
& cenſentur, quam viſitatores, cenſentur dele-
gati. facit quod not.de accuſ.c.qualiter.in fine.
per glo. ita Feder.de Senis conſi.145.num.5. Si
vero ſit ſucceſſor, tunc poteſt veſtigia prioris
viſitatoris diligenter perquirere, & ſi ſuperior
eſt, corrigere, ſi inferior, ſuperiori denunciare.
c.fin.§.ſeq.de ſtat.mona. Hoſt. in ſum.de offic.
Arch. col.pen.

54 Vigeſimaprima. Viſitator † non debet fran-
gere portas eccleſiarum, ſi ſibi denegetur adi-
tus ad faciendam viſitationem. ita Inno. in c.
1.de immun.eccle. quia bona eccleſiarum ſunt
ſancta ſanctorum, & Domino conſecrata. 16.
q.1.c.ſimiliter.& 17 q.4.c.conſtituit. 10 q. 1. c.
vouerunt. Et ſic qui violentiam facit, ſacrile-
gium committit 12.q.2.c.nulli liceat. & c.qui-
cunque. ſed poteſt vti gladio ſpirituali, ideſt,
excommunicatione, vel interdicto. facit tex.in
c.dilecto.de ſent. excommu. in 6. & ita defen-
dere ſuam poſſeſſionem, hoc eſt viſitationem.
ita no.per Innoc.& Hoſt.in cap. venerabili. de
cenſ. Imola in clem.ad noſtrum. col. 2. ibi glo.
franguntur.

55 Vigeſimaſecunda. Si viſitator † venit cum
maiori numero. glo. in c. cum Apoſtolus. de
cenſ.in verb.contenti. dicit, ꝙ poteſt viſitatus
numerum ſuperfluum non admittere. arg.tex.
in l. 1. §. Trebatius. ff. de aqua quotid. & æſt.
Quod ſi forte ſuperfluus numerus à permiſſo
ſeparari non poteſt, vt quia prælatus viſitans
non permittit, quòd pars aliqua admittatur,
alia parte reiecta, & tunc Zab. & Doct. in d.c.
cum Apoſtolus dicunt, quòd poterit viſitator
ex tali cauſa in totum prohiberi. per l.1.§.idem
quærit.ff.de aqu.quot. & æſti. in hoc tamen ca-
ſu conſulit Mar. Soç. ſubdito, quòd accerſitis
ad ſe teſtibus, & rogato notario, ſi facultas
adeſſet, offerret ſe paratiſſimum, & promptiſ-
ſimum viſitatorem cum debito numero rece-
pturum, & proteſtaretur, ꝙ per ipſum nõ ſtat,
quo minus illum cum debito numero admit-
tat. Si tamen viſitator excommunicat ſubditũ,
& in ſententia excommunicationis exprimi-
tur cauſa iniuſta, quia nolebat eum procura-
re, vel cauſa eſt notoria, & tunc licet non ſit
expreſſa. Panor.in d.c.cum Apoſtolus. nu.4.te-
net quod ſubditus non eſt excommunicatus, ſi
vero cauſa non expreſſa non eſſet notoria, &
tunc erit excõicatus.11.q.1.cap.1. & 2. Si vero
iniuſtè denegetur viſitatio, excõmunicari po-
teſt denegans. cap. cum inſtantia. in fi. cap.nu-
per.de cenſ.

Vigeſimatertia. Si in viſitando concurrat
56 † Archiepiſcopus, & Epiſcopus, ambo ſunt ad-
mittendi. Et ſi eccleſia non ſufficeret vtrique,
præfertur primo veniens. Et ſi hoc non appa-
ret, præfertur Archiepiſcopus. Et ſi in viſitan-
do concurrat Epiſcopus cum prælato ſibi ſub-
dito, præfertur Epiſcopus, niſi obſtet conſuetu
do. Ioan.Andr.& Franc.in cap. 1. §. deinde. de
cenſi. in 6.

57 Vigeſimaquarta. Si Epiſcopus † viſitator qui
inquirere tenetur, non vult inquirere, licet ſe-
cundum aliquos propter eius negligentiam
deuoluatur inquiſitio ad Archiepiſcopũ. arg.
9.quæſt.3. c. cum ſimus.& cap.ſeq. tamen cum
hoc non ſit iure canonico expreſſum. arg. ad
hoc. 10. quæſtio.3. cap. quia cognouimus. 18.
quæſt. 2. cap. hoc tantum. ideo verior eſt ſen-
tentia ſecundum Archid.num 4. & Ioan.And.
in cap.1 de cenſ.in 6.num. 7. quòd poteſt Ar-
chiepiſcopus compellere ipſum Epiſcopum
negligentem vt procedat, & puniat, quod
quidem Archiepiſcopus ratione prædictæ ne-
gligentiæ facere poteſt, cum paſtor eius ſit, vt
34 diſtin.cap.quorundam.22.diſtin.cap. de his.
in fin. Et hoc ſuſpendendo, vel excommuni-
cando. ita Inno.& Hoſt.in cap. ex tuæ. de cler.
non reſid. Qualiter autem probetur negligen-
tia ordinarij. vide Franc. in d.cap. 1.§.ſane.nu.
3. vbi dicit, quando factum eſt notorium, cui
debet prouideri ex diſpoſitione iuris, & non
prouidetur.

Vigeſimaquinta. Licet Archiepiſcopus, vel
58 alius iure ordinario † viſitans non debeat
quenquam cogere vt dicat quæ ſunt corrigen-
da circa hoc, quæ ad ipſius officium ſpectant,
ſed ſimpliciter debet quærere, & volentes re-
ſpondere, audire, tamen bene poteſt cogere
per excommunicationem clericos cum viſi-
tat, ſi nollet dicere veritatem ſuper his, in qui-
bus eos corrigere, & emendare debet, puta ſi
ſunt negligentes in his, quæ facere debent. &

nec à principio debet exigere iuramẽtum, per
quod aliquid promouere obligetur, licet po-
ſtea poterit exigere iuramentum. ita Archi-
diac. in dicto cap. 1. nume. 4. & nos ſupra dixi-
mus. num 6.

Vigeſimaſexta. Archiepiſcopus. iux. tex. in c.
fi. de cenſi. in ſexto, dum viſitat poteſt confeſ-
59 ſionem † ſubditorum ſuffraganeorum audire,
& abſoluere, & ipſis pœnitentias iniungere
ſalutares, non nimium auſteras. 26. q. 7. c. alle-
gant vel vt dicit alia gl. in Clem. dudum. ver-
bo, audire. de ſepult. prius imponere pœniten-
tiam, deinde abſoluere. Pariter viſitatores re-
gularium in actu viſitationis tantum poſſunt
abſoluere religioſos a caſibus reſeruatis. argu.
tex. in d. c. fi. Quod in monachis nigris manife-
ſtum eſt. vt habetur in regu. De poteſtate præ-
ſid. & viſit. nume. 13. cap. 1. vbi etiam extendit
ad viſitatorem, qui eſſet actu, & non officio.
An vero talis facultas abſoluendi poſſit dele-
gari, dicerem, quòd ſic, quando caſus occur-
rerit, non autem generaliter, vt diximus à
ſimili, in noſtris deciſio. part. 1. lib. 1. capit. 13.
nume. 16. An autem poſſet Archiepiſcopus ta-
les ſubditos ordinare, ſeu dare litteras com-
mendatitias ad ordines, dic quòd nõn. vt in
cap. cum nullis, & ibi not. de tempor. ordin. in
ſexto, & an poſſit cum talibus diſpenſare. not.
per Innocen. in capitu. ad extirpandas. de fil.
presbyt.

60 Subſequenter videndum eſt † de forma vi-
ſitandi per Archiepiſcopum, quæ qualis ſit, ha-
betur per bonum text. in capitu. 1. de cenſi. in
ſexto. Et in cap. placuit. 10. quæſtio. 3. ponitur
forma, quæ obſeruanda eſt per Epiſcopum.
Et in capitu. penulti. & vlti. traditur modus vi-
ſitationis faciendæ per religioſos, de quo ha-
betur per Hoſt. in ſumma. de ſtatu monacho.
verb. Et de viſitatione. numero 8 Igitur quan-
do ordinarius ſuam diœceſim vult viſitare,
debet in viſitatione prius diſcutere clericos,
qualiter baptiſma, & alia ſacramenta mini-
ſtrent. Qualiter ſe habeant in Eccleſia, an
Euchariſtia ſub fideli cuſtodia clauibus adhi-
bitis conſeruetur, qualiter reliquiæ conſer-
uentur, An vaſa miniſterij, & veſtimenta
miniſtrorum, ac Palla altaris, nec non ipſa
corporalia munda conſeruentur, & oratoria.
iuxta text. in capitu. primo, & ſecundo. de cu-
ſtod. Euchar. Item de ordine miſſarum, & de
officiis in eccleſia celebrandis. Item qualiter
ſe habeãt in vita, & ſi oĩa recte inueniat Deo
gratias agat. Sin autem ſecus, inſtruat eos, &
61 puniat puniendos, Deinde † mane conuoca-
ta plebe doceat eos errores fugere, ſpecifican-
do crimina mortifera, & quod ſibi nolunt,
aliis ne faciant, & vt reſurrectionem, & diem
iudicii, & alios articulos credant, & in bonis
operibus ſe exerceant, & ſic Epiſcopus de ec-
cleſia illa ad aliam proficiſcatur. 10. quæſtio.
prima. capitu. placuit. Si videat aliquos amo-
uendos, ipſos amoueat. cap. dilectus filius Ab-
bas. de reſcript. Ita quòd ſi à contumacia in-
cipiat, ſeruet illum ordinem, de quo dicitur.
Coerce monendo. Corrige ſuſpendendo, &
excommunica degradando. 23. quæſtio. 4. cap.
forte. in fine. 24. diſtinct. cap. quorundam. Si
vero à crimine incipiat, quod degradationẽ
requirit, tunc incipit a degradatione, & finitur
in excommunicatione, & demum poteſtati
traditur ſæculati. c. cũ non ab homine. de iudic.
ſicut legitur in capitu. nouimus. de verborum
62 ſignifica. Quando autem prælatus † religio-
ſos viſitat, non debet ſecum intromittere ſæ-
culares, niſi forte duos, vel tres de Canoni-
cis propriis, & illos in decenti habitu, quos
tamen voluerit, aliis religioſis adiunctis. cap.
vt iuſta. de offic. ordin. nam viſitatio ſine con-
ſiliis eorum fieri non debet. de accuſa. capitu.
qualiter, ſecundo. 15. quæſtio. 7. cap. Epiſcopus
nullius. cap. ſi quid vero. diſtin. 86. Canonici
autem ſine Epiſcopo corrigere poſſunt, ſi de
conſuetudine ſit. capitu. irrefragabili. de offic.
ordin. Ratio diuerſitatis eſt: quia cum Cano-
nici plures ſint, poſſunt inter ſe deliberare,
& conſilium habere: Epiſcopus vero, quia ſo-
lus eſt, habet neceſſe conſilium aliorum re-
quirere, quia vę ſoli. & cap. monachi. de ſta-
tu monachorum. Quando vero Canonici ſe
indignos reddunt, ſuccedunt religioſi. capitu.
nulla. de conceſſ. præben. Religioſi inquam
non tam habitu, quàm ſcientia, & honeſtate.
cap. in noſtra. §. nos vero. de ſepult. Hæc Ho-
ſtien. in ſumma. de offic. ordin. §. ſunt autem,
ſed modo ſequitur videre de alio. An viſitatio
poſſit tolli? Pro cuius intelligentia ſciendum,
63 quòd multa ſunt iura † Epiſcopalia, ad quæ
tenentur eccleſiæ diœceſis. Primo enim te-
nentur ad canonicam obedientiam, & per hãc
cognoſcunt Epiſcopum in iudicem. pro hoc
c. quanquàm. 23. diſt. & ad hanc tenentur non
ſolum clerici, ſed etiam laici quantumcunque
potentes in his quæ concernunt animam. c. oẽs
Principes. de maio. & obe. Secundo tenentur
ad ſubiectionem, & in hoc recognoſcunt eum
vt Dominum: facit cap. grauem. de exceſſ. præ-
lat. non tamen, vt dominum ſæcularem: quia
ſcriptum eſt. Non tanquam dominantes in cle-
ro. c. ſolitæ. de maio. & obe. Debent enim tra-
ctare clericos, vt filios, vide bonum tex. cũ glo.
in c eſto ſubiectus. diſt. 95. Tertio tenentur ad
reuerentiam, & per hanc recognoſcunt vt pa-
trem: nam parentibus & magiſtris debetur re-
uerentia. Quarto habet Epiſcopus in eccleſiis
corre-



correctionem, quia poteſt corrigere ſubdito-
rũ exceſſus. c. irrefragabili. & c. licet. de offic.
ord. Quinto habet reformationẽ. i. ius refor-
mandi mores. d. c. irrefragabili. Sexto habet
facultatem reſeruandi abſolutionẽ maiorum
criminum. iux. glo. in c. 2. de pęn. & remiſſ.
lib. 6. glo. in c. conquerente. de offi. ordinarij.
Septimo habet, vt omnia ſacramẽta, quæ ſũt
ordinis Epiſcopalis accipiantur ab eo. vt eſt
ordinum collatio, conſecratio virginum, &
eccleſiarũ vt in c. veniens, de præſcrip. Octa-
uo habet ſynodum. i. vt omnes clerici eccle-
ſiarum teneãtur ire ad ſynodum Epiſcopi. i.
congregationem clericorum, quã annuatim
facere debet. Nam Epiſcopus facit ſynodum,
& Archiepiſcopus conſilium prouinciale Epi-
ſcoporum. c. ſicut. de accuſ. vide Innoc. in c.
graue, de præben. Nono habet ſynodaticum.
i. cathedraticũ i. duos ſolidos aureos ſecundũ
loci conſuetudinẽ à qualibet eccleſia. De hoc
dixit Abb. in cap. venerabilis. de relig. dom.
Decimo habet quartam decimarum, ac mor-
tuariorum, vnde licet de iure cõmuni decimæ
non pertineant ad Epiſcopum, tamen quarta
decimarum debetur ipſi Epiſcopo ab eccleſijs
percipiẽtibus decimas. Vndecimo. habet viſi-
tationem annualẽ & per cõſequens procura-
tionem. c. Epm. 10. q. 1. Secundo ſciendum eſt
quòd omiſſo more antiquorum, vt non bene
doctrinati, qui dicebant poteſtatem Epiſcopi
reduci ad duo tantum, ſcilicet ad legem iuriſ-
dictionis, & diœceſanę, vt patet ex not. 10. q.
1. in ſumma. per Inno. de ſta. mona. c. 1. per
Hoſt. in ſum. de offic. ordin. verſ. ſunt autem.
dico, Epiſcopalem iuriſdictionem reduci to-
64 tam ad tres partes. † Nam quædam pertinet
ad dignitatẽ epiſcopalẽ, quędam ad ordinem,
quędã ad iuriſdictionem. ita Panor. in c. ac-
cedentibus. de exceſ. præla. & in c. quãto. nu.
2. de cõſt. Fel. in c. dilectus, de offic. ordi. Bu-
trius conſ. 19. nu. 1. Quæ autẽ ſint ordinis Epi-
ſcopalis, vel dignitatis, vel iuriſdictionis. late
enumerãtur per Iacobũ Sbrozziũ de Vica. Epi
ſc. lib. 2. q. 2. 3. & 4. vbi in q. 4. dicit, ꝙ viſitare,
corrigere, & reformare pertinent ad iuriſdi-
ctionem Epiſcopalẽ. ſed modo ad deciſiones
deueniamus. quarum prima.

65 Epiſcopus quantumcunque † generaliter ec
cleſias à ſe eximat, ſemper videtur quatuor
retinuiſſe. primum, ſcilicet correctionem. 16.
q. 2. cap. viſis. Secundum. viſitationem, Ter-
tium, procurationem, quę ratione viſitationis
debetur. cap. cum venerabilis. de cẽſi. & cap.
venerabili. Quartum, cathedraticum. c. pa-
ſtoralis. de dona. cum iſta cõtineantur ſub
Epiſcopali imperio, quod non poteſt Epiſco
pus à ſe abdicare ſeu abiicere. facit quod not. in
d. c. paſtoralis. ſic etiam dicimus in patrono,
qui quantuncunque ius patronatus remittat
generaliter tamen quędam iura retinet in liber
to, puta reuerentiam. arg. C. de bon. liber. c.
ſi. ita Hoſt. in ſum. de offi. ordi. verſ. ſunt autẽ
Imol. in Clem. 1. de cenſi. ſuper gl. legitima.
Hinc infertur ſecundum Ioan. And. in c. cum
66 venerabilis. de cenſi. quòd ſi † Epiſcopus cõ-
cedit aliquam eccleſiam pleno iure alicui Ab-
bati, quòd non poteſt abdicare omnem iuriſ-
dictionem, quam habet in illa, etiam ſi inter-
ueniret cõſenſus capituli. ita gloſſa concludit,
in c. viſis. 16. q. 2. ſcilicet quo ad quatuor, vi-
delicet, quo ad viſitationem, correctionẽ, pro-
curationem. d. c. cum venerabilis. & quo ad
cathedraticum: qui etiam addit alia quatuor,
hoc. eſt, quo ad reuerentiam, quo ad charita-
tiuum ſubſidium, quo ad inſtitutionem auto-
rizabilem, id eſt dare curam animarum. Item
quo ad adminiſtrationem ordinis Epiſcopalis
puta cõficere chriſma, ita ſequitur Panormit.
in dicto cap. cum venerabilis.

67 Secunda. Epiſcopus † nõ poteſt aliquo mo-
do abdicare à ſe iſta octo. quia non poteſt fa-
cere alium ordinarium in ſua diœceſi. glo. in c.
2. ne præla. vic ſu. ego non põt facere quin alte
ri competant iſta octo. Tum etiam, quia ius
Epiſcopale eſt ius publicum. & priuatorum
pactione tolli non põt. l. ius publicũ. ff. de pact.
c. ſi diligenti, de foro compe. Hinc cum viſi-
tare. & corrigere ſit ius publicum. dixit Ar-
chid. in c. relata. 10. q. 1. quòd. iuri viſitandi
etiam expreſſe renunciare non poſſet. fallit in
multis caſibus. in quibus oĩs iuriſdictio Epi-
68 ſcopi abdicari poteſt. Quorum primus, ſi Epi-
ſcopus conſentit. & interueniret confirmatio
Papæ. glo. in c. cõſtitutus, de relig. domi. Se-
cundus. ſi eſt iudicatum ſuper hoc, & non eſt
appellatum c. inter vos, de re iudi. Hoc eſt. la-
ta eſt ſententia ſuper plena exemptione. Ter-
tius caſus eſt, ratione pręſcriptionis, vnde po-
teſt quis contra Epiſcopum præſcribere iura
Epiſcopalia in eccleſia Epiſcopo ſubiecta, vt
in capit. auditis. & capit. cum olim, de pręſcri
ptio. Quartus, ſi Papa vellet eximere expreſ-
ſe. per c. exemptionem, de priu. lib. 6. Clẽ. 1. de
cẽſ. Quintus, ſi priuilegio Apoſtolico. d. Cle. 1.

69 Tertia. Epiſcopus licet hęc à ſe † abdicare
non poſſit, poteſt tamen cõcedere alicui, pu-
ta Abbati, & ille exercebit nomine Epiſcopi,
& viſitationem, & correctionem, & alia, &
tunc non eſt abdicatio: quia ſi Abbas erit ne-
gligens, poterit appellari ad Epiſcopũ, ita Io.
And. in d. c. cũ venerabilis, põt etiã Epiſcopus
iſta cõcedere per delegationẽ. D. Ant. in d. c.

70 Quarta. Ad euitãda dicta onera † ſufficit ſim
plex, & generalis exẽptio facta religioſis cum
eccleſijs

eccleſijs habitis,& habendis . cap. dilectus.de
offic.ordi.Sed quo ad euitandum onus procu-
rationis legatorum non prodeſt exemptio fa
cta ſimpliciter ab epiſcopali iuriſdictione,ſed
demum ſi ſit ſpecialiter facta ſuper non ſoluē-
dis procurationibus legatorum Sedis Apoſto
licæ , aliàs autem exempti tenerentur ad tale
onus,cum nec contra tales procurationes cur
rat præſcriptio . de præſcript. cap. accedentes.
Et ita debet intelligi text. in c. cum inſtantia.
extr.de cenſi.ita Imola in d. Clem. 1. in gloſſ.
exemptione.Ex quibus habetis, quòd religio-
ſi ſi non ſunt ſimpliciter , & vniuerſaliter exē-
pti, ſed tantum ad quoſdam caſus , & priuile-
gium exemptionis nihil de viſitatione expri-
meret,tunc non poſſunt effugere viſitationem
epiſcopalem,vel archiepiſcopalem:cum limi-
tata conceſſio limitatum pariat effectum.vt in
l.cancellauerat.ff.de his,quæ in fra.cred. capit.
licet.de deci. tum etiam quia ex ſeparatis non
fit illatio cap.quod ad tranſlationem. de offic.
ord.& priuilegia ſunt ſtrictiſſimè interpretan-
da.c.1.& 2.de fil.presby.in 6. At ſi vniuerſali-
ter , & ſimpliciter eſſent exempti, tunc viſita-
ri non poſſunt.argum.c. cum perſonæ. de pri-
uileg.in 6.Quod idem arbitror,ſi monaſteria,
vel eccleſiæ, vel aliqua loca eſſent exempta à
iuriſdictione prælati, cum viſitatio ſit annexa
iuriſdictioni.cap.1.§.hanc autem . de cenſi. in
6. Hæc tamen non procedunt quo ad viſita-
tionem legatorum Sedis Apoſtolicæ. An ve-
ro prælatus Religioſus excipiens ſe eſſe exem-
ptum poſſit excommunicari,ſi viſitationi non
reſiſtit. Dic, quòd non: quia vt prælatus poſ-
ſit excommunicare,aut interdicere,aut aliam
pœnam imponere, neceſſarium eſt vt præla-
tus viſitationi reſiſtat,non autem ſufficit,quòd
excipiat de exemptione, aut ſe exemptum al-
leget:cum per talem allegationem non videa-
tur ſpoliare Epiſcopum, cum excipiens, & al-
legans dicatur vti iure ſuo , quod facere po-
teſt.

Quinta. Non ſolum poſt conſtructionem,
& conſecrationem eccleſiæ non poteſt Epi-
ſcopus à ſe abdicare poteſtatem viſitandi, ſed
71 nec† tempore conſtructionis.Hinc Fede.con-
ſil.247.dixit, quòd non poteſt Epiſcopus tem-
pore conſtructionis cuiuſdam hoſpitalis ad
petitionem conſtructoris ipſum hoſpitale ge-
neraliter, vel ſpecialiter à iuriſdictione ſua vi-
delicet,quòd non poſſit viſitari ab eo, vel ſuc-
ceſſore eximere : & ratio multiplex ponitur
ibi per eum,quia hoc eſſet valde præiudiciale,
& oneroſum Epiſcopo , & epiſcopali menſæ,
quòd eccleſia eſſet in ſua diœceſi, & quòd nō
habeat ius epiſcopale in ea , & ſi hoc fieret in
vna eccleſia, poſſet etiam fieri in alia, & ſic
poſſet eneruare totam iuriſdictionem Epiſco
palem,quod eſt abſurdum,ergo.

72 Sexta. Per compoſitionem † viſitatio tolli
non poteſt:cum illa ſit iuris publici, quod pa-
cto priuatorum non læditur. de for. competē.
cap.ſi diligenti. & ideo nec per cōſequens pro
curatio,quæ illi annexa eſt.cap.cum ex officij,
de præſcrip.Quod intellige de compoſitione,
per quam tolleretur procuratio debita ratio-
ne viſitationis ſed compoſitio,quę fieret ſuper
modum procurandi, vel numerum procuran-
darum, bene teneret.capit.quicunque.16.quę-
ſtio.7. Clemen. 2. verb. compoſitiones. de
cenſi.

73 Septima.Conſuetudo,& † pactum Archie-
piſcopi non poteſt impedire viſitationem,ſed
neque reiterationem eius:Hoc ideo, quia ius,
quod eſt de viſitatione iteranda, eſt publicum
autoritate,& vtilitate cap. ſi diligenti. de for.
compet. ſed ſi eſſet publicum vtilitate, puta
quia modicam procurationem daret, hoc &
pacto,& conſuetudine induci poſſet. 10. quæ-
ſtio.vlt.cap.relatum.Sic,quòd procuratio non
detur,hoc non poteſt præſcribi.cap. ex officij.
cap.cum non liceat de præſcr.cap. ſopite. cap.
cum inſtantia. de cenſi. quia & hoc ius, quòd
procuratio detur,eſt publicum vtilitate , quia
ſi nulla daretur,negligeretur viſitatio, & con-
ſuetudo quæ mali occaſionem tribuit, non eſt
toleranda.12.diſtinct.cap.nos conſuetudinem
Archid.in c.relata.10.q.1.in cap.fin.de cenſi.in
74 6.Si enim non viſitaretur , anima † periclita-
retur,& ex quo de hoc agitur,ſcilicet de peri-
culo animæ,omnis conſuetudo ceſſat.cap.fin.
de elect. Omnis conſtitutio. capitu. quoniam
omne.de præſcript.& omnis appellatio.capit.
ad noſtram.de appellat.& c. conſuluit. & om-
ne iuramentum.c.quanto.de iureiur.41. quæſt.
4.c.inter cætera.& omne priuilegium l.1. in fi.
C.vbi ſenatores,vel cla.C.de epiſc.& cler.l.ra-
ptores.circa medium.

Subſequenter videndum eſt de alio, ſcilicet
de procuratione,quæ ( vt pluries diximus)an-
75 nexa eſt viſitationi. Vnde ſciendum eſt† quòd
procuratio nihil aliud eſt , niſi prandium , aut
conuiuium,quod fit viſitantibus. vt dicit Ar-
chid.in cap.1.de cenſib.in 6 col.3. & Turrecre.
10.quæſtio. 1. & Fel.Hæc autem multiplex eſt,
ſecundum glo.in cap.procurationes. de cenſi.
vna,quæ debetur ratione viſitationis. d.capit.
procurationes.& cap.cum venerabilis. & cap.
cum nuper Alia ratione conſuetudinis. 18.q.2.
cap.ſeruitium.Tertia ratione pacti , quod ap-
poſitum fuit in ipſa fundatione. de iure patro.
c.præterea.2.& cap.quando.c. Eleutherius. 18.
q.2.de cenſi.cap.quanto.vel ex antiquo vſu.de
cenſi.cap.peruenit.glo.in Clemen. 1. de cenſi-
bus in



bus in ſexto , verbo ſolita. Imola in Clemen.
ad noſtrum.eod.titu.& ibi.glo.ſpecialis.vbi di
cit, quòd procuratio interdum debetur de iu
re communi,vt Epiſcopis, & Archiepiſcopis,
interdum ex conſuetudine, vt Archidiaconis,
Archipresbyteris, ſi de conſuetudine,habent
viſitationem . Interdum ex priuilegio Sedis
Apoſtolicæ,interdum ex compoſitione,vel pa
cto.de cenſi.in 6.cap.Romana.& d.c. Eleuthe
rius. & interdum,quia res aliqua habens onus
annexum peruenit ad eccleſiam.in quam tran
ſiuit cum onere ſuo.16.q.1. cap. ſi quis laicus.
Interdum etiam procuratio dicitur quaſi de-
bita,vt quæ debetur cauſa charitatiuæ hoſpi-
talitatis.42.diſtinct.§.1.85.diſtinct.capitu.Flo-
rentinum.

76 Rurſum notandum eſt, † quòd procuratio
conſiſtit in victualibus. Horum nomine con-
tinentur eſus,potus,veſtis,& ſtramenta,& om
nia hominis neceſſaria ad viuendum.ff. de ver
borum ſignifie.l.victus.& hoſpitium.ff. de ali-
men.leg.l.legatus.Hæc autem procuratio,ſiue
conuiuium datur in ſignum ſubiectionis,& po
tius propter hoſpitalitatem, quàm de neceſſita
77 te iuris naturalis, † quia propterea Epiſcopus
habet bona Epiſcopatus,vt ex eis hæc, & alia
ad ſuum officium pertinentia faciat,ad hoc de
vita,& honeſtate cleric.c.cum ab omni. Hinc
fit, quod eccleſiæ pœnitus impotentes, quas
euidens paupertas adeo arctat,quòd nihil cō-
ferre poſſunt,non debent grauari.capitu. cum
Apoſtolus.de cenſi. verum ſi non eſſent peni-
tus impotentes, ſed aliquid conferre poſſent,
quamuis ad totam procurationem Epiſcopo
faciendam non ſufficientes, & tunc Epiſcopus
debet recipere procurationem quantum pen
ſatis facultatibus earundem moderatè poſ-
ſent exhibere.& ita intelligitur tex. in c. con-
querente.de offic.ordin.facit tex.in l.is, qui.de
ceſſ.bon.vbi patet, quod debitor in quantum
poteſt ſoluere debet,non in totum.nam debet
haberi ratio ne egeant Rectores Eccleſiarum
earumque miniſtri, nam non ſunt fraudandi
alimentis quotidianis.l.qui bonis. ff.de ceſſ.bo
norum.Ita Archid.in cap. 1. in verb. De pluri-
bus. de cenſib.in 6. Sed modo deueniamus ad
deciſiones. Quarum prima. Epiſcopus non
78 debet viſitare diœceſim † ſumptibus ſuis, &
ſic ex propriis redditibus viuere,dum facit viſi
tationem.ita Dom. Abbas in cap. cum ex offi-
cij.colum.2.verſi.ſed contra. de præſcriptio,&
ratio eſt, quia negligeret Epiſcopus viſitare,
quando hoc deberet facere propriis expenſis.
Tum etiam, quia hæc procuratio, ſeu conui-
uium debetur ratione ſubiectionis, & ideo
non debet facere ſuis expenſis, vt etiam tenet.
Felyn.in dicto capitu.cum ex officij. Declara-
tur primo,vt non procedat, ſi victualia exige-
rentur a clericis,vel laicis cum ſcandalo, quia
tunc expenſas habere non poſſet. 11. quæſtio.
1.cap.aliud quidem.1.q.2.cap.placuit.Alioquin
ab eis poſſet exigere: quia non eſt magnum ſi
metamus temporalia,vbi ſeminamus ſpiritua-
lia.cap. cum ex officij. de præſcript. Innoc. in
cap.inter cætera. de offic. ordin. Secundo de-
claratur , vt non procedat in iis locis,ſeu pro-
79 uinciis, in quibus conſuetudo eſt † vt nec vi-
ctualia,nec aliud quicquam à viſitatoribus ac-
cipiatur,ſed omnia gratis fiant: quia tunc hu-
iuſmodi conſuetudo obſeruanda eſt. vt habe-
tur in Conc.Trid.cap.3.verſi. in iis locis. Quæ
quidem viſitatio poteſt fieri per alium. Et tūc
Epiſcopus in omnibus viſitanti prouidebit.ſe-
cundum Ioan.Andr.& Archid.in c. ſi Epiſco-
pus.de offic.ord.in 6.

80 Secunda. Epiſcopus viſitans † ſuam diœce-
ſim, poteſt loco procurationis, ſeu conuiuij
habere pecuniam: modo viſitatus ſpōte illam
velit dare,quia ab inuito exigi non poteſt. ita
tex.in cap.fœlicis.de cenſib.in ſexto.Gemin.in
cap.relata.10.quæſtio.1. Quæ quidem quanti-
tas taxata eſt,ſecundum diuerſitatem Prouin-
ciarum per conſtitutionem Benedicti in extr.
quæ incipit.Vas electionis.de cenſib. Si tamen
clericus faceret pactum de ſoluendo pecuniā,
loco victualium, non ligaretur ſucceſſor. ita
Gemin.in d.cap.Relata.& Ioan.Andr. in capit.
fœlicis. de cenſib. in ſexto. Hodie vero ſecun-
dum Concil.Triden.ſeſſ.24.cap.3.eſt in optio-
ne eorum, qui viſitantur, ſi malint ſoluere id,
quod erat antea conſuetum ſolui certa pecu-
nia,an vero prædicta victualia ſubminiſtrare
ſaluo tamen iure conuentionnm antiquarum
cum monaſteriis,alijſque pijs locis, aut eccle-
ſiis non parochialibus inito, quod illæſum per-
maneat.

Tertia. Cum in victualibus tantum conſi-
81 ſtat † procuratio.d.cap.1.§.procurationes. de
cenſi. vel in pecunia, quæ à voluntate poteſt
recipi,ſed non ab inuito, qui potius vult dare
victualia: hinc fit, quòd prælatus viſitans ſi
perdit equum,vel ſoluit vecturas equorum,vel
ſimiles expenſas,quas facit, petere non poſſit,
quia tantum victualia percipere debet.d.§.pro
curationes,nec poſſet petere expenſas,quas fa
cit in via eundo pro viſitatione facienda. ita
Franc.in d.§ procurationes. nu.2.

82 Quarta. Viſitans† non poteſt recipere mu-
nera,ſeu dona, niſi ſint eſculenta,& poculen-
ta. ſecundum Ioan.Andr. in d. §. procuratio-
nes.dicentem tamen periculoſum eſſe recipe-
re victualia portanda, ſed tantum comeden-
da. Quod quidem procedit,quando procura-
tio recipitur in victualibus. Secus ſi procura-
tio

tio recipitur in pecunia.d.capitu. fœlicis.Nam
tunc tute non poſſet recipere victualia come-
denda:quia poſſet fraus committi. Franc. in d.
§.procurationes.
83 Quinta.Non ſolum viſitans† non debet re-
cipere pecuniam, ſed tantum expenſas mode-
ratas in victualibus, ſed nec aliquis de familia,
quamuis hoc faceret occaſione alicuius offi-
cij,vt puta ſcriptoris,vel ſigillatoris.c.1.§.pro-
curationes. de cenſi. in 6. Et hoc ſi petatur ra-
tione viſitationis,alias ſi clericus literas faciat
& pro labore aliquid habeat,tunc licitè pete-
ret.argum.12.q.2.c.charitatem,& c.eccleſiaſti
cis.niſi talis de publico reciperet ſalariũ, quia
tunc ſtipendiis ſuis debet eſſe contentus.23.q.
1.c.militare. ita Io. Andr. & Franc. ibi in gloſſ.
officij.

Sexta. Vicarius ſi deliquit in actu viſitatio-
84 nis,in recipiendo plus debito, † an Epiſcopus
teneatur?dic quòd ſic.l.1.in prin.ff. de ex.ac.ar-
gum.ff.de offic.proconſ.l.obſeruare.§.profici-
ſci.Archid.in c.ſi Epiſcopus.de offic. ord. in 6.
Butr.Hoſt.& Zabar.in cap.ad hæc.de offic.Ar-
chid.facit 86.diſtinct.cap.an putatis.glo.in ex-
tra 1.de cenſib.verb. Dupli. Pœna autem exi-
gentis, vel recipientis vltra taxationem impo-
ſitam in d.extr.præter maledictionem æternã.
ideſt pœnam æternam, quæ debetur pro pec-
cato mortali.c.1.de cenſi.in 6.eſt dupli reſtitu-
tio intra menſem facienda. c.exigit. de cenſib.
in 6.c.3. ſeſſ. 24. in Concil. Triden.applicanda
non parti,neque viſitanti,ſed eccleſiæ,à qua id
receptum fuit.d.c.exigit.glo.in extr. 1.de cenſi.
in verb.pœnæ.
85 Septima. Licet nil ſit tam naturale† quàm
voluntate domini rem ſuam in alium transfer
ri.inſt.de rer.diuiſ.§. per traditionem. & quili-
bet in re ſua ſit moderator, & arbiter. l. in re
mandata.C.manda. Tamen non prodeſt viſi-
tato donatio facta à viſitante,vt non teneatur
ad dictam pœnam.cap.exigit. de cenſi.in 6.&
d. extr.cap. immo credo quòd hoc procedat,
etiam ſi poſt donationem factam ille iterum
donaret,propter verba illa geminata, quæ ap-
ponuntur in d.extr.prout dicit glo.ibi, in ver-
bo Remiſſionem.ponderando verba illa.Libe
ralitate,vel gratia.

Octaua. Epiſcopus ſi non viſitat,non debet
86 habere † procurationem. ita Abb. not. per il-
lum tex.in cap.procurationes.de cenſi.capi. 2.
de cenſi.in 6. ibi procurationem ratione viſi-
tationis debitam.& in cap. fœlicis. eodem tit.
& lib.& c.ſi Epiſcopus. de offic. ordin.in 6. Si
tamen prælati occupati per alios viſitarent,
debetur illis procuratio.vt not. in capitu. inter
cætera.de offic.ordin.ſed ſolum tanta, quanta
eſt neceſſaria illi, per quem viſitauit.d cap. ſi
Epiſcopus. Fallit tamen quod diximus in Le-
gatis à latere Papæ:quia illis debetur procura-
tio etiam ſi non viſitauerint:quia Legatis, vel
Nunciis Papæ, datur procuratio non principa
liter ratione viſitationis,ſed quia ſubeunt alio-
rum onera.cap.accedentes.de præſcrip. c. ego
N. de iureiuran.d.cap.cum inſtantia. Pariter ſi
procuratio non eſt debita de iure communi,
ſed fortè ex onere appoſito in fundatione. iux.
c.Eleutherius. 18.quæſtio.2.tunc ſi ille, cui de-
betur,non habet viſitationem,ſed procuratio-
nem tantum, & tunc procurari debebit, licet
non viſitet. Sed ſi procuratio eſt debita tali,
qui etiam viſitationem ibi habet,& tunc pro-
curatio non debetur,niſi viſitet.argum.capitu.
procurationes.1. reſpon. & ibi Henric. Boich.
Fely.in c.cum ex officij.nu.4. de præſcr.
87 Nona. Licet procuratio † regulariter de-
beatur pro vno die, vt habetur in extr. 1.in
verb.Diei.de cenſi. nam debet ſero quando ve
nit viſitare clericos,& expedire.ſecundum Io.
Andr.in cap.1.de cenſi. in 6. & habere procu-
rationem,ideſt prandium.vt dicit Henric.eod.
tit. cap.procurationes, & deinde mane facto
ſermone ad populum. & ire ad aliam Eccle-
ſiam.iux.tex.in cap.placuit.1.§.ſanè. 10. quæſt.
1.fallit tamen hoc,quando ex cauſa oporteret
viſitantem ibi ſtare per plures dies ex cauſis
neceſſarijs,& culpa viſitandorum, vt habetur
in capit.conquerente. de offic. ord. tunc enim
ſibi debent imputare viſitandi: quia legem ne-
ceſsitas non habet. ita gloſſ. in d. extr. verb.
Diei.
88 Decima. Si viſitans † ſtetit per medium
diem debet habere integram procurationem.
ſecundum D.Petrum de Anchar.in c.procura-
tiones. de cenſi. & ratio eſt:quia dies incepta
debet haberi pro completa. l. qua ætate. ff.de
teſtamen.Et hoc,quando in illo medio die im
pleuit viſitationem.facit.l.3. ff. de operis liber.
Quod quidem maximè procedit in Legatis,
& Nunciis, quibus etiam debetur procuratio
ratione oneris iniuncti in itinere.

Vndecima. Procuratio debita Epiſcopis
89 non poteſt præſcribi.† tex.eſt in capit. cum ex
officij.de præſcript cap.cum inſtantia. de cen-
ſib.Imo.in Clemen. 1.eodem titu. Declaratur,
vt non procedat in modo ſoluendi procura-
tionem: puta vt ſoluatur in pecunia, potius
quàm in victualibus: quia ſi per longum tem-
pus in pecunia eſſet facta ſolutio, valeret præ-
ſcriptio.Felyn.in d.cap.cum ex officij. An ve-
ro talis limitatio ſubſiſtat,vide Felyn. in dicto
cap.cum ex officij.vbi dicit,quòd non de iure,
ſed fortè ſic in praxi. Declaratur ſecundo. vt
dicta præſcriptio bene currat contra tertium,
non autẽ quo ad Epiſcopum,& hoc,quia vnus
poteſt



poteſt præſcribere contra clericos diœceſis,
quia tenentur ſoluere præſcribenti. Fely. qui
ſupra nu. 11. Declaratur tertio, vt non proce-
dat in procuratione debita alia ex cauſa, quã
ex cauſa viſitationis: quia cõtra talem procu-
rationem currit præſcriptio. Imola in clem. 1.
de cẽſ. vlt. col. & ibi Do. Card. quæſt. 13.Fel.
in d. cap. cum ex officij. nu. 14. Declaratur
quarto, vt non procedat in procuratione de-
bita de iure ſpeciali: puta ſi prælatus inferior
iure ſpeciali viſitaret, quia contra talem præ-
latum inferiorem poteſt præſcribi circa pro-
curationẽ, Imo. in d. cle. 1. de cenſ. vbi. exẽ-
plificat, ſi fieret contra Archidiaconum.gl. in
d. c. cum ex officij. Multas alias limitationes
vide per Fel. in d. c. cum ex officii.

Duodecima. Archiepiſcopus ad vnã diœ-
90 ceſim accedens, † ſi tranſit per aliam diœ-
ceſim, non eſt procurandus iure viſitationis,
ſed ſic procuratione quadam quaſi debita iure
hoſpitalitatis, quæ quidem hoſpitalitas nemi-
ni deneganda eſt, de empt. & vend. cap. 1. Et
ſecundum hoc idem eſt eccleſia propriæ diœ-
ceſis, per quam tranſit. ita Ioan. And. in cap.
1. num. 4. de cenſ. in 6.

Decimatertia. Hoſpitalia, & oratoria quã-
91 do licite † viſitari poſſunt per ordinarium,
tunc licita ei debetur procuratio. vide Abb.
in cap.hoſpite. de cenſ. & quæ nos ſupra dixi-
mus num. 43. & 46. grangias autem, licet ibi
ſint priuata oratoria, non licet viſitare. & per
conſequens nec procurationem recipere. Io.
Andr. in d. cap. 1. nu. 13. quem ſequitur Frã-
cus. de cenſi. in ſexto.

Poſtea conſiderandũ eſt de viſitatione quo
ad religioſos. Vnde ſciendum eſt, primo quòd
92 ſingula monaſteria † ſingulis annis debent
viſitari per ordinarios locorum. ita tex.in cle.
attendentes. de ſta. monac. quod quidẽ in-
tellige, ſi non ſint exempta. i. ſubtracta à iuriſ-
dictione, vel etiam ſi ſint exempta, ſed Papæ
immediate ſubiecta. Nam non exempta viſi-
tabit ordinarius autoritate propria. Exem-
pta vero, Papę ſubiecta autoritate Apoſtolica
d.cle. attendentes.ſed hodie per cõc. Trid. ſeſſ.
8. c. 25. debent viſitari per viſitatores electos
à generali cap. ſubſunt tamen Epiſcopis in vno
tantum caſu quoad viſitationem, vt ibi. in fin.
93 Secundo notandum eſt, quòd † monaſte-
riorum exemptorum duæ ſunt ſpecies: quia
quædam ſunt, quæ non recognoſcunt ſuperio-
rem. niſi Papam, & illa ſunt immediate Papæ
ſubiecta: Quædam vero ſunt exempta. quæ
non ſunt immediate ſubiecta Papæ ſed ſunt
ordinum exemptorum, ſicut Monaſterium or
dinis Ciſtercienſis, & Camaldulenſis, &c.
Et talia Monaſteria non corrigit ordinarius
loci, nec viſitat, ſed ſolum Abbas, Prior, vel
Miniſter, vel Prouincialis ordinis, cui ſubſunt.
ita not. per gloſſ. in clem. attendẽtes. de ſtat.
monac. ſed nec etiam monaſteria immediate
Papæ ſubiecta. vt diximus ſupra nu. 91. p c. ea.
quæ. de ſtatu monach. Cald. de cenſ. cõſ. vlt.

Tertio notandum, quòd monaſteria exẽ-
94 pta † cognoſcuntur per ea, quæ habentur per
tex. & gloſſa. in cap. ſi Papa. de priuil. in 6.
(verbi gratia) quando expreſſe hoc exprimi-
tur in priuilegio, vt quia dicitur ab omni iuriſ-
dictione Epiſcoporum talem eccleſiam de-
nunciamus exemptã nam hæc clauſula in totũ
eximit. d. cap. ſi Papa. & de maior. & obed. c.
cum inferior. vel ſi dicitur, quòd eſt iuris B.
Petri, vel quòd veſtrum cœnobium ad nos,
& Romanam curiã nullo mediãte pertineat,
& quòd fratres illic ſeruientes ab omni pote-
ſtate liberi Roma. eccleſ. libertatis gratia po-
tiantur. de priuil.c.cum olim. i. Arch. in d.cap.
ſi Papa. Imo. in clem 2. de priuil. vide Maria.
Soc. in c.recipimus.nu.32. vſq; 41. de priuil.

Quarto. Licet Lapus in d. clem. 2. de pri-
95 uileg. dicat, quòd locus † exemptus quamuis
ſit in diœceſi non tamen eſt de diœceſi Epiſ-
copi, vt probatur in d. cle. 2. verb. prouinciæ,
& ſic dicit, quòd aliud eſt dicere. Talis locus
eſt diœceſis talis, vel in tali diœceſi, & aliud
eſt dicere de tali diœceſi, nam locus exẽptus
licet ſit diœceſis, vt in d. clem. 2. & in diœ-
ceſi. c. cũ Epiſcopus. de offic. ordin. in 6. non
tamen eſt de diœceſi, tamen cũ iure talis dif-
ferẽtia nõ probetur inter De, & In. dicimus
quòd poteſt dici. q locus exẽptus eſt in diœ-
ceſi, & de diœceſi. non autẽ de iuriſdictione
diœceſis. ita Imo. in d. clem. 2.
96 Quinto. In locis exẽptis per totam ſuã pro-
uinciã omnia poteſt Archiepiſcopus exercere
quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, vt crucem
libere. i. nullo requiſito, vel ſine alicuius licẽ-
tia ante ſe portari facere, Benedicere populo
ſolenniter, Diuina officia priuatim, vel pu-
blice audire, celebrare in pontificalibus cum
pallio in diebus tamen permiſſis, vt habetur
in d. cle. 2. de priuil. Nõ tamen poteſt exerce-
re ea, quæ sũt iuriſdictionis cõtentioſæ, ſicuti
eſt cõferre ordines, vbi requiritur examinatio
diſt. 24. c Epiſcopus vel ſedere p tribunali, de
tẽpor. ord. c. cũ Epiſcopus in 6. vel viſitare.
glo. in cle. attẽdẽtes. de ſta monac. c. in ſin-
gulis. eo. ti. An vero Monaſteria ſubſint viſi-
tationi Epiſcopi, vide cõcil. Trid. ſeſſ. 25. c.
11. Et an monaſteria cõmẽdata, & beneficia
Regularia. vide cõcil. Trid. c. 8. ſeſſ. 21. & c. 20.
ſeſſ. 25. An vero, & quando monaſteria ſedi
Apoſtolicæ ſubiecta viſitẽtur p Epiſcopos. vi-
de cap. 8. ſeſſio. 25. in concil. Trid.

Sexto.

97 Sexto. † Licet Archiepiſcopus, ſiue Metro-
politanus, quod idem ſunt, nam Metropolita-
nus trahit nomē à Metros, quod eſt mēſura, &
polis ciuitatis, & ſic trahit nomē ab eccleſijs,
& earum numero, ſed Archiepiſcopus à perſo
nis, ab Archos, quod eſt princeps Epiſcoporū,
12. diſt. clerus 81. diſtinc. per totum, non poſſit
exercere ea quæ ſunt iuriſdictionis contentio
ſæ, de quibus num. 96. vel chriſmare in fronte,
tamen fallit niſi inuitetur per illos, ad quos lo
ca pertinent. argum. 7. q. 1. cap. Epiſcopus, &
c. ſicut.
98 Septimo. † Quod Archiepiſcopo liceat per
totam prouinciam ante ſe facere deferri cru
cem, non ſolum procedit, dum non viſitat, ſed
etiam dum viſitat, & hoc non iure cōi. ſed ex
priuilegio. Clem. 2. ibi, duximus cōcedendum
de priuil. & exceſſ. prælat. ita Zabar. ibi. q. 3.
99 Octauo. Quando monaſterium † Monialiū
ſubeſt alteri monaſterio monialium, tunc de
iure non ordinarius loci, ſed Abbatiſſa, tan-
quam legitimè impedita poteſt facere viſita-
re per alium. argum. 10. quæſt. 1 c. Epiſcopum.
de offic. ordin. cap. inter. eod. tit cap. ſi Epiſco-
pus in 6. Archid. in c. vnic. de ſtat. mona. in 6. ita
etiam tenet gl. in d. Clem. attendentes. Hodie
vero quia moniales vel ſubſunt ordinario lo-
ci, vel prelatis regularibus, Ab illis, quibus ſub-
ſunt viſitari debent.
100 Hinc in c. in ſingulis. apertè † habetur. verſi.
ordinetur etiam. de ſtat. mona. quòd viſitato-
res ordinati in prouinciali c. monachorum ni-
grorum ordinis Sancti Benedicti poſſunt, &
debent viſitare monaſteria monialium nigri
habitus ſicut etiam apertè facit Cle. attenden
tes. de ſtat. mon. facit tex. in Cle. ne in agro. in
fi. de ſtat. mona. Feder. conſi. 292. Ego Io. And.
vbi etiam dicit, quòd in actu viſitationis debe
ret fieri ne tantus concurſus marium ad reli-
gioſas feminas habeatur, ſed illi ſoli illas viſita
re deberent, de quibus in d. Cle. attendentes.
101 Nono. † Quo ad iura epiſcopalia ſufficit
exemptio generaliter facta religioſis cum ec-
cleſiis habitis, & habendis. de offic. ord. c. dile-
ctus. Quo autem ad euitandum onus legato-
rum non prodeſt exemptio facta ſimpliciter
ab epiſcopali iuriſdictione, ſed ita demum, ſi
ſit ſpecialiter facta ſuper non ſoluendis procu
rationibus legatorum Sedis Apoſtolicæ, alias
autem exempti tenerentur ad tale onus & ſic
requiritur exemptio ſpecialis. Imo. in cle. in
glo. Exemptione, de cenſi. & ratio eſt: quia le-
gatus vices Papæ gerit. de offic. leg. c. 1. & non
præſumitur Eccleſiam Romanā contra ſe pri-
uilegium concedere niſi exprimat facit c. cum
inſtantia. de cenſi.
102 Decimo. † De quibus debeāt corrigere mo-
niales viſitantes habetur in Cle. attendētes de
ſta. mon. Quorum aliqua concernunt ornatū
indebitum circa ipſarum perſonas, An in com
muni viuant ſi ſint proprietariæ. & ſunt coer-
cendæ ab omnibus mundanis, & illicitis dele-
ctationibus, & inducendæ ad ſeruiendum al-
tiſſimo.
103 Vndecimo. † Quamuis ſit præſcripta for-
ma viſitandi Epiſcopo, atq; Archiepiſcopo, vt
habetur in c. 1. de cenſi. in 6. tamen ab hac for
ma excluduntur legati, cum vices Papæ gerāt,
& religioſi: quia ipſi formam aliam habent,
quam ſequentur. de ſta. monach. cap. in ſingu-
lis & c. fin. vbi habetur, quòd ipſorum officium
eſt abſque iudiciorum ſtrepitu intendere regu
lari diſciplinæ, & reformationi ordinis. Si quis
tamen velit videre modum viſitādi regulares,
& interrogationes à viſitatoribus faciendas
ſecundum perſonarum diuerſitates, videat R.
P. D Victorinū virum noſtra ætate omni lau-
de digniſſimum in ſua præclara inſtitutione
de modo proced. in cauſis Regularium c. 9. de
ratione viſitandi Regulares nu. 1. & 2.
Duodecimo. Viſitatores, qui poteſtatē dele-
gatā habēt vt deſtinati à capitulo generali ad
viſitanda monaſteria. c. in ſingulis. c. ea quæ. de
104 ſta. mon. debent in actu viſitationis † ſe con-
formare laudabilibus conſuetudinibus, & con
ſtitutionibus monaſteriorum, & cōtentari co-
medere cum alijs in refectorio, & dormire in
dormitorio, vt melius valeant oculo intellige
re, quomodo ſe habeant omnia tam in eccle
ſia quam in menſa, & tam de die, quàm de no
cte ob bonum exemplum. ita glo. not. in extr.
105 1. verb. Abbates de cenſibus. Nam ea, † quæ
à prælatis fiunt, de facili trahuntur à ſubditis in
exemplum. c. magnæ. extr. de voto. Vnde Gre-
go. ſcire debent prælati, qui peruerſa perpe-
trant, quòd tot mortibus digni ſunt, quot ad
ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmit-
tunt. 11. quæſt. 3. c. præcipuè. Nec excuſatur pa-
ſtor ſi lupus ouem comedat, & ipſe neſciat. c.
pen. de reg. iur. Tenentur enim viſitatores non
minus exemplo quam verbo ædificare & plā-
tare. cap. quoniam. c. inter cætera. de offic. ord.
facit. c. Romana de cenſi. in 6.
Decimotertio. Quando viſitatores volunt
106 viſitare, in primis † debent proponere ver-
bum Dei, & poſtea inquirere de vita, & con-
uerſatione miniſtrantium. De diuino cultu, &
alijs, vt ſupra diximus, & hoc de plano, ſine ſtre
pitu iudicij: quia in huiuſmodi actibus regula-
ribus non ſunt ſubtilitates, neque gloſſæ exqui
rendæ, nec appellationes admittendæ, ſed ſim
pliciter omnia ſunt expedienda. c. ad noſtram.
c. reprehenſibilis. c. cum ſpecialis. de appellat.
Niſi in vno caſu, verbi gratia, ſi prælatus reli-
giosus



gioſus in mortali conſtitutus, notorius, vel in-
famatus eſſet incorrigibilis, & propterea à ſub
ditis appelletur, nam tunc debet appellationi
deferri; quia ad talem non pertinet iudicialis
correctio. 2. q. 7. c. iudicet. glo. in extr. 1. verb.
Abbates. de cenſi.
107 Decimoquarto. † In viſitatione debent vi-
ſitatores eſſe erga corrigibiles miſericordes
in animaduerſione. 45. diſt. c. vera. erga incor-
rigibiles ſeueri. de poſtu prælat c. 1. & Miſeri-
corditer, & non paſſim ſunt corrigendi Mona
chi, & non more latronum in grauē carcerem
detrudendi. de ſta. mo. c. ea, quæ. Et non debent
eſſe viſitatores nimis graues in corrigendo,
aliàs de conſilio capituli eſt correctio tempe-
randa. c. reprehenſibilis. in fi. de appella. c no-
uit de his, quæ fiunt à præla. & c. ea noſcitur.
glo. in extr. 1. verb. Abbates. de cenſi.
108 Decimoquinto. Viſitatores † deputatis in
capitulo generali religioſorum, non poſſunt
crimínoſum ab officio amouere, & ab admi-
niſtratione. ita tex. in c. in ſingulis. & ſeq. de ſta
tu mon facit gl. in Cle. attendentes. verb. com-
pelli. eo. tit. niſi ſint deputati viſitatores, & iu-
dices ad corrigendum. & ita procedat tex. in
c. dilectus. de reſcrip. 1. c. per inquiſitionem. de
ele. de iud. c. 1. de accuſ. c. qualiter. 1. & 2. Quod
ex forma poteſtatis ſibi commiſſe apparebit.
de priuil. c. porro. de offic. deleg. c. cum in iure,
vel niſi talis poteſtas ſibi ſpecifice fuerit data,
& conceſſa. Henric. in d. c. dilectus.
Sed quid ſi viſitatores Abbatem ab admini
ſtratione ſuſpenderint, quis alium adminiſtra-
torē deputabit, dic ꝙ viſitatores, vel per præ-
ſidentem, ſi fuerit à præſidente ſuſpenſus. Vel
interim adminiſtrabit prior, qui eſt poſt Ab-
batem. ita colligitur in cap. ea quæ. §. ſi vero de
ſta. monac. nam dum dicit quod Abbate per
viſitatores, vel præſidentem ſuſpenſo. depute-
tur monaſterio adminiſtrator, debent intelli-
gi reperita illa verba per viſitatores, vel præſi-
dentem. ff. de lega. 3. l. in repetendis. Zabar. in d.
§. ſi vero. q. 8.
109 Decimoſexto. † Exiſtens in vno Monaſterio
viſitator, non poteſt mittere pro monachis,
vel fratribus alterius monaſterij, vt in eos viſi-
tationis officiū exerceat ſine iuſta & rationa-
bili cauſa, alioquin proceſſus viſitationis eſt
nullus, tanquam factus contra formam man-
dati, vbi regulariter apponitur clauſula, perſo-
naliter accedentes. de reſcrip. c. cum dilecta. de
offic. deleg c. cum venerabili. & eod. ti c. ſtatui
mus. in glo. lib. 6. Item nec poſſet mittere pro
eis, vt denuncient alios, vel accuſent: quia hi
actus ad viſitationem non pertinent. Sed cum
110 viſitator † inuenerit aliquem diffamatum, &
dignum correctione, incipiat ſpecialem in-
quiſitionem contra aliquem diffamatum, & ſi
ad probandum veritatem criminis nominan-
tur teſtes aliquorum monaſteriorum, ſeu loco
rum, vel etiam alterius ordinis, poteſt compel
lere dictos teſtes, vt veniant perhibituri teſti-
monium veritatis, ſicut quilibet delegatus Pa-
pæ: quia vno commiſſo, intelliguntur commiſ-
ſa omnia, ſine quibus, &c. de offic. deleg c. 1. &
c. præterea. & c. ſuſpitionis. & tenentur ire ex-
penſis ipſius Monaſterij, contra cuius Abbatē,
vel Monachum fit ipſa inquiſitio: quia de vti-
litate illius Monaſterij agitur. argum. de accu-
ſa. cap. ex parte. ita Feder. de Senis. conſil. 145.
numero 5.
111 Decimoſeptimo. † Viſitator exiſtens extra
ſuam legationem, ſi præcipit aliquibus mona-
chis, vel fratribus in ſua legatione, vel extra,
præceptum eſt nullum. de offic. leg. c. nouit. Si
vero exiſtat in ſua legatione, puta in Tuſcia, &
precipiat aliquibus monachis, vel fratrib. exi-
ſtentibus in Lombardia, quòd compareant co
ram eo, & Prouincia Lombardiæ non ſit de
ſua legatione, non tenētur comparere coram
eo, niſi eos vocaret cauſa teſtimonij faciendi
eo modo, & forma, prout nu. 108.
112 Decimooctauo. † Viſitator deputatus ad vi
ſitandum Tuſciæ monaſteria, non poterit vi-
ſitare fratres de Lombardia, qui non ſunt de
legatione ipſius, ſed cauſa peregrinationis, vel
alia de cauſa tranſitum faciunt, vt viatores.
Quinimmo nec ſi delinquunt in Tuſcia dum
tranſitum faciunt. Et non obſtat quòd ratione
delicti quis forum ſortitur. c 1. de reſcrip. cum
ſua materia: quia illud procedit in iudicibus or
dinariis qui territorium habent. c. 2. de conſti.
lib. 6. ſed viſitator eſt iudex delegatus, vnde
non poteſt viſitare niſi fratres dictorum loco
rum, ſiue prelatos, ſiue ſubditos. Immo nec ip-
ſi tranſeuntes poſſunt ſponte facere ſe viſitari
per illos abſque vllo delic. c. non dicatis. Fede.
conſi. 145. nu. 6.
Poſtremo videndum eſt de exceſſibus viſi-
tatorum, qui committi poſſunt in viſitatione.
Vnde habetur ex Concilio Lateran. in c. cum
Apoſtolus. de cenſib. quòd Prælati viſitantes
113 poſſunt excedere in numero equorum. † Quid
ergo ſi plures ducant, nunquid poterint in ſu-
perfluo prohiberi, dicit. glo. quòd ſic. in d. cap.
cum Apoſtolus. verbo contenti. Sed quid ſi
ſubditi excommunicentur, an teneat ſententia
vide ſupra nu. 55.
114 Rurſum, prohibet dictum † Concilium, ne
cum canibus venatorijs & auibus proficiſcan-
tur, hoc idem habetur in cle. ad noſtrum. eod.
tit. dum dicit, & dum procurationes recipiunt,
canes venaticos, & falcones, & accipitres ſe-
cum habent. Hinc tex. in c. 1. de cler. ven. appo-
nit

nit pœnam clericis in ſacris exiſtentibus, quod intellige, modo ex cauſa voluptatis, & frequẽter inſiſtant. vt ibi per Doct.

115 Rurſum † ſolent Prælati excedere in ſumptuoſis epulis. ita tex. in d.c. cum Apoſtolus. ibi. nec ſumptuoſas epulas quærant. Quod idem habetur in Clem. ad noſtrum. eo. titu. vbi Clemens V. dicit dolentes referimus quòd eccleſiarum prælati ad monaſteria Ciſtercienſis ordinis accedentes cibis tamen regularibus non contenti, contra priuilegia dicti ordinis carnes petunt, & ſi eis non miniſtrentur, auferunt violenter. Quare dicit glo. in verb. ſi voluerit, quòd honeſte faceret Epiſcopus, quando de iure, vel vt delegatus viſitat monaſteria, ſupradicta, declinaret ibidem ſexta feria, vel Sabbato, vel die, qua non comeduntur carnes, vt ſic vtatur eiſdem cibariis, quo & monachi, tamen ſi non vult eo die declinare, & vti cibis regularibus, non poteſt cogi. facit 40. diſtinct. c. non cogantur.

Item excedunt viſitatores, dum niſi volun-
116 tati eorum † ſatisfiat, frangunt valuas monaſteriorum, vel Eccleſiarum. v.g. ex cauſa, quia monaſterium non vult ei aperire valuas ad viſitationem allegando exemptionem, nam vt diximus ſupra num. 54. Epiſcopus non debet venire ad fractionem. Sed bene poteſt excommunicare Abbatem, & interdicere cõuentum an vero licitum ſit frangere valuas monaſterij habenti iuſtam cauſam, & poſſidenti, cui denegatur penſio, vel hoſpitium, vel procuratio, plene habetur per Abba. in capitu. 1. de immunit. eccleſ. Innocen. in capit. venerabili. de cenſibus.

117 Præterea ſi viſitans recipiat † plures procurationes vna die. Clemen. ad noſtrum. eo. titu. quia viſitans nõ debet trahere moram in vno loco vltra vnam diem, & ſic vnius diei procurationem ab vna eccleſia recipiet. 10. q. 3. c. inter cætera. Cum viſitatio ſit principale, & procuratio acceſſorium, vnde vnius diei viſitationi non debet accedere procuratio plurium, ne acceſſorium ſit maius, quàm principale. capit. acceſſorium. de reg. iu. Si tamẽ neceſſitas aliud indicat, poteſt quis viſitando eſſe per plures dies, & ita recipere procurationem, & ita procedat. c. placuit. 10. quæſtio. 1. Quinimmo præter neceſſitatem non licet viſitanti recipere niſi vnam procurationem, etiam ſi vna die plura loca viſitauerit. cap. fœlicis. de cenſib. in 6. Alias enim poſſet totam ciuitatem vna die viſitare, & tot procurationes recipere, quot ibi eſſent eccleſiæ, quod eſſet abſurdum. Numerus ergo procurationum non excedat numerum dierum. de cenſib. c. procurationes. glo. in d.c. fœlicis.

118 Rurſum ſi in pecunia numerata † recipit procurationem, viſitationis etiam officio non impenſo. c. exigit. de cenſi. in 6. clem. ad noſtrum. eod. tit. nam duplum eius, quod receperit Eccleſiæ, à qua id receptum fuerit, infra menſem reddere tenetur. d.c. exigit. Fallit tamen in Legato: nam iura loquentia de viſitantium procuratione, non vendicant ſibi locum in legato: nam legatus recipit procurationem à locis non viſitatis. c. procurationes. de cenſib. Item vltra victualia poteſt recipere pecuniam pro vecturis, & equis, & mulis, & alijs expenſis in veniendo, & redeundo, vt notat Ioan. Andr. & alij eo. tit. in 6. Feder. conſi. 3. num. 11. ver. Item quæritur. Archid. in d. c. exigit. vbi dicit quod Epiſcopus nec ſi indigeat, poteſt recipere expenſas pro vecturis. vt ſupra dixit in c. 1. verb. victualium. Item ſi viſitator virtute generalis inquiſitionis vellet procedere contra diffamatos de crimine: nam prius debet de nouo ſpecialem inquiſitionem facere, vt ſupra diximus num. ſexto.

119 An vero † viſitatores poſſint amouere quẽ ab officio, cum non poſſint, vide remiſſiuè in c. ſeq. num. 64.

120 Item ex viſitatione † multiplices effectus producuntur ſanctiſſimi, neceſſarij, & vtiles. nam ex ea inſurgit animarum ſalus, eccleſiæ vtilitas, nam eccleſia Dei ſanctius regitur, crimina purgantur, & virtutes inſeruntur, & tandem producuntur fructus vberrimi, & ſalutiferi, qui nunquam pereunt. vt dicit tex. in c. procurationes. de cenſib.

*SVMMARIVM.*

1 *Permiſsionis, & toleratione materia vbi agatur.*
2 *Actuum humanorum tres ſunt differentiæ.*
3 *Permitti aliquid dicitur multipliciter.*
*Præcipimus quandoque ponitur pro permittimus.*
4 *Permiſsio rationis eſt permitti minus malum ad euitandum maius.*
5 *Permiſsio ſecundum Io. And. poteſt tripliciter accipi.*
6 *Conceſsio indulgens pœnam, & tollẽs impedimentum.*
7 *Permiſsio præſtans iuuamen. quæ.*
8 *Malum multipliciter toleratur. & numero 9.*





10 *Malum maius tripliciter vitari poteſt.*
11 *Ius ciuile non debet aduerſari iuri canonico.*
12 *Vſura permiſſa eſt à iure ciuili permiſsione ſimplici, non apponendo pœnam.*
13 *Malum nunquam eſt permittendum prætextu boni.*
14 *Malum corporale non eſſe permittendum pro bono ſpirituali qualiter intelligatur.*
15 *Malum non eſt ab aliquo permittendum, vt alius euitet maius malum.*
16 *Malis de duobus minus eſſe eligendum, qualiter intelligatur. nu. 31.*
17 *Malum corporale permittitur propter bonum corporale.*
18 *Tolerantia Papæ quando inducit diſpenſationem, remiſsiuè.*
19 *Militare ex ſui natura non eſt peccatum.*
20 *Legi permittenti actionem indifferentem, vel conſilio nemo obedire aſtringitur.*
21 *Excuſatio iuſta poteſt ſuſpendere obedientiam præcepti iniuſti.*
22 *Præceptum licet omnino ſit adimplendũ, tamen fallit.*
23 *Clericus verberans ſeipſum, eſt excommunicatus, ac ſi alium verberaſſet.*
24 *Vir vt dormiens cũ vxore non intret eccleſiam, eſt conſilij.*
*Ingreſſus eccleſiæ nec pro peccato mortali alicui prohibetur, niſi in caſibus.*
25 *Præceptum ſecundo nubendi propter euitandum incontinentiam eſt conſilij.*
26 *Eccleſia quandoque tolerat minus malum vt euitet maius.*
27 *Monitio debet incipi à nobilioribus, & maioribus.*
28 *Multitudini detrahitur de ſeueritate pœnæ.*
29 *Multitudi non parcitur quo ad culpam.*
30 *Permiſsio comparatiua non excuſat à peccato.*
32 *Præcipitans ſe ad euadendum inimicum, an peccet.*
33 *Meretrices quare ab eccleſia tolerentur.*
34 *Eccleſia quandoque patitur aliquem ſtare in peccato, vt euitetur maius malum.*
35 *Cauſa rationabilis, quæ remittitur arbitrio boni viri.*
36 *Permiſsio eſt comparatiua, vt eccleſia nõ obſtante voto caſtitatis permittat contrahere matrimonium.*
37 *Iuramentum quod non ſit dandum alicui, de cuius tranſgreſsione dubitatur, eccleſia ad euitandum maius malum tolerat.*
38 *Correctio, quæ eſt de præcepto vt ſtatim non fiat eadem ratione eccleſia tolerat.*
39 *Vendentes victualia vltra precium à lege taxatum peccant, licet tolerentur.*
40 *Vſura an poſsit permitti aliquo iure. nu. ſequen.*
*Iuris ciuilis, & pontificij finis.*
42 *Vſura nullo, etiã potiſsimo bono permittenda eſt.*
43 *Malum, quod incurrit vſurarius, dicitur maximum peccatum propter quatuor.*
44 *Vſura quandoque ex parte debitoris eſt permittenda.*
45 *Actus vnus, & idem poteſt ex parte vnius eſſe vitioſus, & non ex parte alterius.*
46 *Inducere aliquem ad peccandum an liceat.*
47 *Iudæorum ritus licet tolerentur, non tamen aliorum infidelium.*
48 *Paganorum ritus aliquando eccleſia tolerauit.*
49 *Iudæi ſuos ritus obſeruantes peccãt mortaliter.*
50 *Fideles debent ſummam habere curam de his, qui pereunt.*
51 *Prælati aliter tenentur ad correctionem, & aliter ſubditi.*

52 *Tolerandum non eſt malum ſpirituale ad euitandum corporale.*
53 *Excōmunicatio euitatur ex minori cauſa, quàm metu.*
54 *Tolerans malum inuitus vi abſoluta nō peccat.*
55 *Mulier per vim abſolutam oppreſſa, non peccat.*
56 *Mulier per vim corrupta an habeat aureolam.*
57 *Mulieri non licet ſe occidere, ne ab alio corrumpatur.*
58 *Fornicatio, vel adulterium minus peccatum eſt, quàm homicidium.*
59 *Mulier an debeat permittere ſe ab alio tangi mala intentione.*
60 *Boni debent in nouem caſibus tolerare infirmos.*
61 *Tolerandi quare ſint mali.*
62 *Viſitatoris officium eſt prudenter ſe gerere in viſitationis officio.*
63 *Iudices ſemper ſequi debent mediocritatem.*
64 *Viſitatores an poſsint quem ab officio amouere.*

## De multiplici permiſſione, ſeu tolerantia. Cap. XXIX.

1 DE materia † habetur per gloſſ. in
c.denique.diſti 4.& in c. qui ſincera.& ibi Docto.diſtinc. 45. &
in c.fi.diſt.3. vbi Præpoſ. & in c.
commeſſationes.diſt.44. Itẽ per
Io.And.in reg.peccatũ.nu.17.de
reg.iu.in 6.per Doct.in c.quia circa.de conſan.
& affin.per Hoſt.in c.3.ne cler. vel mon. & in
noſtris deciſ.par.1.lib.1.c.14. de ſcient. confeſſ.
nu.2.Sed vt rem altius explicemus, multa prius
pro faciliori intelligentia præmittemus.Deinde ad deciſiones deueniemus.Igitur præmitto
2 primo ſecundum D.Tho.† 2.2.q.92.ar.2. quòd
tres ſunt differentiæ humanorum actuũ: nam
quidã ſunt actus boni ex genere, vtpote actus
virtutum,& circa hos lex præcipit, vel imperat, præcipit enim lex omnes actus virtutum
vt Deum colere, &c. quidam vero ſunt actus
mali ex genere, ſicut ſunt actus vitioſi, vt non
adulterari, non furari, & hos lex prohibet, &
contrafacientes punit. Quidam vero ex genere ſuo ſunt actus indifferentes, & reſpectu horum lex permittit. Hinc dicit text. in capitu
fina. diſtinct. 3. quòd omnis lex aut permittit
aliquid, aut præcipit, aut vetat, aut punit. Et
licet quandoque lex conſulat. vt ff.de rei vendicatio.l.is qui deſtinauit,& in l. age cum Geminiano. C. dẽ tranſact. tamen ſecundum
gloſſam in l. legis virtus. ff. de legi. opus conſulendi ipſius legis reducitur ad opus permittendi. Et ita permittere, & conſulere ſunt
æquipollentia, & id, quod reducitur ad aliud
cenſetur idem cum illo, pro quo eſt gloſſa in
l.1.ff. de ſtat. hominum. Secundo præmitto,
3 quòd † permitti aliquid dicitur multipliciter:
vno modo, quòd nullo iure prohibetur, vt
ſecundas nuptias contrahere. vt 31.quæſtio.1.
capit. hac ratione. & c. Deus. vbi Apoſtolus
præcepit, ideſt permiſit ſecundas nuptias, vt vitaretur fornicatio. Et ita verbum præcipimus.
in d.c.hac ratione capitur pro permittimus.Secundo modo dicitur permiſſio indulgentia
contra conſtitutiones humanas, vt contrahere in quinto gradu.vt 35.q.3.c.quædam.& hęc
eſt vera permiſſio, & dicitur abſoluta permiſſio ita gloſſa in d.cap.omnis.diſt.3. Tertio modo dicitur permiſſio indifferentis actionis, quę
non præcipitur, nec prohibetur vt dum vir
fortis petit præmium.d.c.omnis, ad quod etiã
facit tex.in c.militare.23. q. 1. nam vt dicit ibi
tex per hoc, quod militi aſſignatur ſtipẽdium,
tollitur ei occaſio, ne propter bellum vt prædo graſſetur. Quarto modo dicitur permiſſio obligationis, vt cum vir permittit vxorem
aliquo voto ſe aſtringere, quod poſt de neceſſitate eſt adimplendum.vt 33.q.5.c. manifeſtũ.
4 Quinto dicitur permiſſio rationis † vt cum
permittitur minus malum,& illicitum, ad euitandum maius, vt commeſſationes die dominico.c.denique.diſt.4. & permittitur adulteriũ
ne fiat homicidium.vt 33.q.2.c. ſi quid verius.
Et hæc dicitur comparatiua permiſsio,& melius dicitur tolerantia, quàm permiſsio. Et ſecũdum hanc permiſsionem dicit canon, quòd ea
quæ permittimus, non approbamus. vt 31. q.
1. c. hac ratione. vnde dicitur tolerantia permiſsiua,& non approbatiua, & ſecundum hãc
permiſsionem dicit Decret. quòd multã toleramus, quæ ſi in iudicium deduceremus caſſarentur.vt extr.de præb.c.cum iam dudum. Tertiò
5 præmitto † ſecundum Ioan.And.in reg.peccatum.nu.13.de reg. iur. quem ſequitur Præpoſi.
in cap.fin.diſtinct. 3. num. 6.quòd hæc ſimplex
permiſsio, quæ alio modo dicitur tolerantia,
poteſt accipi tribus modis vno modo, prout
eſt ſimplex permiſsio dimittens, vel indulgens
pœnam,& de hac loquitur Cregor.in c. denique.diſtin.4. vbi tolerat laicos, qui conſueuerunt epulari ſolennius diebus dominicis, &
cum



cum venia ſuo genio reliquit, ne forte peiores
exiſtant, ſi à tali conſuetudine prohibeantur.
Vnde ibi gl.in verb.venia, dicit, intelligas de venia pęnæ,& non culpæ. Vnde tales peccant, ſed
eos non punit. Igitur prima eſt conceſſio dimittens,& indulgens pœnã. Secunda eſt con-
6 ceſſio † dimittens,& indulgens pęnã, atq; tollens impedimentũ.de qua loquitur tex.in c.qui
ſyncera. diſt. 45.ſecundum quem modũ Iudæi
inter nos habitantes permittuntur ab eccleſia
in obſeruatione ſui ritus, vt colant ſuas feſtiuitates.d.c.qui ſyncera.& cap. ſicut. el 2. extr.de
Iud.pariter permittit eccleſia ſine inquietudine veteres habere ſynagogas, licet nouas non
patiatur erigere.c.Iudæi.c. conſuluit. eod. titu.
Hæc autem permiſsio quamuis glo. dicat in d.
cap.qui ſyncera.in verb.licentiam, ꝙ ſit ſimilis
primæ, tamen diſsimilis eſt, ibi enim ſola fit remiſsio pœnæ, ſed iſta ſecunda permiſsio plus
facit, quia non ſolum permittit dictum malũ,
ſcilicet obſeruantiam ritus Iudæorum, ſubtrahendo comminationem, vel inflictionem
pœnæ, ſicut prima, ſed etiam remouendo
impedimenta Chriſtianorum, qui vellent impedire obſeruantiam dicti ritus d.cap.qui ſyncera, & quo ad hoc, ſe habet per additionem
7 ad illam. Tertio modo dicitur permiſſio † præſtans iuuamen, ſiue adiutorium, ſecundum
quem modum eccleſia permittit, quandoque
clericum occidi a poteſtate ſæculari. Et hæc
permiſsio includit primam,& ſecundam, quia
indulget pœnam, vt in prima tollit impedimentum, quod inſurgebat ex clericatu, vt in
ſecunda. Propter quod occiſio poterat impediri,& vltra hæc præſtat adiutorium in ipſa
occiſione clerici, qui dignus eſt morte: quia ipſum degradat, & ponit eum in manibus poteſtatis ſæcularis, vt crucietur,& occidatur. vt patet de verb. ſig c.nouimus.& de pęn.cap.2.lib.
6. patet ergo, quòd tribus modis poteſt capi
conceſsio, vel permiſsio. Quarto præmitto
8 † quòd malum quandoque toleratur, vtpote
quando timetur ſcandalum, vt quia multitudo
eſt in cauſa. 1. q. 7. c. quotiens. 23.q.4. cap.non
poteſt, tunc enim ratione multitudinis non
exercetur vindicta. 23.q.4.cap.ipſa pietas. Vnde
excommunicationis ſententia non eſt ferenda
contra multitudinem, ne multitudo paruipendens, per eam efficiatur magis pernitioſa, &
ſacrilega. vt dicit Card.in d.c.non poteſt. Pariter malum poteſt tolerari, & diſsimulari propter ſcandalum, modo illud malum ex autoritate non defendatur. vt de pœnit.diſt.6. cap.
fi. in fi. glo.in cap. commeſſationes. diſtin.44.
Item toleratur malum propter periculũ ſchiſ-
9 matis.glo.in cap.denique. diſt.4. pariter † permittitur malum duabus de cauſis propter bonum, quod inde oritur, vel propter maius malum, quod inde vitatur. Exemplum primi habes in c qui ſincera.diſt.45.vbi eccleſia tolerat
ritus Iudæorum, propter bonum, quod inde
ſequitur, quia noſtræ fidei veritas in libris ipſorum velata,& in ritibus figurata, noſtris oculis lucidè demonſtratur, & ſic fidei noſtræ teſtimonium roboratur. vt dicit Ang. de ciuitate Dei. De ſecundo habetur exemplum in c.
denique. diſt. 4. ſcilicet, ꝙ minus malum toleratur propter maius malum, quod inde time-
10 tur. Maius autem † malum vitatur tribus modis. Primo quando vitatur malum ſpirituale in
anima, quod eſt maius, propter malum corporale, quod eſt minus. Secundo quando vitatur
maius malum ſpirituale propter minus malum
ſpirituale, quod committitur. diſtin. 13.c.nerui.
Sicut ſæpe permittitur minus peccatum, vt euitetur maius. Tertio, quando vitatur maius malum corporale propter aliud corporale, quod
eſt minus,& de his not.in cap.3.ne cler vel monach. in gloſſ. Quinto præmitto, quòd licet
11 † ius ciuile non debeat aduerſari iuri canonico, quòd ſi contrariaretur, nullius eſſet momenti.c.conſtitutiones.diſtin.10.tamen poteſt
ius ciuile permittere ſimplici conceſsione per
indulgentiam, non comminando pœnam, id
quod eſſet ſui natura vitioſum, & haberet malitiam conuolutam, quod tamen ius canonicũ
nullo modo poſſet. Exemplum. Homicidium
eſt ſui natura vitioſum, quia eſt contra Decalogum legis,& tamen ius ciuile permittit homicidium in caſu: nam impunitum relinquit
maritum interficientem vxorem in flagranti
crimine deprehẽſam.l.Gracchus. C.ad l.Iul. de
adult. permittit inquam per ſimplicem permiſſionem, non apponendo pęnam occidenti, nõ
autem illud homicidium approbando. Sed lex
pontificia nullo pacto permittit. cap. interfe-
12 ctores.& cap.ſeq.33.q. 5. Sic † contractus vſurarius eſt permiſſus a iure ciuili conceſsione
accepta pro ſimplici permiſsione per indulgẽtiam pœnæ: nam nullam pœnam comminatur, vel infligit propter dictum contractum.
Sed non permittit permiſsione ſecunda, de
qua ſupra diximus: quia non prohibet impedimenta fieri volentibus fœnerari, nec fœnerantibus dat aliqua iuuamenta. Sed ius canononicum nullo modo illas permittit, vel concedit, quia pœnas comminatur, vel infligit
vſurarijs facientibus dictum contractum. vt
extr. de vſur. cap. quia in omnibus. & capitu.
quamquam.eod.titu in 6. Et nec mirum, ſi non
permittit, quia nec permittere poſſet contra
vetus,& nouum teſtamentum. de vſur. capitu.
ſuper eo.& ita habes differentiam inter ius ciuile,& canonicum. Sexto, quòd prætextu boni

13 ni † nunquam malum eſt permittendum ſim-
pliciter, & generaliter. prima quæſt. prima.
non eſt putanda. 14. quæſt. quinta. cap. forte.
27. quæſt. ſecunda. cap. ſi tu abſtines. 32. q.
quarta. c. ſicut ſanctius. 22. quæſt. ſecunda. c.
primum. & cap. ne quis arbitretur. & de vſur.
cap. ſuper eo. nam vbi dicitur ibi, ſacra ſcri-
ptura prohibuit ibi pro alterius vita mētiri, vt
habetur in d. cap. ne quis. ergo multo magis
ſicut concluditur ibidem, prohibendum eſt ne
quilibet pro redimenda vita captiui vſurarum
crimine inuoluatur, cum tamen illud videatur
potiſſimum bonū quod poſſit ex vſuris proue-
nire. Et hæc intellige, ſiue ſit malum de iure
diuino. Exemplum in d. cap. ſuper eo. & cap.
non eſt putanda, ſiue ſit de iure poſitiuo, niſi
Papæ autoritas hoc excuſet. vt cap. gaude-
mus. cap. quanto. de diuort. vel alterius ſu-
perioris ad hoc poteſtatem habentis: poteſt
enim tollere malum, quod lex ſua inducit, ad
quod pertinet quod legitur, & not. de conceſ.
præben. cap. propoſuit. de voto. cap. 1. in fi.
& cap. magnæ. §. 1. & §. fi. aliàs ſi non eſſet
permiſſio eius qui poſſet in hoc diſpenſare. ha-
beretur pro non facta. arg. in c. dilectus, de
14 tempor. ord. de iudic. c. at ſi clerici. Nec † etiā
eſt permittendum malum corporale propter
bonum ſpirituale. 55. diſt. cap. ſi euangelica.
Quod intelligas, vbi damnum inducit mortē
vel detruncationem membrorū. vt ibi, ſecus
ſi carnis macerationem, vel caſtigationem,
ſicut eſt vigilare, orare, & ieiunare, quia talis
admittitur, immo imponitur. de pœnit. diſt.
1. cap. in actione. & c. agite pœnitentiam, &
diſt. 3. cap. ille rex. & diſt. 7. cap. nullus. & de
15 obſeru. ieiun. per totum. Sic nec † quis debet
permittere facere malum, vt alius euitet ma-
ius malum, vel vt alius conſequatur bonū ſpi-
rituale, vel corporale: quia nō debet quis im-
pendere animum ſuam commodis alienis. ad
hoc vide glo. not. 14. diſt. in ſumma. & cap. 1.
facit. c. ne quis. 22. q. 2. Vnde nullo modo de-
bet quis peccare peccato quocunque minimo,
& veniali, vt alius euitet maius. ita Panorm.
in c. ſuper eo. de vſur. facit. tex. in c. faciat ho-
mo. 22. q. 2. & D. Th. 2. 2. q. 25. art. 4. cum ſe-
cundum ordinem charitatis teneatur magis
diligere ſalutem animę ſuæ quàm proximi.
Matth. cap. 22. Diliges proximum tuum, ſicut
te ipſum, ergo nullus debet detrimentum, ſa-
lutis animæ ſuæ pati, quod fit per peccatū pro-
pter ſalutē proximi ſui. Niſi ſuperioris autori-
tas ad hoc habentis poteſtatē aliud indulgeat,
vt dicit Io. Andr. in d. c. 3. ne cler. vel mon. fa-
cit tex. in c. ꝙ prędeceſſor. 11. q. 3. vbi permit-
titur communio cum ſeductoribus propter
charitatem, & ratio eſt: quia tunc re vera nō
poteſt dici malum perpetratum, cum per di-
ſpenſationem eius, qui habebat facultatē, red-
datur illud licitum. ita Præpoſ. in cap. 2. num.
4. diſt. 14. Verum quando quis neceſſario eſ-
16 ſet commiſſurus † aliquando malum, tūc mi-
nus eſſet eligendum, & ita permittitur minus
malum, ad euitandum maius. cap. duo. cap.
nerui. diſt. 13. & cap. ſi quidem verius. 33. q. 2.
ſic conſulens minus malum, ad euitandū ma-
ius, non peccaret, quod intellige. quando res
tam maioris quàm minoris eſſent eiuſdem do-
mini, & ille ſine illo conſilio eſſet omnino fa-
cturus maius furtū, vt diximus in 1. par. lib. 2.
17 cap. 127. num. 11. Rurſum † permittitur ma-
lum corporale propter bonum corporale. 33.
q. 5. cap. tunc ſaluabitur. vbi permittitur vir-
ginitatis corruptio propter bonum prolis, vt
dicit Henr. in d. cap. 3. ne cler. vel mon. num.
18 3. Septimo † eſſet præmittendum, quando
tolerantia Papę induceret diſpenſationem. ve-
rum quia ſupra de hac materia diximus in 1.
parte lib. 1. cap. 14. num. 11. & lib. 2. cap. 93.
num. 23. ideo ibi me remitto. Octauo, non
ſolum malum toleratur propter bonum ma-
ius aſſequendum, vel ad euitandum maius
malum, ſed etiam à bonis mali tolerandi
ſunt, & infirmi, verum qualiter tolerādi ſint,
videbimus apponendo more noſtro ſolito va-
rias deciſiones, vt res magis eluceſcat. & in
praxim deducatur. quarum prima ſit iſta.
19 Militare non eſt peccatum † immo milites
poſſunt ſtipendia petere, cum militant, cap.
militare. 23. q. 1. Hoc enim inquit ibi tex. pro-
uidè à lege fuit permiſſū, vt militantibus ſint
ſtipendia conſtituta, ne dum ſumptus quæri-
tur, prędo graſſetur. i. impinguetur rapiendo,
& ſpoliando homines. Graſſari enim eſt cru-
deliter agere, improbe in alios ſæuire, & alie-
na inuadere. Vnde milites qui nō contenti ſuis
ſtipendijs iniuſtè, & per violentiam exigunt,
& extorquent ab alijs, peccant, cum non mi-
litent ex cauſa iuſta, vt cauſa acquirendi pacē.
Sed militent principaliter ex auaritia, cauſa
deprædandi, & concutiendi proximum pro-
pter prædam. Igitur præda non debet eſſe
cauſa militiæ, ſed pax, & augmentum eccleſię,
& Reipublicę, vnde ſi poſtea ſequatur vt mili-
tes prædētur publicos hoſtes, hoc nō prohibe-
tur. Ita Arch. Hugo & Card. in d. c. militare.
20 Secunda. Licet nemo † aſtringatur obedire
legi permittenti aliquam actionem indifferen-
tem, vel conſilio. capit. final. 14. quęſtio.
prima. l. ſecunda. ff. mand. cum opus conſulen-
di ipſius legis reducatur ad opus permitten-
di. vt dicit Præpoſ. in capit. vltim. diſt. 3. ta-
men ſecus eſt, ſi lex pręcipiat, aut princeps.
nā ille, cui præcipitur, tenetur præceptū adim-
plere,



plere, etiamſi ſit iniuſtum c. contra morem. di-
ſtin. 100. vbi dicit tex. contra morem quippe
eccleſiaſticum eſt, ſi non patientiſſime tolera-
tur, quod à vobis abſit etiā iniuſta correctio.
vbi dicit gl. eſt arg. ꝙ licet videatur iniuſtum,
quod præcipit prælatus, patienter ferendū eſt,
ideſt tolerandum. diſt. 31. c. ante triennium, di-
21 ſtin. 19. c. in memoriam. iuſta † tamen excuſa-
tio, quare hoc non debeat, vel nolit facere, nō
aufertur, etiam ſi à Papa præceptum emanaue
rit. c. ſi quando. extr. de reſcrip.
Tertia. Licet præceptum omnino ſit adim-
plendum. vt ſupra nu. 20. affirmauimus, tamen
22 fallit, quando verbum præcipere † impropriè
apponeretur prout apponitur in c. ſi quis par-
tem diſt. 54. & 31. q. 1. c. hac ratione. Vnde infer
tur, quòd quamuis ſibi abſcindens ſponte digi-
ti partem, etiam ſi non reddatur impotens ad
ſacrificandum ordinari non poſſit, cum ſic pu-
23 niatur ſeipſum mutilans ac aliū, & eodem † mo
do puniatur excommunicationis pœna ver-
berans ſeipſum, vt alium. vt not. per Archid. 23.
q. 5. c. non licet. Ioan. And. in c. 1. de vit. & ho-
neſt. cler. lib. 6 Docto. in c. contingit. de ſenten.
excom. tamen qui caſu aliquo dum operi ruſti
co curam impenderet, ſe non ſponte percuſſit,
hunc canones præcipiunt, ideſt permittunt ad
ordines promoueri, & promotū non abiici. ita
tex. in c. ſi quis partem. diſ. 55. nam in primo ca
ſu voluntas eſt iudicata, quæ ſibi cauſa fuit fer
rum iniicere, in ſecundo caſus veniam meruit,
& ita ſimplicitati, & ignorantiæ venia tribui-
tur. de conſecr. diſt 2. c. 3. de rerum permuta. c.
cum vniuerſorum. glo. in d. c. ſi quis partem. Et
ita permiſſio iuris non cogit aliquid adimple-
re, ſed relinquit illud iudicio aliorum quando
indifferenter poteſt illud facere, vel dimittere
ſine peccato. 33. q. 4. c. vir cum. Item infertur, ꝙ
quamuis tex. in d. c. vir. dicat, quòd vir cum pro
24 pria † vxore dormiens niſi lotus aqua, eccle-
ſiam intrare non debet, ſed neque lotus ſtatim
intrare, ſed ſecundum Card. ibi, in fine, tranſa-
cta vna die: tamen illud eſt conſilij cum talis
commixtio ſit peccatum veniale, immo nec
pro peccato mortali ingreſſus eccleſiæ alicui
prohibetur, niſi ſit excommunicatus, vel inter
dictus, vel ei hoc ſpecialiter interdicatur, vt fit
cum quibuſdam pœnitentibus, & contumaci-
bus. vt dicit glo. ſing. in d. c. vir. cum tamen quā
do quis commiſcetur vxori cauſa prolis, ſuo iu
dicio. i. arbitrio relinquitur, vtrum ex humilita
te velit abſtinere, vel ex deuotione accedere,
cum in igne concupiſcentiæ, vel in igne, ideſt
in amplexu mulieris neſciat ardere, ideſt libi-
dini deſeruire, ſed vxorem cognouit vel ad ne
ceſſitatem, quia exactus, vel debitum exegit
25 cauſa prolis. Pariter quamuis † tex. in c. hac ra-
tione. 31. q. 1. dicat, quòd Apoſtoli pręceperunt
ſecundas adire nuptias propter incontinentiā
hominum, ideſt vt vitaretur malum fornica-
tionis, tamen illud verbum præcipimus, acci-
pitur impropriè, ideſt permittimus, vt loqui-
tur tex. in cap. Deus. 31. q. 1. ſimile in c. Domi-
no Sancto. diſt. 50. vnde ibi relinquendus eſt
vir, mortua coniuge arbitrio ſuo, an aliam ve-
lit ducere. Lex enim permittit ſecūdas nuptias,
ne fiant peiora, non tamen præcipit propriè.
Sed ſi velit poteſt nubere. vt dicit tex. in capit.
quomodo. in fi. 31. q. 1.
26 Quarta. Eccleſia quandoque tolerat, & † per
mittit minus malum vt euitet maius probatur
in c. denique. diſt. 4. vbi tolerat ſæculares, qui
ipſa die dominica carnis priuij plus ſolito cæ-
teris diebus accuratius appetūt, quod quidem
eſt peccatum. c. quandoque. de conſe. diſtinct.
5. & relinquit eas ſuo genio, ne forte ſi à tali
conſuetudine arceret, peiora committerent.
Ex quo quidem textu iuncta gloſſ. in verb. ve-
nia, nota, quod crimen toleratur ab eccleſia,
& illud non punit, ac relinquitur alterius arbi-
trio, cum timetur ſcandalum, ſicut cum multi-
tudo eſt in culpa, ſiue in cauſa. vt in d. c. Deni-
que. Quod intellige, modo delicta non ſint ni-
mis enormia quia tunc nullo modo toleranda
ſunt, ſi compeſci poſſunt. c. flagitia. 32. q. 7. in
verb. omnes gentes.
Quinta. Et ſi multitudini ſit parcendum ita
vt propter illā detrahatur ſeueritati. c. commeſ
ſationes. diſt. 44. & ibi gl. c. vt conſtitueretur. di
ſtin. 50. vbi in d. c. commeſſationes habetur, ꝙ
commeſſationes, quæ ſunt prohibitæ ratione
multitudinis ſunt tollendæ magis monendo,
27 quàm minando, quæ quidē monitio † debet
incipi à nobilioribus, & maioribus, vt prelatis,
vt ſic alijs inferiores de populo, poſtea facilius
retrahantur. d. c. in fi. tamē in multis caſib. mul
titudini non eſt parcendum, quorū primus, qa
28 ob † multitudinem detrahitur de ſeueritate
pęnæ differendo, non ex toto tollendo pęnam
ſed eius ſeueritatem. ita gl. in d. c. cōmeſſatio-
nes. Secundus, quando aliquid male fit & qua
ſi ex autoritate defenditur, tunc enim non de-
bet dormire ſeueritas, ſed quando non defendi
tur, tunc diſſimulari poteſt propter ſcandalū,
veritas tamen nunquam propter ſcandalū de-
bet deſeri. vt extr. de reg. iur. c. qui ſcandaliza-
uerit. de temp. ord. c. ſane. ſed ſeueritas pœna-
rum poteſt deſeri. vt in d. c. commeſſationes.
Tertius. Non parcitur multitudini nec quo ad
pœnam, quando committitur flagitium nefan
dum. c. flagitia. 32. q. 7. Quartus fallit in regula-
ribus quia facientes contra votum ſunt punien
di, non obſtante multitudine. arg. in c. ea quæ.
de ſta. regu. & ibi not. Hoſt. idem Archid. in c.

vt conſtitueretur.diſt.5o.Quintus,propter ma
ius malum,quod poſſet eccleſiæ inferri, quia
tunc detrahitur ſeueritati,puta. quia Rex ali-
quid diſponit de rebus eccleſiæ cui ſi contradi
ceret prælatus, peius eccleſiæ eueniret. Archi.
29 in d.c commeſſationes. Sextus, † quo ad cul-
pam quia licet multitudini parcatur quo ad
pœnam, non tamen quo ad culpam. ita gloſſ.
ſing. in c. denique. diſt.4. ver.venia.& in c.qui
ſyncera.diſt.45.vbi dicit glo. quòd licet Iudæi
obſeruando ſua feſta peccent mortaliter non
tamen eccleſia eos tolerando, dat licentiam
peccandi, ſed tamen indulget, & tolerat quo
ad remiſſionem pœnæ.

30 Quinta.Comparatiua permiſſio † quæ per-
mittit minus malum, ad euitandum maius ma
lum,non excuſat à peccato, iuxta illud. Multa
per patientiam tolerâtur. &c. vt in c.cum iam
dudum.de præb.Hoc enim caſu lex humana di
citur aliquid permittere, non quaſi approbans
ſed quaſi id dirigere non valens.vt dicit S.Th.
in 2.2.q.83.art 3.Exemplum in c. denique. di-
ſtinct.4.in c.ſi qui.26.q.2. vbi inquit text. quòd
obſtandum eſt potius vt aliquid de paginis
euangelicis futura colligant, ſicut facit quis,
cum aperit euangelium,vt per illud,quod pri-
mo occurrit,præterita ſciat, vel futura, quàm
vt ad dæmonia conſulenda concurrat. Vnde
verbum illud. Et ſi optandum ſit, eſt potius
comparatiua permiſſio, quia permittitur mi-
nus malum, vt euitetur maius.vt 33.q.2.cap.ſi
quod verius.Cardin.in d.cap.ſi qui. vbi in d.c.
ſi quod verius,permittitur minus malum,ideſt
adulterium, quod eſt minus illicitum, quàm
homicidium, hoc eſt effundere ſanguinem hu
manum.vbi glo.ibi.in verb. Adulterium dicit.
Quod hic dicitur,non eſt conſilium, vel præ-
ceptum,ſed eſt cōparatiua permiſſio, quæ non
excuſat à peccato.

31 Sexta. De duobus † malis culpæ minus eli-
gendum eſt, & ita minus eſt tolerandum ad
euitandum maius, quod intellige, quando ille
qui eligit minus, neceſſario habet neceſſe inci
dere in alterum de duobus. 13.diſt.c. duo. & c.
ſequen. 22.q.4.c.quod Dauid.& cap.ſi aliquid,
cum duobus.cap.ſeq.Hinc qui murorum vndi-
32 que † ambitu clauditur ne fugiat, ſi ex hone-
ſta cauſa ſe præcipitaret vbi breuior murus in-
uenitur,non peccat.d.c.nerui.Quod intellige,
quādo ſperaret,vel præſumeret euadere, alias
ſi ſe præcipitaret,etiam per breuiorem locum,
nō ſperans euadere,volēs potius ꝓpria morte
perire,quā ab alio occidi,Sicut fecit Saul,reus
eſſet mortis ſuæ: potius enim deberet ferien-
tis ictum expectare;quia fortè parceret ei, vel
alio modo contingeret eum euadere,vnde nul
lo modo debet ſibi mortem ingerere.vt 25.q.
5.ca.non eſt veſtrum.Si vero nimis ſit depreſ-
ſus,ita quòd ſperat euadere, quamuis aliter cō
tingat,non eſt reus ſuæ mortis, caſus enim ve-
niam meruit.c.qui partem.diſtin.55.vide gloſ
ſam in d.c.nerui.verb. præcipiat. Pariter Apo-
ſtolus permiſit minima, ideſt immoderatam
exactionem debiti coniugalis, ad euitandam
maiora.i.fornicationem.vt dicit glo.in d.cap.
nerui.in verb.Maiora.

33 Septima ad meretrices accedere † quamuis
peccatum ſit mortale.tex.optimus. 32. q.4.c.
meretrices. & cap. nemo ſibi, tamen eccleſia
illud peccatum tolerat, ad euitandum maius
malum.c.inter opera.& ibi Panorm.de ſponſ.
non enim illud peccatum approbat, ſed diſſi-
mulādo tolerat,vt ſic adulteria,inceſtus, aliaſ-
que fœdiſſimas correctiones compeſcat.Hinc
D.Aug.dicit. Tolle meretrices de mundo, &
Sodomia totus erit repletus.Igitur eccleſia in
tali caſu cēſuram reſtringit, ne forſan deterius
inde contingat:quia qui nimis emungit, elicit
ſanguinem.4.diſt.c.denique.

34 Octaua Eccleſia non † compellit quem pre-
ciſè ad pœnitentiam, ſed patitur aliquem ſta-
re in peccato,vt euitetur maius malum futurū.
ita notabiliter probatur in c.requiſiuit.de ſpon
ſal.vbi eccleſia potius monitione,quā coactio-
ne cogit iurantem contrahere cum aliqua, vt
contrahat, ſi rationabilis cauſa matrimonium
impediret, cum huiuſmodi coactiones ſoleāt
habere periculoſos, & infœlices exitus, vt pa-
tet in cap pręterea de ſponſalib.cum matrimo
nia debeant eſſe libera. Hinc eccleſia tolerat
illud minus malum de præſenti,vt euitetur ma
ius malum futurum. Quæ autem ſit cauſa
35 † rationabilis, remittenda eſt arbitrio boni
viri. vt de ſponſalib. capitu. præterea 2. Quid
enim ſi vir adeo perſequitur mulierem, vel
econtra, quòd homicidium inde, vel bellum
probabiliter inde ſequeretur, ſi contrahendo
compellatur. Dicendum eſt quod eccleſia
debet cenſuram reſtringere in hoc caſu, alio-
quin iuxta tex.in capit. 1. de ſententia excom-
munica. in ſexto, cenſura non eſſet medicina-
lis, ſed mortalis, nec ad correctionem pro-
ferretur, ſed ad deſtructionem,contra Apoſt.
2. Corinth. capitu. 10. Et ita habes caſum, in
quo aliquis exiſtens in peccato mortali pœni-
tentiam agere non cogitur preciſè, & hoc to
lerat eccleſia, & dicitur comparatiua permiſ-
ſio ad tollendum maius malum. Maius enim
malum eſſet contrahere coactè,& vxorem in-
terficere,vel ipſam relinquere, & aliam du-
cere, & ſic adulterium committere, quàm
ſi violet iuramentum, & ideo hoc tole-
rat eccleſia,ſed non placet ei, nec factum ap-
probat.Quod enim toleramus dicūt iura, inui
ti



ti permittimus.31.q.1.c.hac ratione.ſimile 33.q.
2.c.ſi quod verius.de præben.c. cum iamdudū.
in fi.de conſecr. eccl.c.aqua.

36 Nona. Licet votum caſtitatis † de præſenti
impediat matrimonium contrahendum, eccle
ſia tamen ex cauſa matrimonium contrahi
quandoque permittit. optimus tex.in cap. ve-
niens. qui cler.vel vou.& talis eſt comparati-
ua permiſſio.vt dicit ibi glo. ac ſi dicat, quòd
illa contrahendo non euitat peccatum,ex quo
venit contra votum, ſed eccleſia permittit ex
cauſa,vt euitet maius malum,& periculū, quia
apparebat quòd mulier erat iuuenis, & conti-
nere non poterat.ita Hoſt.& Panorm. in dict.
cap.veniens.

Decima. Hac ratione, quia eccleſia minus
malum tolerat ad euitandum maius, fit, quòd
37 non ſit alicui † aliquid iniungendum per iu-
ramentum, de cuius tranſgreſſione veriſimili-
ter timetur.arg.tex.in cap. clericos de cohab.
mul. vbi clerici ſuſpecti, & iuuenes non ſunt
compellendi fornicarias abiurare, ſimile 22.
q.1.c.non eſt contra præceptum. & c.in nouo.
& c.ita ergo.de præſump.c.litteras. §. fin. Hac
etiam ratione non imponitur pœnitentia gra
uis iuuenibus diſt.5o.c.pœnitentes. & hac ra-
tione multa in patientia tolerantur.d.cap.cum
iam dudum.

Vndecima. Hac pariter ratione quāuis om-
38 nes † de præcepto teneantur ad correctionē.
c.tua.de cognat.ſpir.glo.in extr.1.ne ſed. vacā.
tamen illa fieri debet, quando adeſt opportu-
nitas temporis,& quando credit peccanti pro-
deſſe.ita D:Thom.2.2 q.33.& in 4. diſt.19.q.2.
Nam ſi vellet hominem recenti vulnere affe-
ctum corripere,nihil aliud faceret, quàm igni
adhibere ligna.

Duodecima.Rurſum, quia tolerātia eſt per-
miſſiua,& non approbatiua,& ideo a peccato
non excuſat,diximus in noſtris deciſ lib 2.cap.
39 nu. 25. peccare quidem † vendentes victualia
vltra pretium a lege taxatum,quamuis ſit con-
ſuetudo,quæ præſumitur a Principe ſciri, cum
ſit notoria, & per conſequens illam princeps
tolerat.quia talis conſuetudo cum ſit irratio-
nabilis,& contra legem naturalem,vt ibi pro-
bauimus, tanquam irrationabilis non valet. c.
quanto.de conſuet.& multa tolerantur,quia in
iudicium non deducuntur, vel non probantur.
d.c.cum iam dudum.

Decimatertia.Ex his,quæ ſupra diximus,li-
40 cet † videatur poſſe concludi vſuram poſſe
permitti aliquo iure tum ciuili, tum Canoni-
co.Ciuili quidem,quia finis illius legis eſt con-
ſeruare quietem, & pacem Reipublicæ, & ita
intendit homines dirigere in bonum commu-
ne,ſed finis canonici eſt conſulere animabus,
atque conſcientiis hominum. Vnde cum per
contractum vſurarium multa mala vitentur,
vtpote damnum in rebus,& periculum in per-
ſonis,item pauperum ſuſtentatio, & ſalutatio
mercantiarum,quæ multum vtilis Reipublicæ,
videtur in his terminis permiſſibilis,& per cō-
ſequens ꝙ ad euitanda hæc maiora mala poſ-
ſit eccleſia hunc tolerare contractum: cum de
duobus malis minus ſit eligendum. d.c. duo.c.
nerui.diſt.13.Tamen oppoſitum cōſtanter af-
41 firmamus.Scilicet nullo iure illā † poſſe per-
mitti, cum ſit prohibita vſura, quia peccatum.
Non enim ideo peccatum eſt: quia prohibita.
iux. tex.in c. quid ergo. 13. q.2.Sed prohibita,
quia peccatum tanquam ſui natura vitioſa,ha-
bens malitiam conuolutam,& contra decalo-
gum legis,Cum vſura ſit rapina.14. q. 4. cap.ſi
ſi quis rapinam. Et licet videatur ius ciuile illā
concedere.ff.& C.de vſur. tamen illam nō ap-
probat,ſed tantum permittit, non infligendo
pœnam. Verum ius Canonicum modo illam
permittit quia iux.tex.in c. quamquam. de vſu.
in 6.eos diuerſimodè punit.Sicut a ſimili.Iura
ciuilia impunitum relinquit maritum occiden
tem vxorem deprehenſam in adulterio, non
tamen illud delictum approbat,ſed ius Cano-
nicum nullo modo,vt ſupra diximus. Quod ſi
42 quis obiiciat,ꝙ propter † multa bona,quæ in-
de ex vſura ſequuntur,eſſet permittenda. reſp.
ꝙ nullo modo ius canonicum illam per-
mittit, cum ſit contra vetus, & nouum teſta-
mentum.c.ſuper eo.c.quia in omnibus. de vſur.
Immo nec illam permittit pro redimendis ani
mabus captiuis ab infidelibus, quod eſt maxi-
mum bonum, & potiſſimum, quod poſſet ex
vſuris prouenire.Sic nec eſt toleranda propter
maius malum euitandum. Cum illud malum,
43 † quod incurrit vſurarius, dicitur maximum
peccatum propter quatuor.Primo quia con-
temnit Deum audacius.Secundo,quia cōtem-
nit naturam expreſſius. Tertio,quia contem-
nit ſcripturam deterius.Quarto,quia contem-
nit iura diutius. Contemnit namque ipſe vſu-
rarius Deum audacius, quia cum in omnibus
peccatis.quæ ſunt expreſſe contra diuina man
data,homo verecundetur, & erubeſcat,in iſto
tamen peccato quantumcunque ſit expreſſe
contra Domini mandatum,non videtur vere-
cundari,ſed potius gloriari, cum illam tanquā
licitam exerceat.c. quia in omnibus.de vſur. Vl
terius contemnit naturam expreſſius,quia non
ſolum contemnit eam in vno genere rerum,
ſed etiam in pluribus, ſcilicet, in tribus. Vult
enim contra naturam quod numerabilia,ſicut
denarij,ſuperualeant ſuo numero,& pondera-
bilia,ſicut aurum,ſuperualeant ſuo ponderi,&
menſurabilia, ſicut vinum, & oleum, ſuperua-
leant

leant ſuę menſuræ. Vlterius contemnit ſcriptu-
ram deterius, quia videtur eam contemnere
per infidelitatem, quæ eſt oppoſita fidei, quam
in baptiſmo profeſſus eſt: Nam ſi perfecte cre-
deret, impoſſibile eſſet ꝙ contra Deum & ſcri
pturam ſic aperte, & inuerecundè procederet.
Item contemnit iura diutius, quia non obſtan-
te prohibitione cuiuſcunque iuris in dicta vſu-
ra continuè perſeuerat vſque ad mortem, ita
vt decedant vſurarij ſine reſtitutione, ſine pę-
nitentia, & ſacramentis, vnde ſæpe ipſis acci-
dit quod dicit Auguſt. in Serm. de Innocenti-
bus. Hac animaduerſione percutitur peccator,
vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret,
oblitus eſt Dei. Quare ex his cum Io. Andr in
reg. peccatum, concludendum eſt nullo pacto
ius Canonicum debere concedere, vel permit
tere contractum vſurarium, nec propter con-
ſecutionem boni, nec propter maius malum vi
tandum: cum regulariter loquendo, non appa-
reat aliquod maius in ipſo, quod per ipſum va-
leat vitari. quare ceſſat ratio tex. in c. denique.
diſt. 4. & ratio tex. in c. qui ſyncera.

44 Decimaquarta. † Licet ex parte vſurarii nul-
lo modo ſit permittenda vſura, tamen ſecus eſt
ex parte debitoris, quia poteſt quandoq; eccle
ſia permittere, vt duobus malis concurrentib.
debitor, qui neceſſe habet vnum de duobus
incidere, eligere id, quod minus eſt & ratio eſt:
ad maius malum vitandum, quia ſi ille vult eſ-
ſe homicida meus, mihi negando ſubſidium,
poſſum ego illa ſuadere, vt mihi præſtet ad vſu
ras, ne fame moriar. Volenti enim peccare li-
cet ſuadere, vt minus peccet, & volenti homi-
cidium omnino committere in Petrum, poſ-
ſum conſulere, vt vulneret, & volenti commit-
tere magnum furtum vt minus committat, mo
do res furata tam magna, quam volebat fura-
ri, quàm minima ſit vnius Domini. Ita diximus
in noſtris deciſ. lib. 2. cap. 108. nu. 4. & cap. 127.
numero 11.

45 Decimaquinta. Vnus, † & idem actus poteſt
eſſe vitioſus ex parte vnius, qui tamen non eſt
vitioſus ex parte alterius, vnde quamuis con-
tractus vſurarius ſit vitioſus reſpectu eius,
qui mutuum præſtat, non tamen reſpectu
eius, qui mutuum accipit. Sicut poteſt po-
ni exemplum in Paſſione Chriſti, quia per-
nitiem attulit reſpectu Iudæorum, qui eam
intulerunt, non autem ex parte Chriſti, immo
valde virtuoſa. Sic & ſanctiſſima Euchariſtia
reſpectu indignè ſumentium maximam perni-
ciem affert, vnde dicitur in c. & ſancta. de con-
ſecr. diſt. 2. ꝙ ſancta abſunt malis, non illa, quia
res illa mala ſit, ſed quia malus, quod bonum
eſt male accipit. Vnde dicitur in proſa; Mors
eſt malis, vita bonis, vide patis ſumptionis, quā
ſit diſpar exitus. Id vero etiam comprobari
poſſet exemplo arcæ domini, multiſque aliis,
vt diximus in feſto Corporis Chriſti. Ser. 7.
libro 2.

46 Decimaſexta. An vero alicui † liceat indu-
cere aliquem ad peccatum, verbi gratia, pete-
re pecuniam ſub vſuris. Dic ꝙ ſic. vt num. 44.
Alias ex cauſa rationabili, licitum eſſet mihi
petere pecuniam mutuo, quod ſi quis nollet,
niſi ſub fęnore dare; vtique illam poſſem reci-
pere abſq; peccato. Sic an liceat inducere im-
probum miniſtrum ad confitendum. vide lib.
1. in noſtris deciſ. c. 16. & lib. 2 de magiis. cap 6.
nu. 6. & nu. 10 Vbi an liceat diſſoluere malefi-
cium maleficio per maleficos.

47 Decimaſeptima. Licet † Iudæi in ſuis ritibus
tolerentur. c. qui ſyncera. diſtin. 45. propter ali-
quod bonū, quod ex eis prouenit, quia teſti-
monium fidei noſtræ habemus ab hoſtibus. &
quaſi in figura nobis repręſentatur quod credi-
mus, tamen aliorum infidelium ritus, quia ni-
hil vtilitatis, aut veritatis afferunt, non ſunt ali
qualiter tolerandi, niſi forte ad aliquid malum
euitandum ſcandalum, vel diſſidium, quod ex
hoc poſſet prouenire. c. commeſſationes. diſt.
44. vbi not. ibi Arch. ꝙ tacet quandoq; Præla-
tus propter maius malum, quod poſſet eccleſię
prouenire. Vel etiam propter impedimentum
ſalutis eorum, qui paulatim ſic tolerati conuer
tuntur ad fidem. propter hoc etiam hæretico-
48 rum, † & paganorum ritus eccleſia aliquando
tolerauit, quando erat magna infidelium
multitudo. ita Card. & Præpoſ. in d. cap. qui
ſyncera.

Decimaoctaua. Licet eccleſia toleret ritus
Iudæorum, qui illos obſeruando, peccant mor
taliter, vt concludit Card. in d. c. qui ſincera.
49 nu. 1. non tamen conſentit, † illos approbādo.
Et non obſtat tex. in c. error. diſt. 83. vbi error,
cui non reſiſtitur, approbatur, & veritas, quæ
minimè defenſatur, opprimitur, quia reſpon-
detur: illud intelligi in delictis manifeſtis, vbi
tenetur ad correctionem eorum, qui ſibi ſubij-
ciuntur, hoc autem hic non habet locum in
hac parte, cum Iudæi ſint extra vnitatem ec-
cleſiæ, & ideo non dicitur conſenſus, ſed per-
miſſio tolerantiæ, ne deterius non contingat,
& vt aliquo modo bonum eliciatur.

50 Decimanona. Et ſi omnes fideles † ſummā
debeant habere curam de his, qui pereūt, qua-
tenus eorum redargutione aut corrigantur a
peccatis, aut ſi incorrigibiles appareant ab ec-
cleſia ſeparentur. vt probatur in c. error. diſtin.
83. in c. quapropter. 2. q. 7. in c. 1. 5. q. 5. & in c. tā
ſacerdotes. 24. q. 3. tamen poſſunt quandoque
diſſimulare, & omittere correctionem non ſo
lum non peccando, ſed etiam ex charitate, vt ſi
pro-



propterea quis obiurgandis, & corripiendis
male agentibus parcit, quia opportunum tem-
pus inquirit, vel eiſdem ipſis metuit ne deterio
res ex hoc efficiantur. ita D. Aug. in c. 1. de ciui.
Dei. Plerumq; etiam boni viri propterea ſuffe-
runt aliorum peccata, & tacent; quia ſępe deſe-
runtur publicis documentis, quibus ea, quę ipſi
ſciunt, iudicibus probare non poſſunt. licet gl.
in verb. tacent, dicat, ꝙ tali caſu dicat ei, ꝗ po-
teſt prodeſſe, & non obeſſe 22. q. 5. c. hoc vide-
tur. Sed in publico non debet hoc dicere. vt 6.
q. 1. c. ſi omnia. Verum nota, ꝙ licet omnes fi-
deles teneantur corrigere peccata mortalia,
alias tacendo videantur approbare, aliter ta-
51 men ad hoc tenentur † prælati, & aliter fide-
les. Nam prælati quidem mente, lingua, & ma-
nu. Mente quidē improbando, lingua reprehē-
dendo, & increpando. Manu quidem coercen-
do. Inferiores vero mente, & lingua. Ita Card.
& Præpoſ. in d. c. error. diſt. 83.

Vigeſima. Nullo pacto quis debet tolerare
52 maius † malum ſcilicet ſpirituale ad euitandū
minus malū, ideſt corporale, quamuis ſit mor-
tis. Ita tex. in c. ſacris. de his quæ vi. vbi commu
nicantem excommunicato propter metū mor
tis, licet metus attenuet culpam, tamen excom
municationis labe credimus inquinari. Et ita
nullo modo debet tolerare excommunicatio-
nem ad euitandum periculum mortis. Et non
53 obſtat illud, ꝙ excommunicatio euitatur † ex
minori cauſa, quàm ex metu. 11. q. 3. c. qđ præ-
deceſſor. & c. anteceſſor. vbi participans excō-
municato in his, quæ ad ſalutem animæ perti-
nent, non eſt excommunicatus: nam ſoluit gl.
in d. c. ſacris, ꝙ illud eſt indultum a iure, & ideo
non eſt trahendum ad conſequentiam. regu.
quæ a iure. lib. 6.

Vigeſimaprima. Tolerans aliquod malum
54 inuitus † coactione abſoluta, non peccat, ver-
bi gratia, qui trahitur inuitus ad eccleſiam ad
audiendam miſſam excommunicati, vel cum
excommunicatis ibi audientibus, vel ſi ibi exi-
ſtens detinetur inuitus, ita vt nec permittatur
exire, vel ſi hæretici Chriſtianum inuitum ve-
ſtibus exuunt, ad fontes portant, & rebaptizāt,
vel cogunt idolo thurificare aperiendo manū
ipſius, imponendo thus, & demū ipſam reuol-
uendo ſuper prunas, quę ſunt ante idolum. diſt.
50. c. presbyteros. 45. diſt. c. de Iudæis. quia tunc
pati magis, quàm agere videtur. c. teſtamentū.
diſt. 6. Imo talis inuitus dormienti compara-
tur. l. 1. in fi. ff. de autorit. tut. glo. in d. cap. ſacris.
55 verb. per coactionem. Pariter † mulier, quæ
per vim abſolutam fuit oppreſſa, non peccat,
etiam ſi virgo fuerit ſtuprata, atq; in ipſa cor-
ruptione ſit facta ſeminum cōmixtio: cū pec-
catum ex voluptate naſcatur, & talis mente nō
conſentit: verum ſi virginitatem amiſerit, in-
quit tex. ꝙ licet nec adultera, nec fornicaria di-
ci poſſit. c. puto. 32. q. 5. tn̄ incontaminatis non
debet ſe exæquare virginibus. c. ille autem. 32.
q. 5. An vero talis, quæ amiſit carnis integrita-
56 tem † per violentiam renitente voluntate, au-
reolam habebit. Reſp. D. Tho. in 4. diſt. 48. ꝙ ſi
aliqua per violentiam oppreſſa fuerit, non
amittit ꝑꝑ hoc aureolam, dummodo propoſi-
tum perpetuo ſeruandi virginitatē ſeruet, illi
actui nullo modo conſentiens. & hoc ſiue pro
fide, ſiue pro quacunq; alia cā violēter corrū-
patur, ſed ſi hoc pro fide ſuſtineat, ad genus
martyrij pertinebit. Vnde Lucia Sancta dixit,
ſi me inuitam violare feceris, mihi caſtitas du-
plicabitur ad coronam, Non ꝙ habebit duas
virginitatis aureolas, ſed quia duplex premium
reportabit, vnum pro virginitate cuſtodita,
aliud pro iniuria, quam paſſa eſt. Ita D. Tho-
mam ſequitur. Card. in ſum. 32. q. 5. in fi.

Vigeſimaſecūda. Nō licet mulieri ſe occide
57 re † ne ab alio corrūpatur: qa nō dēt in ſe cō-
mittere crimen maximū, qđ eſt ſui ipſius occi-
ſio, vt euitet minus crimen alienū, non. n. crimē
mulieris per violentiā violari, ſi conſenſus non
accedat. c. ille autem. 32. q. 5. nam non coinqui-
natur corpus, niſi de conſenſu mentis, ad hoc
58 32. q. 5. in prin. fornicatio autem † vel adulte-
rium minus peccatum eſt, quàm homicidium,
& præcipuè, quàm ſuiipſius, quod eſt periculo-
ſiſſimum, quia non reſtat tempus, vt per pęni-
tentiam illud crimen expietur, vnde nullo mo
do licet homini interficere ſe ob timorem, ne
in peccatum conſentiat, quia non ſunt facien-
da mala, vt veniant bona. 14. q. 5. per totum. 22.
q. 2. c. is autem. & c. ne quis. & c. faciat. vel vt vi-
tentur mala, vt veniant bona. 14. q. 5. per totū.
22. q. 2. c. is autem. & c. ne quis. & c. faciat. vel vt
vitentur mala, & præſertim minora, & minus
certa. Incertum eſt enim an aliquis in futurum
conſentiat in peccatum: potens eſt enim Deus
hominem ſuperueniente qualibet tentatione
liberare à peccato. ſecundum D. Th. ad hoc c ſi
non licet. iux. fin. verſ. Item hic dicimus. 33. q. 5.
Arch. in c. non eſt. nu. 2. ea. q.

59 Vigeſimatertia. † Mulier, quæ ab alio ſcit ſe
tangi mala intentione, licet non conſentiat, ſi
tactus ſunt ex ſuo genere venerei, vt in locis
genitalibus, aut vicinis, vel oſcula furtiua, nul-
lo modo permittere debet, quantumcunq; ſe-
creto fiant, ſicut nec ꝑmittere, & tolerare dēt,
vt quis in aliqua corporis parte etiam ſi id ſe-
creto fiat, abutatur ea, ſed debet omnino con-
tradicere, ſubtrahendo, immo ſi hoc non poſ-
ſet, debet cū Suſanna clamare, alioquin ſi hæc
non faceret, tacite conſentiret, mauult enim
potius illos tactus, quàm recedere, quod cōſtat
eſſe

eſſe mortale, & voluntarium, ſicut proiectio mercis in mare. Quod idem eſt quando dubitaret, an tactus ſint libidinoſi, modo tactus eſſent aperte impudici, vt nos diximus in noſtris deciſ. in 1. par. lib. 2. c. 75. nu 11. 12. & 13.

Vigeſimaquarta. Boni debent infirmos tole
60 rare † in multis caſibus, & primus ipſis conſue
ta non denegando. c. denique. diſt. 4. Secundus, debilitati quantum ad labores condeſcendendo. 47. diſt. cap. omnes. in fi. Tertius, ipſorũ defectus ad infamiam non detegendo. c. in ſcripturis. 96. diſt. ſed corrigendo. 2. q. 1. c. ſi peccauerit: Et hoc de occultis intelligitur, nam de manifeſtis cogimur accuſare, præmiſſa tamen admonitione. 2. q. 7. c. quapropter. Quartus cõmiſſa eorum propter ſpem correctionis patiẽter ſupportando c. licet. diſt. 45. Quintus ipſorum detractiones, & falſa iudicia æquanimiter tolerando. c. deteriores. & c. ſeq. 6. q. 1. & c. ex merito. Sextus, boni tolerant malos, non ſe vlciſcendo de omnibus ipſorum iniuriis. cap. ſex differentiæ. 22. q. 3. Nam vltio ad iudicem pertinet. vt dicit ibi tex. qui punit non delectatione alienæ miſeriæ, quod eſt malum pro malo reddere, ſed pro dilectione iuſtitiæ. Septimus, tolerandi ſunt tandiu mali, quamdiu per iudicium eccleſiæ non publicantur. 2. q. 1. c. multi. circa prin. 15. q. vlt. cap. vlt. Octauus, tolerandi ſunt, quamdiu de ipſorum correctione nõ deſperatur. 23. q. 4. c. 1. Nonus, tolerandi ſunt quorum peccata manifeſta non ſunt, ne forte eradicando zizaniam, eradicetur & triticum. 11.
61 q. 3. c. nolite. 2. q. 1. c. multi. Sed quare † toleran
di ſunt. Dic ne ex turbatione ipſorum pax generalis eccleſiæ concutiatur. 23. q. 4. tolerandi. & c. quid ergo. & c. quiſquis.

62 Vigeſimaquinta. Viſitatoris † officium eſt
prudenter ſe agere in viſitationis officio, & ſemper, ideſt regulariter miſcere cum diſciplina miſericordiam, nam diſciplina, vel miſericordia multum deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur. Miſcenda eſt ergo lenitas cum ſeueritate, faciendumq́, quoddam ex vtraq; temperamentum, vt neq; multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neq; nimia benignitate ſoluantur. c. diſciplina. diſt. 45. vbi glo. in verb. miſcen
63 da dicit. Nota ꝙ † iudices ſemper ſequentur
mediocritatem. a. g. extr. de cenſi. c. ex parte. ff. de ſer. leg. l. generaliter. niſi ex cauſa magis ſequantur rigorem. vt l. placuit. C. de iudic. vbi ſcilicet multis graſſantibus opus eſt exemplo. vt ff. de pœnis. l. aut facta. in fi. Hinc debet viſitator diſcordantes concordare. 90. diſt. c. 1. & c. ſtudendum. non ex vindicta corrigere. 86. diſt. c. ſi quid. & c. ſeq. Nec iuxta velle punire. 45. diſt. c. cum beatus. & commiſſa eorũ quandoque propter ſpem correctionis ſupportare.
64 45. diſt. c. licet. An vero † viſitator poſſit amo
uere ab officio, ſi in forma mandati ſint tantũ illa verba. Inquiras, & regulam ſeruari facias. vide ſupra c. 27. num. 24. & 25. & ibi ſi vult viſitare loca. vt num. 96. & 99. ſi viſitator vellet mittere pro fratribus alterius monaſterij, vt eos viſitaret. num. 107. vſque 111. Et deinde vide clem. frequens. de exceſſ. prælat. vbi Concilium prouidit xxx. grauaminibus, quæ inferebantur religioſis, à quibus præcipit prælatos ceſſare, & ſuos ſubditos facere ceſſare, iubens ipſorum religioſorum priuilegia, & iura ſeruari. De hac tamen materia late diximus ſupra in c. præcedenti. Et hæc ſint dicta quo ad materiam viſitationis.

*Et ſic eſt finis, pro quo fine ſit benedictus Dei, & hominis filius, Dominus, & redemptor noſter Ieſus Chriſtus. Deo gratias. Amen.*

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA